



02



6-a-2-11.



2 400 40  MADE IN SPAIN


B-5463 Be

IO. BAPTISTAE CRISPI  
GALLIPOLITANI  
DE  
ETHNICIS  
PHILOSOPHIS  
CAVTE LEGENDIS  
DISPVATIONVM

EX PROPRIIS CVIVS QVE PRINCIPIIS

Quinarius Primus.

AD ODOARDVM FARNESIVM  
S.R.E. CARDINALEM AMPLISSIMVM.



ROMAE, In ædibus Aloysij Zannetti. CIO IO XCIII.  
SUPERIORVM PERMISSV.

Del Colegio de la Compañia de Jesus de Granada

DE  
P L A T O N E  
CAVTE LEGENDO

IO. BAPTISTAE CRISPI  
GALLIPOLITANI

DISPUTATIONVM LIBRI XXIII

In quibus Triplex Rationalis Animi status

*EX PROPRIIS PLATONIS PRINCIPIIS CORRIGITVR,  
ET CATHOLICAE ECCLESIAE SANCTIONIBVS EXPVRGATVR.*

AD ODOARDVM FARNESIVM  
S. R. E. CARDINALEM AMPLISSIMVM.

Cum Triplici Indice, Hæresum, & Hæreticorum. atq. Ecclesiasticorum, dogmatum,  
Necnon eorum, quæ passim toto opere Platonicè  
atque Philosophicè differuntur.


*QUINARIORVM OMNIVM ORDINEM, ET HVIVS  
primi dispositionem, post præfationem reperies.*

Tertullianus in lib. de Anima cap. xxiiij.

CVM IGITVR  
HVIVSMODI ARGVMENTO INSINVENTVR  
A PLATONE,  
QVAE HAERETICI MVTVANTVR  
SATIS HAERETICOS REPERCVTIAM  
SI ARGVMENTVM PLATONIS  
E L I D A M.

Gregorius Nyssenus in lib. de Anima  
& resurrectione.

**N**obis vero, si quidem sufficiens esset ad demonstrationem veritatis EX-  
TERNA PHILOSOPHIA, & quæ de his rebus artificiose disputa-  
uit, atque tractavit; superuacaneum forsitan esset illorum commentationi de  
ANIMA adijcere sermonem. sed, quoniam ab illis quidem (prout consequens,  
& consentaneum visum esset) EX LICENTIA ATQVE AD ARBITRIVM  
PRODITA EST DE ANIMA COMMENTATIO. NOS AVTEM HVIVS  
LICENTIAE EXPERTES SVMVS. dicendi, inquam, quæ volumus, quippe  
qui REGVLA PRORSVS DIVINA Doctrinæ, & pro lege utimur facta scri-  
ptura, atque ad hanc necessario respicimus, & approbamus quodcumque cum  
scripturis conuenerit, & concordauerit intentio. IGITVR OMISSO  
PLATONIS CVRRV EIQ. SVBIVNCTIS BIVGIS PVLLIS  
EQVORVM non eadem inter se affectione, & impetu pro-  
ditis ijsq. præfecto Auriga, quibus omnibus ille per  
enigma, atque inuoluerum talia de Anima Phi-  
losophatur, omissis item ijs, & reliqua con-  
*tra Aristotelem.*



A M P L I S S I M O

O D O A R D O

S. R. E. C A R D I N A L I

F A R N E S I O.



VÆ duo rerum Scriptoribus onera incumbunt, vt in operi-  
bus dicendis, virum eligant præclaro quopiam nomine infi-  
gnem, atque præstantem, & nuncupationis causas explicent:  
hæc eadem, pro me ambo faciunt amplissime C A R D I N A -  
L I S O D O A R D E, tibi meorum laborum prima ele-  
menta offerre cupiente. Etenim, vt ab operis sine mihi pro-  
posito, dicere aggrediar, Ethnicorum Philosophorum libros, quemadmodum  
præ manibus habendos, semper duxi, ita etiam, eosdem caute legendos esse, iden-  
tidem desideravi, Idque, Naturali, & Diuina veritate duce, & Sanctorum Pa-  
trum ferme omnium vrgente consensu. Quod, si tantum negotium, quamvis  
immenso labore tentandum, iam inde ex eo tempore mihi proposuerim, ex quo,  
eorumdem Philosophorum scriptis inuigilare, & viginti ferme annis expallescere,  
& pro mea tenuitate, alios docere sum aggressus: Attamen, tum demum suspicatus  
sum, ne Philosophorum Cōmentaria, plurimorum errorum fontes vere dici mere-  
rentur, Cum Sacræ Theologiæ, & Sanctorum Patrum lectioni deditus, idem tantū-  
dem hinc inde exclamari animaduertentem. Nam, illorum alij, doctrinam Gentiliū  
graues sarcinas superuacanei laboris continere, eamque declinandam esse mone-  
bant. alij vero, Philosophos Hæreticorū Patriarchas appellabāt. Ita, vt, Alteri pro-  
positū mihi dederint vrgendi: Alteri vero, ansam præbuerint perseverandi. Quam-  
obrem, Quinarij huiusce primi inscriptionē simul, atq. laborem, sicuū haud plane  
a 2 odiosum,

odiosum, ita minime ingrātū fore existimaui. Immo vero, Christiano Philosopho, & Sanctæ Religionis sacris initiato, vtilem admodum. Adde etiam, viro potissimum Cardinali pernecessarium. Quippe, cum in eam personam virtutes omnes cadant, quibus errores omnes, & errorum fontes, a Templo Sancto Dei longe alio deriuari debeant. Ego vero interim, eam Disputationum, atque Cautionum partem, Viro huiusmodi legendam tradere destinabam, quæ, vniuersum rationalis Animæ virus e Platonis lacunis hauitum expurgaret. Decebat enim prius, vt, non ante legentis animum erroribus inoffensum fieri cuperem: quam doctrinam ipsam de Anima puram redderem, atque sinceram. Nec absimile huic rei cupit D. Basilius, Nam, quemadmodum, inquit, neque in tabulis cereis scribere possis, nisi prius litteras obduxeris, quæ ante scriptæ fuerunt: Neque Animæ prius diuina placita accommodaris, quam anticipatas opiniones ab ea exemeris. Nunc vero, cum præsentis operis finem, & consilij mei in eo nuncupando rationem aperuerim; Alteram modo causam, animi mei propensionem coniunctam, explicare fuerit operæpretiū. Ecqua scilicet a me factum sit, vt, primos hosce partus, tuæ benignitatis afflante fauore, Mundi huius spiritū haurire exoptauerim. Sed vereor, vt, dū plures, quæ me impellunt, causas recensere studeo, ita me id agere quis opinetur, quasi easdem cōmendare orando ipse contendam, qui, deficere antea possem recensendo. quorum, si illud reticero, improbitati, si hoc tentauero, inscitia tribuat: si vero vtrumque suppressero, iam dedicationis causam desertam esse plane conclamet. Tanta mihi in animo perplexitatis pariter, & orationis seges proponitur. Nam, quæ re vera gens est, quamuis barbara, quamuis ab omni humanitatis cultu aliena, quæ cum ad Italorum splendorem oculos conuerterit, & rerum Europæ statum expendere tentauerit, FARNESIÆ Gentis amplitudinem, auctoritatem, maiestatem summam esse non sentiat? Etenim, si Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ dignitatem respicias, admiraberis quidem e FARNESIORVM, Profapia magnos Ecclesiæ Principes, sed, ex illorum numero tales, qui in Ecclesiæ nauis puppim exornant, quique, & in puppi sedentes, summa rerum gubernacula moderentur. Vt vero, Maximum illum Pont. Paulum Tertium transeam, ne, in Sole meridiana claritate splendescere hallucinari videar indicando: Si Magni illius Alexandri, illius inquam Pauli Tertij vere Nepotis, gloriam contemplari voluerimus, profecto, statim virum intuebimur, tanta humanitate præditum, tanta liberalitatis, & Christianæ magnificentia gloria celebrem, tot arduis, summisque Legationibus egregie functum, tot Regibus venerabilem, tot summis Pontificibus commendabilem, vt, ad ipsius splendorem, omnis prorsus caliget tum oculi, cum mentis acies. Cernes item eundem virum Cardinalem, cui soli contigerit, vt, non semel, aut iterum, sed & tertio, atque amplius eos ad Summi Pontificatus subsellia promoueret, quos in sua primum aula institutos, ad omnē officij, virtutisq. præstatiā, promptiores reddiderat. Si vero ad Serenissimi Patris tui immortalē memoriam, atq. recordationē te referas; Deū immortalē, cuius ille ora dum viueret, ad se non conuertit? cuius nūc absens, ad cælos vultum non erigit? cuius mentem non suspendit? Cernes statim virum, cognatione, Summo Imperatori Carolo Quinto coniunctū: affinitate, Portugalliæ Regibus

Regibus deuinctum, sed, & propriæ virtutis decore Heroem, & illum quidem pene solum, inimo vero solum e Christianorum Principum numero dignum, cui summa res Christiana, bellicis omnibus, nedum Belgicis, cum singulari prudentia, atque fortitudine, rebus gerendis, conficiendisq. a Regū maximo Philippo committeretur. Atque ita cōmissa illi res est, vt gloriosus euentus, vni Romano Ciui, modo cunctatione vincenti, modo celeritate hostem præoccupanti, modo felicitate eundem superanti, cuncta simul, inesse comprobauerit, quorum vi, & efficacia, olim Roma ipsa, de suis Fabijs, Scipionibus, atque Cæsaribus gloriabatur. Quæ modo, quid vni FARNESIO his periculosissimis temporibus debeat, & Lutetiam Parisiorum, & Antuerpiam, duas vel opulentissimas, maximasq. Europæ Vrbes, testes adhiberi par est. Quarum hæc, admirabili obsidione capitur, illa, infestissima obsidione liberatur. Et, cum haud ita pridem in sanctum, cælestemq. Heroem abierit, & rerum Europæ statum nutantem, & tenui quasi filo pendentem reliquerit, Serenissimum RAINVTIVM Principem filium, tuumque fratrem amantissimum, vsque adeo eiusdem virtutis auspicijs, & prudentia, atque fortitudinis artibus præfecit, Vt, mox duo illa summa ab Rege Hispaniæ sibi sint expectanda, quibus magnus ipse Progenitor Alexander, Austriaco sanguini deuinci merebatur. Vides nunc magne ODOARDE quales quantique viri Proceres tuam familiam ducant. Sed, quod ad te præcipue spectat, quocumque aspectum retuleris, videas, non illos modo tres Alexandros, summos, tum Pontifices, tum Cardinales, tum etiam magnos Ecclesiæ signiferos; Verum, per Serenissimam Matrem tuam Mariam, perque illius Progenitores ODOARDOS, quorum, tu iucundam memoriā Mundo renouas, ad plures & Emanueles, & Ioannes, felicissimos olim Lusitaniæ Reges, statim te referas. Sed, per Margaretam Auam tuam Serenissimam, atque admirabili animi magnitudine immortalē, Austriacæ genti te inferas: Austriaco inquam sanguini, Scilicet Imperatorum, Regum, Principum, fecunditate ditissimo, Et vnum Carolum Quintum, Animam illam magnam, proxime attingas. Quod, si vnica illa sæculorum omnium gloria non sit satis, At saltem, quod nulli ab orbe condito familiæ hucusque contigerit, nouem Austriacæ gentis Cæsares addere licebit. Sunt ne isthæc digna, quæ sine summa rerum Europæ ignoratione, aut sine animi improbitate, silentio præteriri possint? Immo vero, sunt ne isthæc digna, quæ æmuleris? An vero, vt in eisdem imitandis potius expallescas? Nisi tu, is esses felicissime Iuuenis, cui, tantum instar inesse viderit, non Italia modo, Sed hæc tua Roma. Dum, tu, velut generosus Aquilæ pullus, cum adhuc implumi gloria Parmæ nidum foueres, inde oculorum radios ad progenitorum splendoris orbem dirigere non desisteras. Cuius præclaræ indolis, non ignara Romana Respublica, vota pro tuo in Urbem aduentu nuncupabat, ex quo, magno Patruo illo tuo ad superos concedente, Urbem viduam vidit, & FARNESIO patrociniō spoliata, atque orbatam. Donec sanctissimus ille Gregorius XIII. ne, quod suæ dignitatis maiestatem, & tantæ profapia meritum decebat, ommitteret, neue de Religione quam optime semper meritos, ab eiusdem fastigio velut inuidus dimoueret, & FARNESIÆ genti, & Ecclesiæ simul auctoritati, tunc optime cōsultum iri putauit, cū, te vnum tanto generi exi-

mens, ad sacram Purpuratorum Præfulum dignitatē, ante annos admisit; Quippe qui ante annos animum te gerere, curamque virilem animaduertat. Sed, huius in te collati muneris causa, interim anceps reddebat pia nutrix Parma, gaudendum ne sibi tecum esset, quod suo alumno tantus deferretur honor, an dolendum potius, quod suauissimū illud eruditionis, & morum lac, quod a se hauseras, vni Romæ cedendum sibi esse videret: Contra vero Patria Roma, æmulatione quadam pungebatur. Ne, per quem antiquorum suorum ornamenta sibi olim restituenda speraret, per eundem, summum sui & orbis decus, in vnam Parmam cederet: Cessit tamen magnæ Romæ, pia Nutrix, alumnum, cessit Romanorum votis Heroem, cessit Parentum charitati filium, cessit Ecclesiæ ornamentum. Arque ita cessit, ut, te è suis dulcissimis complexibus proficiscentem, non sine mœstitia, multis etiam lacrymis abeuntem dimitteret: Nobilium interim omnium, studioforumque omnium animis, iam pridem tuorum Procerum liberalitate, munificentia, benignitate deuinctis, insequentibus. Quorum tu, proprio benignitatis tuæ instinctu, vel potius impetu, montano veluti è flumine torrens, tecum rapiebas. Donec in urbem ingressus, auctoritatis huius habenas, veluti hæreditario quodam iure FARNESIANIS debitas, summo Gregorio inaugurante, accepisti. Cuius dignitate, tua hæc Romana propago, maiorum suorum splendorem olim sibi restituendum lætaretur. Cuius exemplo, veterum memoria, viua spectantium animis infideat, inhæreat, & rebus gerendis in omnem posteritatem redundet. Redundabit autem, nec fallet nos aspectus suauitas ista tua, politissimi isti tui, liberalissimique mores, & summa cum honestate comitata hilaritas. Adde facilem cum domesticis consuetudinem, cum intimis urbanitatem decori parem, cum exteris benevolentiam lenitati audiendi coniunctam. Cum paribus vero, si severitatem res ipsa flagitat, illam, auctoritati cedere iubes. In hunc ferme modum è tuorum splendore Maiorum, veluti è proprio quodam cælo, Te, tamquam Prometheo Diuinum ignem suffurante, præfens hic humanitatis, & moderationis, in terris deriuatur influxus. Sed illis ad occasum vergentibus, Tu, nouus Sol nobis exoricens, eadem virtutum orbita progredieris, & annuis quasi Cæli vicibus recurrentibus, eodem etiam euentus nobis impartiris. Immo verò, dum tantorum splendorem Siderum perenni cursu nobis reuehis, interim ad illorum perennem gloriam ad eò propriis stimulis incitaris, ut, immortales tuos in Rempublicam fructus, & nos admiremur, & Populi omnes, qui longissimo interuallo nos consequentur, ad Vniuersi Orbis splendorem, & Urbis huius gloriam, propagandos esse fateantur. Ut propriam deinde immortalitatem, nulla Ætas, nulla Memoria conticescat. Talem itaque cum te sibi præsentem nunc videat Romanus iste Populus, Qualem, olim Roma ista tua sanctusque Senatus expectabat. A nullis tamen aut maioribus, aut solemnioribus votis exoptabaris, quàm a bonarum literarum studiosis, Si quando memoria repetebant, tui sanguinis Antesignanos, cum, ob alia innumera eorum magnanimitatis insignia, tum, propter hæc humanitatis monumenta, gloriosissimos fuisse semper habitos, quod ingenijs subleuandis non minimum operæ, beneficentiæ etiam plurimum adhibuerint. E quorum numero ipse vnus sum, qui, etsi præ ingenij tenuitate nulli conferendus, at, saltem ob naturalem quan-

quandam obseruantiam, & incredibilem propensionem in te meam, a deo complurimis æquandus, ut multos longo spatio anteuertā. Cuius quidem singularis benevolentia testes, & si alios adhibere possem, & vnus Fuluius Ursinus virorū optimus, familiaris tuus, satis non sit, At saltem, vel hoc vnus tanti amoris argumentū admittere tuæ sit humanitatis, atque præstatiæ, Quod primus, vel è primis vnus ipse sim, Qui, ut nobis adsis, te inuocem. Qui, Tecum acre bellum in magnos Philosophos parem. Tecū, in impias Hæreticorum chiliadas insurgam, Tecum in utrosque agmina struam. Tecum, Naturalem & Diuinam veritatem tueri audeam. Tecum denique, Summorum Pontificum, & Sacrorū Conciliorum, & Sāctorum Patrum, atque Theologorum copias, de Ecclesiæ castris in aciem ducam. & FARNESIO nomine, tanquam magno Hæreticorum terrore, atque Triumphatore acclamato, tuoque adeo ODOARDE potissimum in belli signum dato, Ita bellicum cano, ita concuro. At, Tu interim Bene Vale, SPES ALTERA ROMÆ. Vnde hæc ad te Idib. Ian. Anno salutis CIO IO XCIII.

### AMPLISSIMI TVI NOMINIS

Præcipuus, atque obseruantissimus Cultor

Io: Baptista Crispus.

**I**n hoc Animario Platonico Dogmate expurgando, quemadmodum in reliquis proxime edendis, id, imprimis elaboratum est, ut Platonis falsæ doctrinæ semina, & iacta fundamenta eorum, quæ circa Rationalis Animi naturam, variosq. ipsius, & Hominis status cavenda videntur, proprijs eiusdem Assertoris, mox Naturæ principijs: deinde, Summorum Pontificum auctoritate, continuo, Sacrorum Conciliorum sanctione, post, Sanctorum Patrum Consensu, demum; Theologorum ratione, evertentur.


Vt Schismatici omnes, Hæretici item omnes, atque Hæresiarchæ, quod in Christianam Religionem insultauerint, nihilq. adeo vel concionando, vel scribendo non commiserint, Ethnicis potissimum Philosophis, quippe (D. Hieronymo Teste) Hæreticorum Patriarchis, Platoniq. præcipue acceptum referre videantur.

**Laboris autem obeundi necessitatem  
Ipsa Præfatio declarabit.**

**ILLVSTRES VIRI THEOLOGI  
QVI  
HVNC DE GENTILIBVS PHILOSOPHIS  
caute legendis Quinarium Primum triplici distributione digestum,**

*Ex mandato Reuerendiss. P. Bartholomæi Mirandæ Magistri Sacri Palatii  
examinarunt, & probarunt.*

- |   |   |
|---|---|
| Don Antonius de Aquino, Nobilis Neapolitanus.   | P. Franciscus Suarez Hispanus, e Societate Iesu, olim Parisijs, nunc Neapoli Cathedralicus. |
| P. M. Euangelista Patavinus, Ord. Sancti Augustini, in Romana Academia Cathedralicus.           | Don Fernâdus de Fozes, D. Hispanus, Canonici & Cathedr. Carthaginensis.                     |
| P. M. Petrus Ioannes Saragoza, Ordinis Prædicatorum,<br>& Socius Reuer. Magistri Sacri Palatii. |   |



**PHILOSOPHORVM  
CATALOGVS.**

*Quorum, seu Typis impressa, seu manuscripta, vel ab alijs relata dogmata, caute legenda ab Auctore proponuntur.*

Quæ vero Asterisco \* notata sunt nomina, illorum Commentaria manuscripta, vel Græca, vel Latina, ab eodem Auctore visa esse intelligas.

* Alanus de rerum natura.	Eufratius.	Olympiodorus.
Alexander Aphrodisiensis.	* Excerpta ex Procli Commentarijs in Cratylum Plat.	Orpheus.
* Alexander Macedo de mirabilibus Indiæ.	Galenus.	* Philo Indæus.
* Alchindus epitomæ discipulorum Platonis, si non est idem cum eo, qui de Mutationibus aeris.	Georgius Gemistius Pletho.	Philoftratus.
Alcinous.	Georgius Pachimerius.	Plato.
Algazel.	* Georgius interpres Sinesij de insomnijs.	Plinius.
Alpharabius.	Heraclitus.	Plutarchus.
Amelius.	* Hermeas in Plat. Phædrum.	Porphyrius.
Ammonius.	Hierocles.	Priscianus Lydus.
Aristoteles, & si non idem est.	Hippocrates.	Proclus.
* Aristotelis Deonomia.	Iamblicus.	Psellus.
Artemidorus.	* Incertus de signis aquarum, & ventorum.	Ptolemæus.
Aueroes.	Io. Grammaticus.	Pythagoras, siue Pythagorici, vel Pythagorei.
Auicenna.	Leo Hebræus.	Rabbi Moses.
Auctor de causis.	Lucretius.	Seneca.
* Blemmidas.	Lutius Apuleius.	Simplicius.
Chalcidius.	Macrobius.	Sinesius, & eius interpres de insomnijs.
* Collectanea, ex Procli Theologia.	Magentinus.	* Somniorum interpretes.
* Collectanea Theologiæ Orphicæ.	M. Tullius.	Spensippus.
* Collectanea Theologiæ Trismegisticæ.	Maximus Tyrius.	Stoici.
* Damascius.	Mercurius Trismegistus.	Syrianus.
Dexippus.	Michael Ephesus, si non est idem cum Psello.	Themistius.
Differentia Aristotelis, & Plat.	Mystica Aegyptiorum philosophia.	Theodorus Metochite.
Diogenes Laertius, vel, in eo Philosophorum placita, quorum libri non extant.	Nemesius, & si alius sit à Nemesio Scholiaste in Plat. Phædro.	Theophrastus.
Empedocles.	Numenius.	Timæus Locrus.
Epicletus.	Ocellus.	Xenocrates.
		* Xistus Pythagoricus.
		Zoroaster.
		* Zoroastri Magica.

Insuper, multorum dogmata, quorum pauca vix extant, vel in aliorum Cōmentarijs citata leguntur. Adde etiam, quod Catholicorum quorundā placita nimis in Gentiliū sensu luxuriantia eidem censuræ subijcienda fore, monent Auctorem: Illustriss. Cardinalis Toletus, Patres, Robertus Bellarminus, Cæsar Baronius, Antonius Possseuinus, ætatis huius Clarissima lumina.

OPERIS PRÆFATIO.

Aduersus Pelagium ad Ctesiphontem. Idem in Ionam c. 3. Martialis Episcopus Lemoicensis in Epistola ad Burdegaleses.

*luminis debilitatam, pene etiam demersam: defendi oportuisse? Equibus cum primis ugentibus? Vt ipse Philoſophis hæreticorum (teste D. HIERONYMO) Patriarchis, Qui (ut cum eodem dicam) Ecclesiæ puritatem peruersa maculauere doctrina. Quique, velut Reges habentur hominum. Quorum præcepta, non ut præcepta mortalium, sed quasi oracula accipiuntur Deorum. Quorum, tanti habitam doctrinam cum uideret D. MARTIALIS, ab eisdem venturos olim præuidit, præsumptores, (hæreticos intelligebat) absque gratia Dei loquentes, quorum gloria labiorum ex superbia procederet. Similes illi, qui, superbia Cælum præsumens habitare, mox de Cælo cum Angelis suis sequacibus, ruit in æternam voraginem: docturos etiam aliam, quæ aliena sit a Deo, doctrinam, amicam autem Diabolo, per quem ipse spiritus erroris, animas potest se trahere festinabit. Quid faceret tunc Diuina Prouidentia immensa pietas? Scilicet, post Christi Saluatoris Aduentum, (qui, & ipse gladium se missurum in terris testatus est) post item Apostolos, in eodem Christi gladio percussores, adhuc etiam periclitantem quandocumque Ecclesiam, fortissimis defensoribus donare placuit. Qui, cum primis, tum etiam medijs illis temporibus, & uirtute probitate, & sapientia copia, & eloquentia ueritate fluctuantem Religionem tuerentur. Quoniam uero, quæ ab impijs supra, subterque inuersa fuerant, ad Christum referre minime illi poterant, & antiquo mendacio, nouam lucis ueritatem opponere, ne id quidem licebat; Neque proprijs Euangelicæ Fidei armis, contra negantes principia pugnare datum erat. Eo tandem redigi certamen oportuit, ut, proprijs sepositis, illam armorum conditionem admittere cogerentur, quam ab hostibus datam, quin acciperent, inſitari non possent. Itaque, sacrosanctum Euangelij gladium aliquantisper faceſcere iubentes, silere etiam ueterum Prophetarum monumenta patientes; Omni denique de ueritate sermoni conuenientes; Eo se penumero a Patribus deuentum est, ut, Religionem Religioni, sacram scilicet, profana comparari senerent. Et Mortales homines (quos Deus illi faciebant) Immortali Deo, & Angelos, & Sanctos uiros, suis Dæmonibus, Penatibus, adde etiã Lemuribus, Genijs, & si quid usquam impurijs conferri paterentur. Sed, quid multa? an fortasse defuerunt, qui CHRISTO Tyancum quendam opponere uerentur? & ex Platonis scriptis non & illum profecisse affirmarent? In huius tamen quamuis indignam comparationis arenam, adeo inuite Viri sancti descenderunt, quam, pro rei necessitate non semel, sed usque descendisse illos oportuit. Hoc enim, nec parua cum Vera Fidei gloria sibi cessurum præsentiebant. Quam doquidem, dum quidquid ubique pium, religiosumue est, ad Græciæ Deos deferri condonarent. Quia tamen (Historiarum serie comprobante) ad Aegyptum illud transuchere cogebantur, Ab Aegyptijs autem, quin ad Prophetas deferrent, negare minime auderent, cum denique, uni nenturo CHRISTO Deo acceptum omnia ferre (uelint, nolint) cogerentur; Quanta putas gloria, quanta laude, quanta dignitate, Religionem nostram, & eos, qui pro Religione bella gerebant, fuisse affectos? Scilicet, dum impia Theologizantium Philoſophorum turba proprijs telis, adeoque ob id grauiore uulnere confoderetur? Sed, utinam exterum illud bellum (ob quosdam seruatos hostes) non domesticum, & propterea tristius, ac turbulentijs non fuisset intrusum. Nam, ex fusorum exercituum reliquijs, eorumque Ducibus ueluti captiuum triumpho ductis, quibus tamquam Corycais in aduersariorum insidijs detegendis, uti cum destinaſent; Mirum quam exitiosus bellum, quo magis domesticum, atque occultum in Ecclesia Dei natum est. E quorum numero, illi sunt magni Duces, Zoroastri, Mercurij, Socrates, Platonis, Aristoteles, Procli, Plotini, & id genus hostium ueluti Primipili, Chiliarchæ, Tribuni, ne dicam ueluti eorundem Tubicines, Aeneatoresque. Et (ut ceteros suis locis detegendos ablegem) unum in præsentia PLATONEM ueluti ex hostium numero captiuum seruatum, ante oculos ponam. Atque, utinam de quo tantum quereret, non haberem. Hic enim, humaniter, & plus quam par erat a nostris benigne susceptus, cum Ethnicus esset, & Hostium famosiſſimus Antesignanus, & uanis tum Græcorum, tum exterarum gentium superstitionibus apprime imbutus, & mentis acumine, & uariorum dogmatum*

Prisci Ecclesiæ defensores quomodo cum hostibus congredebantur.

Euseb. contra Hieroclis Philalercæ, in quo talis fiebat comparatio. Libri comparationis non extant, contra quos scripsit Ambrosius Papa.

Seruatos Philoſophos, domesticum nobis bellum intulisse.

OPERIS PRÆFATIO.

dogmatum cognitione, & famosa illa ad Aegyptum nauigatione, ingenij sui, alioqui præclarissimi, vires adeo roborauit, & Patria eloquentia usque adeo disciplinas adauxit, ut, siue de Deo, & de ipsius una quadam nescio qua Trinitate, Bonitate, Prouidentia, siue de Mundi creatione, de celestibus Mentibus, de Dæmonibus, siue de Anima, siue tandem de moribus sermonem habuerit, solus e Græcorum numero, ad sublimem Græcæ sapientiæ metam peruenisse uideretur. Hinc nostri prima mali labes. Hinc Hæretici spargere uoces in uulgus ambiguas ausi sunt. Hinc superstitionum, mendaciorum, & prauitatum omne genus in Ecclesiam Dei, agrum factum caput in ruere. Hinc Ecclesiæ parietibus, testis, columnis, ac postibus sanctis, horrificum quoddam & nefarium, omni imbutum odio, atque scelere, bellum Hæretici intulerunt. Et quidem, tanta fuit in captiuo Platone sapientia, tantaque leporis eloquentiæ dulcedo, ut parum abfuerit, quin de uictoribus triumpho ipse actus, triumpharet. Nam, ut a primis nostrorum Patrum Proceribus exordiar. Si CLEMEN-TEM ALEXANDRINUM inspicimus, quanti ille Platonem fecerit; plus quam sexcentis in locis (dum liber) uidere licet, & tamquam ueri amatorem a primo fere suorum librorum limine salutauit. Si uero etiam ORIGENEM, quam frequenter in eiusdem sententiam iuerit, magno quidem sui, & Christianæ Reipublice detrimento experimur. Si PHILONEM, iam, prouerbio locum dedit, ut, de se diceretur, aut Philo Platonis, aut Plato Philonis. Si IVSTINUM, gauisus ipse olim est, se in Platonis doctrinam incidisse. Si EUSEBIUM, nostra ille ad Platonem cuncta fere ad satietatem usque retulit. Si THEODORETUM, adeo illius doctrina percussus est, ut, cum Græcos affectus curare tentasset, medicamenta non sine Platone præparante illis adhibere sit ausus. Si uero tandem AVGVSTINUM, dissimulem ne pro millibus uinum, quod referre piget? Platonis ille quidem, iam, non dicta, uerum decreta, & eadem sacrosancta, appellare non dubitauit. Vide igitur quantos, qualesque uiros, uictus ille Græcus, ad sui beneuolentiam, de se triumphantes illexerit. Vt, nec alij deinde artibus met ipse Plato, in multorum animis sese, ueluti hostis deterrimus insinuauerit. QVEM TAMEN VEL EGREGIE CORRIGI, VEL, (quod nuuc fieri cupio) ADHIBITA POTIUS CAUTIONE LEGI, quam ueluti captiuum seruari præstitisset. Nam, quot a Christiana Religione perfugas, defectoresque, ille persuaserit, quot ipsius commercio Platonici facti, Fidei stationem deserentes, sponte neglexerint, quot Illustrum Græcorum profanas mentes fecerint, & falsorum Deorum Religione imbuerint, quot etiã, quantifue falsis Dijs, Athenarum arcem, iterum munire tentauerint, testes sunt (atque utinam usque a D. Petro, quos citem non haberem) Simones Magi, Menandriani, Saturnini, Basilidiani, Ptolomei, Luciani, Ammonij, Origeniani, Procli, Porphyrij, Tertulliani, Manichæi, Arriani, Donatistæ, Iuliani, Valentini. Utinam etiam, non ad hæc nostra tæpora peruenire possem, & huius pene prostrati seculi Lutheros, Caluinos, Melanchthones, & alios huiusmodi sexcentos, non esset cur tanto dolore, uobis enarrando recenserem. Cum, in eorum omnium Commentarijs, omnium factis, aut etiam dictis, nihil tam turpe factum, aut dictum sit, quod ex Philoſophorum, & uno potissimum Platonis fonte, ab illis non exhaustum inuenias, quæ, cum in illo non obscure uidere & legere, neque tandem ulterius distimulare Sancti illi uiri ualuisse; tam uideas, quam subito mutata uoluntate, Palinodia recantauerint. Vt ipse, quos Platonica eloquentia satis diu præsentas aures habuisse puerit. Hinc factum est, ut, e primis ille idem ipsius admirator CLEMENS, cum Platonis, tum etiam uniuersam Græcorum Philosophiam, similem illuminationi esse dixerit, quæ sit ex scirpo, quem homines accendunt, lucem artificiose a Sole suffurantes. Hinc etiam, Magnus ille ORIGENES, deceptor obloqui cepit, quem, & alios Græcorum sapientes, præ superbia, similes Medicis illis esse dixit, qui solis lautioribus prospiciunt, neglecta Plebeiorum multitudine. Et, cum idem alibi, aquas Aegyptias exponeret, Platonem ipsum, Puerorum, atque paruulorum deceptor simul, & eosdem Philoſophos appellauit. Hinc grauiſſimè ille TERTULLIANUS, ut qui

Antiqui Patres quati Platonem fecerint.  
a Lib. Stromat.  
b Idem r. lib. Strom.  
c In lib. Periarchon.  
d Hieron. in catalogo Scriptorum Illustrum, cum de Philone loquitur.  
e In colloquio cum Triphone Iudæo.  
f In li. præpar. Euang.  
g In li. de curâ dis Græcorum affectibus.  
h Tertio lib. contra Academ.

Hæretici, qui in Philoſophorum scriptis suo malo profecerunt.

Sanctorum Patrum, & aliorum in Platonem indignatio.  
i Li. 5. Stromatum.

k Lib. 6. contra Celsum.

l Homil. 4. super Exodi c. 7.

m L. de Anima



OPERIS PRÆFATIO.

ut qui Platonem iam pridem adamauerat, demum, hæresum condimenta- rium factum esse, quin dolens exclamaret, facere non potuit. A cuius lectione se de- ceptum esse IVSTINVS MARTYR tandem conqueritur. quæ ATHANASIVS, & si de vno uero Deo cogitandum uiderit; Idololatram tamen detegit, & in Piræum cum Socrate descendente, hominis arte deformatam Dianam adoraturum ma- nifestat. Quorum spiritum tumidum (de Platonis Trinitarijs est sermo) & hu- mani appetitorem fauoris, increpat CYPRIANVS. Sed & TATIANVS ille Assy- rius, simul cum anilibus Phœnicidæ fabulis, & Pythagoræ dogmatum hereditaria suc- cessione, Platoniam illius imitationem risit, eiusdemq. superbam, insanamq. lo- quacitatem, reiiciendam monuit. Et cum HERMEAS magniloquum eundem appellet, an ipsum oneret quam honoret uerius, ex eiusdem libri inscriptione fit mani- festum. Cuius sequaces, tamquam ipsi magis credentes, CHRISTO non acq.ue- scentes, risu (quamuis Sardonico) deridet ARNPNBIVS. eiq. viros appellat. pluri- quam satis est sibi ex aliena generositate tribuentes. Cuius causa & AENEAS GAZAEVS cognomento Platonius, cum tamquam non ubique eadem dicentis illum reprehendat, in Athenienses demum indignatur; qui tam fabulosa referen- ti, tam promptas aures porrexerint. Quem, ad ineptias, & nugæ deuolutum, Sanctus Pater THEOPHILVS Patriarcha Antiochenus appellat. Cuius libros, criminis fontem esse, atque fomitem, & virtutum omnium extermium, mon- net LACTANTIUS. A cuius lectione, vniuersam deceptionem, tum circa hære- sim, tum circa eloquium, Secundianis accidisse animaduertit EPIPHANIUS. In quo, innumerabilia esse, quæ reprehendi possint, cõfitemur. EVSEBIUS. quæ m. HIERONYMVS stultum appellat. Et, cum tot insulsa dogmata, suis dialogis in- feruisset, eundem terraceam, ac limosam aquam, lucido veterum Prophetarum fonti permiscuisse, indignatur THEODORETUS. Cuius libros, imperitiæ fon- tes appellat CYRILLVS. Quæ, ut multa nugari solitum, increpauit CHRYSO- STOMVS. Cuius facundiam, & Aristotelis artificium, velut Aegyptias pla- gas, in Ecclesiam Dei irrepsisse, egerrime tulit NAZIANZENSIS. Quæ, frequen- ter a uero recessisse, & sexcentis in locis reprehendi posse, testatus est IOANNES PHI- LOPONVS. Nec praterit me, ad hoc (ueluti in Platonem) Concilium, Tantis viros conuocare conantem, a D. AUGUSTINO mirum facere oportuisse, sed passus sum ipsum omnium exemplo præcurri, quippe qui, ob recantationis modum, omnibus simul esset ante ferendus. Hic enim, in aureo illo Retractationum libro, & ingenio homine, & Philosopho, immo uero sancto Heroe digno, omnem illam Platonem a se falso asertam sapientiam, do- ctrinam, diuinitatem, ubique suorum operum decantatam, ita recantauit, ut, laudem ip- sam qua Platonem, vel Platonicos, seu Academicos Philosophos, tantum ex- tulerit, quantum impios homines non oportuit, non immerito sibi displicuisse dolens, atque penitens confiteretur. præsertim quorum contra errores magnos de- fendendam esse Christianam doctrinam animaduertisset. Tantis ego, talesq. indi- gnationes, cum non semel, sed bis, & centies auribus excepißem, & animo semper extri- muisssem: capere egomet grauisimorum, sanctissimorumq. auctoritate uirorum, eorumdẽq. periculo, non uereri modo, uerum expallescere, atque deterri. Vt ipse qui, cum multos annos in Gentilijs lectione consumpsissem, pene etiam attriuerim, & quasi apud Syrenas (ut prouerbio fertur) aut Lotophagos haerim, & quos mihi iam olim Platonem, atque Aristoteles familiares reddidissim, eosdem, a sanctis uiris exprobratos, & ab Ecclesia con- sensu mihi obiectos senserim; putauit sane, rem meam agi, si quid pro tuenda ueritate (quod meo debito fieret) præstare possim. Vt contractum ex Gentilijs lectione damnatum, quæstuo- so posterorum lucro apponere; atq. ita demum meam animi pronitatem indicando, eis- dem adiumento futura non desperabã, si modo ex Platonis, max. deinceps, ex aliorum ueluti fonte perenni, quæ errorum omnis generis semina, in uera Philosophiæ campo, iugiter de- riuata

a In colloq. cũ Triph. Iud. b In oratio. cõtra Idola. c In li. de Spiri- tu sancto. d In orat. quod nihil eorũ qui bus Græci glo- riantur, studio rũ, apud ipsos natũ; sed om- nia a Barbaris inuenta sint. e In li. de Gen- tilium Philoso- phorum irri- fione. f 2. Cõtra gẽt. g In dialogo q. Theophrastus inscribitur, si- ue de animo- rũ immortalitate, & resurre- ctione. h Li. 3. contra Christianæ Re- ligionis calum- nias ad Au- tolicum. i Li. 3. diuin. in- stit. c. 2. 1. & 2. k Contra hæ- res. lib. 2. tom. 2. h. g. ref. 3. l De præpar. E- uang. c. 13. l. 13. m In epist. ad E- lio doram. n Li. 2. Græc. af- fect. qui & de- principiis inscri- bitur. o Cõtra Iulia. lib. 1. p In Act. Ap. cap. 2. q Oratio. 26. r Argu. nono contra Proclũ particula ter- tia. f Aug. 1. Retr.

Auctoris confi- lij ratio, & pro- cedendi modus.

OPERIS PRÆFATIO.

riuata inspexissem, & hæresum prata perpetuo uirescere animaduertissem, eadem CA- TE LEGENDA monerem. Protinus, singulis, quorquor extant Ethnicorum Commẽta- rijs, proprias eorundẽ doctrinas, citatis locis obycere. Tum deinde, naturalis, & Christianæ ueritatis obicem opponere. Inde, hæresum crimina, ad sua quæq. principia reuocare. Demum Summorum Pontificum, & Conciliorum nutu, & Sanctorum Patrum auctori- tate, & Theologorum ratione, reiecta cauere, Id, si olim assequer, futurum sperabam, ut, non sine aliqua Christiani Lectoris utilitate præsens hic mihi cederet labor. Cuius quidẽ suscipiendi, animos mihi addidit, eorundem Patrum unanimis in Platonem consensus. Nam esto illorum quisque, haud leuiter deceptorem passim ubiq. accusauerit, si tamen, ut (inquit D. HIERONYMVS) hæreses ad suos fontes reuocasse, confutasse est, quo- tus quisque est, qui Hæreticorum torrentia, ad suum Tartarũ resoluere laborauerit? Quo- tus etiam quisq. est, qui, ex proprijs, uel Platonis, uel aliorum Gentilijs principijs, falsi- tatem cauendam denuntiauerit? Et tamen, hoc illud erat, quod imprimis faciendum, nos multo ante monuerat Magnus ille, Sanctorum Patrum norma, & Theologorum Mens A. Q. V. INAS. dum, præstantissimum illum sua mentis partem in Gentiles ederet. Nam, cũ inquit, contra singulorũ errores difficile esse procedere, quia non ita sunt nobis nota singulorũ errantium dicta sacrilega, ut ex his, quæ dicunt, pos- simus rationes accipere ad eorũ errores euertendos, certe non tam posteriorem suã, qua suus est in Ethnicos disputationẽ commendauit, quã priorem, qua nunc in eosdem uisum, approbabit. Atq. hanc, an quod tẽporis iniquitas illi ademerit, id, huius, cui fauori sit adscribendum, quod scilicet tot, tantosq. antiquos auctores hæc ætas inuenerit, quorũ errores, quidã, ut D. Aug. uerbis utar, doctius nescirentur. Sed tamen Sanctus ille, eorum commentarios præ manibus habere desiderabat. Quid ita? Nempe, ut ex eorũ deli- rantijs placitis, errores in Ecclesiã demanantes, ualidius, atq. certius reprimere ualeret. Pudebat enim ipsum, apud Ethnicorũ quempiam legisse, Rerũ fontes non uidere, & riuulos consecrari, tardi ingenij esse, & iniquitatẽ ab impijs progressam, debito dis- ferendi modo non coercere. Proinde (quod potuit) posteriorem modũ, tanta felicitate aggressus est, ut, posteritatis omnem ab eodẽ feliciter tractando penitus liberaret. At uero, priorẽ ase desideratũ, tantum abest, ut aliquis Theologorũ attingeret, ut ne quidẽ id faciendũ esse animaduertit, quãuis Sũmo illorũ Principe præ sua Disputations foribus, aperte id ad- monente. Quod uero Patri pleriq. uidelicet Nazianzenus, Cyrillus, Tertullianus, Iusti- nus, Irenæus, Cyprianus, Eusebius, Athanasius, Serapion, Titus, Hilarius, in Hæreticorum quorundã agmina impetum fecerint, in quos etiam citatis uerbis, & excusis, uideat quã illorum sententijs insurrexerint, Id mihi, propositi magis urgẽdi certe dedit, quam ab eo, ansam præbuit, abstinendi. Propterea quod, dum (gratia exempli) in suis Iulianis, in Mar- cionibus, Celsis, Demetrijs, Porphyrijs, Arijs, Manichæis, Dioscuris insurgunt, illud po- tissimum conquerruntur, quod, in Hæreticorum Commentarijs adultam prauitatem, ex Gẽ- tilium, adeoq. potissimum, ex Platoniorũ operum lectione initia sumpsisse animaduerte- rint. Quæ igitur inuidia est in mali originem calamum non posse acueri? & illos naufra- gij scopulos, qui tantorũ animorum pernicie infames habentur, caute uitandos non excla- mare? qui etiam malũ est, si Christianorum animis, procul cum Poeta conclamauero?

Hinc via Tartarei, quæ fert Acherontis ad undas?

Nec sum equidem nescius, Hæreticos omnes, ut de Marcione animaduertit CLEMENS CLEMENS 3. ALEXANDRINVS sæpe & ingrate, & indocte accepisse a Platone, quod certe, uel ex Stromat. ipsis Euangelij nitidis fontibus facere non semel illi solent. Vt ob hanc etiam causam Pla- tonem, & alios magis adeo CAUTE LEGENDOS esse proclamem. Si uero, magnum vi- detur opus a me susceptum, atq. arduum, quod ab homine Philosopho ad calcem minime perducì posse uideatur. Certe, quamuis ob assiduam in Gentilijs Philosophorum scriptis lectionem, non est cur huius muneris absoluedi facultate alios onerem; At certe, pro Chri- stiana Republica tuenda, & pro inexhausta in Conciliorum Patrum, atq. Theologorum

Hæresum cri- mina suis priu- cipijs referen- da.

D. Tho. 1. cont. gent. cap. 2.


Aug. 1. 2. de Gi- uit. Dei. c. 22.

Cic. 2. de ora- tore.

Patrum pleri- que quomodo in hæreticos insurrexerint.

CLEMENS 3. Stromat.

b exanslan-



OPERIS PRÆFATIO.

exantlanda lectione, præsens scribendi munus, vel cuiilibet Christiano minime inuitus concedam. Et, si indicanti feratur acceptum, tum demum laborum omnium, vigiliarumq. mearum tributam mihi mercedem duxerim, si ab eo impetrauero, ut nudam veritatem, non verborum lenocinijs, nec extraneorum interpretationum ambagibus deturpatam, Platonis, aut mortalis cuiuspiam, amore ipse ductus prosequatur; sed, quid ex eorum libris veneni in naturalem veritatem, in bonos mores, & in sancta fidei nostra decreta conspergatur, diligenter inquirat. inuentum autem, sibi, & alijs cauendum consulat. Videmus enim, & alieno quidem periculo, non ita pridem experti sumus, quamuis ab antiquis morem ductum temporibus, Platonis, verborum, atque sententiarum talem interpretandi usum, atque ita religiose a quibusdam fuisse obseruatum; ut nihil ab eo (esto quantumuis exorbitans) dictum sit, quod Allegoriarum machinis ad rectum sensum non perducatur. & (si Deo placet) ad Euangelij sententiam pertractum non fuerit. Sin vero falsa protulerit, & in signentis (ut solet) euauerit; pro pudor? quo non penetrant, quid non excogitant illius (an Auidi admodum appellare verebor) quo, necdum allegoricis, verum etiam anagogicis sensibus, Platonis mysteria (nam talia ipsis pene credita, atque existimata sunt) interpretentur. Si denique, uel impudenter Platonem lapsum conspiciant, caue putes tale quidquam de Præceptore illos confiteri. Atque utinam Christianorum pleriq. Platonem tamquam Mosem Atticum non uenerarentur. Hoccine est, quæso sacras scripturas interpretari? hoccine de ueritate, de Ecclesia, de Christo bene mereris? Hos ego Philosophos existimem? hos ego Christianos? hos homines? qui ueritatem, qui Religionem, qui propriam rationis libertatem, unius hominis uerbis, unius Platonis signentis, teretismatis, somnijs addixerint? Quasi uero pro Religionis maiestate, & ueritate assueranda, nisi unus accedat Plato, de illa fere actum sit? Quasi etiam quos imitemur, non habeamus, Augustinos, Nazianzenos, Ambrosios, Basilios, Hieronymos; quasi illorum magnas disceptationes, Conciones, Epistolas, Homilias, Opuscula, præ manibus habere, sine Platone parum conducatur? quasi denique Prophetis, Christo, Apostolis, summis Pontificibus, Concilijs, & hodiernis temporibus ut de multis taceam, Vnius ROBERTI BELLARMI INI immortalibus in hæreticos controuersus & CAESARIS BARONII unius, ueluti instar omnium, sacris historijs duci, (si Plato absit) irrita sint omnia? Demum fac olim post Christi natum, hæc omnia Christianis ad Religionem confirmanda desuisse, An fortasse parua ad perfectam Sapientiam illa uidebuntur, quæ, Gentium uarietate, Episcoporum Auctoritate, Regum, Rerumq. publicarum potentia, Theologorum fundameto Academiarum præstantia, linguarum uarietate, librorum delectu, ingeniorum subtilitate, uirtutum, studio, diuinitijs, nostra cõstet, hæreatq. Christiana Respublica, & Augustum diuini sui corporis sacrarium impleat, cõpleatque? Legant tamen Ethnicos Philosophos, ueritatis studiosi, Legant unum Platonem, atq. ita legant, ut liberales Disciplinas, quas exactè illi tradidere, ad usum ueritatis aptiores reddat. & ueritatis aurum illud, e Metallis Diuinæ Prouidentie elaboratum, feliciores in usum transferat. Nec illis cura sit, an Cicerone, aut alius quispiam Ethnicus, Platonem, aut alios Philosophos magnificerit; sed, potius, quod sanctiores Anima eosdè in multis reprehenderint. Ita. n. D. Ambrosius olim se omnia legisse fatebatur, scilicet, pleraq. ne negligeret; alia, ne ignoraret. quædam, non ut teneret, sed ut reprehenderet. (ut Dionysij Alexandrini uerbis utar) multum cõferat, quod ex illorum uerbis arguere illos possis; & Nazianzenus Basilij rudimenta cõmendans, cum Philosophia, aliq. ETHNICORVM studia Christiano homini minime continenda esse asseruerit, Viperæ ex èplo, Bone Deus, quàm apposite est usus? Nã, contra illius morsum, celebre illud remediũ excogitatum est, in quo, eiusdè Bestiæ carnem adhibere solemus, idque Greci κρτ' Ἐχθρῶν, nos uero Theriacũ appellamus. Sed, quoniã lógicus fortasse quæ par fuerat Præfationis modũ prouexi, quãuis multarũ atq. magnarum rerũ, ad ueritatis studiosos pertinentiũ, impetu concitata: præstiterit modo rē ipsam aggredi tentare, & uobis paratissimam in unum Platonem Cautiones de Anima, legere propeantibus, comitem me præbere.

Auctoris exhortatio ad ueritatem inquirendam. Platonis interpretandi prauus usus.

P. Roberti Bellarmini libri controuersiarum in hæreticos.

P. Caesaris Baronij Annales Ecclesiastici.

Ecclesia Dei quibus modis aucta.

P. Antonij Posseui acerrimi Iudicij Bibliotheca selecta.

Peroratio.

Ex Aug. I. de doct. Christ.

D. Ambr.

Dionysij Alex.

ex hist. Eccl. I.

7. c. 6.

Nazianz.

I N D E X  
H A E R E T I C O R U M  
A T Q U E H A E R E S U M

Quarum origo in hoc primo quinario detegitur, atque Cauetur.

<p><b>A</b></p> <p><b>Adami</b> Allegorica generatio damnatur. 367.A</p> <p><b>Adamiani</b>, siue Adamei, Nudi omnis sexus uenerem exercebant. 406.A</p> <p><b>Albanenses</b> dixere Deum animas de nouo non creare. 118.C</p> <p><b>Albanenses</b> Duo rerum principia posuere, Deum non creare animas nouas, eisdemq. non infundere corporibus. Migrationem &amp; alia. 262.E</p> <p><b>Albani</b> seu Albigenes, uel potius Albij, aut Albigei præter alias prauitates migrationem approbarunt. 463.D</p> <p><b>Albigenses</b> circa femine generationem tamquam Manicheorum socij damnantur. 366.D.E</p> <p><b>Almarius</b> Parisiensis doctor, negauit carnalem copulam in statu innocentie futuram. 365.B</p> <p><b>Angelum</b> primum produxisse secundum. 52.E</p> <p><b>Angelos</b> siue Archangelos præter conscientiam Dei Mundum fecisse qui dixerint. 55.A</p> <p><b>Animas</b> plures in homine, qui Catholici Viri posuisse uisi sunt. 319.E</p> <p><b>Animas</b> a Deo bono factas hæreticos nonnullos dixisse. 55.A</p> <p><b>Antidiphoristæ</b> hæretici nostri temporis, Simonis Magi sectatores. 461.B</p> <p><b>Apellitæ</b> a Deo bono, malum Deum fecere. 67.D.E</p> <p><b>Apollinaris</b> a synodo Constantinopolitana damnatus. 367.A</p> <p><b>Archontici</b> animam cibum esse superiorum quarundam potestatum dixerunt. 186.C</p> <p><b>Armenorum</b> error dicentium omnes in sexu uirili resurrecturos. 511.B</p> <p><b>Arrius</b> a synodo Constantinopolitana damnatus. 367.A</p> <p><b>Auctor</b> operis imperfecti Animam solam dixit esse hominem. 345.B</p> <p><b>Augustinus</b> reminiscenciam olim assertam retractauit. 286.C</p> <p><b>Auicenna</b> de intelligentiarum productione, quid. 53.A</p> <p><b>Intellectum</b> esse unum Auerroij tribuit, si non &amp; Simpl. atque Them. 74.C</p>	<p><b>B</b></p> <p><b>Baioleses</b> eiusdem prauitatis Hæretici cum Albanensibus, Migrationem admiserunt. 463.B</p> <p><b>Basilides</b> Gnosticorum hæreticorum Auctor. 461.C</p> <p><b>Barulitani</b> animas ante Mundi constitutionem creatas peccasse. 145.E</p> <p><b>Basilides</b>, uide Gnostici. 67.A</p> <p><b>Bassus</b> septem astris hominum generationem tribuit. 259.B.C</p> <p><b>Bassidiani</b> promiscuum fecere coitum. 405.D</p> <p><b>Brachitæ</b> animam ex Dei substantia fecere. 68.A</p> <p><b>C</b></p> <p><b>Caluinus</b> Simonis Magi sectator. 461.B</p> <p><b>Caluinus</b> uide Faustus. 68.B</p> <p><b>Carpocrates</b> in Migrationem abiit. 487.D.</p> <p><b>Celsus</b> negabat Deum Cuncta fecisse propter hominem, cui respondet Orig. 221.D</p> <p><b>Celsus</b> rationem brutis tribuit, contra quem Origenes. 221. vsque ad 225.</p> <p><b>Cerintiani</b> hæretici circuitum mille annorum expectabant. 527.C</p> <p><b>Chiliasitæ</b> hæretici a mille annorum numero appellati. 527.D</p> <p><b>Claudianus</b> animæ e celo præcipitium asserit. 110.E</p> <p><b>Colobrasius</b> Bruta rationalia dixit, &amp; Migrationem asseruit. 220.A.B</p> <p><b>Concordenses</b> siue Cozoréses, Albanensibus similes in Migrationis prauitate, pro ut in alijs. 463.B</p> <p><b>Corpora</b> a malo Deo facta, qui dixerit. 55.A</p> <p><b>Creaturas</b> a malo Deo factas qui dicebant. 55.A</p> <p><b>D</b></p> <p><b>Dator</b> formarum Auicennæ. 53.A</p> <p><b>Dicartitæ</b> animam ex Dei substantia fecere. 67.E</p> <p><b>Didymus</b> plures animas in homine posuit. 320.A</p> <p><b>E</b></p> <p><b>Enthusiasitæ</b> animam ex igne &amp; spiritu fecere. 186.D</p> <p><b>Enthusiasitæ</b> animas ab Angelis creatas asseriebant. 53.D.E</p>	<p><b>F</b></p> <p><b>Epiphanes</b> hæretici Chiliasitarum erroris sustinere. 527.C</p> <p><b>Epiphanes</b> Migrationem asseruit. 487.D</p> <p><b>Epiphanes</b> Platonica doctrina instructus. 488.A</p> <p><b>Eutiches</b> a synodo Constantinopolitana damnatus. 367.A</p> <p><b>Eubulum</b> dicentem corpus esse uinculum anime, quomodo redarguit Epiphanius. 155.D</p> <p><b>Eunomius</b> a synodo Constantinopolitana damnatus. 367.A</p> <p><b>F</b></p> <p><b>Faufus</b> de anima incorporea male sentit, in quem scripsit Claudianus.</p> <p><b>Faufus</b> Manichæus, anima ex Dei substantia fecit. 68.B</p> <p><b>Flagellatæ</b>, se omnium hominum animas ab initio simul creatas in paradiso asseruisse. 95.C</p> <p><b>Floriani</b> omnem filiorum generationem Communi Coitu exercuere. 405.E</p> <p><b>G</b></p> <p><b>Georgius</b> Venetus Animam solam fecit hominem. 345.C</p> <p><b>Gnostici</b> animam ex Dei substantia esse dixerunt, &amp; bruta rationis esse capacia, &amp; creaturas a malo Deo factas. 67.A.B</p> <p><b>Gnostici</b> Migrationem asseruerunt. 461.C</p> <p><b>Gnostici</b> bruta rationalia esse dixerunt &amp; Migrationem asseruerunt. 461.C</p> <p><b>H</b></p> <p><b>Hæreticos</b> nonnullos deterius, quid, ipso Platone dixisse. 55.A.B</p> <p><b>I</b></p> <p><b>Iacobus</b> Syrus duas animas in homine posuit. 319.C</p> <p><b>Iandunus</b> animæ informationem negauit saltem in Auerroë &amp; Arist. 334.B.</p> <p><b>Illyricus</b> Simonis Magi sectator. 461.B</p> <p><b>Ioannes</b> Episcopus Hierosolimitanus Origenis errorem secutus, de animarum lapsu e celo, a Hieronymo reprehensus. 97.B</p> <p><b>Ioannes</b> Grammaticus plures animas in homine posuit. 319.D.E</p>
--	--	--

I N D E X

Ioannes Grammaticus animas e celo descendere asseruit. 98.D  
 Ioannes Vuicleffus animas certo numero a Deo creatas assererat. 83.C  
 Iudæorum quidam aliam quandam Mulierem ante Euam fuisse creatam asseruerunt. 364.E

L

Laurentius Valla Brutis rationem & discursum tribuit. 228.A  
 Libertini hæretici Iuniores ex Gnosticis pullulantes. 461.C  
 Libertinus Simonis Magi sectator. 461.B  
 Luciferiani corpoream, & de carnis substantia fecere animam. 186.A  
 Luterus vide Faustus. 68.B

M

Macedonius a synodo Constantinopolitana damnatus. 367.A  
 Mahometes animas migrare dixit. 462.B  
 Manes vnde Manichæi a Platone animam Dei substantiam esse didicere. 67.C.D  
 Manes a quo Manichæi animorum migrationem asseruit. 461.E  
 Manichæi elementa animata esse sunt arbitrati. 462.A  
 Manes damnatur circa femine generationem. 366.C  
 Manichæi tres animas in Homine Platonice rationibus asseruere. 319.A.B  
 Manichæi Bestias omnes rationis esse capaces dicebant. 210.D  
 Manichæi an dixerint bestias esse rationis capaces ex Alphonso de Castro, a Philatrio atque Epiphantio. 219.&c.  
 Deum esse lucem quandam corpoream, cuius partem quandam esse Animam asseruere Manichæi. 74.B  
 Marcio Gygas dictus a Clemente, vt qui aduersus creatorem susceperit concertationem. 153.C.D  
 Marrianistæ malam existimantur esse naturam, factam a iusto opifice. Cyrill. 150.D  
 Marcionistæ cur a nuptijs abstinerint. 150.E  
 Martinus Lutherus Simonis Magi sectator. 461.B  
 Massalini animas a Deo creati negabāt. 54.B  
 Melanchthon vide Faustus. 68.B  
 Menandriani mundum ab Angelis factum asseruere. 54.C  
 Migrationem qui hæretici asseruerint. 220.A  
 Mirandulanus animam informantem esse negauit, saltem in Aueroce. 334.E

N

Nepos hæreticus Chiliastarum errorem scutus. 527.C  
 Nestorius a synodo Constantinopolitana damnatus. 367.A  
 Nicolaitæ vxores prostituebant. 404.E

O

Origenes an sit defendendus. 144.A  
 Origenes a synodo Constantinopolitana damnatus. 367.A  
 Origenes animam Christi prius in celo collocasse, vbi fuisse beatam, postea carnem assumpsisse refert Nicephorus.  
 Origenem Mentis fuisse a principio absque omni numero dixisse refert Eusebius. 94.E  
 Origenistæ animas e celo lapsas esse dixerunt. 143.E  
 Origenes si sua sunt quæ illi tribuit Nicephorus, animam ante corpus esse asseruit. 94.C  
 Origenes Agnitionem Dei, reminiscentiæ tribuit. 286.A.B  
 Origenes reprehenditur ab Epiphantio quod dixerit non hanc carnem, sed aliam resurgere. 510.E  
 Origenes quid senserit de Inferni supplicijs. 539.A  
 Origenes asseruit rationes feminales animis e celo descendentibus. 285.D  
 Animorum casus ex eodem. 94.E  
 Ex quibus deceptus teste Hieronymo. 97.A  
 Origenistæ cum animas in celo peccasse posuerunt, etiam ante corpora eadem esse credidere. 95.A

P

Patriciani circa generationem corporis humani damnantur. 366.E  
 Pauperes de Lugduno qui, & Vualdenses in omnem Venerem sibi licitum fecere. 406.B  
 Petrus Ioannis Ioachini Abbatis errores secutus est. 334.D  
 Petrus Ioannis quomodo negauerit Animam rationalem esse formam corporis. 334.D  
 Pistardi promiscua fecere Connubia. 406.D.E  
 Priscillianistæ animas ante infusionem corporis peccasse & in penam peccati huc venisse in carcerem & asseruere. 145.D  
 Priscillianistæ animam ex Dei substantia fecere. 72.B  
 Priscillianistæ Origenistarum errores sequuti sunt. 95.B  
 Prodicus Migrationem posuit. 487.D

F I N I S.

R

Raymundus Lullus Platonem sequutus. 52.C  
 Raymundus Deum multas habere essentias asseruit. 52.D  
 Reminiscentiæ animorum asseruit Origenes. 285.D.E  
 Reminiscentiæ olim a se asseritam retractauit Augustinus. 286.C  
 Rufinus animas e celo lapsas asserens a Hierony. reprehensus. 97.B

S

Sacrificatores iidem quod Afflati & Enthusiastæ. 53.E  
 Saturnini quomodo ab Angelis mundum factum voluerint. 53.B  
 Saturninus Communes fecit vxores. 405.C  
 Seleuciani animam e terra ortam & ex igne, & spiritu factam asseruere. 186.E  
 Seleuciani cur non utebantur aqua in baptisinate. 186.E  
 Seleuciani Angelos animarum creatores fecere. 54.A  
 Sextus Empiricus, Canis exemplo ratione brutis omnibus tribuit. 220.D.E  
 Simon Magus migrationem asseruit. 461.A  
 Simonis prauitas in quibus hæreticis nostri temporis renixerit. 461.B  
 Simon Magus promiscuum feminarum usum admisit. 404.D  
 Soranus quidam medicus corpoream fecit animam & mortalem. Tertullianus. 184.B

T

Tatianus Assyrius animam solam fecit hominem. 346.C.D  
 Tertullianistæ migrationem asseruere & animas post mortem in Demones verti. 461.D  
 Tertullianistæ corpoream fecere animam. 185.B  
 Tertullianus in Montani vesanam doctrinam iuit. 186.B  
 Trypho seculum mille annorum sustinuit. 528.B

V

Valentinus Platonicus fuit ex profundo & silicio cuncta genuit. 259.D.E  
 Valentinus animas bestiarum rationales esse dixit & migrationem asseruit. 226.A.B  
 Valentinus vide Gnostici. 67.A  
 Vincentius Victor animam corpoream esse dixit, in quem scripsit Angulbinus. 184.C  
 Vualdenses qui & pauperes de Lugduno, vtriusq. sextus promiscuos fecere concubitus. 406.B

I N D E X

ECCLESIASTICORVM  
 DOGMATVM

Quibus in huius Primi Quinarij, Confutatas Hæreses, occurritur.



A



*Absurda quæ contingant si plures animas preter intellectualem, homini adiderimus. Greg. Niss.*  
 322.C  
*Actus in æternis, & immundo quomodo sint. Marius Victor.* 27.D  
*Aesculapij Gallus immolatus representatur a Tertul.* 23.D  
*Æternitas dicitur status ipsius, quod est. Dionys.* 25.C  
*Ad celum ire quomodo intelligat Augustinus.* 154.B  
*Ad corpus formatum, suscepit animam dist. 32. qu. 1. cap. Moses.* 69.E  
*A Fabis abstinere Clementis interpretatio.* 153.C  
*Agricolæ & Angeli comparatio in aliquo producendo.* 242.A  
*Albertus Magnus quid tribuat Nysseno de Animorum productione ante Corpora.* 98.A  
*Albartus quid sentiat de Animorum productione ante Corpora.* 99.B  
*Angeli quomodo mortales & immortales dici possint. Dionys.* 25.C  
*Angeli in corpore humano vno quomodo. Guiliel. Paris.* 159.A  
*Angeli quid efficere poterint in hominis creatione Aug.* 249.E  
*Angelicam naturam corpoream dixit esse Augustinus.* 187.D  
*Angelicam in humanam naturam transire quomodo audiendum ex Orig.* 465.B  
*Angelorum communio a Deo. Dionys.* 48.B  
*Angelorum potestas Dei omnipotentiam arguit Aug.* 514.B  
*Angelos & alias creaturas non esse eiusdem naturæ cum Deo. Reg. sid.* 24.E

*Angelus euocans animam quis apud Poetas. Tertullianus.* 155.C  
*Anima hominis, Dei creatura. Conc. Tolet.* 24.C  
*Anima ex Dei statu. Tertul.* 25.E  
*Anima nata & facta quomodo intelligitur. Tertul.* 25.E  
*Anima voluntate moueri quomodo August.* 26.D  
*Anima non Deo coæterna. August.* 26.B  
*Anima quomodo mortalis, quomodo passibilis. Tertul.* 26.A  
*Anima longe infra Deum. Tertul.* 26.A  
*Anima quomodo vita, & spiritus August.* 27.A  
*Anima nisi a Deo esset, non esset. August.* 27.A  
*Anima quomodo suo motu feratur & non a se existens. Marius Victor.* 27.D.E  
*Anima quomodo a Deo creata. Augustinus.* 27.A.B  
*Anima, & veritas quomodo differant, August.* 27.C  
*Anima quomodo non a seipsa. Aug.* 27.C  
*Anima incorporea, & Deo similis quomodo. Claud.* 28.D  
*Anima Deo similis quomodo. Claud.* 28.B  
*Anima Platoni genita, & ingenita quomodo intelligitur. Beda.* 29.A.B  
*Anima solius Dei creatura. August.* 50.B  
*Anima non est pars diuine substantiæ. confessio fidei,* 69.D  
*Anima & Angeli non ex Dei substantia. Concil. Braccar.* 69.B  
*Anima quomodo a Deo. Augustinus.* 70.D  
*Anima quomodo Dei status. August.* 70.C

*Anima quanto minor Deo. August.* 71.C  
*Animæ doctrina, ad Dei regulas examinanda. Tert.* 23.E  
*Animas continuæ successione in corpore creati. Aug.* 83.D  
*Animas asserere prius existentes, Anathema sit. Synodus quinta Constant.* 95.D  
*Animas contemplatione diuina exsatiatas, in terris prolapsas dicere, Anathema sit. Synod. Constant.* 95.D  
*Animas non huc De celo descendere. Clemens Alex.* 96.E  
*Animas ire in celum, potius quam redire dicendum, Aug.* 97.E  
*Augustinus animarum e celo descensum retractauit, siue eorundem ante Corpora productionem.* 97.E  
*Animæ demonstrator nullus potior nisi Deus. Tert.* 23.E  
*Animæ vita naturalis quæ. August.* 27.A  
*Animæ affectiones vnde, August.* 70.E  
*Animæ origo quando, & a quo. Aug.* 72.A  
*Animæ Venientes in hunc mundum illuminantur. Cyrill.* 147.B  
*Animæ inclinationem ad corpus, naturalem esse probat Guiliel. Paris.* 158.A.B.C  
*Animæ exitum e corpore, violentum esse probat Guilielmus Parisien.* 158.C  
*Animæ definitio ex Greg. Nysseno.* 188.B  
*Animæ scientia naturalis; Tertull.* 288.D  
*Animæ si se oblitæ esse cognoscant, quid amplius scire tenerentur. Arnob.* 293.A  
*Animæ pars muta, & vocalis, quæ. Philo Iudæus.* 320.E  
*Anima simplex, immortalis, nõ tamen ante*

I N D E X.

ante corpus Theodoretus contra Plat. Pythag. & Plotinum, & alia multa ibi, istis adscripta. 97.C  
 Animas cum corpore nasci, indubitata est fidei Beda. 100.A  
 Animas rationales non habere esse naturaliter extra corpus, quomodo intelligat Guilielmus Parisiensis. 100.B.C  
 Animas humanas in calis peccasse dicere, anathema sit. Concilium Braccarense primum. 146.D  
 Animos ituros ad caelum, magis quam redituros. August. 154.B  
 Anima frustra vidit antea quae se vidisse non reminiscitur. Irenaeus. 286.E  
 Anima cognoscitua quandoq. est in potentia. D. Tho. 294.D  
 Anima si sit forma, corpus non posse habere plures vna forma. contra Plat. D. Thom. 323.E  
 Animam non esse beatam nisi secura sit. Aug. 110.C  
 Animam ante corpus non fuisse. Cyrill. 149.A  
 Anima in ipso diuortio a corpore quomodo enunciat quae videt. Tertull. 155.B  
 Anima nostra quomodo Deum capiat intelligendo, pulcherrimum Gregorij Nysseni exemplum. 188.C  
 Anima incorporea esse probatur ab Arnobio. 189.D  
 Anima spiraculum, Gregorius Nazianz. 190.D  
 Anima intellectualis in corpore, Gregorius Nyssenus. 188.B  
 Anima in brutis, tantum vitam praestat. 220.A  
 Anima duplex ex Athanasio. 229.A  
 Animam innatam, & infectam, Platonia voluit. Tertull. 25.E  
 Animam in tempore fieri potuisse, contra Plat. docet August. 26.C  
 Animam neque in naturam corporis conuerti, neque in naturam animae irrationalis August. 50.B  
 Animam hominis creaturam esse, & Dei voluntate creatam, Concilium Tol. primum. 68.E  
 Animam humanam Dei portionem non esse, Concilium Tolet. primum. 69.A  
 Animam non esse de substantia Dei, multis medijs probat D. Thomas. 73.D.E

Animam praexistisse corpori, Alphon- sus de Castro impugnat. 97.D  
 Animam Deus cur dederit in hoc Mundo. August. 110.A.B  
 Animam corpoream esse defendit Tertullianus. 163.E  
 Animam esse Dei imaginem, quid inde colligat Gregorius Nyssenus. 188.B.C  
 Animam numeris comparari quid inde colligat Arnobius. 189.E  
 Animam ut principium vitae, corpus esse non posse D. Thomas. 190.E  
 191.A  
 Animam habere materiam praeciactem Platoni. Beda. 191.B.C  
 Animam omnem esse immortalem Platoni, D. Thomas tribuit. 195.E  
 Animam qualem creauerit Deus in homine. Augustinus. 221.B  
 Animam obliuionem nullam in corpore pati, Arnob. 292.C.D  
 Animam in caelo minime cum vitio pugnare, ex Gregorio Nysseno. 483.D  
 Animas a Deo dari, & ab ipso factas. Hieronym. 24.D  
 Animas hominum a Deo incorporari. Leo Papa. 24.A.B  
 Animas e caelo remeare, error est in Plat. ab Augustino reprehensus. 110.B  
 Animas hom. ante corpora non fuisse. Leo Papa. 24.A.B  
 Animarum nationes quasdam erident in Plat. Greg. Nyss. 483.B  
 Animi affectus quomodo a Gregorio Nysseno vocentur. 322.D  
 Animi Platonici e caelo tamquam vitiosi deducuntur, & caelo postmodum boni donantur Greg. Nyss. 484.A  
 Animum & corporis creator Deus. Leo Papa. 24.A.B  
 Animum descensus quomodo somnus & mors. Plat. ex Clem. 154.A  
 Anima si scientiam e caelo tulisset a quibus abstineret. Arnob. 290.A.B  
 Animos & paria corpora esse nos totos. Dionys. Areop. 347.A  
 Animos incorporeos, ex Dionys. Areopagita. 187.E  
 Animalium effectores Diu minores Platoni, Aug. 154.D  
 Anna quomodo petitione sua non peccauit. Cyrill. 148.D

Aristotelem mortalem Animam possuisse. Nyssenus. 188.E  
 Aristoteles res apparentes artificiose profequitur. Nyss. 188.E  
 Arnobius, & Tertullianus, argumentis, & dicendi modis, pene pariter felices. 289.D  
 Artes omnes non de caelo, sed in terris natas. Arnobius. 290.A  
 A summo bono magnum bonum, quomodo. Claud. 28.C  
 August. Platonem reprehendit. 286.C

B

D. Barnabas diras imprecatu est nudis a se confectis. 419.E  
 Basilides ab Origene reprehensus circa Migrationem. 466.B.C  
 Beata vita incommutabilis, multis asseritur ab August. contra Platonicos circuitus. 524. & 525.  
 Beatam vitam deserere stultum esse. Aug. contra Descessum Animatorum. 110.C  
 Beatitudinem securam esse debere. Aug. 110.C  
 Beatitudinis animae regio, Deus. Aug. 72.A. 154.C  
 Bestias non exuere naturalia. Tertull. 288.E  
 B. Cyprianus ab Aug. accusatur, simul & defenditur. 72.E  
 Bitonis & Cleobidis fabula incusatur. Clem. 151.D  
 Bonitas Dei quomodo res produxerit Dionys. 48.D.E  
 Bonitas Dei causa rerum creatandarum Claud. 28.B  
 Bonum Tagaton immobile Platoni. Cyrill. 51.D  
 Bonum quomodo non bonum in Plat. sequeretur, ex Cyrillo. 51.C  
 Brutorum delactatio non excedit corpus. D. Thomas. 211.C  
 Bruta ex terra accepisse animam. Athanasius. 229.E  
 Bruta esse anima praedita, quomodo asseruit Orige. 465.E  
 Bruta anima cur peccare non potest Aug. 484.D  
 Brutis nullus appetitus ad esse perpetuum, nisi secundum speciem. Diuus Thomas. 211.C

Caelum

I N D E X.

Caelum non esse animis malorum causam. Greg. Nyss. 483.D  
 Cardinalis Toleti ratio ad probandum non esse tres animas in homine. 324.C.D  
 Carnalis copula inter virum & uxorem quando exercenda. 418.B  
 Caro possit ne dici spiritalis, & quomodo. Aug. 513.D  
 Carnes non anima sed in carnibus anima Epiphanius. 220.A  
 Carpocratis Migratio, Pythagorica Migratione deterior ostenditur. a Theodoro. 487.E  
 Carpocrates a Tertulliano perstringitur ob assertam Migrationem. 479.E  
 Catholica fides quos abscedat a Corpore suae unitatis circa animarum ante corpora productionem. ex Leone Pont. 96.C.D  
 Christi animam praexistisse, & unitam fuisse Deo ante incarnat. Anathema sit. Synod. Constantinopolit. 95.E  
 Christiana Constantia tota vis Daemonum cecidit. Tert. 23.D  
 Christianum hominem, quae deceant, de Anima loquentem. Nyssenus. 188.D.E  
 Christus nulli cognitus sine Spiritu sancto. Tert. 23.C  
 Christus quid boni donauerit aeterna Carnis resurrectione Cyrill. 148.A  
 Circuitu animorum posito, amorem in Deum torpescere. 525.A  
 Clamare vocem sanguinis, quid sit Philo Iudaeus. 320.E  
 Clemens Alex. Platonis errorem in Marcionistas emanatum agnoscit & confutat. 150.D.E  
 Clemens Alex. Platoni etiam tribuit & generationem esse causam malorum. 151.E  
 Clemens constitutum. A post. Animam expertem corporis, & immortalem asseruit. 187.C  
 Clemens Quinctus, siue Concilium Viennense, negantes animam esse veram formam corporis, Anathematizat. 334.E  
 Cleobidis & Bitonis fabula generatio incusatur. Clem. 151.D  
 Concilium Lateranense de rerum om-

nium auctore. 260.A  
 Concilium Romanum Almaricum damnauit. 365.E  
 Concubitus verecundia naturalis. ex Aug. 417.B  
 Conditor rerum nullus, nisi a quo facta sunt caelum, & terra. Aug. 154.E  
 Constantinopolitana Synodus quarta duas animas in homine anathematizat. 320.B  
 Coitus Platoni auersatus. Clem. 152.B  
 Corpora Terrena vtrum in caelo esse possint & quomodo August. 513.E  
 Corpora non frustra Deo offeruntur. Cyrill. 149.A  
 Corpori cur data sit a Deo anima. Aug. 100.B  
 Corporis nostri, creatores Diu animae Deus Platoni Augustinus. 154.D  
 Corpus quomodo e Terra, Spiritum quomodo ex astris possideamus. Aug. & Cypr. 72.E  
 Corpus quare a Platone vilipenditur. ex Clem. 152.A  
 Corpus nostrum Platonica sententia carcer esse confutatur Tertull. 155.B  
 Corpus non esse vinculum animae multis probat Epiphanius. 155.D  
 Corpus si esset vinculum, anima non peccaret in eo Epiphanius. 156.A.B  
 Corpus si carcer esse futuros plures soles quomodo intelligat. D. Thom. 157.B  
 Corpus Organo simile Animam artificij Irenaeus. 286.C  
 Corpus non esse obliuionem Irenaeus. 287.A.B  
 Corpus num sit obliuionis causa. Tertull. 289.B  
 Creatio est actio primi agentis. D. Th. 56.B  
 Creatura nulla creatori coaeterna. Aug. 27.B  
 Creatura nulla tam sublimis cui, Deus ipse natura sit. Leo Primus. 68.C.D  
 Creatura nulla eiusdem naturae cum Creatore regul. fid. ex Augustino. 69.C  
 Creatura omnis est propter suum proprium actum, sed quae sunt infra hominem sunt propter hominem

D. Thomas. 157.C  
 Creaturam corporalem omnem a Deo. D. Tho. 260.C  
 Crescere, & multiplicari donum esse nuptiarum. Aug. 417.D  
 Cur terrae dictum sit ut animam uiuentem educat. D. Basilus. 229.D  
 Cynicorum impudentia contra naturalem verecundiam. August. 417.A  
 Cyrilli argumenta xxij, contra desensum animorum atque corporeum carcerem. 147. 148. & infra

D

Demon Socratis reijcitur ab Irenaeo. 287.A  
 Demonia cum Dijs deputantur penes Poetas & Philosophos. Tertull. 23.C  
 Demonium Socratis pessimum pedagogum. Tert. 23.C  
 Demonium vita a benignitate patris vite habet quod uiuat. Dionys. 25.D  
 Damascenus de animi productione ante corpus. ex Alberto. 98.C  
 Daniel non frustra leonibus ereptus. Cyrill. 148.E  
 Danielis locus 12. da mihi vocem quomodo intelligatur, contra Plat. & Orig. Cyrill. 148.B  
 De Anima humanis coniecturis nequaquam agendum August. 50.B  
 Definitio naturalis quid significet. D. Thomas. 349.C  
 Dei regula est animae doctrina examinanda Tert. 23.E  
 Dei electio quomodo ex. Hieronym. 144.C  
 Dei imago in homine intellectus & notitia filij. Bernardus. 249.E  
 Delicta maiora morte puniri quomodo. Cyril. 147.E  
 Deo Platonis superbia crimen tribuendum. Cyrill. 51.A  
 Deo aliquid melius quomodo daretur Platoni. ex Cyrillo. 51.B  
 Deo opificij Platonico Tagaton praeficitur. Cyrill. 51.D  
 Deo illustrante fit anima beata. Augustinus. 71.C  
 Deorum numero Demonia addita a Poetis & Philosophis. Tertull. 23.C

Deos

I N D E X

Deos a Deo factos, cuius voluntate aternos esse ex Plat. August. 26.B  
 Deos Platonis quomodo potius compedum fabros dici debere. August. 154.E  
 Deos Platonis neque etiam ex sua doctrina esse adorandos. August. 154.E  
 Deum Gaudere in suis operibus. Cyrill. 51.D  
 Deum natiuitatis omnium auctorem. Cyrill. 51.C  
 Deum solum esse causam essendi simpliciter. 56.B  
 Deum nulli notus sine Christo. Tertull. 23.C  
 Deus solus animæ demonstrator. Tertull. 23.E  
 Deus creator visibilium & invisibil. Concil. Nic. 24.B  
 Deus vitalis causa. Dionys. 25.C  
 De vera religione Deo credendum. Aug. 26.D  
 Deus quomodo vita, & spiritus. Aug. 27.A  
 Deus in rebus creandis sufficiens. Claud. 28.B  
 Deus Platonis quomodo non esset Bonus. Cyrill. 51.B  
 Deus Platonis cunctabundus. Cyrill. 51.D  
 Deus Platonis inuidus Cyrill. 51.D  
 Deus est originalis regio beatitudinis animæ Aug. 154.C  
 Deus quomodo ab Anima queritur. 70.B  
 Deus non est omnium anima, sed qui fecit omnem animam. August. 71.C  
 Deus ab Anima quo differat, Iustinus. 22.D  
 Deus nullius est forma, non est in potentia, & immutabilis. D. Thom. 73.E  
 Deus est originalis regio beatitudinis animæ. Aug. 73.A  
 Deus facit omnia ad ea quæ sunt meliora. Clem. Alex. 96.E  
 Deus Abraham benedictione non decepit. Cyrill. 148.C  
 Deus homine gauisus est. Cyrill. 149.D  
 Deus num omnia simul creauerit. August. 239.D.E  
 Deus quid homini dederit qui iue Bruti, Lactantius. 248.C.D  
 Diabolus quomodo frustra inculpatur

ex Orig. Cyrill. 150.A  
 Dies nocturnus Platoni quid sit. Clemens. 153.E  
 Diu minores animalium effectores Platoni. August. 154.D  
 Diluio quomodo saluari debuissent improbi contra Orig. & Plat. Cyrill. 149.E  
 D. Thomæ opinio de animosum productione ante corpora. 99.A  
 D. Pauli loca ad Ephes. perperam ab Orig. exposita. 144.B  
 Diuina testimonia cum de anima agitur adhibenda. Aug. 50.B  
 Diuinam substantiam quomodo vsque ad tres substantias progredi dixerit (referente Cyrillo.) Porphyrius. 37.B.C  
 Diuinitas rerum status Dionys. 48.E  
 Diuinitati credendum de his quæ inuestigari non possunt August. 26.B  
 D. Thomas Aquinas de Augustini doctrina bene meritus. 23.E  
 Doctrina animæ ad dei doctrinam est examinanda. Tert. 23.E  
 Doctrina & assuetudine animalia cum hæ addiscere. Arnob. 292.B  
 Domesticam administrationem Mulieris esse debere Chrysost. 383.D  
 Elisiu Campi improbat ex August. 110.B  
 Empedoclis generationem incusat. Clemens. 151.B  
 Epicurus Noelis filius quare ab Epiphano reprehensus. 418.C  
 D. Epiphanius modo Pythagoræ modo Plat. aut etiam stoicis tribuit Migrationem. 485.B.C  
 Esau & Iacob explicationes ex Eusebio. 386.C  
 Euripides generationem incusat. Clem. 151.C  
 Ex Angelis tamquam parentibus animas creari Augustino non occurrisse auctoritatem. 50.C  
 Exclamantes ad Deum quando exaudimur Philo Indeus. 321.A  
 Externæ Philosophiæ licentiam reprehendit Gregorius Nyssenus. 188.D  
 Extra de summa Trinitate, & fide Catholica Almaru opinionem anatheumatizat. 365.D  
 Ezechias recte prorogationem vite petiit. Cyrill. 148.E

F

Faba si a gallinis comedantur sterilitatis causam illis præbere. Clem. 153.C  
 Fabarum vsus sterilitatem asserre. Clem. 153.C  
 Factum & natum quomodo differunt. Tertull. 25.E  
 Femine imbecillitas carnis est non Anima. 367.B.C  
 Femine generationis discrimina inter Platonem & Ecclesiam. 367.D.E  
 Femine cur viris debiliores factæ sint Alex. de Ales. 386.A  
 Femininum sexum non esse ex vitio sed ex natura. 366.B  
 Fides de Anima quæ sit Hieron. 24.D  
 Filiorum procreationi quomodo danda sit opera Aug. 417.E  
 Forma est actionis principium. D. Tb. 294.D  
 Formam & materiam simul esse de ratione speciei. D. Thomas. 349.C

G

Gallinas sterile scire si fabas comederint. Clem. 153.C  
 Gallus Aesculapio immolatus reicitur. Tert. 23.D  
 Generatio Platoni & Pythagoræ mala. Clem. 150.D, 151. & 152.  
 Generatio cur grauis Platoni. Clem. 152.D  
 Generatio mors ab Heraclito dicta. Clem. 152.D  
 Generationem esse malam qui dixerint. Clem. 151.A.B.C.D  
 Generationem solius Dei esse cuius sunt ideæ. Aug. 200.C  
 Gregorius Nyssenus quid senserit de animorum ante corpora productione. 98.A  
 Guilielmus Parisiensis Migrationem multis argumentis destruit. 488.C.D.E  
 Guilielmus Parisiensis quomodo intelligat animas esse ante corpora. 100.B.C

H

Hammonij Aegyptij & Theodori historia quadam a Socrate historico enarrata. 420.A  
 Hierony-

I N D E X.

I

Heraclitus maledictis insequitur generationem. Cyrill. 151.B  
 Heraclitus generationem mortem esse dixit. Clem. 152.D  
 Herodotus generationem incusat. Clemens. 151.D  
 Hieronymi sententia de Animorum ante corpora productione. 98.A  
 Hieremias non frustra e lacte ductus. Cyrill. 148.E  
 Hieremias locus perperam ab Origene interpretatus. 145.A  
 Hilarius de animorum ante corpora productione. 98.B  
 Homerus de vili hominum generatione. Clemens. 151.D  
 Homines & Animalia assuetudine ad discere Arnob. 292.B  
 Hominis anima Dei creatura. Conc. Tol. 24.C  
 Hominis præstantia Greg. Nazianz. 190.B.C  
 Hominis generationem cur grauem dixerit Plato. Clem. 152.C.D  
 Hominis excellentia ex D. Gregorio Nazianzeno. 348.B.C  
 Hominis ortus & ratio Lactantius. 249.A  
 Hominis corpus & si non magnum, tamen instructius atque ornacius a Deo factum. Lactantius. 249.A  
 Hominum animas a deo incorporari. Leo Papa. 24.A.B  
 Hominum animas ante corpora non fuisse. Leo Papa. ibid.  
 Homo ad imaginem dei quomodo intelligi debeat. D. Thom. 74.D  
 Homo quando cum Brutis comparatus. Dauid. 228.D  
 Homo quodammodo finis omnium ex Aristotele. 228.C  
 Homo interior quando factus. Aug. 238.C.D  
 Homo cur res diuinas agnoscat. Athanasius. 229.B.C  
 Homo æternum animal & immortale Lactantius. 248.E  
 Homo ad imaginem & similitud. Dei quomodo factus. Bernard. 249.E  
 Honestas amissa post peccatum. Aug. 417.C  
 Honorem simul cum amictu vestis deponi. Cyprianus. 419.B  
 Humane mentes odio & beneuolentia torquentur. 417.B  
 Humani animus incorporeus quare. Claud. 28.C

Leo Papa in opinionem de Animorum ante corpora productionem. 99.A  
 Liber de fide orthodoxa incerti auctoris. 98.C  
 Libido quomodo genitales corporis partes emancipauerit. Aug. 416.E  
 Libido post peccatum orta. August. 417.C  
 Libidinis verecundiam naturalem esse contra Plat. testatur. August. 416.B  
 Libidinis irritamenta, inconditus feminari motus & nuditas. Ambros. 419.A  
 Lupanar etiam secretum esse debere. Aug. 416.C

M

Ignorantia quomodo naturalis animæ. Guiliel. Paris. 293.E  
 Imago vnde in anima. Aug. 72.B  
 Similitudo vnde in Anima. Aug. 72.B  
 Imago & similitudo quæ in nobis a Deo. Bernard. 249.E  
 Immortalitas solius Dei. August. 70.D  
 Incommutabilem esse non omnino est anima sicut est Dei Augustinus. 7.E  
 Incorporeum nihil præter Deum dixit Auctor de Ecclesiast. dogmatibus, contra quos qui sint vide ibi. 187.D  
 In Deo nihil de nouo incipit. D. Thom. 73.E  
 Innocentius III. in Concil. Lateranensi animam humanam incorpoream statuit. 187.A.B  
 Inspirasse deum in facie Adams, quid. 99.D.E  
 Inspiratio Dei in hominem quomodo intelligi debeat. 74.D  
 Intellectus patitur multipliciter intelligendo. D. Thom. ibid.  
 Intellectus a sensu distinctio, quibusdam ignota. D. Tho. 229.E  
 Intellectualem naturam reliquas vires corpori admixtas ingenerare. Greg. Nyssenus. 322.B  
 Inter Deum, & animam conuenientia. Aug. 27.A  
 Io. cap. nono locus exponitur neque parentes peccauerunt. a Cyrill. 149.B.C  
 Ioannes quomodo ignorauerit se esse Eliam. Origenes. 368.A  
 Iudicium animæ & corporis simul quomodo credere, & vnde habere potuerit Plato ex Iustin. Martyr. 496.D.E  
 Iuniores dii, si hominem producerint quid sequatur. Cyrill. 51.A  
 Iustinus Martyr a Triphone Indeo reprehensus quod animam esse dei particulam existimasset. 70.A  
 Iustinus plures animas in homine Platoni tribuit. 323.A  
 Lazarus cur resuscitatus. Cyrill. 149.E

L

Magister sententiarum quætionem scrupulosam esse putat de animorum ante corpora productione. 99.D  
 Male velle viuere, non nature sed voluntatis esse peruersa. Mag. sent. ibid.  
 Marcio cur Platone deterior ex. Clem. 152.B.C  
 Marcionistas malum esse generationi ex Platone & Pyth. didicisse. Clem. 151.A  
 Marcionistas dogmatu occasiones ingrate & indocte accepisse a Platone. Clem. 152.D  
 Masculi & femine natura explicata ex. D. Tho. 386.B  
 Menonis argumentum soluit. D. Tho. 295.B  
 Mentis rationalis munera. Bernard. 250.A  
 Mercurius Poetarum quis. Tertull. 155.C  
 Methodius animarum lapsum e celo. Origeni tribuit. 144.A  
 Migrantes in Euang. qui appellantur ex Origenis interpretatione. 467.A  
 Migratio Platoni asserita ex Orig. 467.D  
 Migratio transcorporatio dicta etiam ab Orig. 467.E  
 Migrationem cur improbat Irenæus. 478.E  
 Migrationem detestatur. Athanasius. ibid.  
 Migrationem asserentes, proprietates nature confundere. Gregor. Nyss. 482.C

I N D E X.

Migrationem quomodo anime interitus consequatur ostendit . D.Greg. Nyss. 481.A
Migrationem cui tribuit . D. Epiphan. 485.B
Migrationem in Platonis verbis deridet. Theodoretus . 486.C.D
Migrationem nullius esse utilitatis noxii vero plurimum. Guiliel. Paris. 488.E
Migrationis modi a Pythagora, Platone, & Epicureis. ex Tertulliano. 480.E
Migrationis & Eliae discrimen . ex Tertull. 480.C.D
Migrationis & resurrectionis discrimen. ex Greg. Nyss. 481.D.E
Migrationis assertores quomodo ad unum omnia redigant . D. Gregor. 482.D.E
Mimi a Chrystostomo reprehensi . 419.E
Mortis exitus triplex, Tertullianus. 155.B
Moses quomodo non frustra orationem ad Deum habuerit . Cyrill. 148.C
Motionium omnium cardo a Deo est contra Platonis Phadrum . Claud. Mamerti. 28.A
Mulier quare nocti, vir autem diei assimilatur. Ambros. 385.C
Mulieres domi sint iugiter. Chrystost. 383.E. 384.A
Mulieres domo exiri prohibet . Naz. 383.E
Mulieris & viri officia varia a Deo digesta. Chrystost. 383.D
Mulierum proprium esse decipi. Chrystost. 382.E
Mulieres viris obedire ex natura lege esse. August. 384.D.E
Mulierum vitia quadam ex Patribus. 386.D.E
Mulierum verecundiam naturalem putavit esse . D. Thom. 387.A
Mulierum quae amabilis & D. Hieron. 418.C
Mundus Dei voluntate indissolubilis ex Platone. August. 26.B
Mundus Platonis neque pulcherrimus neque optimus . August. 155.A
Mutabilitas non cadit in Deo, sed in anima, & quomodo. Augustinus. 70.B
Natum, & factum quomodo differunt. Tertull. 25.E

Natura divina nulla praeter Trinitatem. Concilium Tolet. primum. 69.B
Naturale non excidit . Tertull. 288.D
Naturalem operationem impediri impossibile esse . D. Th. 295.A
Naturalia ne quidem bestia exiunt 288.E
Naturalis anime vita quae. August. 27.A
Naturam universam a Deo subsistere. Aug. 242.E
Notionis & agnitionis discrimen . Hieron. 286.A.B
Nuda mulier Davidi conspecta fuit adulterij causa . Aug. 418.A
Nuditas quomodo reprehendatur . a Theod. 419.D
O
Obliuio quanta iniuria sit anime . Tertull. 288.D
Obliuionem neque in corpore, neque extra posse anime euenire. Guiliel. Paris. 293.E
Obliuionis opinionem Irenaeus euerit. contra Plat. 286.E
Omnia ens esse creatum a Deo . D. Tho. 56.B
Opificem omnium unum esse, displicuisse Platoni reprehenditur a Cyrill. 51.E. 52.A
Origenem non videri in Migrationis errorem incidisse. 465.A
Origenes ex quibus deceptus asseruit animas de caelo demissas. ex D. Hieron. 97.A
Origenes plures animas in homine Platoni tribuit . 322.E
Origeni quid tribuat Methodius de animorum productione . 98.C
Methodius de Origene quid circa animorum productionum sentiat . ibid.
Origenis praestantia . 464.E
Origenis opinio de animorum descensu, a D. Hieronymo, relata & consutata. 144.C.D.E
Origenis errores & de peccato animorum ante corpora & de penali descensu anathematizantur a Concilio sexto Constantinopolitano . 146.E
Originalis Beatitudo anime Deus . Aug. 72.A
Orpheum ante Platonem inclusisse animas in corpora ob pena . Clem. 151.D

P

Pena quae non cognoscitur, patienti inutilis . 489.A
Passio Leibianua . Arnob. 292.E
Paulum aliquando sine lege vixisse quomodo exponit. Orig. 466.B.C
Peccatum quomodo sibi ipsi repugnasset contra Orig. Cyrill. 149.E
Pedagogus pessimus Daemon Socrati . Tertull. 23.C
Per deum nescire praestat quia non reuelavit, quam per hominem, quia ipse praesumpsit. Tert. 23.E
Petrus Lombardus quid senserit de animorum ante corpora productione . 99.A
Pharao dissipator honestarum opinionum . Philo Iudaeus. 321.A
Philolaus Pythagoreus cum Theol. & variis animam inclusit in corpora Clem. 151.E
Philosophi Demonia cum Dijs deputant. Tert. 23.C
Philosophia externa Gregor. Nysseno Gentilium philosophia appellatur . 188.D
Philastrius quid senserit de animorum ante corpora productione . 98.A
Pindarus de anime inclusione in corpora . Clem. 151.E
Plato animam infectam, & innatam voluit. Tertull. 25.E
Plato genitam, & ingenitam voluit animam, & quomodo Beda . 29.A.B
Plato & Pythagoras, malam existimarunt esse generationem . Clem. 150.D
Plato Orpheo tribuit Anime poenam in corpora . Clem. 151.E
Plato ante Marcionem Coitum est uersatus . Clem. 152.A
Plato excluditur a D. Thoma in anime brutorum immortalitate . 211.D
Plato quibus de causis naturae gratias agebat. Lactant. 249.B
Plato in quo deceptus fuerit. D. Thom. 349.D
Prophecia quomodo visa meminerint . Irenaeus . 286.B
Plato primus obliuionis poculum introduxit . Irenaeus . 286.E
Plato Hereticorum condimentarium . Tertull. 288.A
Plato

I N D E X.

Plato solus videtur Idearum oblitus & recordatus. Tertull. 289.C.D
Plato inconuenienter posuit Intellectum humanum plenum specierum . D. Tho. 294.E
Plato animam assistentem non informantem fecit . D. Thom. 323.E
Plato Lupanar fecit Mundo. Salui. Massiliensis . 391.D
Plato iocari magis quam Philosophari visus est. Theodor. 487.B
Plato puerorum lasciuus amatoribus premia statuit . Theodoretus. 487.B
Platonem, & Pythagoram, destruxisse in partem naturam animarum humanarum . Guiliel. Paris. 158.E
Platoni falso nota intellectus a sensu distinctio . D. Thom. 229.E
Platonici quibus nollet credere. Aug. 26.B
Platonici Menonis puer deluditur . 291.D
Platonici quid de Mundo, de Deo, de Materia, de Anima, eiusque partibus sentiebant . Damasc. 321.D.E
Platonici animorum e caelo descensus & errores confutatur a Greg. Nyss. 483.C.D
Platonicos peculiaribus verbis carpit. Arnob. 292.A.B
Platonicos iterum carpit . Arnob. 293.B
Platonicos tertios a Iudaeis collocat . Damascenus . 322.D
Platonis opinio de innata anima, reijcitur. Tertull. 26.A
Platonis Deus, Mundum, & Deos fecit sine fine futuros ipso volente . August. 25.B
Platonis curvus, equi, & auriga deridentur . a Nysseno . 188.E
Platonis contradictio . ex Theod. 487.B
Platonis stultitiam circa migrationem & annorum numerum inculcat . Theodoretus . 487.A.B
Poetae demonia cum dijs deputant . Tert. 23.C
Poetis nequaquam esse fidem adhibendam . Guiliel. Paris. 294.A
Porphyrius quo differat a Platone in animorum descensu . August. 154.D.E
Porphyrius nonnulla platonica emendauit, & migrationem potissimum . Aug. 484.E

Prouidentiam triplicem ponit ex Platone. Nyss. 44.A.B
Pythagoram existimasse generationem esse malam . Clem. 150.D
Pythagoras & Socrates, generationem mortem esse dixere . Clemens. 152.D
Pythagoras a Fabis abstinere, cur iusserit . Clem. 153.C
Pythagorici a rebus veneris cur abstineant . Clem. 153.C
Pythagoras id est Animas, quasi refrigerantes nominatas & pene gratia in corpora demissas dicere Anatheuma su. Synodus Constantinopolit. 95.D
Q
Quae vita carent quomodo sint. Dionys. 48.E
Quidquid in Brutis videtur hominis esse simile, id umbratile quoddam est . Genesius . 228.B.C
Quod recta fides habet non est dubitandum . Aug. 70.D
Quomodo anima sit homo . D. Thomas . 349.C.D
R
Rationalia a quo uiuant , Dionys. 48.E
Recte interrogatis cur vera quidam respondeant . Aug. 286.C
Reminiscencia acriter a Tertulliano confutata . 288. 289.B.C.D
Reminiscencia pulcherrimo exemplo tollitur . ab Arnobio . 290.E
Reminiscencia ex obliuione animam Corpoream facere . Arnobio . 292.D
Reminiscenciam se scire nullus homo testatur. Guil. Paris. 294.B
Res create quomodo in Deo, quomodo item extra Deum . August. 239.B.C
Resurrectio a migratione quid differat ex Greg. Nyss. 481.D.E
Rufini in Hieronymum Calumnia . 145.B.C
Leo primus contra priscillianistarum errores . 136.B
S
Sacilegam esse opinionem, animam & Deum, credere minus esse substantiae Aug. 76.D

Sacrificium Deo faciendum per Christum. August. 26.D
Sanctorum communio a Deo Dionys. 49.A
Sanctorum mortem non esse grauem quomodo exponat. Aug. 513.C
Sapientia vera quid non admittat . Tert. 23.D
Schola caeli Deos seculi negat . Tert. 23.D
Scientia anime naturalis . Tertull. 288.D
Scientia si esset reminiscencia, quid sequeretur Arnob. 290.B
Scire quid fuerit, memoriam, non obliuionem indicat . Arnob. 293.B
Sensilia non excidunt anime, neque intelligibilia . Tert. 289.A
Sensitiua operatio nulla sine corpore . D. Thomas . 211.C
Sibilla homines, ut penitus carnes incusat . Clem. 151.B
Simon Magus Spiritus sancti redemptor . Tert. 479.C
Simonis Magi prauitas impugnatur de asserua migratione . Tertull. 479.C.D.E
Simplex semper suam retinet naturam . Arnob. 190.A
Simplex & unum, semper idem . Arnob. 292.D
Smagrius Veronensis Episcopus, quare ab Ambrosio reprehensus . 419.B
Socrates cur Pythij Daemonis suffragio sapientissimus dicitur . Tertull. 23.D
Socratis actiones multae reprehenduntur. Tert. 23.D
Socratis Daemonium, pessimum pedagogum. Tert. 23.C
Socratis mors per habitum Incunditatis suscepta, reprehenditur. Tertull. 23.D
Solonem Incussisse generationem . Clem. 151.D
Species omnes ab initio a Deo Creatas indiuidua vero usque nunc operari Deum . D. Thom. 84.A
Spiraculum vite quid, & quomodo in faciem hominis inspiratum . Ioan. Chrystost. 72.B
Spiritalis creatura incorporea, contra Manichaeos & Priscillianistas . Aug. 72.B
Spiritus & virtutem Spiritus differre . ex Orig. 468.A
Spiritus sanctus nulli accommodatus sine

I N D E X.

*sine fidei a Sacramento.* Tertull. 23.C  
*Spiritus quomodo viuificare dicitur.* Cyrill. 37.C. 418.C  
*Spiritus sine morte creatus.* Martialis cognomento Apostolus. 189.C  
*Status ipsius quod est, est eternitas.* Dionys. 25.C  
*stoicorum errores.* ex D. Epiphani. 485.C.D  
*Substantia Dei peccaret, si anima esset pars Dei.* Hieron. 72.A

T

*Tagaton supra Deum opificem.* Platoni. Cyrill. 51.D  
*Temporis instans queritur quando anima obliuisci incipiat.* Tertull. 289.B  
*Temporis quantitas ad animam minime pertinet.* Tert. 289.A  
*Terra cur facta ex Esaiâ.* Cyrillus. 149.C  
*Terra in medio libratio quomodo ex Dei potentia.* Aug. 514.C  
*Tertulliani laus ex D. Hierony.* 186.A  
*Theodoretus plures animas in homine Platoni tribuit.* 323.B  
*Theodoretus migrationem Platoni reprehendit, sed tamquam a Pythagora inuentam.* 486.E  
*Theognis malam esse generationem ostendit.* Clemens. 151.C  
*Vbcologi Parisienses Almarici, & se-*

*Etatorum doctrinam exauctorarunt.* 365.E  
*D. Thomæ rationes contra negâtes in-formationem animæ rationalis.* Tert. 333.B.C  
*Trinitatem solam creare.* August. 242.E  
*Trinitas creditur a multis, intelligitur a paucis.* Aug. 70.C

V

*Venus cur maris non vxor, sed adultera a Poetis fingitur.* August. 384.C  
*Vera responsio ex ordinata interrogacione pendet.* D. Thom. 295.B  
*Veritas nulli nota sine Deo.* Tertull. 23.C  
*Vidit Deus quod esset bonum quomodo intelligat.* D. Tho. 157.A  
*Virginem Mariam domi ab Angelo repertam.* Ambros. 385.B  
*Virgines domi continendas.* Chrysost. 384.B  
*Virgines hortus conclusus quomodo ex Hieronym.* 385.E  
*Virgines obnuptas in publicum prodire debere.* Hieronym. 418.C  
*Virginibus tria prohibet.* D. Ambros. 385.A  
*Virginibus quæ imperet.* D. Hieron. 385.C.D  
*Virginibus lauacra detrahit.* Hieron. 418.D  
*Virginibus velamina iussa.* Tert. 418.E

*Virgo Maria prodire domo nescia.* Ambros. 385.B  
*Vita omnis a prima vita.* Dionys. 25.C  
*Vita prima est vitalis causa, & motus omnis vitæ.* Dionys. 25.C.D  
*Vita ipsa vniuersæ vitæ dat vt sit vita pro modo suo.* Dionys. 25.D  
*Vita naturalis animæ quæ.* August. 27.A  
*Vitalis causa Deus.* Dionys. 25.C  
*Vitas animarum ante corpora & diuersas asserens actiones, plectendus.* Leo Pont. 96.B  
*Viuentia a quo viuant.* Dionys. 48.E  
*Voluntas quomodo in nobis & a Deo Claud.* 28.A  
*Voluntate dei Anima creata.* Concil. Tolet. 24.C  
*Voluntate anima dicitur a se moueri.* Aug. 26.D  
*Voluntas Dei quomodo omnipotens ex Plat. August.* 514.A  
*Vox & sermo interior quare data sunt homini.* Philo Iudeus. 320.E  
*Vnum esse animam in corpore.* Aug. 321.B  
*Vnio Angeli in corpore humano quomodo.* Guiliel. Paris. 159.A  
*Vniuersi, perfectioni addi aliquid posse quantum ad numerum indiuiduorum non autem specierum.* D. Tho. 84.B  
*Vniuersum quomodo ad Deum ordinatur.* D. Thom. 157.C  
*Vxorem dimittere numquid liceat.* ex Aug. 417.E

F I N I S.




TRIPPLICIUM  
 DISPUTATIONVM.

ATQVE CAUTIONVM IN TRES ANIMARVM

PLATONICARVM STATUS



Distributio Prima

EX AVCTORIS IDEA DE MOTIBVS  
 ANIMÆ EXPRESSA.




# CORPOREVS ANIMAE STATVS SVIS DISPVATIONIBVS, ATQVE CAUTIONIBVS ASSERTVS.

## Distributio altera




# PLATONICI ANIMI STATVS EX HOC CORPORE MIGRANTIS DISTRIBUTIO TERTIA.







# CORPOREVS ANIMAE STATVS SVIS DISPVTATIONIBVS, ATQVE CAUTIONIBVS ASSERTVS.

## Distributio altera



# PLATONICI ANIMI STATVS EX HOC CORPORE MIGRANTIS DISTRIBUTIO TERTIA.





PROLOQUIA  
QUAEDAM AD HUIUS  
QUINARIII NOTITIAM  
PERTINENTIA.



QUAMVIS Ianus Cornarius, verbum fere verbo Platonica reddiderit; atque item M. Ficinus interdum simile quidpiam; sæpe etiam salva Græca proprietate Latinam dicendi potestatem præ se tulerit; Auctor tamèn, illam, interpretationem secutus est, quæ Græca, Latinaq. simul continet, quæq. iuxta positis vtriusque columnis, tribus tomis anno 1578. Lugduni est impressa, & pluribus classibus digesta. Et, quidem, versione felici admodum, ut cum Interpretes Græcorum verborum significationem numquam deseruerint, inrerim, exuberanti quodam dicendi genere, Platoniam Græcam eloquentiam, atque maiestatem sint æmulati. Qua quidem in re, iuuare certe possent Lectorem delectando, pariterque docendo. Aderit itaque numeris in huius nostri Quinarij margine citatis, illius Platonis paginæ numerus; & literis maioribus alphabeticis ibidem additis, columnæ locus in eodem Platone se se offeret, modo, quos, quisque Tomus Dialogos contineat, prius lector animaduertat.

Quæ vero quæstionis, vel Cautiois statum sæpe confirmant; paucis Græcis Platonis verbis in margine appositis ostenduntur; quamuis multa Latina versio sæpe inferatur, quod quidem factum est Dialogi Platonici natura cogente, vnde integra rei intelligentia sæpe longius cadere solet.

DE  
ANIMI ORIGINE  
VEL  
AETERNITATE  
DISPUTATIONVM  
IN PLATONEM  
ATQVE CAUTIONVM  
DISTRIBUTIONIS PRIMAE  
LIBER PRIMVS.

## Cautionis Leges.

*Genes. 2.*  
FECIT DEVS HOMINEM AD IMAGINEM ET SIMILITVDINEM SVAM.  
*Esaiæ 57.*  
SPIRITVS EX ME PRODIT, ET FLATVM OMNEM EGO FECI.  
*Eiusdem 42.*  
QVI DEDIT FLATVM POPVLO SVPER TERRAM, ET SPIRITVM CALCANTIBVS EAM.

## Cautiones vero,

*Quibus a Platonis sententia declinandum esse monemur, vide post Platoniam disputationem.  
Eæ autem corroborantur.*

- |   |                  |            |
|---|------------------|------------|
| 1 | Conciliorum      | } consensu |
| 2 | Sanctorum Patrum |            |
| 3 | Theologorum      |            |

## Patres vero,

*Qui dogmati, & Platoni proprijs verbis occurrunt,*

- |      |   |  |
|------|---|--|
| Sunt | B. Dionysius Arcopagita                 | } quorum quidem Tertullianus,<br>Augustinus, Marius Victorinus,<br>& Claudianus, Platonem<br>ipsum citato nomine cum dogmate<br>simul damnant. |
|      | Tertullianus                            |  |
|      | B. Hieronymus                           |  |
|      | B. Augustinus                           |  |
|      | Marius Victorinus<br>Claudianus Mamerti |  |

## Theologorum

*autem omnium vicem sepe numero  
vnus sustinebit*

D. Thomas

*Cuius etiam auctoritate magis, quam  
argumentis, hoc loco in fine vtetur.*

Concilia præcedunt Summi Pontifices, quorum vnus hic habemus expresse

Leonem P.

- |                  |                                    |
|------------------|------------------------------------|
| E Concilij autem | Nicanum                            |
|                  | Toletanum                          |
|                  | Confessionem fidei ex B. Hieronymo |
|                  | Regulas fidei ex B. Augustino      |



D E


# ANIMAE RATIONALIS ORIGINE IN PLATONEM Quæstio, & Cautio.



LIBER PRIMVS.

A

PLATO.



RATIONALIVM Animorum de Platonis sententia originem, siue tamquam vna eademq. vbiq. illa sit ab eo nobis explicata, siue ad vnum eiusdem multiplices assertiones tendere videantur, non nihil tamē passim alicubi suorum operum dissonantem videri, præsentis quæstionis huius indagacione aperire fert animus. Vnde (quod libri fronte pollicemur) inconstantia suspicione suborta, & Philosopho, eidemq. Christiano Lectori cautionem lectiois offensione præparemus, id nunc Trini eiusdemq. vnus fauore Numinis auxilio, præterea nihil quærimus. Tantisper adeo ingenue philosophari cupientem immorati, dum de Motibus Animæ Commentarios absoluemus, quorum gratia & nobis Gentilium Philosophorum cautionibus, & orthodoxo Lectori viam hanc sternimus, vt apud proprios eorundem libros periculofam inuentam opinionem proprijs verbis, sæpe suis, non semel etiam naturæ principijs, semper autem diuinæ veritati repugnantem ostendamus. quod in præsentia Platoni si cui maxime euenisse patebit. Quamobrem eiusdem semper adductis primum sibi consonantibus, deinde dissonantibus verbis, proprijsq. eiusdem in

*Præsentis libri  
primi vniuersa  
lis dispositio.*

*Auctoris mens  
in hoc primo  
libro.*

*Modus procedendi.*

medium allatis rationibus, & cum Platoniorum defensionibus collatis, con- grediemur. Satis (vt spero) Christi veritate duce, necnon sanctorum Patrum, aliorumq. Ecclesiæ sanctæ procerum veluti signa ducentium auctoritate præ- maniti. Proinde, ne cupidum iam diu lectorem demoremur, eorum, quæ pol- liciti sumus, principium hinc auspicari est operæpretium. Quod enim ad præ- sentem quæstionem, cautionemq. de Animæ generatione pertinet; Plato ip- se Animum rerum omnium creatarum antiquissimū libro Legum duodecimo asseruit. Cum tamen in rerum productarum numero illum recensuisset. In Menone autem Animorum reminisceniam asseritur eorundem immortalitatem præsupponit. quam tamen propositionem vicissim in Phædone retro commere facit, vt ob reminiscenitiæ asseritionem immortalitate eosdem do- net. sed hæc vt remeent nobis nunc altiora quærentibus nullus inuestigandi fit labor. genitane sit anima, an ingenua, ab hoc Philosophiæ parente exi- gimus, cuius nutantem sententiam duobus potissimum in locis, Platonici- eriam non negantibus, deprehendimus. quorum alterum Phædrus nobis sub- ministrat, cui sese quidam alius decimi de Legibus locus subscribit. Nam Dei prouidentiam, posita animi, quæ in Phædro habetur definitione, ibi confir- mat. In vtroque vero animum ab æterno fuisse apertissimis verbis omnibus in promptu est. Alterum vero Timæus nobis offert, in quo cum Mundi totius generatione, Animæ genituram tanto verborum apparatu manifestat, vt orio- sum quid me facturum existimem, si eiusdem verba trāscribere laborarem, nisi esset cum his duobus potissimum locis nobis futura contentio, in quorum præ- fertim campum libenter Platonici dimicaturi descendunt, nempe quibus lo- cis apertam Platonis inconstantiam subdolerent, & quasi vix suspicatum de medio tollant. Citatos igitur antea contextus huc afferre in præsentia mi- nime laborabimus, quippe quos extremus præsentis quæstionis locus oppor- tune manebit. quapropter ad celeberrimos Timæi, atque Phædri Commen- tarios me conféro, vnde istuc fidissime loca transferens, propositi laboris mu- nus Academicis comitantibus exequar. Cum itaque (vt ex Timæi verbis su- mam initium) Socrates cælestis substantiæ, hoc est orbis vniuersi generatio- nem, eiusq. figuræ compactionem, motionemq. pluribus declarare tentasset, nihilq. adeo non excogitasset, quo aliquando futurum Deum (ita enim ipse loquitur) non donaret, quo ve non ornaret, tandem animum in eius medio collocaturus ita veluti nouo ducto principio suis verbis edisserit. His omni- bus de causis æternus ille Deus hunc perfecte beatum Deum procreauit: Sed animum haud ita vt modo locuti sumus, tum denique, cum corpus ei effecisset, molitus est. neque enim rectum esse, minori parere maiorem, iuniori antiquiorem, neque id sane per- misisset: qui ista coniunxit. Sed nos multa inconsiderate, ac temere dicimus, quippe qui ea tantum cognoscimus, quæ exposita sunt, atque obuia sensibus. Deus autem & ortu, & vir- tute antiquiorem genuit mundi animum, cumq. vt Dominum, atque imperantem obe- dienti præfecit corpori, idq. molitus tali quodam est modo. ex substantia qua indiuidua est, &c. Habes igitur hoc loco non æternitatem, verum antiquitatem, no- uamq. ad suum corpus coniunctionem, huius etiam tamquam iunioris ad seniore obedienciam. Satis enim sibi fecisse visus est hoc loco Plato, si animum sui corporis antiquitati anteferet. non enim secus de iunioris & an- tiquiore fuisse locutus, quemadmodum Græca illa verba sonant, quin de æternitate potius, si ei de illa loqui libuisset. & si etiam de ortu & virtute loquitur, frustra sane omiffa æternitatis voce fecisset. Cum vero hæc qualia- cumque Platoni dicta sint, ne quis quæso mihi objiciat, quasi vero de mundi animo ibi sermonem habeat. namque nulli dubium esse poterit, reliquos ani- mos,

Disputationis in Plat. Primus congressus. Tom. 2. 966. D. E. Animus Platoni antiquissimus sed genitus. MENO. Tom. 2. 81. C. D. E. Animus Platonis immortalis a præterito tempore. PHÆDO. Tom. 1. 72. & 73. Platonis sententia inconstans. PHÆDRVS. Animum facit immortale ex origine. TIMÆVS. Tom. 3. 32. 33. 34.

34. B. C. Διὰ πάντα δι- παύτη εὐδαιμό- νια δὴον αὐτῶν ἐγὼ δὴν ἴστω. τὴν δὲ διὰ ψυχῶν ἐχ- αὶς νῦν ὑπέστην ἐ- πὶ χεῖρῶν μὲν δέ- γναι, οὗτος δὲ ἐμ- γνησῶντο ἢ δὲ δὲ δὲ νεώτερον. ἢ γὰρ αὐτῶν ἐ- σὺν ἀποσῶν τε- ρον ἀπὸ νεώτε- ρου σὺν ἐξ ἑαυ- τῶν. & post pau- ca ita: ὁ δὲ ἢ γὰρ νεώτερον ἢ ἀποσῶν τε- ρον ἀπὸ νεώτε- ρου σὺν ἐξ ἑαυ- τῶν &c.

Amos, iuxta ipsius sententiam, post huius maioris productionem fuisse factos, suisq. sideribus singulos collocatos, atque adeo vt dubium de animorum pro- ductione nullius menti inualefcere ex Timæo possit. quin potius, an a Diis Iunioribus, an vero a mundi animo, tamquam partes a toto, prodierint, non minus ex Philebo, quam ex Timæo, persuaderi monemur. vt, si quidem se- cus sentire Plato videatur, at saltem ob apparentem inconstantiam castigatio- nis censura carere minime debeat, tot præsertim patribus idem de illo sentiē- tibus. cuius rei proximæ cautioni dabitur locus. nunc ad pensum. Nam, quia ex his Timæi verbis genitum animum deprehendimus, & illum quidem (si ef- ficiens spectes) a Deo factum, si materiam, corporis dominum, atque impe- rantem, propterea, prius quam grauioribus & ijs, quæ magis vrgent, rem aga- mus, allata eiusdem animi ex Phædro immortalitatis particula videndum fue- rit, Eccuinam celebris illa argumentatio contradicat, vt hinc nostri laboris instituta ratio sese manifestare incipiat. Ait ille in Phædro: Omnis animus est immortalis. quod enim semper mouetur, immortale est: quod autem motum affert ali- cui, quodq. ipsum agitur alicunde, quandoquidem finem habet motus, viuendi quoque finem habeat necesse est. Solum igitur illud, quod se ipsum mouet, quia numquam deseritur a se, ne moueri quidem vquam desinit, quin etiam ceteris, quæ mouentur, hic fons, hoc principium est mouendi. Principij autem nulla est origo. nam ex principio oriun- tur omnia: ipsum autem nulla alia ex re nasci potest. Nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. Quod si numquam oritur, nec occidere quidem vquam ipsum neces- se est. nam principium extinetum, neque ipsum ab alio renascetur, nec a se aliud creabit. si quidem necesse est a principio oriri omnia. Ita sit, vt motus principium ex eo sit, quod ipsum a se mouetur. id autem nec nasci potest, nec mori: vel concidat omne celum, omnisq. natura eodem casu collapsa consistat necesse est, nec vim ullam nanciscatur, qua primo im- pulsū moueatur. Cum pateat igitur, æternum id esse, quod se ipsum moueat, Ecquis est, qui propriam hanc naturam animis esse attributam neget? inanimatum est enim omne corpus, quod pulsu agitur externo: quod autem est animatum, id motu cietur & interiore. & suo. Hæc est illa celebris quidem Platonis argumentatio, cuius nominis fama fa- ctum est, vt iam inde ab antiquissimis illis vsque ad hæc nostra tempora innu- meri præne ob asserentis auctoritatem ipsius inquirendę veritati indormierint; quam plurimi vero ea integro vel cōtextu citato vel sensu vsque adeo vsi sunt, vt tum demum aliquid auctoritatis eorum scriptis accessurum putauerint, si ab eadem interpretanda (quasi vero religio sit sacros diuulgare sermones) abstinerent. Mihi vero, quo in veritate indaganda nullum non moueam lapi- dem in hoc longissimo stadij huius cursu, lampada, vt aiunt, non modo alijs tradere non est animus, sed ne quidem a superioribus accipere liber. vt ma- gis mihi sit cordi cæcas, veritate duce, tentare latebras, quam aliorum nomi- nis splendore deceptus easdem posteris tenebras offundere. idq. ita me factu- rum existimabo, si Analyfi quadam in eodem Platonis textu vsus fuero, & in omnes quotquot ibidem inuenero propositiones dissoluero. Ceterum hæc omnia vnum illud subsequi debent, nempe in iis modo ex Phædro adductis verbis solius nostri animi immortalitatem prætendi, quandoquidem inde col- loquentes discesserant, vt, vtrum amanti potius, quam non amanti sit gratifi- candum, inuenire cuperent. cuius rei gratia rarus Socrates se opportunē fa- cturum, si de diuino, eoq. animis nostris inuito furore differeret, propterea tantam Tragoediam de animi natura, deq. ipsius immortalitate potissimum excitaret, a longissimis, vt ipse solet, exordiens. hæc cum tamquam ve- ra præsupposuero, ita rursus probationem illam omnem in sequentes pro- positiones dissoluam. nam, quid sit immortale, quid ve mortale, quærere la- borat

Animæ Mundi generatio reli- quorum gene- rationem ani- morum arguit. de quo lib. 3.

Phædrus. Tom. 3. 245. C. D. E. Πᾶσα ψυχὴ ἀ- δάνατος. τὸ γὰρ ἀδύνατον, ἀδύ- νατον τὸ δ' ἄλ- λο κινῶν ἢ ὑπ' ἑδύκινημενον, πᾶσαι ἔχον κί- νησες, πᾶσαι ἔχουσι (αἰῶς. Ἄ γὰρ δὲ ἀψυ- χῶν. Ἄ γὰρ γὰρ δὲ ἀπολογίαν, ἢ πᾶσι πῶτε ἐκ τῶν ἄλλο ἐξ ἐκείνης βλήσων ἐπιτε- ἔξαρτῆς δὲ τῶν πάντων γέ- γνησθαι.

Platoniorum in Phædro exponendo re- prehensa reli- gio.

Procedēdi mo- dus in verbis Phædri inter- pretandis.

Plato in qua- libet quæstia quæstione dis- soluenda fere semper Theo- logizare solet, & a remotissi- mis ducere exordia.

borat ibi Socrates, vt hoc ab animi natura remoueat, illud vero eidem vel ad amissum quadrare ostendat. immortalis igitur collocatur in eo,

- Quod semper mouetur,*
- Quod se ipsum mouet,*
- Quod a se non deseritur,*
- Quod moueri non desinit,*
- Quod est fons & principium ceteris, quæ mouentur,*
- Quod nullam habet originem,*
- Quod numquam occidit.*

Contra vero mortale in eo,

- Quod alicunde agitatur,*
- Quod moueri desinit.*

Atque ita, superioribus conuersis propositionibus, reliqua omnia interitui dicantur esse obnoxia. superiorum autem propositionum quasdam probat, adeoq. illam in primis, qua dicebatur, *Quod semper mouetur, esse immortale.* quam ita primum illustriorem reddit, duplici posito mobili, Vno quidem, quod mouet aliud a se, & illud mouetur ab alio a se, eo quod habeat finem motus, finem etiam vite habere necesse est. Altero vero, eo quod, si quid mouens, sine mobile se ipsum mouere dicatur, hoc illud vere sit immortale futurum. patere autem innuit ex eo, quia, quod mouet se, numquam deseritur a se, sibi que ipse est presens, nec umquam moueri desinit. huiusmodi autem tale esse principium, & fontem mouendi ceteris, quæ mouentur. vt inde non longe inferat principij nullam esse originem, idq. principij definitione posita confirmet, scilicet principium esse, ex quo oriuntur omnia. quippe, si ex alio fieret, non esset principium.

*Quod vero est ingenitum, esse incorruptibile,*

id eo posito affirmat, quod, extincto principio, duo consequantur necesse sit. Primum, quod ab alio gigni non posset. hoc vero inde fieri, manifestum, quia repugnat principio, aliquid se prius habere, vnde producat. Alterum, quod sequitur, eodem extincto principio, fore, vt a se aliud quidquam nihil producat. iam enim in Timæo fieri non posse dixerat, sine causa & principio aliquid esse, vel fieri. hinc ille condiciones principij motus colligit:

- Quod a se moueatur,*
- Quod nec nascatur, nec intereat.*

Quorum vltimum ita corroborat. Nam, si principium oriretur, aut interiret, fore minatur, vt omne calum concideret, id est vniuersum, omnisq. natura collaberetur, stareq. ita, vt ad motum nullo umquam tempore resurgeret. his igitur in hunc modum positis, quasi receptui canens, ita subdit: *Si æternum est, quod se ipsum moueat, Animus autem se ipsum moueat,* inde fieri, vt æternus etiam ipse sit. Hæc est apertior, quæ fieri a me potuit verborum Platonis exploratio. Quoniam autem videor mihi futurum, vt tota hæc præfens quæstio ad motum deducatur, & de ipso quærat, Ecquid ille sit, cuius causa animi æternitas hoc loco est inuenta; propterea in motus cognitione prius immorandum esse arbitror, vt & Platoni, suisq. etiam sectatoribus satisfecisse videamur. nam ij nescio quos alios, præter vnum localem motum, a Peripateticis exigunt, Platoni adscribunt, animo indunt. Ego vero etiam nescio quos alios præter localem negare in Platone non possum. Ac, quoniam de alijs motuum speciebus nihil omnino ad nos, neque ad animam, æquum esse puto, vt vtrorumque consensu in duabus præfens quæstio stet lationibus, scilicet in locali illa perfectissima, aut in alia quapiam supra localem, quæ sensum quidem nostrum, haud tamen rationem, effugiat. Illud etiam non

Totius Platonice sententiæ in propositionibus dissolutio.

De motu prius, cum Platone, deinde de Animi æternitate est differendum.

De duplici motu loquendum esse omittis aliis.

A lateat lectorem velim, me illa, quæ ab Aristotele in Platonem de motu locali discutiuntur, & ab anima validissimis argumentationibus remouentur, vsque adeo non querere, vt ipsa ne quidem præsupponam, neue etiam, falsa ne sint, aut vera, cognoscere cupiam: præterquam quod actum agerem, si talia huiusmodi tentare aggrederer, quæ duobus circiter annorum millibus Academia-rum omnium totius fere orbis dissenfu sine iudice semper, & vbique contro-uerfa steteret. Vnum tamen illud silentio non inuoluam, mirum profecto esse, & consideratione dignissimum, vnum Aristotelem, qui adeo diligens, adeoq. cautus in quæstionibus mouendis, examinandis, atque determinandis esse lolet, vt solus in hoc puluere sese exercuisse videretur, nunc vero ex ijs, quæ suo

Locus tamen proprius esset in disputatione verum Anima sic corporea, vel vilo corpore corpore careat.

Aristotelem in Præceptoris di-ctis recensendis errasse, aut imposturâ eisdem fecisse dicere, temeritate non caret. A cont. 36. vsq. ad 54.

B primo de Anima præ manibus habentur, statim ab initio duo & illa quidem maxima (vt Platonici volunt) mendacia potuisse Præceptoris impingere, Platoni inquam viuenti, vt fortasse verius dixerim amatorum, quam discipulorum millibus stipato: cuius magnam partem (licet frustra) Aristotelis ingenij æmulam ob Platonis de illo præclarum iudicium, inuidamq. fuisse, historia attestante, & veritate nobis persuadente credere dignum est. Adhuc etiam magis admiratione dignum, eundem Aristotelem, virum alioqui in Philosophorum nominibus citandis, atque recensendis, non omnino immodestum, quique ex ara Præceptoris condita non tamquam hominem, sed tamquam Deum Platonem veneratus est, tamen Platonis Timæum præ manibus eruditorum tritissimum testari ausum adductis verbis non dubitasse, immo vero ipsum Platonem citato nomine inculare non fuisse veritum: cum primo suo de Anima Commentario Platoni animam factam esse ex elementis asserat: deinde vero, cum disputationem de motu Animæ ibidem aggrediretur, et si Platonem prius verbis non compellat, vix tamen continere se possit, quin in medijs ita dicat: *Eodem modo & Timæus naturaliter ostendit animam mouere corpus. eo enim quod mouetur ipsa, & corpus mouere, quod connexa est ad ipsum. Constitutam enim ex elementis, & dispartitam secundum harmonicos numeros quatenus connaturalem sensum harmonie habeat: & vt totum feratur consonantibus lationibus rectitudinem in circulo flexit, & cū diuidendo fecit ex vno duos circulos dupliciter connexos, iterum vnum diuisit in septem circulos, tamquam essent cali lationes animæ motus.* Quid ergo? An admirabili vir ingenio Philosophus errat? An alios vult errare? An potius ita citato Dialogo, adductis verbis, infamiam per omne æuum sibi parat, & falsitatis reus haberi viuus, vidensq. cupiat? Quæ si de vno Aristotele vera sunt, ecquid post sui perfectam infamiam tanto Philosopho salui esse possit? Sin minus, ecquid ad posterorum arrogantia culmen defuerit, cum tot annorum decennijs, centennijs, atque chiliadibus ab vtroque Philosopho distantes fidem discipulo & naturæ miraculo ipsi derogent: tamquam ille moribus impudens, ingenio rudis, Præceptoris viuum vocem aut non recte satis percepit, aut sensum calumniari voluerit. Hæc mihi satis sint quod ad localem motum animæ spectat, quodq. etiam cum Aristotele dici possit. nam, quia a nobis elaboratus iam est Commentarius eorum, in quibus Aristoteles vere Platoni contradixerit, reliquis in præsentia parcam libens, si, prius quàm ad sublimiorem alium quempiam animæ motum me conferam, vnum illud addidero, quod ad motum localem pertinet: vnde comprehendi possit, veram esse Aristotelis de Platonis mente sententiam. Plato enim in Parmenide, cum multa ab illo vno suo remouere exoptasset, quæ illud imperfectum reddere videbantur, præ ceteris immobile esse statuit: id autem vt faceret, vniuersali motuum diuisione præposita, probasse se existimat, cum inquit: *Animaduerte igitur id, quod huiusmodi sit, potest ne aut stare, aut moueri? Quidni possit?*

Cont. 26.

Anima ex elementis, Platoni, referente Aristotele. Cont. 45.

Auctoris comment. eorum, in quibus vera est inter Platonem, & Arist. repugnantia. Lationem & alterationem sollos motus Platoni videri cognitos. Parmenidis locus. Tom. 3. 128. B. C.

fit? quoniam, si moueretur, aut ferretur, aut alteraretur. Ego vero a Platonis libenter scire cuperem, quid proferat nunc Plato, an omnem motum solam lationem, & alterationem esse sit necesse? Ita enim fateri ibi videtur. Solos ergo hosce motus de illo vno & extra omnem aleam vno excogitare, est ne fatis? Quasi vero, si illud vnum mouere se voluisset, vel secundum locum oportuisset se agitare, aut secundum alterationem se corrumpere? an nulla, præter duas, datur Platoni alia motus species? Vtrumvis responderis, Aristotelem semper defendes, Platonem numquam excusabis: illum quidem tueberis, vt qui ex hac modo adducta diuisione alium ipsi animæ motum tribuere minime possit, quando nec alium quempiam ab ipso vno remouere dubitauit. Secus enim posset de tertio quodam motu responderi, quem si fatebimur, illumque addiderimus, nec ab alio fortasse quopiam, sed a se primum excogitatum, & in complurium motuum numero ab eodem Decimo de Legibus admissum, qui se excusabit Plato? Vt autem Aristotelem valere iubeamus, nec, si velint Platonici, motum localem admittamus, (scio enim in complurimis a Parmenide dissensisse Socratem in Sophista & Theæteto) ad tertium accedere est operæpretium, & an ille motus, & quonam modo, atque gradu animæ conueniat, cum ipsdem Academicis quærere. Quamobrem paulo altius veluti noua sumentes exordia rerum, hinc aggrediemur. Maxima diuinorum simplicitas, quam super cælesti quodam contactu sensere Philosophi, fecit, & recte, Platonem, cum de Deo loqueretur, omnem dicendum auersari, qui ab eo recedere videbatur, & in multiplicem dicendi formam cadere. hinc Deum, etsi ens, etsi verum, etsi bonum, etsi denique substantiam quin appellaret, minime negare potuit. attamen in Parmenide aliquid aliud ab his, & supra hæc esse inuenire laborat, vt vnum tandem, atque vix vnum esse fateatur: contra vero, si quando de Dei actione apud Academicos incidat sermo, quandoquidem videbant linguam deesse conceptibus, & ab interiore naturæ significatione verba destitui, inde factum est, vt non modo parem conceptui vocem retinere non potuerint, quin etiam multo inferiorem fumere sint coacti. Dei etenim actionem quis enarrare audeat? Ecquonam modo ab intellectus cogitatione voci mandare, nisi ad motum descendat sermo? hac enim fluxili, & inconstanti natura ipsius naturam (licet in infinitum diminute) interdum dimetiuntur, vix mentem ipsam essentia nomine donantes: immo etiam Philosophorum communi consensu Deum ipsum naturam dicunt, motus vero nomine actiones illius omnes quasi consistentiam fluxu dimetiuntur, cum tamen, dum illud esse primum, tam verum, quam nobis incognitum pronuntiant, ita participationis omnis expertem volunt, vt vix vnū, vix simplex, vix existens appellare audeant; quin magis ante vnum simpliciter simplex, & ultra simplicitatem nec præexistens, sed præexistentiam potius, quam existentiam dicant; itemque nec vniuersale, nec intelligibile, sed vniuersalium vniuersale, infinitum, interminatum, quodque præ intelligentia potius, quam intelligentia a quocumque intellectu cognosci possit. Et (quæ nostri est intellectus imbecillitas) ipsius agere motum dicunt; sed, cum hæc sermone exteriore pronuntiant, interiore tamen & agere, & motum esse simplex quoddam, & vnum in illo ipso esse fatentur; & rursus, cum viuere ipsum & vitam esse, itemque actum & actionem in ijs inferioribus differre videant, nemo tamen illorum est, quin & vitam & viuere, & actum & actionem plura in Deo esse neget. viuere enim in nobis effectum quendam esse vitæ, quam certe vitam nec ipsam per essentiam in ipso viuente est inuenire, nisi ad superius quoddam nostra hæc inferiora resoluas. hinc etiam recte Aristoteles protulit,

Vita

Difficilis in Platonem argumētatio, nisi Platonē nihil scripsisse vel affirmasse asserueris.

Disputatio. Altera pars que sensu non verbis in Platonem dirigitur.

Dei actio nisi per motum nobis inexplicabilis.

Vnum simplex & Præexistentiam ægre admittunt Platonici cum de Deo loquuntur.

**A** Vita viuentibus est esse. vnde & breuissime tum agens vitæ inspicias, cum etiam vitam participans, si recte verba illa viuentibus est esse dimetieris. & cum ex eodem Aristotele motum actionem motoris esse in mobili sciamus, ille tamen non dubitauit motum esse veluti vitæ dicere omnibus, quæ natura consistunt animantibus: in æternis autē hæc nullus perinde ac sciūta affirmabit, in quibus hoc ipsum vita est quod esse, & viuere, atque vicissim esse, & viuere vita est. Ita igitur intelligendum est, vitam esse fontem viuentium, ac tantundem de substantia sumendum. quo nomine & si parcius, tamen vsi sunt Platonici in Deo explicando, immo vero interdum non modo substantiæ viuentis, verum (si Platonici sunt definitiones) animalis nomine donauerunt. sed, vt hoc recuso, illud libens admitto, vt viuens substantia, existentia idem in vno sint, eisdem Platonici ita vt eadem illa tria quasi præexistere potius dicantur: atque item vnū illud non substantia, sed præexistens substantia cum eisdem intelligas, similiter nec existens, nec viuens, sed hoc ipsum, quod sunt præexistentia, veluti sublimiori quodam nomine appelletur, & altioris cuiusdam naturæ dignitate præexistens etiam vnitas esse dicatur. nec interim decebat (de Platonico mente totus est hic sermo) intelligentiæ nomine tamquam alio quodam diuini priuari munere. Nam, quæ profecto vita illa esset, nisi intelligeret? Sed, quoniam intellectio ad scientiam dirigitur, inde illi dicebant ne angustior plusquam par est cognitione diuinū intellectum, vitam illam diuinam præcluderent, nisi non etiam scientiam, sed præscientiam eidem attribuerent, quemadmodum nec prouidentem, sed prouidentiam potius dici, est consentaneum, & ipsum intelligere intelligentiam potius, vt esse, viuere, intelligere, præexistentiæ, vitæ, atque intelligentiæ deferantur. hæc autem omnia vni cedant, dummodo ab eodem vno accidentariam omnem naturam, omnem qualitatem, aduentitium omne longe semoueas, & ipsum, quod est simplex simplicissimum, summe simplex, aut simpliciter simplex esse putes. Si vero intellectus noster ad actionem illam diuinam contemplandam vniquam feratur, tunc, quæ nostra est imbecillitas, tale quid de ipsius vnus actione considerat, vt ipsius quod est substantia ab eodem, cuius est actus, duo sibi diuidat contemplationis instantia, nempe, quo ipsius vitæ substantiam, & fere (si fas est dicere) non agentem contemplamur, & quo veluti operantem intuemur. ita enim ob nostræ scientiæ imbecillitatem, substantiam omnem, quæ actum habet, suo actu priore esse intelligimus, identidemque, si motum, priorem etiam suo motu existere, quasi actio, & motus in agente sint, ita, vt agens quamuis semper vel agat, vel moueat, a sui tamen substantia ad actionem potentia quadam veluti secunda dirigi dicatur, cum ipsum primū sit: & quemadmodum, quod a se vitam habet, a se etiam vitæ actionem habere dicitur, non secus, quod a se habet intellectiōem, se ipso etiam contentum, intellectiōis actione frui credere dignum est. idemque, identidem de eo quod a se mouetur, se ipsum etiam primo mouere est censendum. At vero in ijs, quæ ab alio habent intellectiōis, vitæque, & motus actum, non item accidit. Vides igitur, quoniam modo in simplicissimo etsi intellectiōem, & intellectum viuere, & vitam agere, & agens, mouere, & moueri absque errore confundimus, tamen secus facere non possumus, quin cum in ijs inferioribus illa distinguere comprehendamus, non secus (etsi deuiantes) superiora dimetiendo, duplici scilicet, & ipsius quod sunt, & ipsius quo operantur instanti submittamus. Proinde, cum duplices in nobis operationes inesse sentiamus; nempe & eas, quæ intra nos, & eas, quæ a nobis extra prodeunt, totidem easdemque a diuinioribus non remouemus, cum etiam illam, quæ sit ab esse ad agere, trans-

Vita quomodo viuentibus est esse, ex Aristotele.

3. phys. t. 18. 8. phys. t. 1.

In æternis idem est vitam esse, quod esse, & viuere.

Tom. 3. pag. 411.

DEVS PRÆEXISTENS VNITAS Platonici tandem appellantur. DEI INTELLECTIÆ.

Deum quomodo vnum dici admittant Platonici.

Intellectus noster in Deo intelligendo que sibi distinguenda præparat.

Notanda verba vnde ad productionem animæ omniam, quæ a Deo procedunt, sit ingrefsus.

transmissionem, motum veluti quendam appellamus, eandem pariter a motu nomine in diuinis ne quidem remouemus. nec abrogat orationi fidem simpliciter illius essentia. nam, etsi vita & intelligentia, actio, agere, & agens in Deo idem sint, dum intra se considerantur, cum tamen ad extra & prouidens, & viuificans esse cupit, licet numquam esse desinat, licet per motum ad hæc non exeat, Platonici etiam (nisi per motum) hæc fieri, intelligere nequierunt. Nos tamen, vt omittam nunc Filii æternam, inexplicabilemque generationem, penitior diuinitus voce illustrati, appellemus creationem, qua Deus extra se aliquid producit ex nihilo. Sed hæc ad nostros Theologos. Nunc cum Platonici planius. Motus, cum veluti intraneus quidam actus consideratur, nec dum ad extra progressus, tunc cum eo, cuius est motus, idem est re. Scimus enim, actionem quamlibet, & in agente, & in illum recipiente reperiri: & in hoc quidem vt in subiecto, in illo vero tamquam in efficiente causa considerari: a qua si nondum prodierit, nullo tunc discrimine, nullo etiam differentia nomine femoueri, vel differre. Itaque Platonici hunc quasi ipsius motus tertium statum, vel gradum considerantes, nempe cum intrus est, siue in viuente viuificationis respectu, siue in intelligente ad intellectionem relato, siue in mouente ipsius motus comparatione, motum inquam ipsum Substantia nomine dignati sunt. Accidentis autem appellatione eundem tunc insigniuere, cum vitam, intellectum, atque mouens ipsum extra aliquid a se viuificare intelligant. quo etiam tempore motum vitam intelligentis partem quendam haud sane illepide appellauere. vt non ab re dixerit Aristoteles, *motum esse veluti vitam*, quasi dum intra est, vita sit proprie, idemque, quod substantia. verum ulterius progredientes Platonici, motum illum, quo tempore intraneum cum suo mouente possidet gradum, haud quidem motum, sed cessationem dixere potius, aut mobilem si mauis, cessationem, vt illo naturæ instanti mouens ipsum cessationis æque ac motus dicatur esse causa, & insuper motus, atque cessatio, itemque substantia adeo tunc temporis idem existant, vt mouens suæmet substantiæ motus dici possit, non secus ac viuens sua est vita, & intelligens sua est intellectio. de ipsa Platonis mente loquor. Sed hanc vnitatis copulationem quemadmodum in eodem illo vno cognoscere perdifficile est, ita extra illud vnum cum Platonici reperire est impossibile. Illud enim est, cuius vita est suum viuere, cuius intellectio est suus intellectus, atque adeo cuius motio est ipse se mouens, atque mobile. Quod ne pluribus implicarent appellationibus, rectius se facturos putarunt, si VNIVS nomine tantum illud decorarent. cum autem extra se VNVM illud operatur, tunc & prouidentia, & bonum, & bonitate præstare. tunc etiam illa vere sit endelechia; perennis inquam motio, cuius imperfectam imaginem sub Entelechia nomine expressit Aristoteles: sed ab illo primo VNO, multum quantum pluribusque gradibus incorporea quædam intelligibiliaq. absunt. Nam, cum primum illi VNI a se excundi sibi voluntas oritur, Mentem quendam Platoni generari placuit, cuius a summo illo, primus ad extra est exitus, & alia quædam est substantia. vt hinc interim comprehendas, quam a recto exorbitant Platonis Amasij quidam magis, quam veræ fidei sectatores: qui, cum Dei filium Deum de Deo genitum contemplari voluissent, illum huic menti fecerunt similem: sed, quam indigne, quam etiam prauè, propriis de Deo cautionibus dabitur locus. Nunc ad Mentem reuertor, cui prima motus ab vno communicatio obtigit, etsi non ita, vt motu illa facta esse dicatur, at saltem habitum quendam ipsius motus in eandem a Deo vsque adeo dicamus, vt, si non Deus sit mouens, prima tamen motus

Platonici tertium quendam ipsius motus gradum inspicere, quo tempore cum substantia illum confundunt.

Motus vitam intelligentis partem non illepide Platonici dicitur.

Motus quomodo dicitur cessatio atque substantia.

Intelligibilia quibus ab ipso VNO distent gradibus. MENTIS ab VNO Productio.

A motus communicatio menti contingat, quemadmodum eidem prima a Deo obtigit viuificatio. iremque si non Deus vniuersalium existentias, atque substantias (ideas inquam) in se contineat, sed ipsa Mens potius illas habeat, (vt multis Platonici coherere video) tamquam illa sit vniuersalis vitam potentia, vniuscuique etiam cuiuscunque vitæ particularis actus, ipsa fons omnium viuendi generum, formarumque omnium, & fontana (vt dicunt) animæ, & primæ vitam proles a primo viuente generata, primumque etiam ens, quod viuendi actum prius veluti in vsum ponit, & intelligendi potentia potius quam intellectio, & rerum omnium, quæ materiae facti immersæ sunt substantiæ, vitalisque potentia quaecumque inquam sit, ipsa tamen vel Platonis Deus (quod alias exactius a Platonici exigemus) vel a Deo ens primum, omniumque entium fons, & origo fuerit, sed cælestium virtutum genitrix prior, animarum autem rationalium posterior. ita, vt ad illarum constitutionem, atque fabricam secundas ex magno illo crateri sumpserit reliquias, atque adeo, vt, si VNVM illud prius contemplabimur, a quo Mens ipsa procedat, a qua deinde reliquæ cælestium virtutes deriuentur, videbimus sane rationalium animarum substantijs locum vix quartum, eumque postremum sorte dari, & ita demum gradatim a Deo, atque a Mente defluxam, vt plus illa a Mente, quam Mens a Deo gradu decedat; vixque tandem mentis ipsius primæ sit imago, dum hæc boni filius appellatur. Proinde, cum primum motum in prima vita statuunt, dicunt etiam, primam vitam adeo primam esse, vt seipsam viuificet, quasi motum illum prius in se retineat, quam viuificationis actum extra demandet, & ibi cessatio hic motus dicatur, sed tamen in eo vere esse principium motus, in reliquis vero super cælestibus ordine suo sese communicare, atque descendere, vt illa hoc primum ab illo vno decedant, quod genita sunt, atque item hoc etiam a primo in viuendi, intelligendi, & mouendi actu labantur, quod non prima vita, nec primus intellectus, nec primum sunt mouens, & in prima vita cessatio potius est. nam, stabilis manens, motum cunctis, quo moueantur, impartitur. Mens autem suum habet motum ad cessationem accedentem, siue cessationi magis similem, etsi reliqui intellectus, tamquam a Mente differentes, Platoni admittantur. Tertius tamen inde consurgens gradus ita constituitur, vt ipsi actiones sint, actionibusque viuant, vt quasi ex oru suo saltem natura distincto in suas operationes demittantur. Suas, inquam, propterea quod proprios actus, quam alienos percurrunt verius, ad eosque crebrius redeunt, vt ob hoc etiam principium sui motus, sequentes esse dicantur. quarto tandem gradu rationales Animæ collocantur. nam hæc habent quidem motum a se ortum, non tamen veluti ex ortu suo illum possident, tum quia nature sunt dependentes, tum etiam quod intellectionis potestate haud quidem penitus in se libere fruuntur. nam suas operationes, quasi post ortum habent, cum, etsi substantiæ & intelligentes sint, non tamen a se existant, neque vt intellectus cælestes intelligant, & (vt cum Aristotele dicam) entelechia sint. Deinde, quoniam quarto huic gradui proportionata substantia quædam talis futura esse debebat, vt hoc ipso, quo vna sit, cum in entium multitudinem labi debuisset, haberet etiam ipsa, quo multa etsi non actu, at saltem potestate euaderet. Hæc autem potestas gemina est a Platone ipsi indita, indiuidua scilicet, atque diuidua; Platonici vero in se manentem, & ad nos vergentem dicunt. Et hoc quidem modo viuificantem, & vitam animantibus largientem appellant. In eoque exequendo munere, plus minusue sese ingurgitare solet, quo tempore nonnulli Platonici fauciam luce vitali animam nuncupant; itemque potentiam dicunt, & actionem a potentia emanantem, & suis potentiis accedentem,


Mens prima motus communicatio. Mentis multiplices appellationes.

Animarum locus in productione quartus, fortasse etiam quintus, si visibilis mundus præcedat.

Intelligibilis ordo in productione. Primus gradus in Prima vita. Alter gradus in Mente.

Tertius in Intellectibus siue in Intellectu, libentius tamen in Anima Mundi illum posuerim. Quartus Animorum rationalium; eiusdemque explicatio. Animorum motus quomodo a se ortus non tamen ex ortu suo.

Animorum gemina potestas multiplicibus nominibus appellata. Animorum quando dicitur faucium luce vitali.



## DE ANIMÆ RATION. ORIG.

dentem, & habere denique inquinatum τὸν λόγον.

Animum qua-  
re per motum  
magis quā per  
substantiam de-  
finiendum esse  
Platonem visum  
sit.  
Intellectio, &  
viuificatio quo-  
modo in ani-  
mario gradu  
differant.

Intellectū sem-  
per ad aliud a  
se ferri cum in-  
telligit.

Quomodo ex  
intellectu, &  
eo quod intel-  
ligitur verius  
vnum quam ex  
materia & for-  
ma fieri dica-  
tur.

Quamobrem, cum substantia & motus anima dicatur, non ob aliud fortas-  
se motus nomine magis, quam substantiæ appellatione eandem indicari vo-  
luere, si quando illam definiiri contingat. quemadmodum prima illa vita ces-  
satione magis, atque statu innuitur, sed & altera animæ potētia intelligere est,  
atque ita, vt intelligere passio sit ipsius quædam, in hoc tamen intellectio a vi-  
uificatione, in animario gradu differre dicitur, quod posterior priore sit longe  
maior passio, viuificatio scilicet intellectu vrgentior, propterea quod,  
dum viuificare vult, sibi id soli faciendi non est integrum, quin semper ex-  
trinseco aliquo viuificabili corporeo indiget, in quo exterior iste actus re-  
cipiatur. Intellectio autem indiget quidem intelligibili, & extrinsecus se-  
fe offerente, attamen secundum species, nec id semper eodem modo, si-  
ue cum Aristotele de nouo intelligat, siue reminiscatur cum Platone. Vt  
cumque enim vel ab initio ad sensibilia, vel post initium reminiscendo re-  
currat, ad id primum, semper quod est aliud a se, re vera feretur; sed pri-  
mo quidem modo a sensu magis licet initio tantum patiat, secundo au-  
tem a suo intelligibili perficiatur magis, vtroque tamen nunquam non a  
se exire dicitur. nam, etsi ex intellectu, & eo quod intelligitur, verius vnum  
fit, quam illud quod ex materiæ ad formam adnexionem confurgit, tamen hu-  
iusmodi sententiam ita intelligi semper debere existimauimus, vt materialis ad  
formam connexio hoc superetur, quod anima materiæ vicem ad intelligibi-  
le gerens, corporis cum sit expers, & suo intelligibili symbola penitus, ob id  
huius ad illud applicatio connexionem omnem ipsa superet materialem.  
nam, quod ad reliqua pertinet, numquam intelligibile cum intellectu ita  
vnum fieri quis mihi persuadeat, quin, dum intellectus illud intelligere vo-  
luerit, ad intelligibile primo magis, quam ad se, feratur. nam, quod primo ad  
intelligibile feratur, tum demum nouit se intelligere, & esse intellectum. in  
hunc autem modum duo actus, etsi non ab extra, (vt proprijs vtar verbis) attamen  
ad intra veluti ab extra tamquam duobus instantibus facti consideran-  
tur. Idque latius confirmo, quo clarius intelligendi mihi viam parem. nam,  
vt concedam euenire intellectui secus posse, cum ad inferiora a se fabricata  
intelligibilia conuertitur, vnum tamen illud fuerit non ignorandum; Ecquid  
faciat, cum ad Deum conuersus ipsum velit intelligere? tunc enim nullo mo-  
do egressum ab eo veluti motum negare possumus: quandoquidem, cum  
Deum intelligit, si totam Dei substantiam (honus sit veritati) ipse compre-  
hendat, in Deum totus ipse profecto euadet, si præter modum & ultra men-  
suram illam intellectus & intelligibilis connexionem extollere volueris: sin  
autem fuerit quoddam prodire tenus, nec dabitur vltra, & re vera non vnde-  
quaque primi illius infinitudinem capiet, habeo certe quod assequi cupie-  
bam, quo intellectus, cum ad intelligibile speculandum conuertitur, etiam  
si in se illud contineat, a se tamen veluti ad extra feratur. Omitto nunc ar-  
duam de speciebus intelligibilibus quæstionem, quæ si concedatur, ita euen-  
tuum pollicemur, vt modo diximus, vt veluti ad extra feratur; sin minus,  
ad sensibilia sese conuertat necesse sit, & ad inferiorem a se potentiam ima-  
ginariam, vnde iterum quamuis citissime phantasmata, vel noua condant,  
vel facta speculetur. Nam de inditis speciebus diligentiam superuacaneam  
in præsentia fore video, præsertim quia vel penitus falsa, vel ambigua est in  
Platone; aut, si vera fuerit, non pluris fuerit contra nos roboris, quam mo-  
do species intelligibiles extiterent.

Hæc de intelligibilium motibus ad Platonis aures necessaria nobis visa  
sunt

A sunt vt dicerentur, propterea quod Platonis in Phædro verba præclaram de  
animo hyperbolem continent, & vltra quam animi nostri naturam deceat, ip-  
sius immortalitatem asserunt, immo vero plus quam quilibet de illo, aut Plato  
de seipso desiderat, qui quanto præ ceteris sublimiorem quendam motum super  
cælestibus inesse deprehendit, tanto deterius de suo Deo sensit, plus æquo no-  
bis, Deo autem minus sibi debito vindicans. Nam, cum Animum *ingenitum, &*  
*immortalem* facere optat, aut Deum illum facit, aut Deum suum interimit, aut  
denique, dum immortalē illum defendit, mortalem incautus reddit, quem pro-  
prio cauillo, proprijsq. armis necat, atque trucidat. Magnum certe videtur pa-  
radoxum, sed Platonis in verba in suo recessu perpendiculari res adeo clara ap-  
parebit, vt nil minus promittant, quæ ea, quæ in fronte habere videntur. idq.  
vt per me fieri liceat, rem ita aggredior. Cum enim *omne, quod per se mouetur, im-*  
*mortale* Plato esse voluisset, illud autē, *per se moueri*, & multipliciter dici, & alijs  
potentijs animæ superioribus tribui visum sit; quoniam scilicet intellectibus,  
quoniam menti, & denique vitæ ipsi verius ac prius conueniat, inde fit, vt  
vel animam esse Deum, primumq. mouens fateri cogatur, simulq. Deum e vi-  
uentibus auferat, vel (quod planius) animam non ex se moueri concedat, sed  
in illorum numero recenseri, *quæ motū afferunt alicui, quæq. ipsa mouentur aliun-*  
*de*, quæ cum dixerit finem motus habere, & propterea mortalem esse animā,  
ijsdem verbis concludat necesse est, quibus illam immortalem probandam su-  
sceperat. Sed adhuc etiam hæc planius. Cum *mouens a se mobile* gradus habere  
multos, superiore sermone iam patuerit, etsi anima per se mobilis non nege-  
tur, superiores etiam intellectus (quamuis alio modo mobiles) tamē mobiles  
concedunt, cum vero etiā supra Intellectus ipsos Mens boni filius, itemq. ipsa  
mobilis constituatur, etsi alio modo quam intellectus, & anima se mouere di-  
cant, nugas quidē agunt: namq. perfectiori, non autem diuerso, vel differenti  
motu moueri mentem, nos cum illis fatebimur, differre tamen specie negabi-  
mus. vt vero etiam nunc illam primi Entis motionem omittam, quæ status ma-  
gis est, quin cessatio potius, a Mente tamquam a primo Ente libet sermonem  
exordiri, & ipsius Mentis motum tamquam primū accipere. cum Mens ipsa sit  
D productionum omnium causa, & eorum, quæ sunt, Idealis existat origo. Plato-  
nici tamē non iccirco cum Platone illam ita omnino primum Ens esse consti-  
tuunt, vt causam tamquam non genitam, & ab alio independentē esse velint,  
quippe cuius originem ab alio primo repetunt. quod si Mens ipsa, alioqui Ens  
primum, prima suæ motionis causa nequaquam esse potest, cum ipsa se moue-  
re dicatur, (mouetur enim, ex eorundem sententia) non ob id tamen origo  
dici meretur, atque fons, vt, si cesset, naturam omnem ruere consequatur.  
itemq. supernis illis intellectibus minus ista quadrabūt, quamuis ipsi sese suo-  
modo mouere dicantur. Cum vero hæc ita habeant, quanto igitur ab earun-  
dem condicionum participatione rationalis Anima distabit? tantum re vera  
E aberit, vt illa sit vere *se ipsam mouens*, vt, si inde sui pendeat immortalitas, certe,  
& *natam illam, & interire*, fateamur necesse sit: quamuis hoc misellæ animæ fue-  
rit non leue solatium, scilicet intellectus, atque Mentem habere mortalitatis  
socios: vel duo inde manifesta consequentur. nam, *se mouere*, vel equiuocū quid  
fuerit, idq. inscitia Platonem redarguet, aut analogum, atque adeo animum  
eiusmodi immortalitate, qualem Plato voluit, nequaquam donabit, siqui-  
dē, *se mouere*, siue hoc ipsum, *quod se mouet*, tertio, vel quarto gradu a Primo pos-  
sedeat, a quo illa hoc habet, vt cum Timæo genita sit: & quamuis alios gene-  
rationis modos Platoni cognitos suspicentur, cum tamen ad æternā emana-  
tionē deueniant, vt hoc illis (præter Platonis mentem, mundum re vera pro-  
ducentis)

Platonis hyper-  
boles in Phæ-  
dro.

Plato vel Desi-  
mcautus futu-  
lit, vel animū  
volens Deum  
reddidit.

Præterita dis-  
putatio Phæ-  
dri verbis adne-  
ctitur.

Animæ interi-  
tus ex Platone  
colligitur.



ducētis) cōcedatur, at saltem, quin illa emanatio tandem ad extra progressus quidam sit, & ab alio, utcumque, productio, negare non possunt. Hoc autem est principium habere aliunde, hoc est etiam quod moueri desinit contra quam de Animo probandum ipse susceperat. Etenim voluerat tale de Anima æternum dici debere, ut numquam oriatur, occidat, numquam insuper voluerat unum principium a quo cuncta oriuntur, voluerat denique principium tale, cuius si aliqua esset origo, principium esse desinat, omne calum, omnisq. natura concidat necesse sit. Has autem condiciones quis non videt, vel Mentem illam supernam, vel id verius deesse, quod supra Mentem ab illis collocatur? His addo, quod, cum eadem ratione decimo de Legibus ad Dei prouidentiam comprobendam fuisse vsus, quin manifestam in æquiuocationem incideret, vitare non potuit. nam ibi a mouentibus, & motis ad vnum seipsum mouens ascendere contendit, vnde post modum prouidentia descendat; hic vero eadem animis nostris adscribit, quorum gratia immortalitatem eisdem tribuat: rursus ibi se mouens ad vnum deduxit; hic ad infinita dispescuit. proinde loco de Legibus propria dabitur consideratio. nunc a præfenti allato contextu me exsoluere pergam. Amplius itaque a Platone sciscitor, animus hic quidam singularis, puta Socratis, vel Sophronisci, ita ne sit immortalis, ut solus ijs potiatur condicionibus, quas modo coaceruauit, ut (gratia exempli) non habere originem, & esse omnium causam? Si enim ita fuerit, Deus erit, ut dictum est antea; at, si non Deus, habebit ille originem, neque omnium primus extiterit. Si vero illis frui condicionibus multis quidem animis inerit commune, iam puto esse manifestum omnibus, quam id nolit ipse Plato, & cum eo recta ratio recuset. quomodo enim tot primi excogitari possint, si ad vnum tandem, idq. extra huius animariæ speciei ordinem, deueniendum esset, ut iā profecto vere deueniendū est, vnde viuamus, moueamur, atq. simus? idq. puto ex dictis tam esse manifestum, quam quod manifestissimum. sed ne quidem ex ijs Platonici Animi immortalitas tuta fuerit, quippe qui voluerit, id, quod se ipsum mouet, carere origine. nec re vera stabit vnquam simul vtraque Platonis asserta propositio, scilicet, se ipsum mouere, & carere origine. polset enim quis Platoni concedere animum modo quodam se ipsum mouere: at, sine origine id peragere, negabimus. Numquam itaque, hoc posito, immortalitatis essentia ita fruetur noster animus, ut, si ipse concidat, omnem naturam pessum ire sit necesse. Sunt enim hæc primi altioris Entis condiciones, omnium gentium, & Aristotelis, atque Platonis firmatæ consensu. Ut vero alia pleraque in eisdem Platonis verbis propius inspiciamus, illud vnum interim assumam, cum ait, inanimatum esse omne corpus, quod pulsū agitatur externo; quod autem est animatum, id motu cieri, & interiore, & suo. quandoquidem his verbis ad illud idem confirmandum vtitur. De eo enim, quod est se mouere, ita videtur arguendus. Nam, si a mixtis anima carentibus, internum excludit motum, Igitur: in mixtis, quæ animata sunt, illum tamquam intraneum includet. Ut breuius, ita. Inanimatum non mouetur a principio interno, igitur animatum interius a se mouebitur; id certe concederem verum, si inde ad principium illud mouens, & immobile consecutionem ducere voluerit, profus negabo. Hæc enim verba (ut fatear) cuius nam superioris propositionis veritatem ipsa corroborent, non video: An illius, Quod se ipsum mouet, est æternum. quasi vero illud ita fulciatur, quia, quod ab alio mouetur, corpus est inanimatum. Si enim hoc modo dixerimus, hæc inde postmodum consequentur. Atqui Anima a se mouetur: Anima igitur non est corpus inanimatum. Sed hoc minime quarebat Plato,

Platonis paralogizatio.

Eadem argumentatio ad Animorū multitudinem transfertur.

Noua in Platonem argumentatio.

A Plato, ut Animam corpus animatum esse contenderet, vel negaret, cum tamen non alia sequantur, si ita deduxerit, Omne, quod mouetur, motu interiore atque suo, Corpus est animatum. Atqui Anima ita mouetur. Igitur & illud, quod modo euenire dicebamus, consequi, necesse est. Altius igitur fuerat aggredienda probatio, & superiores motus erant sumendi, quam ijs, quos corporibus conuenire cernimus, in quibus quidē si probatū fuerit animatum esse, quod interiore suoq. motu cietur: cū motū solius tantū corporis non esse nouerimus, illud statim non inuiti fatebimur, animatū corpus ab anima moueri. quæ tamen (ex Platone saltem) an a se moueatur, scire nondum licet. Non moueri autē secundum locū, satis nos Aristotelis argumentationes cogere videntur, ita, ut corpus ab anima moueri sit necessariū. At animā ipsam moueri naturaliter, vnū videatur impossibiliū. Sit igitur Anima principium motus, ut quo; (liceat interim proprio vti termino) haud vero, ut quod, vnde etiam Platonem sese explicare hoc loco vix ac ne vix quidem potest. Magis etiam infitari non desinā, si tale mouens quasi æternum colligas. Nos enim adhuc latet, An illud, se mouens, ab aliquo dependeat nec ne. nā, si ita fuerit, profecto illis conditionibus carebit, quas Plato adduxerat sine quibus æternū esse non possit; sin minus, omnes animi vnus fuerint animus, his autem Deus vnus. Nondum igitur de animi immortalitate dictū est quidquā, quod ex argumenti illius potest, atque vi credere cogamur, at ille tamen proteruiēs de vno concludit animo in hunc modum: Hæc nimirum est natura animi, atque vis, quæ se est vna ex omnibus, quæ se ipsam semper moueat, neque nata certe est, & æterna est. Vnū tamen hoc loco præterire non possum, ne (donec ad proprium examinis locum peruenero) memoria excidat, quam scilicet a vero deuenit illi, qui motū illum, quo animam se mouere voluit Plato, ab omni motus appellatione separates, Animariū appellat, ut, hoc inculcato nomine, omnē, non modo qualemcumque, verum etiā Aristotelis argumentationē posse effugere sibi polliceantur: quasi vero motus ille nec localis, nec alius vsu philosophorum tritissimus, immo nec metaphoricus appellari, sed ita dici debeat motus animæ, qui est animariū. dū interim nos, præsentibus Platonis verbis contenti, motum locale intelligere cogimur, a quo clarissime præfens argumentatio procedit. Sed præstat nunc ab illis accipere, quosnā alios motus præter localem, velint animæ conuenire atque inesse, quorum gratia nobis pleraque sunt, licet breuissimis verbis, recensenda. Nobilissimi quidam rerum Platoniarum interpretes, de quo ipso Platone plus nimio fortasse quam par est bene meriti, quo vagantem sui antesignani sententiā securiore quodam veluti propugnaculo exciperent, receptamq. munirent, integram quandam ipsius animi definitionē ex Platonis verbis colligētes, (quam ex decimo de Legibus, atque in Phædro perfectā se habere posse sperarūt) tandē animam numerum se mouentem esse veluti absoluta substantialiq. definitione protulerunt. In ijs nobis est immorandum. nā huius definitionis tum comprobandæ, tum excusandæ causa numeros omnes, atque motus ignotos esse conqueruntur: qui si cognoscerentur, fore sibi pollicētur, ut nihil, quod animæ essentiā constituit, quidquam ignotū, neque etiam ambiguum, perplexumq. remaneat. Quod vero ad numerum attinet, multiplicē illum suspicantes, multipliciter explicant. nam, etsi vnum, & vniuocē in se videant illum esse, ad rem autem numeratam collatum analogia nequaquam carere volunt, nec modicas sane differentias in se continere, easque, si rem ipsam spectemus numero assignatam, quinario numero contineri exponunt. Dicitur enim illis numerus primo Diuinus, deinde Substantialis, tertio Animariū, cui proximus est Naturalis, tandem omnium infimus Mathematicus.

Anima quomodo moueat, notissimū est apud Peripateticos.

ANIMARIUS Motus non admittitur.

Tertia quæstio pars, in qua Animæ definitio excutitur.

Anima vtrum sit numerus, quæritur.

Numerus multipliciter Platonice dicitur.

**Numerus Vniformis.** Diuinum rursus Vniformē appellant, quem (eminentissimo quo possunt modo) ipsi Deo (puta rerum omnium principio) tribuunt. Substantialē vero immobilem statuunt, quem ipsa Mens proprio iure sibi vindicat, utpote, quam per Ideas talis ipsam deceat numerus. Mētem enim tum Essentiam, tum Vnitatem, atque item Ens primum dici. At vero Animarium tertio loco positum se mouentem appellant, nam alio nomine dici posse ignorant; illum autē Animam per suas rationes, alij nequaquā conuenire. Naturalem vero, qui & quatuor dicebatur, ab alio morum esse volunt, quippe qui rebus Phylis per naturæ semina sese insinuet. Postremo tandem loco Mathematicus, veluti reliquorum imago, additus est, quiq. superiores, modo dictos, quoquo melius ab eo fieri potest, per externas quasdam figuras dimetri (licet frustra) tentat. nam re vera Mathematicus hic imaginem quandam vix exiguam, phantasia ope, in rationali Anima retinet. Hæc de numero. De motu autem nec minora, nec fortasse grauiora proferunt. Itaque quadruplicē illum esse cognouerunt; scilicet Inordinatum, quem materie mundi tribuunt; Ordinarium, physicum, qui corporibus insit naturalibus; Animariū, tertium annumerant; quarto autē loco motū Mentis esse pronuntiant. Sed rursus, animarium multiplicem statuētēs, Metaphoricū in eo quendam comprehendī volunt, e cuius serie illa sunt, nempe consultare, diligere, odisse. alterum etiam quendam non metaphoricum admittunt, quem vno verbo cum explicare non valeant, tunc dicunt in anima fieri, cum illa a se ab esse ad agere experscitur. Insuper addunt motum in anima, ipsius status in eadem minime esse destructiuum, sed vtrumque, diuersa tamen ratione, ita animæ congruere, quemadmodum Cælum, cum mouetur, stare etiam deprehendimus, id est non mutare locum. Hæc igitur illi de motu. Quibus positis, definitionis partes in anima simul collocātes, in hunc exponunt modum, ut sit anima numerus, sed tamen animarius. sit etiam numerus se ipsum mouens, seq. ipsum generans, & in se ipsum reflexus, vel (ut eorum verbis utar) conuersiuus, quem in modum anima ipsa etiam harmonia, non tamen quanta dicatur, sed ex numeris confurgens substantialibus suis rationibus, atque generibus ipsam positam constituentibus: vnde, tamquam ex propria causa, nostra hæc corporum harmonia resulter. Sed, his fortasse vix contenti, minimeq. acquiescentes, simpliciorē de Platonis mente definitionem deinde adhibuerunt, eamq. pro rei auctoritate Xenocrati acceptam ferunt, quam etiam cum priore conuerti asserunt. Xenocratem igitur ita dicere: Animam substantiam esse secundum numerum vnam ex substantijs multis constatam se ipsam mouentem.

Iis, nec pluribus verborū turbinibus in Animi alioqui simplicissima natura declaranda corripuntur Academici, dum Poeticis magis, quā philosophicis, nec definitioni conuenientibus verbis vtuntur: atque vtrā, quod cupiunt, caperent. cum enim dicunt, animam numerū esse, haud quidem accidens, ne in quinto numerorū genere illam collocent, a numero Mathematico ad rem cōfugiunt, quæ numeratur, ab hac vero rursus ad nescio quem, immo vero neq. ipsi sciunt, animarium retrouertuntur, animariū inquam ita æque nobis incognitum ac ipsis inexplicatum, & cum in numero Mathematico complicando, explicando, conuoluēdoq. satis diu integrorum voluminum congerie miseris mortales detinuerint, & ad hæc vsque tempora absque vllō fructu præpediant, tandē tandem, si hos veluti Proteos vi coactos ita coercueris, vt vna simplexque sibi reddatur forma, & in ea consistant, Ecquis sit ille numerus, interrogentur, substantiam esse, tamquam a veritate coacti, respondebunt. Quorsum igitur tot numeris, & illis quidem Mathematicis, si animarius esse ille

**A** ille debuerat, totq. adeo animarijs numeris, tot harmonijs miseris remorari mortales? quorsum etiam tot proportionum explicationibus, si tandem non numerus illa, sed res numerata erat futura, vt denique illorum neutrum sit, neque numerus, inquam, neque animarius, ni sit illa substantia. ridicule etiam hoc faciunt, animam numerum animarium esse dicentes, ac perinde, si, quid esset Leo, interrogati, substantiam Leoninam, aut numerum Leoninum responderent. Sed pergant suos, vt lubet, aperire sensus, & sese a petitionis huius suspicione exsoluāt. Cum tamen pergunt sese ipsam mouentem dicere, quid, quæso, noui, aut notioris addunt, quod ipsius definitionem deceat? at qui illi, vtrumque copulantes, mihi, quid sit animaria substantia, interroganti, fortasse ita respondebunt, Quod se ipsum moueat. Sed vereor, ne adhuc non sit satis. nam licet corpora inde omnino arceantur, quæ interiore motu, suoq. priuantur, adhuc tamen (quod cognitu curiosius fuerat) Mentis ipsius cælestiumq. intellectum ab eadem anima discrimen requiro, penes quod vtræque substantiæ ipsæ se ipsis moueantur? non enim caret Mens suo, proprioq. motu, neque item intellectus, vt dictum est, quod si vtrumque ipsi recusabunt, a me tamen Plato ipse non prius aufugiet, quā saltem, quomodo *Animam sit primum mouens*, mihi respondeat, postquam ipse, quomodocumque sit se mouens animus, vobis non denegauerim. Particula quoque illa, qua animam se generare dicit Plato, audax periculosaq. est admodum, ne inde æternitatem animus declinet magis, neue genitorem non agnoscat, aut saltem in futiles quasdam expositiones suos affeclas det præcipites, & suo verbo, (id est ipsi consueto, quo placidis coire immitia frequentes faciunt) pessum ire iubeat, nam, si generare se, quam se mouere, latius pateat, profecto ante motum vera illa fuerit generatio, siue vtrumque productio, aut, si maus, emanatio. quouis autem modo intelligas, a se produceretur, a se generabitur. Si vero se generare, quam se mouere, non latius diuagetur, frustra quidem illa ponitur dictio se generare, & omnino irrita sit. nam ex definitionis præceptis frustra per subsequentem particulam aliquid in definitione remouetur, quod a præcedente fuerat exclusum. sed sit omnino vtrumque; nec idem sonet, mouere se, ac generare se. Quoniam autem, vt natura docet, & quinto Physicorum præmonstrat Aristoteles, quod mouetur, est; & quod generatur, non est; duplices modo dictæ partiæ, ita simul in Animæ definitione collocatæ omnino cōuenire recusant, adeo, vt moueri ipsum generari præcedat, quin contrario debent collocari ordine, vt motū ipsum in eodem generatio præcedat. reliqua autem illorum verba cum (vt solent) phalerata omnia sint, propterea discutienda minime oportere censui. Illud autem minime omittam, Animam (si esset harmonia) quamuis non quanta, quamuis ex numeris quomodolibet substantialibus ipsam constituentibus confurget, tunc amplius numerum minime dici posse, sed numeros potius fore etiam, vt non vna sit substantia, sed plures substantiæ. hoc enim ex eorum verbis facile deducitur: si quidem numerus iste animarius, substantia est animaria: modo talem substantiam ex numeris compositam esse, & illis quidem substantialibus credere ab illis iubemur. Igitur, præterquam quod numerus ille plures esset numeri, adhuc amplius (quoniam frustra ad distinctionem rationis recurrjtur, vbi substantiarum pluralitas est manifesta, & ab aduersarijs admiffa) inde sequitur, vt non modo numerus sit numeri, verum etiam substantia sit substantiæ, & anima sit animæ, a quibus deinde merito cum Aristotele illud vniens mihi dari expoccerem, Ecquod nam sit aperiri, aut quonam copulante possim tot substantias vnam Animam simplicem substantiam appellare, tot

Platonici per-  
tunt Animam  
definiētes.

Mouere se, &  
generare se,  
quonam modo  
in animo ad-  
mitti possunt.

Tex. 8.

Si numerus sit  
ipsa Anima,  
haud quidem  
Numerus, quin  
potius Numeri  
dici deberet.

numeros, vnum numerum dicere, & denique tot animas vnam simplicissimam esse animam confiteri. Vereor enim, præceptore Platone, vt, si colligata sit, etiam dissoluatur. nam tale quid in Timæo suis Dijs, Deus ille Deorum combinabatur. Xenocratis autem definitione de anima tradita, adeo nihilo profecto magis, quam ex ante dictis, proficio, vt in Platonicos ita definientes, pro definitionis compendio, dubitationes compendiosius colligam. cū enim inquit, animam esse numerū, id est substantiam appellari secundum numerum vnam, substantijsq. multis constatam se ipsam mouentem, video certe, clarius vnam substantiam ex pluribus constari substantijs: quoq. id magis inspicio, eo, ne vna substantia sit plures substantiæ, magis hæreo, & vt ne vera sint etiā, que Platoni adscripserit Aristoteles, magis hæsiro. hic enim, quod anima sit elementis composita, Timæo acceptum ferebat, vt ex his obstinatus ab illis, vniciens mihi dari, efflagitem. quid autem, vniciens dato, sequatur, & vtrum talis Animæ compositio illi correspondeat, quæ in Timæo diuidua, & indiuidua dicebatur, & an re vera vtraque tamquam ex elementis genita cum Aristotele exponi debeat, & quænam istarum veritati magis consonet, penes etiam quid diuisio, & indiuisio in anima habeatur, & insuper vtrum vniciens partes in genere causæ, & in quo genere assumi debeant, quotue numero sint in ea forma efficientes, atque materiæ, realis ne sit illa compositio, realisq. vt materiæ ad formam relatio, & an, si partes istæ hoc modo distingui negentur, habeant etiam inter se rationis relationem, distinctionemque, & a quo id sibi accidat, & indiuisio eueniat, alterius est loci, & in libro de Motibus animæ propria consideratio. Sed tempus iam est, ab his, quæ modo communiori sermone a Platonicis dicta sunt, ad eos deuenire, quibus varios Platonis contextus, atque discrepantes, vno sensu constare tuentur. Vt autem cetera eiusdem Platonis loca primum antea citata præteream, ad Phædrum, & ad Timæum me conferam. Quid igitur? est ne genitus in Timæo animus? Est ne æternus in Phædro? Non sum equidem nescius, ob Platonis (e modo dictis locis) erutam inconstantiam, Platonicos longe sonantes quasdam alias responsiones excogitasse, & in Timæo generationem animi ob id explicatam fuisse vt ipsius naturam & essentiam, non autem re vera genitam inspexerit; eam vero, quæ apparet, contradictionem præmissa distinctione dissoluant, Generationem scilicet bifariam fuisse Timæo cognitam, ac distinctam, nempe vt quædam fieri, & non esse dicantur, quædam vero & esse, atque fieri simul; & ex priorum serie esse corpora, in posteriorum vero numero animam recenseri, quam, vt est, non gigni; vt vero sit, gigni fatentur. Cum vero etiam animam ipsam tamquam mediam quandam naturam possidentem in vniuerso collocent, eamque primum faciant motus initium, illam a mente, atque Idea pendere iubent. nam ideam volunt (nec ab re) Pateram illam in Timæo intelligi, & tamquam animorum seminarium ibidem expositam. Itaque, si animæ motus initium contemplantur, illam nobis æternam cum Phædro citra controuersiam statuunt; sin vero, vt ab Idea dependet, eandem GENITAM esse nobis cum Timæo constituunt. In ijs certe nobis est, imis, vt ait ille, sensibus immorandum, Ecquisnam Platonis vrobique sensus, & verba fuerint, quæ ad animi definitionem, naturamq. explicandam propius accedant, an illa quæ in Phædro, an ea verius, quæ pluribus verbis sunt a Socrate in Timæo explicata? Rationi si quidem puto fore consentaneum, vt, vbicumque definitionis figuram veriore inuenerimus, illic fateatur necesse sit rei, quæ definitur, essentiam explicari. hoc autem cognoscere, plurimum refert. namque, eodem Platone, & Aristotele testibus, definitio, quæ medius terminus

Xenocratis definitio ex dictis refellitur.

Questiones in aliud tempus differendæ.

Platonis eadē loca ex aliorū interpretatio- ne diligenter excussa condemnantur.

Primus nonnullorum sensus.

minis Demonstrationis est futura, nobis intimorum attributorum causam, eamque propriam, atque æternam assignabit, quoniam illius est causa, & non cōtingit aliter se habere. Primum itaque illud tamquā verissimum ex Aristotelis sententia sumendum puto, quod ex antiquorum, qui de animi natura scripserunt, lectionibus comprehendit, & primo suo de Anima libro ipse testatur, Antiquos omnes tribus potissimum animam ipsam definisse, nempe motu, sensu, & incorporeo. ijs igitur, qui animæ substantiam inuestigare conantur, aio, cum Aristotele, Platone etiam (vt abunde ni fallor supra visum est) minime refragante, aliquo istorum terminorum, aut etiam duobus, vel denique omnibus esse vtendum. Ceterum, quod ad sensum attinet, vt Præceptor Plato ni id condonemus, esto nunc imbecilla quædam res, & præ inuestigationis foribus illum valere iubeamus. Nos enim, quod quid est animi, non sine sensu impediendo, inspicimus. magis igitur conducet incorporeum, si tamen ex illo potius, quam ad illud progredi possimus. at, quoniam vera incorporei cognitio, atque intellectio, in ancipiti status, vel motus dicitur: (Motus tamen familiarissimus & naturæ, & etiam natura constantium omnium esse dicitur) Hic igitur erit reliquus. Hæc illa apud Aristotelem veluti Tenedia bipennis, qua naturalium rerum omnium falsitatem vsque ad viuum a veritate dissecuit, nec sine illo quidquam, immo vero neque Deum ipsum attingere ausus est. Nec minoris momenti apud Platonem Motum habitum esse deprehendimus: quandoquidem nec in Timæo, nec in Phædro, nec denique in Philebo, & duodecimo Legum libro, quidquam de qualibet re speculandum sibi sumpsit, siue Deum & mundi fabricam, siue Dei indignationem, ob quam deseruerit olim vniuersum, vt illum ulterius mouere spreuerit, siue illius prouidentiam, siue cælestium Deorum, & denique animi nostri vitam tenere se posse sperauerit. Quo nam ergo animi substantiam inuenire magis potuit Plato, quam quo Deum ipsum prouidentem, gubernantemque omnia se inuenisse demonstrauit? quocum magis stabit animi substantia, nisi cum eo (vt Procli verbis utar) Est ipsi- num? moueri enim, siue (quod idē est illis) excitari ab esse ad agere propriam animæ substantiam, vel certe tamquam nulli secundum illam attingit. Quod si duo Platonis loca inspexerimus modo a nobis citata, id ad Phædrum magis, quam ad Timæum pertinere, neminem negare posse arbitror. ibi enim tale quid se professurum pollicetur Socrates, quod animi naturam spectet, dum ait: *Nos autem oportet primum de animæ natura, & diuina, & humana, illius & viribus, & effectis exploratis, veritatem intelligere.* Vides naturæ nomen. nam Græcus codex ita habet: *ψυχῆς φύσεως.* Vides etiam, quidnam de se inuestigaturum pollicetur, scilicet, *ipsius & diuina, & humana, & vires, & effectus*: vt nihil amplius sit reliquum animæ essentiam inuestigare conanti. nec plura fortasse Aristoteles, nisi quod fusius explicando de anima se dicturum toto suo de Anima proœmio pollicetur. Quid ergo prohibet nunc ita dicere, ibi essentiam animæ verius haberi, vbi quod quid est ipsius quæritur; idq. ex Phædro magis, quam ex Timæo, deprehendi? id etiam patere ex Platonicorum omnium consensu existimo, qui animam a se ipsa moueri semper in ore habent, & quod a se mouetur esse immortale accipiunt, probant, tuentur. quatenus vero Plato eandem ex indiuidua, diuiduaque natura in Timæo condiderit, id materiale veluti quoddam ipsius animæ respicere videtur. nam, si, quid sit anima, interrogabimus, positus veræ definitionis legibus, esse principium motus, respondebimus commodius: si vero, ex quibus constet, cum Timæo ex indiuidua atque diuidua natura verius asserentes fatebimur: quod autem in animæ quidditate assignanda per formam magis

Demonstratio a medio termino dimeticenda.

Antiquorum de Anima inuestigatio.

Motus præstantia in rebus inuestigandis maxima & ab Aristotele & a Platone cognita si mul, iteq. obseruata.

Anima & Motus Platon ipsi- sum existit.

Animæ materiale est quoddam dicere ex indiuidua & indiuidua natura illam constare.

gis quā per materiā quilibet respondebit, id quidem, Aristotele in Dialecticis atque Metaphysicis asserente, præcognoscere multo ante illi debuerant: quin adde, si per illorū alterū respondere cogimur, iam ad motum nobis esse recurredum, dictū iam est; & nunc ex eodem Timæo probare est in promptu. si enim meminimus, ex illis duobus orbibus, quorum alterum eiusdem naturæ, alterum vero alterius dixerit constare, illum addidit orbem ad animum magis pertinere, qui ipse secum iungitur, quiq. semper in eodem est, eodēq. modo cietur, quem eiusdem naturæ appellat, alterum vero alterius. modo, cum inquit, dedisse principatum superiori, quem solum indiuiduum reliquerat; quid aliud, quæso, sibi vult, nisi, verum motum in vera & superiore ipsius animæ in se manentis substantia reperiri? Quæ omnia cū intra definitionis terminos colligere in Timæo nequiffet, tandem in Phædro vnico fere ipsius Motus verbo absolueret tentauit, tentasse, inquam, verius, quam explicasse, tum propter Aristotelis celebrem primo de anima contra Præceptorem quæstionem, tum propter illa, quæ idem Aristoteles septimo suæ Metaphysicæ, veritate dictante, præcepit. Cauet enim ibi, ne quid definiatur per id quod non est per se. *Id autem quod non est per se, dupliciter (inquit) esse, aliud ex additione, aliud vero non ex additione. Illud autem ex eo dicitur id quod definitur, quia ipsum alij additur veluti si quispiam album definiens albi rationem hominis dicat, is (vt inquit ibidem Alexander) rem & ipsius definitionem alteri rei ac definitioni addit, vt si quis album definiens dicat, album est color visus disgregatiuus, animal pedestre bipes, non hic albi definitionem expediet, sed hominis albi.* Nec absimile Platoni euenturum dixerim, si in Phædro motu in Timæo diuisione atque indiuisione animæ substantiam inuenire voluisset: quamuis etiam motu animæ naturam attingere, frustra Platonem tentasse dictum iam fit, ideoq. tentasse dixerim in Phædro, quia nullus quantumuis imaginarius, aut etiam realis motus, nulla Platonis, aut Platoniorum de motu speculatio, poterit nos sublimes adeo ferre, vt vel tantillum de ipsius animi natura intelligere, & explicare valeamus: quod præterita, ni fallor, in Phædrum digressione sumus experti. nunc autem nos ab his expedire tentandum, quæ varijs Platoniorum expositionibus videtur adnexa. Quamobrem aliud illorum dictum pendere est operæpretium. Dicunt enim, Socratem in Timæo, cum animæ generationem nobis aperit, illum quidem non eiusdem animæ cum corpore coniunctionem quasi genita sit, sed ipsius naturam, atque essentiam respicere voluisse. Ecquis re vera ita sentiat ibi, quo loco nihil aliud laborat Socrates, immo nihil cogitat Platonis Deus ille, nisi vt animas corporibus includeret, partemq. illam diuiduam, ex qua constabat, excerneret, hominem aut fortasse animam ipsam Iuniorum Deorum ope produceret, efformaretque? A quibus omnibus enarrandis libenter in præsentia abstinco, quod intelligam nulli non esse clarissima. quæ si talia cuipiam non videbuntur, huic non semel, sed fere centies sese obuiam vêtura in hoc primo volumine verba præparabunt, vt frustra negent de Animi generatione non agi in Timæo, neque de eiusdem in corpore inclusione, si subinde non ob aliud euidentem, quæ est Timæi ad Phædrum, oppositionem dissolueret putent. Quoniam autem videre iam videor hoc idem non ob aliud ab eisdem negari, nisi vt æternam faciant, haud vero genitam in Timæo animam: verbum non amplius addam: quandoquidem cautionis suspicionem magis augent, magisq. me ad hoc munus exsequendum exhortantur. Ceterum, quoniam adhuc Platonis diuisio quædam extat reliqua, vnde contradictionis omnis occasio prorsus de medio auferatur, age, neque nos illam negligamus. Dicunt enim ex Timæo, Animum ex illorum esse numero quæ fiunt, & sunt ad earum rerum differentiam, quæ

(ex Ti-

Animi orbis.

Definitio per qua dari debeat, ex Arist.

Motuum nullum animæ naturam attingere posse.

Reliquorū dictorum exploratur sensus.

Vltima verborum Timæi expositio refellitur.

A (ex Timæi diuisione) fiunt, non tamen sunt, qualia illa dicunt esse, quæ sensu percipiuntur; animam ergo (inquiunt) si, vt est, consideratur, nequaquam gigni; si vero, vt fit, tunc, & illam gigni, fatentur. Hæc cum dicant Platonici; illorum tamen cauillus nos, Aristotele duce, latere non potest. ab illis tamen prius quærerem, An, cum dicunt, animam, dū est, nō gigni, illud Est, necessario, atque simpliciter intelligant, an vero, etiam cum addunt, Animam, dum fit, gigni, de possibili, an potius de illo iam prædicto necessario intelligi velint? Est enim necessitatis duplex apud recte philosophantes modus, quippe cuius alter conditione quadam intelligitur, alter vero, qui (vt proprio verbo vtar) simpliciter dici solet. Porro prioris modi exemplum est, esse quod est quando est, & non esse quando non est. vtrumque dicitur necesse esse. nec subinde consequi propterea fatebimur, vt omne quod est, necesse sit esse, aut omne quod non est, necesse sit non esse: quandoquidem non idem est dicere, Omne quod est, necessario esse quando est, ac asserere, Omne quod est simpliciter necessario esse; atque item rursus neque idem erit dicere, Omne quod non est necessario non esse quando non est, atque asserere simpliciter, necessario nō esse. Quorsum hæc? nempe vt (pace delicatiorum aurium) intelligamus in hærentiam prædicati (ita enim dicunt Logici) ad subiectum, quæ necessitatem ex conditione tantum contrahit, nequaquam simplicem necessitatem includere posse. ita docuit nos Aristoteles, & cum eo veritas, cum primo de Interpretatione inquit: *Ac quidquid est in rerum natura id sit quamdiu stat, & quod non est quamdiu non est, id non sit necesse est: at tamen nec quod est, id omne esse necesse est, nec quod non est nō esse: neque enim ex necessitate esse quidquid est, quia sit, idē valet quod omnino esse ex necessitate.* Quibus quidem in hunc modum expositis, ad Platoniam diuisionem animum conuertentes, ab eisdem quærimus, an, dum animam esse dicunt, & propterea non fieri dum est, illud esse conditione esse, an simplici necessitate intelligant? Si primum, certe nullo modo aliam conditionis necessitatem nisi condicionalem inferre valebunt, quo quidem tempore idem fuerit, dicere animam dum est necessario esse, hoc est, dum illa est, nec vltra, quo certe modo nec propterea illam non gigni aut non corrumpi negare possunt. Alioqui non ignoro, quod est non fieri simul & esse, quia, si ei set dum fit, profecto facta illa ei set, antequam fieret, etsi fieret dum ei set, numquam facta esse diceretur; sed autem dicere, quis non videat ex conditionali propositione absolutam inferri necessitatem? Quasi vero Socrates dum legit ipsum non legere sit impossibile; atque adeo antiquorum quorundam reuertetur error, qui modalium propositionum æquam potestatem ex earundem oppositionum ignoratione sternere ignorabant. Nec secus de Platonis dici posset, quippe qui animam, quatenus est, non gigni asserunt; & quod est sua natura contingens, id quasi necessarium esse subintelligunt. nunc certe animam esse ego quidem fateor, & dum est non fieri rursus non infitior: at vero, necessario simpliciter esse, prorsus nego: nec id ex eorum dictis colligendi facultas mihi adhuc conceditur. Porro nec, verius vt fatear, eandem propositionem intelligo, dum illam vicissim retro commere faciunt, dicentes, animam, dum fit, non esse, quandoquidem neque tempus, quo fit, neque quo facta est, mihi ostendunt, vt suo vnumquodque tempore rem factam, aut non factam fateri possim, vt nunc, gratia exempli, fieri nec esse, nunc autem esse, nec fieri: nisi tamen illud & nobis, & sibi ipsis implicaret, & animum necesse esse, atque item necesse non esse vtriq. fateamur, & adhuc quæsitum pro solutione respondentes, nugæ agamus: nec demum Platoni (vt hoc illis datur) satisfaciat, quippe cum & gigni, & fieri animam fateantur, quo quidem

Anima, num, quatenus est, non gigni dicitur.

Necessitatis modus duplex, ex Arist.

Predicati in subiecto inherens simplicem inherendi necessitatem nō includit.

dem tempore simul eandem non esse concedunt, vt nihil deroget generatio-  
ni, quam negabant, illud quo dicitur, non gigni dum sunt, cum stet adhuc etiã  
apud illos hæc veritas, animum gigni, atque etiam tunc temporis non esse.  
Nec sanioris certe videtur esse consilij, illud addere, animam nempe vt sem-  
per est, ingentiam esse; vt vero suis constat principijs, esse genitam. nam, præ-  
terquam quod eandem præteritæ rationis censuram subiret, adhuc etiã aper-  
tius nugæ agerent, immo assererent, animam, vt est ingentia, esse ingentiam.  
Cum Platonis verba nunc habeo, & internam filij Dei generationem cum  
eorum profanis dictis non immisceo. nam, quid aliud est esse semper nisi in-  
genitum? quod vero dicunt secundo, animam suis constare principijs, & hoc  
modo genitam ipsam fateri, profecto fictitium est, omnino in re adeo simpli-  
ci tot tantafq. compositiones imaginari, vt mihi deplorare liceat præclarissi-  
morum virorum ingenia, veluti chœnici vt fertur insidètia, & nescio quonam  
fato id alijs velint persuaderi, quod sibi ( idq. posito pignore contenderim )  
creditum numquam fortasse faterentur: quasi vero cœlestium diuinarumq. re-  
rum tria sint nobis scilicet rudibus persuasa principia, infinitum, terminum, &  
vnum: quæ ne nos lateant, clarioribus iisdem nobis manifestare conantur no-  
minibus, vt puta materia, forma, atque composito. Quod si dubites, ne huius-  
modi talia ab intelligibilibus longe sint remota, longa mora responsioni non  
dabitur. Dicunt enim eadem principia vtrisque conuenire, sed intelligibili-  
bus modo intelligibili, sensibilibus autem contra, sensibili nempe modo, atque  
corporeo. Hæc nobis ex Philebo denuntiant: itemq. insuper principijs addunt  
genera quædam in Platone Sophista deprehensa. ea sunt ferme quinque, es-  
sentia, motus, status, identitas, & alteritas. Quid autem Plotinus in libro de ge-  
neribus entium, quid ve Proclus circa hæc dixerint, lōgum esset, idq. alterius  
considerationis recensere, cum propria illis maneant cautiones; ambobus  
tamen eadem causæ eorum quæ sunt, appellantur, quibus sublunaria passim,  
atque cœlestia ijs quidem clarius, ijs vero obscurius supposita esse voluerunt:  
quorū euerfionem alia ab ijs cōmentaria etiam manent: dū interim nos latere  
non debeat, hæc seu Platonis, seu antiquioris cuiusdam inuenta ad aurium  
prurium multum quantum pertinere, præterea ad scientiæ veritatem nihil.  
Ecquis enim non dicam pijs, sed ne profanis quidem auribus patietur, si mo-  
do vere philosophari voluerit, sibi narrari animam, cum sit illa mediæ cuius-  
dam naturæ, & cœlestium, atque infirmorum vinculum, iure omnem compo-  
sitionis modum sibi vindicasse, & quinque potissimum modis illam componi  
debuisse, nempe ex principijs, atque generibus rerum, ex numeris, ex numero-  
sis concentibus, & principijs figurarum, puta triangulo, circuloque, tandemq.  
ex principijs motuum, atque adeo propter huiusmodi in eius substantia ad-  
mixtiones, posse de ea generationem in Timæo comprehendere talem, quæ as-  
serta in Phædro æternitati minime repugnet. Præclara quidem Terentimata,  
& illustribus verborū imaginibus delimita, quæq. nullus veritatis amantissimus  
ab illis, nec a vobis exigat, viri præstantissimi, quique Platoni veritatem at-  
tribuere laboratis. At certe veritatem in Platone inuenire, & a falso fecernere  
spernitis, ad ipsius exorbitantia, cauendaq. mēdacia conuenientes. Ego enim,  
vt ingenue fatear, quamuis Platonis simul atque Aristotelicum me olim &  
nunc profiteri dogma non insitier, vtrumque tamen hucusque profitendum  
esse existimaui, vt Philosophi, significationem nominis numquam obliuiscer-  
er, cum Gentilibus autem hucusque rem mihi futuram ratus, quatenus fas &  
iura nobis sinunt diuina, immo vero quatenus naturalis ratio dicere potuerit,  
qua cum (nec decipior) semper id quod ad Deum tendit inuenire studui, idq.  
nec

Numquid ve-  
re dicatur. Ani-  
mam, dū sem-  
per est, non gi-  
gni.

Platonis in-  
terna Animo-  
rum principia  
infinitum ter-  
minum & vni.  
Platonis  
ingeniorū de-  
ploratio.

Eadem princi-  
pia quomodo  
sensibilibus, &  
intelligibilibus  
uenire asserat.  
Animam non  
modo ex prin-  
cipijs, verum  
etiam ex gene-  
ribus constare,  
asserunt Plato  
nisi.

Viciorum di-  
ctorum destruc-  
tio, & disputa-  
tionis epilo-  
gus.

Animam ex  
quinque rebus  
rursus compo-  
nunt Platoni-  
ci.

Sermonis con-  
uersio ad Pla-  
tonicos.

Operis Auctor  
quid sibi profi-  
tendum duxe-  
rit.

A nec a quoquam fateor me inuenire potuisse vt, quæ fidei sunt, omittam, nec pu-  
ros veritatis fontes degustare, donec sacris sanctorum Patrum laticibus pri-  
ma (vt aiunt) labra admouissem: atque vtinam tantum mihi inde bibendi po-  
restatis esset concessum, quantum profecisse me pœnitere non possit. Apage  
ergo, quæso, a simplicissima substantia tales compositiones: sed longe etiam  
magis abesto ab ijs, quæ addunt: (nam de animæ a Mente origine sequens cau-  
tio curam habebit) quasi vero, cum ipsius cognitio nõ nisi a simili fiat, hinc ne-  
cessario sequatur, vt eiusmodi cōpositionibus stipatus animus nõ modo ob id  
omnia cognoscat, scilicet essentias, numeros, concentus, figuras, atque motus,  
verum etiam rerum omnium congeriem catena quadam suo iure liget, atque  
componat, qua & magica, & miracula, si Dijs placet, omnia tractet: quasi ve-  
ro Deus ipse summus nihil præterea eidem dare possit, nihil in eodem opera-  
ri, quo & in sanctis suis admirabilem se esse manifestet, & inimicis terribilem.  
At, quonam modo Deus alioqui infinite simplex non etiã fuerit infinite igno-  
rans? quonam modo anima non frustra quærit, quod intus habet? habet autē  
non vt materiam, sed modo formæ possidet, ad obliuionis fabulas recurrent.  
Igitur ad eandem in Platonem cautionem illos remitto. Sed Platonici, immo  
vero Plato, si Aristoteli fidem non infirmabimus, ne quid ad animi cognitio-  
nem desit, illum ex elementis compositum esse volunt, nempe vt & ipsa ele-  
menta, & omnia ex his orta cognoscat. Si vero magnus ille deceptus est Ari-  
stoteles, quid, quæso, frustra nunc egero, si mihi, & alijs, hoc idem ne accidat,  
timentibus, cautiones paro? Interim recte præceptorem deridet magis, quam  
confutat primo suo de Anima libro Aristoteles. quasi vero his labor sit cœlesti,  
atque diuinæ substantiæ, ea sola cognitionis cura ipsum sollicitet, vt elementa,  
& si quid peius, non autem veritatem cognoscat. Profecto, quam diuine Ter-  
tullianus: *Cui nota est veritas sine Deo? cui Deus sine Christo cognitus? cui Christus ex-  
ploratus sine Spiritu sancto? cui Spiritus sanctus accommodatus sine fidei sacramento?*  
*Sane Socrates facilius diuerso spiritu agebatur. Siquidem aiunt, Demonium illi a puero  
adhesisse, pessimum re vera pedagogum, etsi post Deos, & cum Deis Dæmonia deperantur  
penes Poetas, & Philosophos. Nondum enim Christianæ potestatis documenta præcesse-  
rant, quæ vim istam perniciosissimam, nec vniquam bonam, antiqui erroris artificem, om-  
nis veritatis auocatricem sola traducit. Quod si iccirco sapientissimus Socrates secun-  
dum Pythij quoque Dæmonis suffragium, scilicet negotium nauantis socio suo, quanto di-  
gnior constanti Christianæ, atque sapientiæ assertio, cuius adflatui tota vis Dæ-  
monum cedit. Hæc sapientia de schola Cæli Deos quidem sæculi negare liberior, quæ nul-  
lum Aesculapio gallinacum reddi iubens præuaricaretur, nec noua inferens Dæmonia, sed  
vetera depellens, nec adolescentiam vitians, sed omni bono pudoris informans, ideoq.  
non vnius orbis, sed vniuersi orbis iniquam sententiam sustinens pro nomine veritatis,  
tanto scilicet persisteris quanto plenioris, vt & mortem non de poculo per habitum incun-  
ditatis absorbeat, sed de patibulo, & vini comburio per omne ingenium crudelitatis ex-  
hauriat, interea in isto tenebroso carcere sæculi inter suos Cebetas, & suos Phædonas si  
quid DE ANIMA EXAMINANDVM est, ad Dei regulas diigat. Certe nullū aliū  
potiorem animæ demonstratorem, quam auctore a Deo discat, quod a Deo habeat, aut nec  
ab alio, si nec a Deo. Quis enim reuelabit, quod Deus tenuit? unde sciscitandum est? Unde  
& ignorare tutissimum est, præstat per Deum nescire, quia non reuelauerit, quam per ho-  
minē scire, quia ipse præsumpserit. Hæc Tertullianus. Sed præstat nunc ad veras  
cautiones, atque antidotos nos properare, cupientes post Pontificum, sacro-  
rumq. Conciliorum iussa e magni illius viri Dionysij Areopagitæ haurire fon-  
tibus, præsertim cum propriam huic morbo medicinam paret, eiusdemq. ma-  
culæ labem abluat, deinde vero suo tēporis ordine Patrū placita recensere.*

Sanctorum pa-  
trum doctrinā  
veritatis vber-  
es esse lati-  
ces.

Animæ cog-  
nitio a Platoni-  
cis credita de-  
rederur.

Falsa animi cō-  
positio pul-  
chris simpli-  
citatibus ratio-  
nibus rejici-  
tur.

Cautionum in  
Platonem eri-  
gendarum non  
minima est oc-  
casio Aristote-  
lis in Platone  
reprehensio, vel  
in eodem in-  
terpretando er-  
ror.

Sine SS. Trin-  
tate nulli nota  
veritas.  
Socratis Dæ-  
monium pesti-  
mus Pedagogo-  
sus.  
Vera sapientia  
vnde.

Animæ examē  
ad Dei regulā  
appendi debe-  
re.

CAUTIONES  
LEO PAPA

LEO PAPA.

In Epistola ad Turibium Asturiensem  
Episcopum.

Animæ hominum, antequam suis infererentur corporibus, non fuere,  
nec ab vlllo incorporantur nisi ab opifice Deo, qui & ipsarum est  
creator & corporum.

CONC. NIC.

Concilium Nicænum Primum  
in Symbolo.

Credimus in vnum Deum &c. Visibilem omnium inuisibilem fa-  
ctorem, &c.

TOLETAN.

Concilium Toletanum Primum  
cap. 21. de regulis Fidei.

Animam hominis creaturam dicimus, Dei voluntate creatam.

CONF. FID.

CONFESSIO FIDEI  
B. Hieronymi ad Damasum Papam.

HIERONY.

Animas a Deo dari credimus, quas ab ipso factas dicimus &c. Et  
paulo post ita addit:

REG. FID.

Hæc est fides, Papa beatissime, quam in Ecclesia Catholica didicimus,  
quamq. semper tenuimus, & tenemus.  
Item Regulæ fidei ab Augustino traditæ in lib. de fide ad Petrum c. 19.  
Firmissime tene, & nullatenus dubites, neque Angelos, neque quam-  
libet aliam creaturam eiusdem naturæ esse, cuius est secundum na-  
turalem diuinitatem suam summa Trinitas, qui est vnus naturaliter  
Deus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Neque enim vnus naturæ  
esse poterant, qui fecit, & ea quæ fecit.



P A-

PATRES

EX hoc Platonici erroris fonte cum magna potuisset in Posteris emanare  
prauitas, nullus tamen a deo stupidi animi exitit, qui vel primis labris  
impietatem degustare voluisset, hoc est qui se creatum Deo Creatori æqua-  
lem facere fuerit ausus. Quæ enim est gens, vt Ciceronis verbis vtat, tam ima-  
nis, tam barbara, quæ, cum in cælum suspexerit, cælestiaque contemplata fue-  
rit, non modo Deum esse, verum etiam rerum omnium, & quæ sentiuntur, &  
quæ intelliguntur, genitorem, factoremq. esse non sentiat? Hanc tamen impie-

DEI præsen-  
sionem omni-  
bus inesse.

tatem vni Platoni delatam vidimus, & ratione probatam. hæc eandem nos ex  
eiusdem auctoris principijs reprehendimus. at, ne nobis fidem proteruus ali-  
quis derogat, & auctoritatē infirmet, auctores grauißimos, & illorum plerof-  
que sanctissimos, reprehensionis in Platonē focios adiungendos arbitramur:  
vt turpe dictum, non nostra, sed illorum indignatione caueatur. Quorum Di-  
uus Augustinus, & Tertullianus, citato Platonis nomine, prauitatis illum accu-  
sant. Verum, priusquam ad illos deuenio, a D. Dionysio Areopagita initium  
dixi faciendum, in quo & temporis, & dignitatis rationem simul obseruem,  
atque insuper, quia, cum gentilis antea fuisset, & Platoniorum dogmatum, vt  
videtur, apprime gnarus, nõ admodum a veritate abludet, si dixerimus in Pla-

Solum Plato-  
nem deceptum  
fuisse.

D. DIONYSIUS  
AREOPAGITA.

tonem verba illa grauißima direxisse, quæ in libro de diuinis nominibus in  
hunc ferme modum habet: *Nunc autem nobis laudanda est æterna vita, ex qua ipsa  
vita, omnisq. vita pendet, & a qua in omnia, quæ qualemcumq. uitam degunt, vita pro  
modo cuiusque diffunditur. Etenim immortalium Angelorum vita, & immortalitas,  
æternusq. Angelorum motus, qui ab omni interitu solutus est ac liber, tum ex ea, tum per  
eam, & est, & coheret. Itaque uiuere semper, immortalesq. dicuntur, rursusq. non im-  
mortales, quod non a se immortalitatem, æternamq. uitam habent, sed a causa vitali, &  
quæ uitam omnem efficit, ac continet. Atque, ut id, quod est, dicebamus ipsius status esse  
æternitatem: sic hoc loco rursus uitam, uitam omni superiorem, diuinamq. uitam ipsius uitæ  
vitalis causam esse dicimus, & quæ facit ut coheret. Vita etiam omnis, vitalisque mo-  
tus a vita, quæ uitam omnem superat, & omne totius uitæ principium, proficiscitur. Ab  
eadem quoque animi immortalitatem habent, animantiaq. omnia, & quæ stirpibus nitun-  
tur ab extremo uitæ spiritu uitam habent, quæ sublata, vt scripta diuina tradunt, uitæ om-  
nis tollitur; & ad quam, si ea etiam, quæ eius communionis imbecillitate deserunt, con-  
uertantur, reuiuiscunt. Ac primum quidem vita ipsa, & vniuersæ vitæ dat vt sit vita, &  
vnicuique vt sit pro modo suo, quod vt sit, vim habet a natura cælestibus etiam vitis ma-  
teria expertem diuinam, immutabilem concedit, & sempiternum motum ab omni errore  
inflexioneque liberam, atque ad Damonum etiam vitam pro singulari sua benignitate  
pertinet. Neque enim illa, vt sit, atque permaneat, ab alia causa, nisi ab ea, habet. Hæc di-  
uinum illum Dionysium, Platonis suppresso nomine, in ipsius dogmatis prauitatem  
dirigere voluisse crediderim.*

Vita omnis vi-  
de.

Angelorū vitæ  
quomodo im-  
mortalis, aut  
non immortalis  
dici possit.

Status illius  
quod EST æ-  
ternitas dici-  
tur.

Vitalis causa,  
Vitalis motus.

Vita IP S A  
quid alijs præ-  
stet.  
Ipsam vitam  
etiam Ad De-  
monum vitam  
pertinere.

TERTULLIANVS.

Contra vero Tertulliano curæ fuit, Platonem ipsum, scilicet erroris origi-  
nem detegendo, redarguere, & quod innata non sit Anima, ita ostendere.  
Post definitionem census quæstionem status patitur. consequens enim est, vt ex Dei flatu  
anima profecti initium ei deputarem. Hoc Plato excludit innatam & infectam ani-  
mam volens: & natam autem docemus & factam ex inity constitutione. Nec statim  
errauimus vtrumque dicentes, quia scilicet aliud sit natum, aliud factum, vt pote illud  
animalibus competens. Differentiæ autem sua habendo loca, & tempora habent ali-  
quando & passiuitatis commercia. Capit itaq. & facturam pronasci poni, si quidem omne  
quod

TERTULLIA-  
NVS.

Lib. de Anima  
cap. 4. cuius in-  
scriptio est qd  
innata non sit  
Anima.

Platonem in-  
natam voluisse  
animam.

Natum & fa-  
ctum an disse-  
rant.

C

quod quoquo modo accipit esse, generatur. Nam & factor ipse parens facti potest dici, & Plato creditur. Igitur, quantum ad fidem nostram facta, nascere anima, depulsa est Philosophi opinio, auctoritate Prophetiae quoque. Hæc ibi. Sed idem etiam Tertullianus de centu animæ libro aduersus Hermogenem, cuius argumentum, & fragmenta pauca extant, hæc insuper habet: Nos autem, qui nihil Deo adpendimus, hoc ipso animam longe infra Deum rependimus, quod natam eam cognoscimus, ac per hoc dilu-  
tioris diuinitatis, exilioris felicitatis, ut flatum, non ut spiritum, etsi immortalem ut hoc sit diuinitatis, tamen passibilem ut hoc sit natiuitatis, ideoq. & a primordio exorbitatio-  
nis capacem, & inde etiam obliuionis ad finem. Satis de isto cum Hermogene.

Vide etiam eundem Tertull. c. 24. ibidem. quo loco Platonem bis vellicat. IDEM aduersus Hermogene 3. 4. p. 109. Animi natura quomodo Deo inferior.

D. AVGVSTI NVS lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 31. cuius summa est, contra argumentum Platonicoꝝ, quo animæ humanam asserunt esse Deo coeternam. Animam nequaquam Deo esse coeternam. Platonicoꝝ rationis exploditur caullatio. Platonicoꝝ exempli decurbatio. Prima. Altera.

Animæ beatitudo qualis, secundum fidem.

ALIVS AV G. L O. C V S. Anima quomodo per se moueri dicatur.

TERTIVS AV G. L O. C V S.

Nec itidē illa dissimulauit Augustinus, quin aperte in suū Platonem insurgere, cum de Ciuitate Dei, tum etiam alibi: sed potissimum libro decimo hæc habet: Cur ergo non potius diuinitati credimus de his rebus, quas humano ingenio peruestigare non possumus, quæ animam quoque ipsam non Deo coeternam, sed creatam dicit esse, quæ non erat? Et enim hoc Platonico nolent credere, hanc utique causam idoneam sibi videbantur asserre, quia nisi quod semper antea fuisset, sempiternum deinceps esse non posset. Quamquam & de mundo, & de his quos in mudo Deos a Deo factos scribit Plato, apertissime dicat eos esse capisse, & habere initium, finem tamē non habituros, sed per conditoris potentissimam voluntatem in æternum permansuros esse perhibeat. Verum id quomodo intelligant, inuenerunt, non esse hoc videlicet temporis, sed substitutionis initium. Sicut enim, inquiunt, si pes ex æternitate semper fuisset in puluere, semper ei subisset vestigium: quod tamē vestigium a calcante factum nemo dubitaret, nec alterum altero prius esset, quamuis alterū ab altero factū esset: Sic, inquiunt, & mundus, atque in illo Dii creati, & semper fuerunt semper existente qui fecit, & tamen facti sunt. Numquid ergo si anima semper fuit, etiam miseria eius semper fuisse dicenda est? Porro, si aliquid in illa, quod ex æterno non fuit, esse cepit ex tempore, cur non fieri potuit, ut ipsa esset ex tempore, quæ antea non fuisset? Deinde beatitudo quoque eius post experimentū malorum firmior, & sine fine mansura, sicut iste constitetur, proculdubio caput ex tempore, & tamen semper erit, cum antea non fuerit. Illa igitur omnis argumentatio absoluta est, quæ putatur nihil esse posse sine fine temporis, nisi quod initium non habet temporis. Inuenta est enim animæ beatitudo, quæ cum initium temporis habuerit, finem temporis non habebit. Quapropter diuine auctoritati humana cedat infirmitas, eiq. beatis, & immortalibus de vera religione credamus, qui sibi honorem non expetunt, quem Deo suo, qui etiam nosser est, debere sciunt: nec iubent, ut sacrificium faciamus, nisi ei tantummodo, cuius & nos cum illis, ut sape dixi, & sape dicendum est, sacrificium esse debemus, per cum sacerdotem offerendi, qui in homine, quem suscepit, secundum quem & sacerdos esse voluit, etiam usque ad mortem sacrificium pro nobis dignatus est fieri. Quomodo autem per se moueatur, non tamen sine Deo mouente primo, ita habet in principio libri quæstionum octoginta trium: Moveri per se animam sentit, qui sentit in se esse uoluntatem. Nam si uolumus, non alius de nobis uult. Et iste motus animæ spontaneus est: hoc enim ei tributum est a Deo: qui tamen motus non de loco in locum est tantquam corporis &c. Nec mirum, dixisse Augustinum, motum uoluntatis tributum esse a Deo, scilicet qui uiderat, non modo motum, uerum etiam uitam a Deo habuisse animam nostram. Sed a Deo creatam, & qualem creauerit animam, nos antea retulimus ex capite uigesimo tertio libri decimi quarti de Ciuitate Dei. Quo modo autem anima creetur, & infundatur, alibi ex eodem adnotabimus ex capite uidecimo & duodecimo de Ecclesiasticis dogmatibus. Quomodo uero a Deo facta, & immortalis, libet ex uerbis Augustini concludere, quibus animam Deo comparat, & diffimilem reddit, in libro de spiritu & anima, capite 36. Magna convenientia est inter Deum,

A ter Deum, & hominis animam. Deus namq. uita est, spiritus est, in quo spiritu sapientia est & amor: uita Deus est, uita anima est similis & dispar. Similis, quod uita, quod se ipsa uiuens, quod non tantū uiuens, sed etiā uiuificans, sicut & ille hæc omnia est. Dispar, quoniam ille creator est, ista creatura. Nisi enim ista ab illo creata esset, non esset, & nisi ab illo uiuificata esset, non uiuere. Uiuuit anima naturali uita, etiā si spiritali uita non uiuat. Sed talis uita mors est potius, quā uita: quoniam mors peccatorū pessima. Anima quidē, quæ secundū carnem uiuit, uiuens mortua est, & ideo bonum erat illi non uiuere, quā sic uiuere. Uita uita est uiuens quidem, sed non aliunde quam se ipsa, & ob hoc non tam uiuens, quam uita est. Inde est, quod infusa corpori uiuificat illud ut sit corpus de uita presentia, non uita, sed uiuens. Creatura est anima a Deo, uita a uita, simplex a simplici, immortalis ab immortalitate. ut non sit longe a creatore suo, cui appropriare uidetur simplicitate essentia, & perpetuitate uita. licet enim spiritaliter non uiuat, immortaliter tamen necesse est ut uiuat. Creatura est anima magna a magno, recta a recto: eo magna, quo capax est æternorum; eo recta, quo appetēs supernorum; eo beata, quo Deo unita. Postremo hæc addā ex duodecimo de Ciuitate Dei, capite decimo sexto: Quæ sacula præterierint antequam genus institueretur humanum, me fateor ignorare: non tamen dubito, nihil omnino creatura creatori esse coeternum, &c. Vide caput decimum quartum & quintum eiusdem libri; & caput uigesimalium tertium, cuius summa est de natura humanæ animæ creatæ ad imaginem Dei; & libro decimo tertio, capite uigesimo quarto, cuius summa est, qualiter accipienda sit illa insufflatio, in qua primus homo factus est in animam uiuentem. Sed, cum hæc ibi dixisset compendiosius, tamen in libro de diuersis quæstionibus octoginta tribus ita habet: Omne uerum a ueritate uerum est, & omnis anima eo anima est, quo uera anima est. Omnis igitur anima a ueritate habet ut omnino anima sit. Aliud autem anima est, aliud ueritas. nam ueritas falsitatem nunquam patitur, anima uero saepe fallitur. non igitur, cum a ueritate anima est, a se ipsa est. Est autem ueritas Deus, Deum igitur habet auctorem, ut sit Anima.

QVARTVS AV G. L O. C V S. Anima quomodo a Deo facta & immortalis? quomodo item Deo similis atque dissimilis. Anima non esset, si a Deo creata non esset.

QVINTVS AV G. L O. C V S.

SEXTVS AV G. L O. C V S. Animam omnem in ueritate habere ut sit.

M A R I V S V I C T O R I N V S.

Nec prætereundum censeo Marium Victorinum, antiquissimum quidem scriptorem, & Platonicoꝝ dogmatum minime ignarum. Hic enim in Platonicoꝝ præfens dogma, eequomodo anima a se moueatur, ita docet, & aduersus Arrium inuehitur: Quod si hæc, inquit, quæ in mundo sunt, actus sunt, quanto magis illa, quæ in æternis, ac supra caelestia sunt, actus sunt, & actiones sunt, quæ mundana ista genuerunt? Item & anima & Angeli ex animis, & supra animas. Nam & anima ἀυτόνομα, id est suo, & a se sibi orto motu fertur, ἀυτόνομος dicitur, unde & ἀνάγκη, ergo semper in motu est, quod est semper agere, & esse ipsam ενεργειαν ut sit ei substantia ille motus. Dicitur enim: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Habet ergo ἀυτόνομον ἢ ἑσῆσιν, id est motum a se ortum, ut Deo est, ut Christo: sed, quia non est ille prior spiritus, iccirco alia substantia & facta, non a se existens, sed facta ut a se haberet motum: quippe anima aliud: aliud uita: uita enim uiuendi habitus est, & quasi quadam forma, uel status uiuendo progenitus in se continens ipsum uiuere.

MARIUS VICTORINVS. Lib. 4. aduersus Arrium.

Anima quomodo ἀυτόνομα dicitur.

Animam habere motum a se ortū quomodo intelligatur.

C L A U D I A N V S M A M E R T I.

Claudianus autē Mamerti Galliarū Episcopus lib. 2. de statu Animæ Platonē ipsum ita perstringit: In Phædro autē Plato de anima sic nuntiat. Anima inquit immortalis est, quæ semper a se ipsa mouetur, & alijs causa motus est. Corpus autē per se non mouetur. No aut, tantū mouet alia, sed alijs causa motus est: animaduertens equidē uir excellen-

CLAUDIAMVS MAMERTI. Anima quomodo a se moueri dicatur.

**A** lentis ingenij fore nonnulla quibus sit moveri propriū, ut sunt lapides & ligna, ceteraq; insensibilia causa motus alieni. Quidquid enim volūtarie movetur, ipsum fere sibi causa motus est; quod autē movetur, vel nesciens, vel inuitum p̄ne scientem, vel cogentem causas motus habet. Nec repugnat anterioribus nostris disputationibus, quod istic a se moveri animam dicimus, cum principalem motionum cardinem in Deo esse dicamus: quoniam id ipsum a Deo illi est, ut sponte moveatur, videlicet, ut sit causa motus animi voluntas eius, sic substantia, que videtur voluntate, causa sit Deus. Quia etsi posse velle nobis ex Deo est, non omnis voluntatis nostra motus erit ex Deo, vel tunc reor cum voluntate peccamus nostri causa motus, ex nobis est, ne peccatorum Deum faciamus auctorem. quocirca, si corpus a se non movetur, & corpus non est, quod sibi causa motus est, quia in se motus sui causas habet, anima non est corpus. Idem Plato in libro *ἄλφιδωσ* scripsit. Anima, inquit, animantium omnium corporalis non est, ipsaq; se movet, aliorum quoque agitatrix, que naturaliter mota sunt. Hæc ibi. Sed etiam idem Claudianus, qui supra, libro primo de statu animæ hæc habet: At, quicūque de Deo veraciter, ac pie sentiunt, nihil ab eo non creatum, quod creari oportuerit, consequenter intelligunt. Causa enim creandarum rerum, bonitas creatoris est, qui creare potest universa que velit. Nihil bonitatis exercuisset, si nihil creasset. Ita semiplena benignitate usus esset, si semiplena aliquid condidisset. Mirum autem videtur, supplemento rerum esse defuturum aliquid, si vos & flosculus non existeret, si corporea substantia non esset creata. Ne ergo non minimum aliquid, sed vel potissimum non deforet creatura plenitudini, debuit incorporea quoque substantia creari, sed ad Creatoris forte referatur iniuriā, si incorporeum aliquid, ac sibi simile condidisset dicatur, quia simile Deo nihil inuenitur in corpore, sed ab ipso Deo, similitudo Dei, Anima dicitur humana. In corpore autem nulla esse potest similitudo diuina. Incorporeum ergo erit quod Deo sit simile. Humanus vero Animus ad similitudinem Dei factus est. Incorporeus est igitur animus humanus. Ne vero, quod ipse reliquum est, subtriceam, idem ibidem hæc subdit: Sed summum bonum incorporeus creator est, magnum bonum incorporea creatura. Oportuit igitur a summo bono fieri magnum bonum. Et potuit omnipotens facere quod debuit bonus velle. Creavit ergo incorpoream substantiam, qui non facere non potuit, quod fieri debuit. Nisi forte dicatur, aliquid decuisse fieri, quod ille non fecerit. Consequens ergo erit, aliquid illum fecisse quod non debuerit. Sed dices mihi: Si aliquid incorporeum creatum, æquiparat ergo creatori. De vero homine, hoc est de hominis anima querimus. nō est hæc æqualis Deo, sed similis, utriusque similis quantum incorporea incorporeo inferior, quantum creatura creatori, similis quantum intellectualis lux luci intelligibili, quantum mutabilis creatura immutabili creatori dissimilis. Aliud namque est veritas, aliud imago veritatis. Sed, sicuti rei corporee nulla imago esse potest nisi corpus, ita nequaquam imago incorporee inuenitur in corpore. Nam illic ubi de creatione hominis Moyses loquitur, sic ait: Et dixit Deus, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Ad imaginem Dei creavit cum masculum & feminam. Diuine istud auctoritatis oraculum nec eloquio eludi potest, nec argumento falli, nec virtute vinci, nec arte vitari.

Principalis motioni cardo Deus.

ALTER CLAV. LO. CV S. Cap. 4. Bonitas, causa rerum creandarum.

Simile Deo nihil in corpore inueniri.

Anima esse Dei similitudinem. TERTIUS CLAVD. LO. CV S.

Summum bonum incorporeus creator est.

Magnum bonum incorporea creatura. Anima non æqualis Deo, sed similis.

Diuine auctoritatis oraculum infallibile.



Beda


A Beda in libro de mundi Cælestis, terrestriq; constitutione, Tomo II.

**Q**UÆRITVR autem secundum quem incorporea substantia utrum sit generata anima, an ingenerata, quod utrumque Plato asserit, illam esse, diuersis tamen respectibus: generatam enim vult illam intelligi in *Timeo*, ubi dicit, *Præstantissima a præstantissimo facta est*, vel in secundo vniuersi generis sementem faciam: non generatam vero innuit in *Phædro*, cum dicit, *Anima nec nata & ideo æterna. Ne autem post in hoc videatur sibi esse oppositus, ideo dicit animam ingeneratam*, quod videtur lege generatorum, siue ut dissoluatur actualiter, siue naturaliter. nam omnia generata, præter mundum, & diuina, dissoluuntur actualiter, mundus vero naturaliter. nam, licet nunquam dissoluatur, natura tamen, si conditor vellet, dissolutionem pateretur. nam, quidquid de partibus est compositum, illi naturale est dissolui: animæ vero simplici nec composita non est naturale dissolui, unde dicta est ingenerata. Generatam autem Plato ideo innuit, quod secundum multos præiacentem materiam hilen habuerit. quod licet nusquam Plato testetur, nusquam tamen contra dicit: hile quidem in puro suo statu considerata non differt a materia anima in puro suo statu considerata, id est sine ratione, ira, & concupiscentia, quibus informatur, id est que in ea funduntur.

BEDA: Capite de origine animorū. Anima quomodo genita in *Timeo*, quomodo item in *Phædro* in genita dici potuit.

Animæ tamquam simplici non esse naturale dissolui.

FINIS PRIMI LIBRI.



C 3



RATIONALES  
ANIMAS

A DEO SUMMO  
NON A MENTE QUADAM  
PRODUCTAS ESSE

DISPUTATIONVM  
IN PLATONEM  
ATQVE CAUTIONVM

DISTRIBUTIONIS PRIMAE  
LIBER SECVNDVS.

## Cautionis Leges.

*Psal. 145.*

BEATVS, CVIVS DEVS IACOB ADIVTOR EIVS IN DOMINO DEO IPSIVS, QVI FECIT  
CÆLVM, ET TERRAM, MARE, ET OMNIA QVÆ IN EIS SVNT.

*Paul. Apostolus ad Romanos XI.*

EX IP SO, ET PER IPSVM, ET IN IP SO SVNT OMNIA.

*Ioannes primo.*

OMNIA PER IPSVM FACTA SVNT.

## Hærefes.

Ex	{	Raymundo Lullo	}	Seleucianis
		Auicenna		Maffalinis
		Saturnino		Menandrianis
		Enthufiastis		Apellitris

## Cautiones.

*Vide post Platoniam disputationem. Habentur autem.*

Ex	{	D. Augustino
		D. Cyrillo Archiepiscopo Alexandrino
		Damasceno



D E  
ANIMÆ RATIONALIS  
A PRIMAMENTE  
PRODUCTIONE  
IN PLATONEM  
Quæstio, & Cautio.



LIBER SECVNDVS.

A

PLATO.



**P**ROTINVS ea videnda fuerant, quæ molestiora, ve-  
luti ab excisis Hydræ capitibus, monstra resurgebant.  
Nam, etsi animam a superiore numine tertiam Platonis  
Amantes fateantur, a quo etiam illam quocumque mo-  
do produci nobis placuerit, ijdem concedant, cum ta-  
men eidem proxima stet Mens ipsa superior, supra quam  
VNVNVM illud, Deorum nempe summum, Platonici cum Præceptore consti-  
tuant: hinc factum est, ut illam non a Deo illo VNO, sed a Mente pèdere vera, at  
que propinqua sua productione nõ infitentur. In ijs igitur nobis etiam fuerit  
immorandum, ut post explicatos multiplices generationis Animæ modos,  
pauca quædam de ipsa Mente in medium afferamus: deinde disputationis  
ordinem prosequemur. Animæ igitur generationem qui Platonis doctrinam  
se illustrasse sperarunt, recte quidem non eam esse voluerunt, quæ elementis  
alioqui corruptioni obnoxijis assignari solet, quin illa tamquam Animæ no-  
xia posthabita, triplicem aliam excogitauerunt, quæ pro triplici ipsius statu  
eidem cohærere possit. Deprehendebant autem ipsam (ut ab inferiori statu

Animæ ordo  
Platonis Ter-  
tius non nega-  
tur.

Libri Scopus.

Animæ genera-  
tio triplex a  
Platonis ex-  
cogitata.

EXOT-

exordiar) modo in humanis degentem, (quem ad nos vergentem statum non semel Simplicius appellare solet) modo vero in se manentem manifestabant. At vero hunc postremum bipartiri eisdem solere animaduerti, ut inde duplicem Animæ generationem commodius elicere possint. Primum enim animam ipsam tamquam ab alio dependentem intuentur: Deinde vero solam ipsam, omni seclusa superiore causa, inspiciunt. In hunc itaque modum a triplici Animæ statu triplices veluti generationes coniectari Platonicis libuit; adeoque primum illum esse, atque proprium, quem a Mente obtinuerit; alterum, quem in se retineat; tertium autem virtute a se potius aliquid in aliud transfundere,

Animæ in primo statu quid contingat. Quid item in secundo.

Quid in tertio.

Animæ in terris commorati imaginaria obigit vita.

Animæ dotes quando Platonicis explicantur.

Animæ propria generatio.

Deus initium entis, sed primo VNUM. Mens primum Ens participatione VNUM.

IDEAS in Mente collocari, Platonicorum communione sententia.

Mentem non VNUM esse unitates vero multas continere Platonicis. Anima Mentis primigenia.

quo quidem verius generans, quam genita dici mereretur. Rursus in primo statu eandem considerantes a primo suo pendere opifice, quem ipsam Mentem esse volunt, unde anima per suam ideam proprium esse obtineat, sed & altero statu rursus eandem genitam farentur, quippe quam ex suis constare principijs, de eorundem mente retulimus. In tertio tandem Animam a se egredi potius, quam generari, eo quod ad secundas vitas accedat, & hæc inferiora viuificet corpora, quo certe modo generantem magis quam generatam dici mereri. Ceterum, dum in terris commoratur veluti a stipite recisa planta, succos oblita priores, imaginariam quandam vitam contrahere, quam quidem (si olim ab ea sese exoluat) generationem quandam pati, vel, ut iidem loquuntur, regenerationem, siue reditum non illepide voluerunt, quemadmodum secundum Animæ statum neque generationem dici volunt, in quo tamen sui multiplices, præcellioresque dotes explicant, quibus tot tantaque cognoscit, totidemque rebus veluti imperat, quot ipsam primo constare illi asseruerant; itaque vera, & prima Animæ generatio, eaque propria, atque propinqua illa dicitur, quam ab ipsa Mente propria sua per ideam emanatione obtinet, cum in rerum natura extra Mentis ideam non esset prius.

Id igitur oneris in præsentia nobis inest, ut, etsi de Mente cautio proprio loco sit expectanda, pauca tamen quædam quin hic commemoraremus, subter fugere minime possimus. Deum coniciunt (Præceptoris distantia) Platonici esse supra Ens, initium tamen Entis, Mentem vero esse primum Ens, adeoque vere Ens, & illam omne quod vere est, hoc tamen pacto, ne sit primum unum, caueatque hoc nomine (nisi quadam participatione) appellari, præter quam quod, si unum formale proprio nomine se appellari patiatur, necesse sit interitum materiam, tum etiam omni modi materiam ex se expertem. petunt etiam, ut se non participatam appellari sinat, siue aliam post se mentes participatam a quibusdam admittantur, siue aliis negentur. hoc insuper ab eisdem accipiamus, ut in eadem mente, eaque sola, Idea rerum omnium, non autem in Deo collocentur, & ab ea gradus entium enumerentur, penes quam, non autem penes Deum entis uniuocatio in omnibus, quæ infra se sunt, dimetiatur, ab eademque proximo gradu stet Anima, licet a Deo tertia, quemadmodum corpora quarto loco stare, quinto denique, atque item postremo materiam iacere est consentaneum. Ad Animam retrogredior, in cuius tertio gradu tum Mundi Animam, tum etiam nostram, adeo tantisper intelligi petierim, donec ad proximam cautionem peruenero, in qua, An anima nostra sit mundi animæ pars, in Platone cauebitur. Nunc rursus ad Mentem flecto sermonem, quam ipsi VNI proximam Plato, & reliqui constituunt, ab eoque volunt ipsam paulisper decidere, tantumque ob id degenerare, ut non unum, sed unitates multas continere dicatur, quibus quasi feminibus secunda idealibus modis atque locis enixa, inde rerum omnium gradus producantur, quorum tamen sit rationalis Anima primigenia. decebat enim Mentem ipsam, cum

B

C

D

E

primum

A primum contemplata fuerit ipsius boni naturam, unde (ut Plotini verbis utar) boniformia & pulchritudine sibi comparauerit, animarios primum, idealesque numeros concepit, quos quidem primos in hanc posteriorem lucem venire fecisset. Sed hæcenus, pro loci necessitate, de Mentis loco, atque ordine dictum sit. nam, utrum vera sint, quæ de ipsa prouulerit Porphyrius, partim suis cautionibus, partim quæstionibus in libris de moribus Animæ, discutienda relinquemus. ea vero interim hoc loco præsupponantur, quæ idem Porphyrius quarto de historia Philosophi libro, D. Cyrillo attestante, in hunc modum exarauit. Ab hoc autem modo (de mente Platoni loquitur Porphyrius) quandam hominibus in excogitabilem Mentem factam esse, totam, & secundum se ipsam subsistentem, in qua sane quæ vere sunt, & omnis substantia eorum quæ sunt. Hæc certe & primo pulchra, & ipsa pulchritudo a se pulchritudinis habens speciem. Processit autem ante secula ab auctore Deo incitata, per se genita, existens & ipsa Pater. Non enim illo mouente ad natiuitatem eius processio facta est, sed de illo ipsa progrediente per se nascendo ex Deo. Processit item non a temporali quodam initio, nondum enim tempus erat. sed neque tempore facta, ergo ipsum aliquid est tempus. Absque tempore enim semper & sola aeterna mens. Hæc Porphyrius. Quibus præhabitis, pauca quædam sunt mihi subnectenda, quæ apud Platonem de eadem Mente hoc loco etiam haud ignorare necesse est. Ita que in Philebo, cum prius probandum suscepisset prouidentiam in hoc Mundo dari necessario debere, eo deducit persuasionem, ut corpus nostrum partem dixerit esse corporis Mundi. unde postmodum inferat, animam eiusdem generis communitate causa adherere. Sed præstat Socratis verbis uti, cum ait: Soc. Hunc vero sermonem, Protarche, ne existimes frustra a nobis esse commemoratum: ac illis quidem certe fauet, atque astipulatur, qui olim pronuntiarunt Mentem uniuerso semper imperare. Prot. Est sane ita. Soc. Mæa quidem quæstioni responsum suppeditat, nimirum Mentem esse unum, id est eadem generis communitate cum ea causa adherentem, quæ omnium causa dicitur e quatuor illis, quæ vere existebant. hoc unum nobis erat. Hæcenus Socrates. Sed paulo superius, cum illa quatuor connumerasset, Mentem quarto loco ponere videtur, quam appellat causæ genus, quod

Enneade 6. libro 7.

Porphyrius.

Cyrtillus. Primo lib. aduersus Iulianum in sine.

Philebus 30. E.

Νοῦς ὁ τῶν ἁπάντων αἰτία λεγόμενος ἢ ὁ πρῶτος ἢ ὁ ἄριστος ἢ ὁ ἁπλοῦς ἢ ὁ ἄκατος.

Eadem col. A. B.

XI. leg. 967. B.

Mentis multiplicita munera. Phædro 265. C. D. Cratylus 400. A.

animam producat. Socratis autem verba sunt hæc: Neque enim existimandum est, Protarche, quatuor illa, terminum, infinitum, commune siue mixtum, & causæ genus, hoc nimirum ipsum quod in omnibus quartum inest in ijs quidem, quæ apud nos sunt, Animam corpusque. subministrans, & ipsius quoque conseruandi præsidium moliens, atque expediens, uidelicet collapsa corpori remedia accommodans, & in alijs alia quoque adiumenta componens, atque applicans, id inquam omnem suisque omnibus numeris absolutam sapientiam appellari. Quæ cum dicat Socrates, non ab re existimem, sub quarto illo genere Mentem contineri. Proinde, cum sub nomine Causæ genus illud manifestet, eadem sibi consona duodecimo Legum dicere videtur, dum ait: Mentem esse, quæ omnia caelestia condiderit, eaque gubernet. quamuis difficile dictum sit, quoniam modo in eodem etiam Philebo, nec multo post eandem Mentem sub Iouis nomine appellasse visus sit. Ait enim Socrates:

Itaque in Iouis quidem natura dixeris regium animum, regiam uero mentem inesse propter causam uim, atque potestatem, in alijs uero alia quoque pulchra, prout illorum singulis dici gratum est. Nisi fortasse hic met ille sit Iuppiter, (ni reclamet Plotinus, qui Mundi Animam Iouem illum esse contendit) cuius uestigia, atque currum reliqua Deorum turba insequatur in Phædro; hic etiam sit ille Deus, qui animalia omnia mortalia & plantas in Sophista produxerit; sit denique hæc ipsa Mens, quam idem Plato concessit Anaxagoræ in Cratyllo omnium aliarum rerum naturam producere; postremo ille idem sit Rex, circa quem esse omnia

est, Protarche, quatuor illa, terminum, infinitum, commune siue mixtum, & causæ genus, hoc nimirum ipsum quod in omnibus quartum inest in ijs quidem, quæ apud nos sunt, Animam corpusque. subministrans, & ipsius quoque conseruandi præsidium moliens, atque expediens, uidelicet collapsa corpori remedia accommodans, & in alijs alia quoque adiumenta componens, atque applicans, id inquam omnem suisque omnibus numeris absolutam sapientiam appellari. Quæ cum dicat Socrates, non ab re existimem, sub quarto illo genere Mentem contineri. Proinde, cum sub nomine Causæ genus illud manifestet, eadem sibi consona duodecimo Legum dicere videtur, dum ait: Mentem esse, quæ omnia caelestia condiderit, eaque gubernet. quamuis difficile dictum sit, quoniam modo in eodem etiam Philebo, nec multo post eandem Mentem sub Iouis nomine appellasse visus sit. Ait enim Socrates:

Itaque in Iouis quidem natura dixeris regium animum, regiam uero mentem inesse propter causam uim, atque potestatem, in alijs uero alia quoque pulchra, prout illorum singulis dici gratum est. Nisi fortasse hic met ille sit Iuppiter, (ni reclamet Plotinus, qui Mundi Animam Iouem illum esse contendit) cuius uestigia, atque currum reliqua Deorum turba insequatur in Phædro; hic etiam sit ille Deus, qui animalia omnia mortalia & plantas in Sophista produxerit; sit denique hæc ipsa Mens, quam idem Plato concessit Anaxagoræ in Cratyllo omnium aliarum rerum naturam producere; postremo ille idem sit Rex, circa quem esse omnia

Ad Dionys. ep. omnia ad Dionysium scribens Epistola secunda fatebatur, & cuius causa sunt **A**  
2.312. B.

Philebus.  
De Repub. fe-  
primus.

Ad Herm. &  
Erast. 323. B.

Mentis multi-  
plicia nomina.

Nonnullorum  
petulans labor  
in Platonis  
cum nostris co-  
iungendis.

Mentis a Pri-  
mo VNO di-  
scrimina re-  
ferentur.

omnia, & ipsum esse omnium rerum pulchrarum causam, secundum autem ad  
secunda, tertium ad tertia, quarum rerum cognoscendarum desiderio teneri  
animum presentiebat. Ceterum, cum, quæ modo loca de Mente in Platone  
citata, fere omnibus manifesta sint, adhuc etiam in Philebo Mentem proge-  
niem primæ causæ appellavit, & septimo de Republica ab ipso bono pro-  
creata esse voluit. Addam insuper ab alijs prætermittam (licet clarissimam)  
locum, qui in Epistola ad Hermiam, Erastum, & Coriscum habetur. cum enim  
Epistolam illis tribus legendam censeo, & tunc quidem cum omnes una assueritis;  
sin minus, duobus communiter presentibus, & quantum fieri poterit, sepiissime;  
quidem ita, ut pacto tessera, & lex certa a vobis constituatur, & iure iurando confirme-  
tur, non sine erudita illa studij germana disciplina, obestantibus Deum, rerum omnium,  
& que sunt, & que erunt, Imperatorem, illiusq. Imperatoris, & causæ Patrem: quando-  
quidem si re vera philosophemur, omnes præcipue cognoscemus, quantum quidem illa  
cognitio in felicium virorum facultate cadere potest.

Hinc igitur, quæ de Mundi opifice passim habentur Platonis auctoritates,  
sibi consonantes esse omnibus visæ sunt. Opifex enim iste Mens est, quæ cum  
summi Iouis progenies sit, dicitur tamen ipsa Rex, Mundus, Archetypus,  
Idearum pelagus, supremus genitor, Mundi huius creator, ultra mandana  
Mens, & tandem animarum omnium opifex, atque creatrix, cuius Anima **C**  
stra sit imago. Quoniam vero plurimorum Mentis huius nominum plena sunt,  
& ut proverbio dicitur, ad rasam usque Mercurij, Iamblici, Porphyrij, Ploti-  
ni, atque Procli, & aliorum huiusce classis virorum scripta omnia, ad eos no-  
bis lectorem remittendum esse putamus, donec ad singulorum cautiones ac-  
cedemus. non enim putaverim, in re mea esse, huc tot simul Platonizantium  
sententias cauendas afferre, & Tragoedias turmatim mouere, ne cautionum  
in Platone progressum impediremus, & istius viri confusionem aliorum per-  
plexione oneremus. quod satis abunde & ad fatietatem usque fecerunt alij,  
qui de perenni philosophia scripsere, quippe quibus adeo placuit nostra vera  
dogmata ad Gentilium sensus potius referre, quam ipsos ex nostris confuta-  
re. ut pene pudor sit videre ipsos præ dulcedine non semel, aut bis, sed centies  
lacrymari volentes. quasi vero, quam belle verum vero consonet, profanus,  
& sacris utrimque collatis) animaduertent: res certe & doctis viris exosa,  
& quæ Ecclesiasticis omnibus nauseam semper mouit: quando pro nostrorum  
temporum calamitate indicata confutasse, quam confutanda laudasse præ-  
stitisset: quasi vero etiam nos, postquam a Christo veritatem præsertam,  
eiusdemq. vocis oraculo manifestatam habuerimus, amplius Gentilium le-  
ctione indigeamus, & illorum deliramentis, Andabatarum more ferientibus,  
ad viam veritatem rescandam indigeamus, & viui videntesq. cæcis  
indicantibus salutem nobis præparemus. quæ quidem res quantum detri-  
menti singulis temporibus Ecclesiæ sanctæ obfuerit, satis hærefes fere innu-  
meræ ex Gentilium fontibus exhaustæ nobis indicant. satis de eadem Patres  
sanctissimi conqueruntur. satis Concilia sacra proclamant: & nos etiam  
abunde (ni fallimur) in huius Quinarij præfatione indicauimus. sed in omnes  
philosophos, sanctorum Patrum panopliam præparamus.

Ut vero eo redeat oratio, vnde ad Animæ a Mente generationem iter sibi  
parabat, hæc (inquam) est illa mens, quæ ab illo vno secunda est, quæ etiam  
substantia ab eodem separatur: hæc item illa est, quæ Idearum veluti horreū  
dicitur. nam in Deo nullas esse Ideas, quanto saniores Platonici haberi vo-  
lunt,

**A** lunt, tanto magis affirmant; scilicet ne in multitudinis imperfectionem illud  
vnum Idearum onere descendat, & quasi lapsum polluat. Substantia inui-  
cem distingui dixi, ut in impudentes quosdam animaduertam, qui Platonem  
dicere audent de sanctissima Trinitate planius fuisse locutum, quam filium  
ipsum vnigenitum Deum de Deo, & de lumine lumen. cum dixerit, Ego  
& Pater vnum sumus. nec viderint, Platonis modo citatam epistolam ita de  
tribus (nescio tamen qualibus, aut quibus) verba fecisse, ut ordinem primi  
ad secundum, & secundi ad tertium posuerit, ut animam (si velint) vel Mun-  
di, vel nostram, vel vtramque; nam altera est pars alterius, Sanctissimi Spi-  
ritus vicem sustinere etiam affirmant. Sed hæc alias. Nunc tantum de animæ

**B** a Mente productione nobis loqui institutibus, illud de Platonis mente tam-  
quam verum præmittendum fore duximus, ut Mentem ipsam a Deo secun-  
dam, adeoq. essentia differentem præsupponamus. quod si ea non fuerint fati-  
tis, quæ modo ad id indicandum ex Platone ostendimus, addam huic senten-  
tiæ veluti Colophonem D. Cyrillum Alexandrinum Episcopum, qui in vlti-  
mis fere verbis primi sui ad Iulianum Commentarij, non secus de diuersitate  
substantiæ Mentis a Deo ex Porphyrio exponit, quam modo nos ex Platone  
colligebamus. ait enim ita: Sufficiat hoc ad consummatissimam demonstrationem,  
quod vnigenitum Dei verbum intellexerint & illi. Nunc vero censeo adijciendum, quæ  
& de Spiritu sancto ab illis dicta sint. Dicit enim Porphyrius, exponens opinionem  
Platonis, usque ad tres subsistentias diuinam substantiam progredi. esse autem sum-  
me quidem Deum bonum, post illum autem & alterum conditorem, tertium &  
Mundi animam. Progredi enim usque ad animam, Deitatem. Ecce, quam mani-  
feste in his usque ad tres subsistentias Dei substantiam progredi affirmat. Vnus  
enim est vniformis Deus. dilatatur autem, quantum de eo scitur, in sanctam  
& consubstantialem Triunitatem, in Patrem inquam, & Filium, & Spiritum san-  
ctum, quem & Animam Mundi dicit Plato: viuificat autem spiritus, & proce-  
dit ex viuente Patre per Filium, & in ipso viuimus, & mouemur, & sumus.  
vere enim inquit, dicens Dominus noster Iesus Christus, Spiritus est qui viuifi-  
cat. Et iterum idem Porphyrius de Platone, ideo occulte de illo insinuat dicens:

**C** Circa Regem omnia sunt, & illius gratia omnia & illud causa omnium pulchro-  
rum: secundum autem circa secunda, & tertium circa tertia. Nam, cum omnia  
quasi existant circa tres Deos, attamen primo quidem circa omnium Regem, secun-  
do autem circa Deum ab illo, & tertio circa cum ab isto. Manifestauit autem &  
subsistentiam, quam ex seipsis inter se habent, incipereq. a Rege, & subincedio-  
nem, & submissionem earum post primum per hoc, quod primo & secundo & ter-  
tio dicit, & quod ex vno omnia, & per ipsum omnia seruantur. Vides igitur non  
prorsus sane, sed sicut Ariani separat, & substituit, subsistentiasq. subiectas ipsis  
infert, & tres opinantur esse Deos distincte, sanctamque, & consubstantialem  
Trinitatem. verumtamen non omnino ignorauit veritatem. opinor autem, quod

**E** & sane dixisset & intellexisset, fortassis autem & pronuntiaisset, quod recte de  
Deo sensit in alijs omnibus, nisi forte Amyri, & Meliti timuisset accusationem,  
Socratisq. Aconitum. Hæc quidem mihi necessario præmittenda duxi, ne  
vel in Platone inculcando, vel in cautionibus afferendis eam de Plato-  
nis mente veritatem quispiam a nobis exigat, quam multo antea Por-  
phyrius in eodem confitebatur, & D. Cyrillus Porphyrio concefferat.  
Propius igitur accedentibus animæ a prima Mente productio nobis in Pla-  
tone fuerit indaganda. eam certe Plato vel apertissimis verbis in Timæo  
aperit. primum quidem, si nullus alius apud eundem extaret locus, in quo de  
Animæ rationalis generatione verba fierent, certe vel solus ille satis esset, in

**D** quo

Platonis  
impudentia,  
qui SS. Trini-  
tatem ex Plat.  
dictis elicere  
non verentur.

Anima a Mente  
producta asserit  
tur.

D. Cyrillus ad  
Iul.

Timæus Mundi  
Animæ, & pro-  
inde reliquas  
producit.

quo de Animæ Mundi productione multis quidem verbis differuit. Constat enim, iuxta Platonem, illam alioqui animorum nobilissimam, vel primam esse productam, vel reliquarum omnium vice, vel tamquam principem, aut denique tamquam totum, a quo reliquæ veluti partes in corpora prolabantur. quodcumque tamen fuerit, sequenti cautione patebit manifestius. Satis enim erit nunc, hæc in Platone verba legi, quæ Mundi Animam ab illo Deo, quem Mentem appellabamus, productam esse fatentur. habent autem ita: *His omnibus de causis æternus ille Deus hunc perfecte beatum Deum (Mundi corpus intelligebat) procreavit: Sed animum haud ita ut modo locuti sumus, tum denique cum corpus ei effecisset, molitus est.* Et paulo mox: *Deus inquit ex ortu & virtute antiquiorem genuit*

Timæus 34. B. C.

Ο δὲ καὶ ἡμεῖς οὗτος ὁ ἀρχαῖος ἀποτέ-  
σαν καὶ ἀποτέ-  
τησαν ἡμεῖς ἀποτέ-  
ματος, ἀπὸ θεοῦ  
πῦρ καὶ ἀπὸ ζουσαν  
ἀπὸ ζουσαν  
σῆμα, ἐν τῷ  
τῷ τοῦδε τῷ  
π.

Timæus 41. D.  
Καὶ πάλιν ἐν  
κατὰ ἀπόρρητον  
πρακτικῶν.

Plato an Deo careat dubitandum.

A Deo in nos duo potissima derivatur, quod si regamur: quorum neutrum Platoni Deo ac ceptum nos ferre videri possit. Rerum generatio si a Mentis, quomodo ad Deum Vnum referri possit. Avicennæ, & aliorum detestanda opinio.

*Mundi Animum.* Quæ si non ita a Platonicis quibusdam exponantur ut eiusdem æternitatem excluderent, & eam æterno etiam modo a Mente velint emanare, illud tamen constat, quod inferius paulo addit, cum non modo fatetur Deos omnes ita genitos, ut sint (ni sua obstaret voluntas) corruptibiles, verum etiam cum Mens illa eisdem Deos ad reliquam generationem amplexandam hortata fuisset, meminimus necesse est reliqua genera animalium desiderasse, ut fabricarentur, & intra illa hominem potissimum. quæ cum ad suos Deos aperuisset, *Deinde* (inquit) *ad superiorem craterem reuertit, in quo omnem animum uniuersæ naturæ temperans permiscebat, superiorisq. permissionis reliquias fundens æquabat eodem modo ferre, nisi quod non ita incorrupta, ut ea quæ semper idem, sed a Dijs secundum sumebat, atque tertium. Toto igitur omnino constituto &c.* Et post pauca mox addit, & ostendit, *primum ortum vnum fore omnibus, cumq. moderatum, atque constantem, nec ab ullo imminutum.* Hæc cum ita habeant, dixerim, Platonem illum, quem tantum non in Paradiso præ sanctitate quidam collocant, nunc Deo carere, & eo quidem modo, ut tam vno Deo, quem posuit, indigere videatur, quam Atheos Diagoras, siue quis alius ipso scelestior. Mirum certe videri poterit apud nonnullos paradoxum, sed re vera tam mihi in præsentia probatu facile, quam aperte a Platone præ assertum. Etenim, si Plato ubique ad Deum referre omnia videtur, cui, quod viuamus, quod simus, libentissime acceptum ferat, hinc ego tantundem probationis capiam exordia: quandoquidem, si Deo indigemus, (de Platonis mente semper loquar) non ob aliud certe illius nobis potestas veneranda fuerit, nisi quia aliquid ab ipso ad nos deriuatur: idq. duplici ad nos modo peruenire putandum est. nam, vel quod simus, atque viuamus, vel quod ab ipsius prouidentia gubernemur, vel vtrumque, ut par est, ipsi deferimus. atqui neutrum nobis a Deo, iuxta Platonem, agnoscere libet. primum quidem non licet, propterea quod rerum generationem, immo vero etiam animarum mentis opus iam fuisse vidimus, Mentem autem substantiam a Deo differre, non ob aliud, ex Porphyrio, atque D. Cyrillo, de Platonis sententia, decerpimus, nisi ut habeamus mentis opera Deum illum primum minime tangere. Hinc Avicennæ, aliorumq. errorem emanasse, constat, dum cum Auctore de causis secundam intelligentiam a prima suam esse obrinere inquit, sed tertiã a secunda, quartam vero a tertiã, atque ita deinceps inuicem colligari, ut postrema ad proximam nec ultra respiciat, in eademq. reddatur felix. hinc etiam Calchodæarum monstruosa nomina in bonam Philosophiam irrepserunt. Vbi igitur est illud bonum, curiose adeo ab illis effictum, atque descriptum, quod neque ex formarum liberalitate communicari dicitur, neque modo nos illo indigere possumus? quodq. in generatione participare non licuit? satis enim nobis fuerit illa Mens, a qua id quod sumus (in Platonis scriptis) agnoscimus: immo vero non modo ad nos nihil ab illo Imperatore, Mentisq. Procrea-

**A** Procreatore deriuatur; verum etiam adhuc, an illud in se sit bonum, ignoro, de quo nihil apud Platonem plane constat. Porro, quamuis ipsum bonum procreasse Mentem asseruerit, in Timæo tamen haud illi, sed Menti tribuit omnem bonitatem. cur enim Mens fecit Mundum? Bonus (inquit) erat opifex ille, quo nomine Mentem appellabat. Quid igitur? An participatione bonum Mens ipsa Mundi procreatrix diceretur? Hoc si verum esset, conficeretur, ipsum Mundum, quippe qui non est ab eo factus quod propria essentia bonum, neque etiam ad ipsum dirigi iure posse. Decipitur etiam Mundus ipse, si putet se ad verum bonum tendere debere, tamquam ab eo sit fabricatus. tantundem etiam de nostris animis esset dicendum: quandoquidem vel

Bonum ipsum an tale sit Platoni, digna res est ut dubitetur.

**B** Mundi Animæ sunt partes, ad quam eorum felicitas fuerit terminanda, vel saltem a Mente producuntur, in qua quiescere debeant, nihil ultra querentes. & tamen hic est ille Plato, qui, quoties de Deo sermonem habendum sibi procurauit, & in Phædone præcipue Animum (inquit) nostrum ei esse simillimum, quod diuinum est, & immortale, intelligibile, uniforme, & indissolubile, & semper eodem modo similiter in se permanet. Sed reuocet quæso mihi in memoriam Plato, vter ex illis numinibus hæc præclara nomina sibi iure vindicare possit, an Mens ipsa, an Mentis ipsius Pater? Meminisse etiam necesse est, a quo factum voluerit animum, & vnde Idea sumpta sit, cuius hic animus fuerit propago? Iam enim fas non est, Idearum numerum nisi in mente inuenire. Mens igitur a suis Ideis expressit animum, cum ad suum craterem conuersa inde sumebat secundas, atque tertias. nam secus quid extra se Mens ipsa animas productura respicere poterat, quando in illo primo nullæ singularium rerum Ideæ steterant? Est enim illud primum consubstantialis sibi, substantiale vero nulli, immo vero neque Menti, si verba Porphyrij memoria repetas. Magna igitur ex ijs perpenis animæ gloria resurgeret, si modo a secundo Deo ad Dei primi similitudinem fuisset expressa. Magnus item præberetur Architectus, & Pictor ipsa Mens, si ex illo infinito vno potuerit animam, nihil alucinata, depromere, & vnum Ens facere determinatum, singularemque substantiam, & ut detur, ad se potius respexisset, tunc cum animæ substantiam esset generatura. in hoc tamen perplexus hæreo, an & quomodo æternum, coæterna Deo Mens, animum produxerit? quo ve instanti naturæ, postquam Mens facta est, animum ipsa fecerit? Quocumque tamen modo, magnus ad ipsam animam gloriæ cumulus accessit. primo vero VNI aliquid detrahitur. nam, quod modo animam facere non poterat, quia illud decebat Ideas continere, Menti tamen id concedit, nisi esset quod falsum sit in Deo illo primo Ideas rerum non reperiri, falsum etiam, si Mentem illam verbo Dei similem eandem facere volunt, & secundum substantiam ab eo differentem, ut interim claudicet semper Platonis sermo, vbicumque animum nostrum Deo simillimum ostendere laborat, si modo ad aliud quippiam supra Mentem similitudinem referre studeat. Vt hoc loco, quin nonnullorum impudentiam repetam, contineri vix possim, cum putent magnam esse similitudinem inter Animam a Deo productionem, atque eiusdem a Deo Moysis creationem, scilicet (ut prouerbio fertur) ouum ouo vix adeo similis intercedat cognatio. nec puduit celebrem illum de perenni Philosophia scriptorem, ut cum illo vno sit mihi vice multorum concertatio, Mossem cum Platone comparare. quasi, dum ille dixerit Deum ad imaginem, & similitudinem suam hominem fecisse, idem fere ad amissim Plato in verbis ex Phædone modo citatis asseruerit; nec recte perpenderit Eugubinus animæ nostræ Deum non alium nisi Mentem Platoni esse posse, nempe

Animæ incertus finis videtur, si duo sibi proponuntur.

In Deo Ideas collocandas esse.

Odiosa Eugubini comparatio.

a qua sola pendeat, & facta sit. Quod vero etiam addit, eadem ratione fieri manifestum, Platonis animos ad Deum, tamquam ad suam stirpem, tamquam genus ad suum Parentem, & ad fontem suam, & denique (ut Platonis peculiaribus modis utar) tamquam ad bonum, sapientemq. Deum redire, ad quem se profecturum sperat in Phædone. Socrates, nos tales animos ad talem Deum abeuntes bene-valere iubemus, ut ad illum redeant, a quo se factum credidit Socrates, pronuntiauit Plato; admiserunt turpiter Platonis sectatores, dum interim mihi meum animum ad Moyfis Deum ut reditum faciat exoptem, ad eundemq. creatorem, qui Spiritum vitæ in primum protoplasten immisit, eundemq. luteum suis fermæ; non alienis manibus fabrefecit. tum demum apparebit, vter istorum animorum verius suo, veroq. principio adnectatur; & videat interim, vter vera, & vltima felicitate fruatur, & si vera felicitatis ratio hoc exigit, nempe ut sit vltimum bonum, consideret etiam, an vtroque careat Platonis animus, cum ad Mentem illam sui genitricem peruenerit; nec adhuc vero, diuinoq. bono frui posse animaduertit; immo vero tunc se deceptum putauerit, cum genitricem suam alio superiore indigentem, nec se sibi acquiescentem animaduertit. Clament igitur, quantum velint, Platonici, & frustra vocent animam *scintillam ex Deo fulgentem*; appellent eandem *Dei abscissionem*; dicant licet, eiusdem *delibationem*, itemq. *haustum* siue *flatum*; *genus* siue *stirpem*, *Deorum* etiam *consanguineam*; demum *ex eadem agnatione, & genere, ex qua Dii, productam*, tum denique *diuinam, immortalem, sempiternam, Deiformem, verarum notionum plenam, generisq. diuini demoniam, Dii simillimam, ac propinquissimam, sapientem, intelligentem, separatam, exterius venientem, in quo sit esse, & sapere, diuinitati similem*; adeo, ut animæ essentiam intuenti tota diuinitas, Deusque, sapientia item omnis, & demum suimet ipsius cognitio patefiat. Nam, quid noscat, o. Plato, quidue noscere præter suum Deum factorem Anima debeat, vel teneatur? Hoc autem modo quomodo felicem esse ipsa se fatebitur, quæ in suo parente felicitatis terminum sistere non potest? Pudebit etiam (puto) animæ patrem, qui proli iunctus, quam non habuit in se felicitatem, in alio cum nata quærat. inanem etiam operam sumant ij, qui Platonem in Protagora mirabiliter cum Mose agnatio, atque generis propinquitas, idem sit Prometheus ille fabulosus hominis figulus, atque verus Deus. nos enim agnationem istam hominis cum Mente, etsi concedendam fatemur, animam tamen ex Dei flatu, non autem a Mente factam citra controuersiam confiteri credimus; nec alio quidem modo, quam quo Moses intelligere voluisse visus est, quoue etiam Diuus Paulus. vterque enim nos genus esse Dei confitebatur, nec cum Philone Iudæo, ad ea, quæ ipse dicit, ita oscitanter esse conuiuendum: quamuis dixerit hanc esse Theologiam Mosaicam, *omnem hominem secundum mentem assimilari, domesticum esse verbo diuino nature beata imaginem, vel abscissionem, aut radium factum*. frustra etiam mihi alios testentur auctores, quos in eadem esse naui cum Platone non dubito. Miror etiam, Eugubinum verbis Timæi nunc fidem adhibere in animæ proge, atque diuinitate a suo Deo comprobanda voluisse; cum tamen, quod corporis formationem Iunioribus Dijs adscripserit, eundem Timæum, tamquam Poetice loquentem, infirmasset. Quod vero magnum quid se asecutum esse videatur, cum Aristotelem eiusdem cum Platone faciat esse sententiæ, a quo etiam suffuratum fuisse confirmat: is certe longa errat via, propterea quod Aristotelem secus sentire præ-

Moyfis Deus verus.

Animæ multiples appellationes, ex Platonis deproptere.

Quid credendum in proposita disputatione.

Eugubini instantia. Aristotelis et Platone diuersa sententia.

A B C D E

A manibus expectari possumus: immo vero non modo rectius, quam Plato, in hac eadem re ipsa locutus esse, quin etiam minus errasse videri potest, cum tamen vtrumque lapsus fuisse constet. hoc enim inde patere arbitror, quod, cum non alium Aristoteles fecerit Deum ab illo, qui vltimus, siue primus mouet, hoc modo rectius prouidentiam rerum a primo asserere ille, motu posito, voluisset, a quo, ut primo de Cælo idem docuit, *tum esse, tum etiam viuere* derivari diuinavit; idq. verissime, & quam ipse Plato multo rationabilius asseruisse constat. cum enim vtrumque Philosophum motu sese manu duxisse ad supremum illud Ens inueniendum videamus, dum tamen eodem motu prouidentia Plato voluit asserere, ad primum peruenire nequaquam potuit. quippe quod neque id quod est ipsum vnum attingit. M. etiam Tullius, quem ipse testatur: erret ipse tantundem cum Præceptore Platone, sed cum Aristotele minus decipiatur. idq. propterea dico: nam Aristoteli nulla est substantia Mundi creatrix, aut etiam motrix, quæ ab aliquo superiore non creante, vel non mouente secundum substantiam differat. Si enim Deus producat aliquid, apud eundem ipse idem est qui mouet, itemq. & vnus, & bonus, & Ens; apud Platonem vero non item. rectius insuper illos sensisse certum est, & ad Platonis aures commodius, qui animos ad vniuersalem intellectum redire tacebant: qui quamuis circa veritatem grauiterratebant interim Plutarchi auctoritate Platonis clarissimam sententiam confirmari, quam æque falsam, ac apertam nos ostensuros polliciti, & nihil fallor, asecuti sumus. Quod autem Platonis Deus ob prouidentiam necessitatem nobis dari nequeat, neque vero etiam eidem Platoni inueniri possit, nos, sumpto præ manibus proprio decimo de Legibus loco, videre debemus. Ibi enim prouidentiam inuenisse se credit: quam si non inuenit, illud sequi necesse est, quod modo probandum non desperabamus. Cum autem alius locus vocet nos ad prouidentiam cum Platone discussionem ineundam, hic pauca quædam cum Besarione dixisse fuerit satis. Proinde doctissimus iste vir, & quidem notior, quam ut a me celebrari queat, in Platonis dictis omnibus adeo verissimam sententiam esse, adeoque se illam tenuisse professus est, ut, præter illud quod Plato vel oscitanter dixerit, nihil fere in tota Philosophia confirmare audeat; tantum abest, ut infelix ille Trapezuntius quidquam Platoni derogare potuerit. quamobrem, Besarione contradicente, nullo alio nomine, nisi Calumniatoris, hucusque Misellus iste innotescat. Sed hæc alias. Nunc cum Besarione Platonis contextum exponamus.

Postquam itaque decimo de Legibus Plato ex hypothesi sumpserat animi appellationem, eiusdemq. definitionem collegerat, (sic enim colligit Clinias) *se ipsum mouere* affirmans definitionem illius substantiæ, quam communi nomine omnes Animam appellamus, & ita esse resumit sermonem Atheniensis Hospes, *idem esse & animam, & primam originem, motumq. eorum; quæ sunt, fuerunt, & erunt; omniumq. rursus his contrariorum: quandoquidem & mutationis, & vniuersi motus omnibus causam esse constituit*. Hæc subinde veluti altera positione intulit: *Quod si animus corpore prior est, ea, quæ animum insequuntur, priora esse ijs, quæ corpori quadrant sit necesse*. Inde postmodum eod deduxit sermonem, ut Deum esse animum vniuersi colligeret. ita enim annuente Clinia edisserit Hospes: *Animam late imperantem, & in omnibus, quæ mouentur, habitantem, Calum necessario gubernare agnoscimus*. Cumque multos animi, atque corporis motus recensuisset, tum incipit Atheniensis

Errat Arist. esse primam intelligentiam orbi affixerit. Aristotelis minus, quam Platonem deuiare.

M. Tullij error.

Platonis Deum ob prouidentiam dari, non esse cur admittamus.

Trapezuntius Calumniatoris nomine im merito notus.

Verborum Platonis secundum Besarionem explicatio.

nienſis inueſtigare, ecquam naturam Mentis motus habet. quam quidem **A** quaſtionem difficilem eſſe fatetur. Quoniam vero decem ſtatueraſt eſſe motus, quaerit, cuiam e decem illis motibus ſimilis ſit mens. Itaque inueſtigationem ſic aggreditur: *Nonnulla vno in loco, nonnulla in pluribus agitari: illum autem motum, qui ſemper in vno ſit, neceſſarium circa medium aliquod agi, & circuli, qui torno circumſcriptus eſt, effigiem repreſentare. atque iccirco Mentis circuitum, quantum fieri poteſt, imitari per eandem, eodem modo in eodem circa eadem ad eadem, vna ratione, & ordine vno ferri, vtraque & dum imaginem illam orbis torno circumſcripti motus vario modo aſſimilat haud ineptam, & vulgarem imaginem aſſumere ad rem vere & luculenter repreſentandam, ſed motum illum, qui nunquam eodem modo, neque ſecundum eadem, neque in eodem, neque circa eadem, neque ad eadem, neque ordine, neque aliqua ratione fertur, is ad dementiam cognatione quadam propius accedere.* Et inde poſtmodum idem Athenienſis Hoſpes inferre conatur, quando quidem animus nobis omnia circumducit, conſtituendum eſſe Caeli circumuolutionem. Ab eo Animo, qui & illius curam gerit, & eam diſponit, & ornat. Hæc Beſſario, atque in hunc modum libro in Calumniatore ſecundo exponit, atque colligit, vt neceſſe ſit motus principium eſſe, ne in infinitum abeamus, in progreſſu. Principium autem motus illud eſſe, quod ſe ipſum mouet, quandoquidem aliunde fieri motum non conuenit, non ab immobili, quia quod natura ſua moueri non poteſt, non eſt primum mouens, id vero tale, quod ſeipſum mouet, procul dubio viuere dicitur. Tale autem eſſe, quod Animam habet. Ex quo colligitur, Animam eſſe, quæ ipſa ſe ipſam mouet.

Amplius colligit, inde hanc eſſe veram, & propriam Animæ definitionem, quod ſe ipſam moueat. non autem eſſe formam, ſiue actum corporis. quod etſi verum ſit, non tamen commune hoc cuiuſque Animæ eſt, quia intellectiua corporis actus non eſt. Sed conuertitur Anima cum eo quod ſeipſum mouet, & ſeipſum mouere Animam eſſe.

*Tertio colligit, Animam eſſe primam generationem, & primum motum rerum omnium, quæ ſunt, quæ fuerint, quæque uentura ſequentur.*

*Quarto. Omnis motus ac mutationis cauſam præbere.*

*Quinto. Omnium motuum antiquiſſimum eſſe.*

*Sexto. Omnis motus principium.*

*Septimo. Omnibus corporibus priorem.*

Amplius affirmat, iis omnibus animam actu ſimul, non potentia eſſe demonſtrari, & operationem eius uitalem eſſe.

*Et præcedere eam omne corpus natura.*

*Et ſubſtantiam eſſe impartibilem.*

Quin etiam, vltiori progreſſu eſſentiam diuinitatis ex ijs demonſtrari. Hæc quidem cum adnotaſſet Beſſario, & veluti corollarie e Platonis dictis collegiſſet, (quod pace tanti viri dixerim) propoſiti Platonici ſcopi fuiſſe oblitum quis non videt? dum hic ad prouidentiam motus omnes dirigere tentat, quos a Deo tamquam a ſe mouente in reliquis mouentibus, & mobilibus ſimul cupit deriuari. ille vero ad animum omnia trahit, & illum quidem noſtrum: quaſi eadem in Phædro, atque hic dixerit. Quæ ſi vera fuerint, quonam modo, quaſo, noſter animus non ſit Deus, & Deus ille genitor, atque prouidens? Miror etiam, cur Beſſario inconſultiffimam hanc rationem, rationis ferme proſus, atque conſilii expertem, non viderit, nec eandem de Platonis mente fateri dubitauerit. caret enim duabus præcipuis conditionibus e tribus illis, quas Demonſtrationi conuenire omnium conſenſione

894.A.

Beſſarionis ſententiæ impugnatione.

ſione tradidit Ariſtoteles. Primum ſi quidem, quod Deus hic prouidens ſe ipſum moueat, non quatenus ipſum hoc habere quo ſe moueat, inde ſit apertum, nam rationalis Animus in Phædro idem a Platone obtinuerat, vt ſit ſe mouens, & ingenitus, atque primus. Quod ſi huiuſmodi animus falſo ſibi apud Phædrum tantas arroget condiciones, ibidem etiam Plato ſua demonſtratione certe fruſtrabitur, quam irritam nobis etiam iactabat, & eadem condicione indigam, adeo, vt duorum alterum nobis concedendum fateatur; ſcilicet, aut Deum hic minime prouidentem, aut animum ibi minime immortalẽ. Porro, ſi immortalitas ab eo, quod ſe mouet, alicui aduenit, atque item ſi prouidentia ad id quod ſe ipſum mouet vltimo accedit; quonam modo ſe ipſum mouere, propoſitio vel per ſe, vel neceſſaria, vel (vtar enim Ariſtotelis verbis)

quatenus ipſum appellari poterit? Miror inſuper, quosdam, qui Platoni non modo veram demonſtrationem fuiſſe cognitam exiſtimant, eo quod ſemel aut bis, vel etiam decies demonſtrationis nomine fuerit vſus; verum etiam in Animæ immortalitate confirmanda ex ijs demonſtraſſe pronuntiant. Sed præſtabat demonſtrationis condicionibus, quam ipſius nomine, vt magis. Vt omittam nunc etiam maiorem huius argumenti latitudinem, ſub qua Patres nonnulli brutorum etiam animas tamquam ſe ipſas mouentes contineri velint, vt, quæ inde ſequantur incommoda, præſtet vſque ad illam quaſtionem differre, qua omnem animam eſſe immortalem cauebimus. Nunc ad Beſſarionem redeo, cui tot de Anima rationali corollaria fruſtra ſunt inſudata. Vt vero interim concedam, animam ſe ipſam mouere, ab eodem tamen ſciſcitor, quonam motu ſe ipſam mouere intelligat? Aut enim ſecundum locum, vel, quod Beſſarioni magis placet, per internam quandam operationem. Quod ſi verum ille dixerit, & interne ſe moueat animus, nec per tranſeuntem quandam actum aliis ſeſe mouendi transfundat motum, quomodo fieri quaſo, poterit, vt Platone hoc modo tueatur, qui a corporeis motibus prouidentia ſuſpicionem animaduertere incipiens, ita demum ad mouens immobile ſe perueniſſe putauit, a quibus ſi ad metaphoricos euaiſſet, quomodo in tanta æquiocatione ſe ipſum, & nos non luſiſſet? Quid enim ad prouidentiam attinet dicere,

ſe ipſum mouere, & quaſi ſe ipſum intelligere? aut quonam modo connectentur hæc, vt prouidentia rationis motu inuenta, intellectiõis agitatione perficiatur. Scio certe hæc omnia vera eſſe poſſe, ſi ad Deum illum primum reſoluuntur, nempe ad illum vnum Deum, haud quidem Platonis, ſed piorum hominum, hoc eſt, vt pij credunt, conditorem, ad Deum inquam primum, in quo, Theologorum, haud vero Platoniorum conſenſu, rerum inſunt Ideæ, nequaquam vero ad ſecundum nam, quia neque Beſſario, neque cum eo Platonici poſſunt effugere, quin in eo prouidentiam conſtituant, in quo Ideas collocat, eoſdem etiam Mentem ſolam prouidentem nequaquam Mentis Deum fateri eſt neceſſe. nam, ſiue prouidentia, Dei ſit voluntas, per quam omnia, quæ ſunt,

apte gubernantur, ſiue rerum procuratio a Deo ſuſcepta, ad illum ſemper prouidere pertinebit, ad quem producere antea ſpectauit. ſicut enim productiõnis eſt, recte efficere, quæ ſunt; ita prouidentia eſt, conſulere ijs, quæ effecta ſunt; nec alterius eſt, res creare, & creatis conſulere. Mentem autem res produxiſſe, apud Platonem, in eademque extitiſſe rerum ideæ, antea dictum eſt. & ne in longum intempeſtiua hoc loco, atque impertinens producat de prouidentia quaſtio, ſatis ſit, Nemefii, ſiue (vt alij malunt) D. Nyſeni auctoritate nunc vti ad Platonis mentem corroborandam, & quorum ſit prouidentia ex eiuſdem ſententia, demonſtrare. Ait vir iſte in libro de natura hominis in hunc modum: *Plato & vniuerſas res, & ſingulas, a prouidentia gubernari vult, prouidentia eſt.*

Demonſtrationis nomẽ haud vero vſum fuiſſe Platoni congnitum.

Nemefius ſiue Nyſenus cap. 44. de prouidentia.

nidentiaq. rationem partitur in tria. Primum enim esse principis Dei providentiam, qui primario quidem loco Ideis, deinde uniuerse toti orbi consulat, ut calo, & sideribus, & omnibus rebus uniuersis, id est generibus, substantiæ, quantitati, qualitati, & alijs talibus, & formis, quæ sub istis subiecte sunt. Ortui autem ignobiliorum animalium, & stirpium, & omnium, quæ generantur, & corrumpuntur, secundum Deos eos, qui cælum uolunt prospicere, quorum ortum Aristoteles ad solem, & signiferum orbem refert. Tertiam Platonem statuit providentiam, penes quam sit administratio rerum agendarum, & exitus, itemque naturalium, & fortuitarum honorum, quæ materie admixta, & instrumenti locum obtinere dicuntur, atque etiam eorum, quæ his ipsis contraria sunt, adeptio. Huic providentiæ præesse censet quosdam Dæmones circa terram custodes humanarum actionum, ac secundam, tertiamque providentiam a prima proficisci, ut potestate omnia a Deo gubernentur, qui primos, & secundos, & tertios procuratores constituit. In quo, quod omnia ad Deum refert, & ab eius uoluntate omnem pendere providentiam affirmat, in laude ponendum est. Quod uero secundum providentiam facit eos, qui caloribus orbem torquent, non item. Non enim hoc providentia est, sed fatum, & necessitas. Nam, utcumque illi figurentur, necesse est, & que sunt fieri, & quidem aliter non contingere. Eorum autem, quæ providentia gubernantur, nihil cadere sub necessitate, iam dudum ostensum est. Quæ a nobis in hunc locum hæcenus reuocata sunt, quatenus providentiam ultra Mentem non reperiri, nobis ex Platone manifestant. si quidem in Mente tantum Ideas Platonicæ constitui uolunt, uel Deum a Mente seiunctum a Nyfeno nequaquam cognitum fuisse dicendum est. Vtrum autem Mentis parens Deus nihil Platoni cognoscat, aut per aliud quam per Ideas, quasi uero generum, non autem specierum in ipso cognitio reperitur, & alia, quæ de Dei cognitione in quæstionem duci possint, alterius erit uel speculationis, uel cautionis. Vnum tantum non omitto, quod ex Ioanne Grammatico super tertio de Anima non importune in hunc locum afferendum putauit. ibi enim, cum quæreret, quinam sint veri intellectus, idque ad illorum intelligibilium differentiam eos inuestigare, quæ ex accidente sunt intelligibilia, quemadmodum scientias, & quæ sub ipsis cadunt intelligibilia dicimus, cumque uisus esset sibi paululum in id inclinasse, ut diceret, ex Aristotele, Angelos, & Deum esse intellectus; hæc postremis uerbis addit: Sed, quoniam nec Platoni uidetur Deum esse intellectum, nec ipsius dogmatibus, (Deus enim est supra Mentem, seu intellectum, unde & πρὸ νοῦ, quod est providentia, nominatus est, ut qui sit πρὸ νοῦ, id est ante mentem, seu intellectum) age nos aliter soluamus. Quæ cum dicat Philoponus, satis nobis innotuit, id quod etiam ex Platone Manifestum esse debuerat, scilicet, providentiam mentis non esse, sed alicuius ante mentem, a quo tamen, non sine magno errore, rerum Ideas extorquent, & animæ rationalis productionem superiori, primoque, uere Deo Patri impie denegant.

### Digressio ad eos, qui secretiores Theologi nuncupari affectant.

NEC minus monstruosa sunt illa, quibus sacratissimam ueritatem deturpant ipsi, qui Secretiores Theologi (dixerim Superstitiosiores) appellari desiderant, cum ueluti humano capiti Pictores ceruicem equinam non addant modo, uerum etiam uarias inducere plumas tentent, & aggrediantur. ipsi enim, quot, quantis uel tum Deum generantem, tum etiam genitam animam onerent, quam honorent uerius, ex ipsis paucis se nobis manifestari cupiunt, & ut si-

ut fidem sibi factam testam habeant, mædaciū more, ueritate proposita, rem aggrediuntur. quādoquidem aiunt, igneum illum spiritum Heloim, hoc enim nomen illud sonare uidetur, qui suæ se ipsum mouentis bonitatis principio super aquas ferebatur, totusque efferuescens generationi rerum incumberebat, & diuino calore, eodemque uitali, atque animario fluxibilem fouebat naturam. deinde uerbi potestate, cuius uirtute cælos firmaret, & spiritu oris eius lucem fieri iussisset, lucem, inquit, illam idealem, & uiuum multiforme seminarium, quod Platonicæ Menti scilicet boni, filio correspondere uolunt; quin insuper id addunt, quod Diuus Ioannes de Dei uerbo testatur, *Quod factum est in ipso uita erat, & uita erat lux hominum*: hanc etiam lucem, inquit, de foris expressam tenebras ex abyssi facie depulisset, Abyssum autem materiam esse uolunt, sed nescio quid Ensofph, hoc est infinitudinem resonant, & Oceanum ab Orpheo indicatum, & rerum magnum Patrem ab Homero appellatū præferunt, unde Ideales expressas rationes, & in materia collocatas duo ex illa abyso luminaria protulisset, quorum alterum lucens, alterum uero non lucēs appellare uoluisset; atque etiam ut alterum sol diceretur forte intellectualis atque superior, inquit, illius cælestis lucis diei præficeretur, quo subinde cælestes substantias intelligunt, at uero alterum luminare nocti præposuisse, hoc enim Luna erat, quæ quamuis cælesti constabat natura, animam tamen humanam præferebat, at illam ideo inferiori materiæ præficere placuit, ut inde diem ex uespere traheret, atque mane uespere quidem, materiæ obscuritatem, mane uero formæ lucem intelligentes, atque ita, ut ex rerum creaturarum uespere, & illius lucis fonte, utæque, supremæ rerum omnium generatione fuisset productam intelligant. Hinc animæ naturam quasi mediam comprehendunt, nempe quia sub Lunæ nomine, Solis lucem participantis, sed inferiora illuminantis, apte naturam animæ stare posse uidebant. quasi uero, cum ad tenebrifum subiectum, & ad mali naturam inclinans, itemque cum ad formæ lucem Deus aspiceret, quorum unione duorum integrum, naturalemque diem animaduertenter, tunc (inquit) dixisset, quod erant ualde bona, tunc etiam Platonis Iouem eadem ferme pronuntiasse, bonitatem autem ipsam, ordine, quæ diuina res est, (ut inquit Plato) fuisse usam; ideoque, cum ad rerum productarum capacitatem respexisset, aquas ab aquis tunc separasse supra mundanas quippe rerum productarum fontem, atque originem ab hisce inferioribus aquis, ut ne plus nimio hæc ab illis irrigarentur, & ad generationem ineptæ redderentur, ita demum altissimum illum cælestium aquarum influxum in nostrarum capacitatem contemperasse, ut cælo ipso inter utrasque obice ueretur, quo illarum uirtutem in nostras deriuantem ueluti retunderet, eodemque tempore id muneris exsequendi alijs a se proximis ministris curam daret. quasi uero non secus dixerit suis Dijs Deus ille Deorum apud Platonem, cum illis iussisset, ut reliquam generationem perficerent. sed ipsi, clarius, quam Plato, se fuisse locutos præsumentes, signa etiam addunt, atque Planetas, quorum gratia impudenter affirmant illud Matthæi dictum esse: *Vni dedit quinque talenta, alij uero duo, alij autem unum, unicuique secundum propriam uirtutem*. Proinde (ut ad aquas redeat sermo) dicere etiam pergunt, ab illo magno mari creaturas omnes fuisse productas, haud tamen sine secundarum causarum dispositione, sed occultissimo (inquit) modo in terris fusas esse, ac perinde si e quibusdam uenis, & aquæ ductibus decliues in nos fierent. quod cum sine illarum profusione fiat, illuc trahunt diætorum sensum, ut non aliud Ecclesiasten illud significare uoluisse dixerint, dum omnia flumina ad mare tendere, unde prius originem habuerant, & illud minime excrefcere ostenderit, nisi ad supremum lūi cursum,

Mædaces, quo fallant, certius a ueritate exordium incunt. Heloim.

Lex idealis.

Io. r. Abyssus materia. Ensofph infinitudo siue infinitas. Orpheus Oceanus. Duo luminaria.

Animæ natura sub Lunæ appellatione.

Ordo, res diuina.

Aquarum ab aquis diuisio, quid significet Cabalisticis.

Creaturarum productio.

Flumina ad mare tendere quid significet.



Salomonis mare  
aeneum.

Mercurii cratere.

Mare, immensa  
Deitas.

Numeri vique ad denarium applicatio Cabalistica.  
In Pimandro.

Decem fontes, siue numina, quae allocutus est Deus.

Denarii numeri varia explicatio.

cursum, atque vltimum, cum amplius non remeabit. quo tempore rerum omnium fluxum, atque refluxum complendum, atque sistendum vaticinantur; has tamen interim aquas in arido ipsius materiae immisceri, Salomonem diuinitus tactum in suo templo significasse, cum Mare illud aeneum in vase clausum ostenderit, marinae conchae persimili, cuius rei contemplatione alucinatum Platonem suspicantur (siue quod etiam non recte satis Mercurij cratere intellexerit) quamobrem crediderit ad illud magnum craterem mundi conditorem fuisse conuersum, vnde veluti montano e flumine Idealis vitę torrens, magnus animorum, quamuis determinatus numerus se se profundat in terris, profundius tamen, inquit, hoc idem ab Hebraeorum sapientibus fuisse explanatum, cum mare illud immensam dixerint esse deitatem, in suimet ipsius abyssu sine dimensione clausam, atque reconditam, & quasi in remotissimis suae claritatis penetralibus, & inaccessibleis lucis caligine repositum, (ensoph ipsi vocant) nos infinitudinem vt cumque diceremus. cum tamen ex concha illa, Salomonis sapientiae comprehendere placuerit, non aliud sane nobis innuere voluisse, nisi Deum ipsum ad generationem rerum conuersum, ideales aquas e suae mentis craterem profuisse. vt omittam nunc quae de illius conchae capacitate temere pronuntiant. quasi vero, cum ipsa mille Bat (ita enim mensuram quandam appellare solebant) sit capax, huic numero Dei potestatem alligent, tamquam ipsius sapientiae (quam veram supra mundanam aquam appellant) sigillo. vt supersticiosum sit, ab eisdem audire, binarium numerum secundae sanctissimae Trinitatis personae adscribi solere; millenarium vero, tamquam denarii cubum, perfectum, absolutumque. numerum Deo Patri dedicari. a quo quidem denario, Trismegisto teste, animas procreari ostendunt. etenim animae essentiam inquit esse vltimum Dei opus, a quo nihil postea fuisse a Deo creatum in Genesi legimus. quod autem displicet, illud est; scilicet quasi hoc fecisse tenebatur generans Pater denarii numeri potestati alligatus, non autem propriae suimet voluntati libere addictus: vt propterea quod denario numero maior numerus addi non possit, nisi idem in semet iterum conuolutus replicetur, non secus de Deo fateri cogamur. Sed pergant Dei potestati peius quid inaugurari, & ad hominis productionem infinitam sui virtutem mancam esse suspicentur. vocent igitur, immo vero vocet Deus iste decem fontes, numina inquam, decem, ad quae vt somniat Zohar, conuersus, verba illa, supplex, opemque imploraturus, direxerit: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* quippe quorum inuicem adiuncta virtute, animi essentia profiliat, non secus atque ab omnibus corporis partibus semen educit, pater filium generat, sibique simile corpus producit, ita animae imaginem Dei suam, Diuorum illo denario numero procreante compleri, quasi vero Deus, Dijque, illi animam producere minime potuerint, nisi denario constiterint numero. cui quidem adeo tribuunt, vt mirer, cur etiam non eundem Deum faciant vndecimum, siue duodecimum, ad quem tanta superstitione, tantaque animi pronitate decem illi Dij conuertantur, ecquanam virtute pollet? quo ve mysterio praecellit? scilicet, ex Aristotele primo respondent, vel quia omnibus quaternarii partibus constat, quem Fundamentalem appellant. nam, si vnitatem binario addas, quem ternario connectas, & denique collectum quaternario adiungas, denarium confurgere animaduertas, vel quia decem proportionibus quattuor numeri cubi consumuntur, quibus vniuersum in Pythagoreorum gratiam constare voluerint, siue vt Academicis morem gerant, quod alia numeri Idea vltra denarium reperiri non sit possibile, nec ab intellectu noua numeri species imaginari. Semper enim ab vnitatem repetita ad denarium sit progressus; signum inquit ipsi, quod

**A** quod neque in supremi archetypi mente alia vltra denarii ratio, aliudue fundamentum non reperiatur. hinc factum est, vt apud eosdem interminabilem, & obscuram illam deitatem ad generationis opus determinatam, & accinctam, decem istis numeris indutam repraesentent. attributa ipsi nominant, & indumenta, quorum tegmine tres illas Sanctissimae Trinitatis personas obumbrēt, atque item septem potestates contegant, quas omnes simul annumerationes, & fabricae mensuras, & gratiarum omnium distributiones appellant. Quid praeterea? Sileam ne, quod addunt, quam recte sub ijs decem Angelicos ordines connectant? quos decem sphaeris admoueat? & decem intelligentijs praeficiant? vnde tum sensibilis mundi fabrica, tum etiam decem intrinsecae Microcosmi partes producantur. vt nihil quidquam Deus gignat, nisi per animalia quaedam Sanctitatis producat. modo Mitaetron annuat. ita enim intelligetiam decimo orbi imminentem appellant. minus etiam operari possit Diuinitas illa Idearum plena, quam cum Dei filium esse fateantur, non tamen sine stellato orbe, & suis, quae in ipso insunt, figuris quidquam facere dimittunt, atque adeo, vt, quotquot in eodem caelo figurae inueniantur, totidem illius Mentis Ideis respondeant. neue sanctissimo spiritui suus orbis desit, quem moueat, postquam nomine Tetragrammaton ipsum insigniunt, & sua numeratione, qua Bina appellant, eundem exornant. tandem, quidquid influat, id per Saturni sphaeram facere cogunt. ita enim Trinitatem complent diuinarum Personarum, quarum nutu omnia fieri, atque moueri, quemadmodum reliquorum diuorum auxilio executioni omnia mandantur. vt longum sit, enarrare, quemadmodum quartum nomen, Dei clementiam per Iouis sphaeram descendere sit necesse, si corporum figuras formare, & animis iustitiam indere velit. Nec Eloim fortitudine nos donare possit, nec elementa progignere. haec enim Ioim munera non sine Martis auxilio tribuunt, e cuius sphaera haec influi sit necesse. minus etiam eloha siue quadrilaterum nomen sine Sole vitam, & metallorum compagem nobis dare potest. illud autem Tetragrammaton Sabaoth exercituum Deus cum Venere semper zelum, & amoris iustitiam, rerumque omnium vegetabilium nobis tradet. sed Eloim Sabaoth exercituum bellique Deum, iustitiae, & pietatis vindicem Mercurium habere necesse est, si ornamentum, & animalia in Mundo inferre debeat. omnipotens vero Sadahi, cum Luna coniunctus, rerum vegetam accretionem, decretionemque, & hominum genios custodiet, & dispensabit. Denique decimum Adonahi Meleh, id est Dominum, atque Regem per beatarum Animarum ordinem, scilicet nobilium heroum, atque Principum cognitionem, & scientiam mirabilem influere. Adde etiam industriam, atque Prophetiam, quibus tamen immineat Messiae Anima, quam & Mitaetron illi, & primam creaturam Platonici, & horum plerique Mundi animam appellant. Quid igitur? Satis ne sunt ad creantis Dei auxilium ista subsidia? possit ne se post primum suum trinum digressum his comitantibus diffundere, & septenario numine veluti auxiliariis vti copiis ad rerum productionem? perinde ac tres illae personae sine septem reliquis, nec vero etiam septem haec Numina, tribus seclusis, quidquam valeant operari; immo neque inuicem coniuncta, ni ex illis denarius numerus confurgeret. hoc enim perfectio numero, multum illa valere. quem si ab illis abstuleris, numquam assequentur, vt animam rationalem a se genitam in Terris immittant. quamobrem? nepe, quia hic sit ille numerus, quem diuinarum speculationum fundamentum appellant, ad quem trinus ille Deus alioqui interne suarum Personarum numero trinus ad externam prodire cupiens emanationem aliam suscipiat Ternarium masculinam virtutem denotatam. tum deinde Quaternarium, quo femineam

Animalia sanctitatis.  
Mitaetron.

Tetragrammaton.

Eloim.

Eloha.  
Tetragrammaton Sabaoth.

Eloim Sabaoth.

Sadahi.

Adonahi Meleh.

Mitaetron prima Creatura Cabalisticis, Anima Mundi Platonici, vt ipsi volunt.

Denarius numerus diuinarum speculationum fundamentum secretioribus Theologicis dicitur.

mincam virtutē repræsentet: quarum quidem virtutum vnione Deum illum, originem rerum, atque fontem, vtriusque sexus fecunditate plenissimum a Mercurio Trismegisto fuisse appellatum, nec secus potuisse superiores animi nostri potentias, Memoriā, Intellectum, & Voluntatem, procreare; nec item duos (inquiunt illi) interiores sensus, & exteriores quinque produxisse, nisi per attributorum ordinem sese manu duxerit, ita tamen, vt primæ enumerationi, Mentis nostræ vnitas adscribatur, secundæ intellectus, tertiæ autem ratiocinatio, sed quartæ vis concupiscibilis, quemadmodum irascibilis quintæ, & liberum arbitrium sextæ adscribunt. Ecquid non cogitant, quo denarium numerum vacuum non deferant? nimirum addunt, conuersionem, & ad res supernas inclinationem septimæ adiungi atque octauæ, & cum vita contemplatiua in nona consistere, tandem in decima cum vehiculo æthereo super cælesti primo illo fruitur. Quis hæc posset videre? quis posset pati? Sed age, quid ad hæc insanientes Platonici addiderit, ne vanis cogitationibus se superari paterentur? scilicet, Animas in generationem inferendas, e suis stellis discedentes, ad parem deinde numerum redire debere. hinc alias Saturnias, alias venereas, alias ceteris quasque Dijs respondentes, a quibus simili ipsæ Virtute imprimerentur, proinde, cum hæc a modo dictis Theologis habuissent, hæc postmodum sibi visa præstantiora suis addiderit Animis, quibus descendentibus non ex omni Cæli parte pateret aditus, sed Cancer cæleste signum veluti Ianitor portas referaret. Ecquam ob rem? Scilicet, quia signum hoc Lunæ faciunt domicilium, quam generationi Astrologi præficiunt. Cum vero post aliquā in hac vita contractam moram alicui Animæ in cælum ascendere datum fuerit, non vt per eandem portam ingrediatur illi conceditur, sed Capricornus Saturni, id est contemplationis domus in Cælum remeanti patefacit aditus, siue quod hoc animal suo cornu supera semper petat, quemadmodum Cancer, quia retrogrado gradiatur incesu, Animæ nostræ a perfectione regressum significet, & e boni gradu tantum deuiet, quantum perfectione ab eodem decedat. Hæc sunt, quæ de Animæ generatione compendio quodam ex vtraque superstitionis schola cauenda collegimus. quibus quidem ipsa veritas nullibi non occurrit. Cum autem non sit nostri instituti, aliorum, quam Platonis, falsam sententiam cauendam præmonstrare, propterea præsentem horum Theologorum profana sacris miscentium vanitatem subindicasse sit satis, in quam vnum tantum D. Dionysium Areopagitam dirigimus, qui Angelorum naturam, essentiam, ordinem, atque munera, non Ioui, aut Saturno, ceteris verrorantibus Dijs immiscuit, nec Dei potestatem vllorum Diuorum auxilio indigentem ostendit, sed sui prouidentiam, atque bonitatem exercere volentem, illis tamquam ministris vti. Hinc, inquit ille, in libro de cælesti Hierarchia,

Platoniorum  
noua commen-  
ta veteribus su-  
peraddita.

Platoniorum  
Animorū e cæ-  
lo descensus,  
atque ascensus  
portis quibus-  
dam designa-  
tus.

D. Dionys. de  
cæl. hierar. Ca-  
pit. 4.

*Illud primum omnium vere dici posse, Deum bonitate ductum omnes naturas in lucem protulisse. Est enim hoc omnium auctoris & bonitatis, quæ ad omnia pertinet, proprium, naturas ad sui communionem vocare, vt cuiusque captus, ac modus postulat: ac omnes quidem nature prouidentia summe, omniumque effectricis diuinitatis gubernantur. Neque enim essent nisi eorum quæ in rerum natura sunt essentia, principijque, essent participes, ea quidem omnia, quæ vitæ beneficio carent, hoc ipso quod sunt in natura rerum ea participant. Omnium enim status est, quæ statum omnem longe, multumque superat Diuinitas. Ea vero, quæ viuunt ipsa vi effectricis vitæ, quæ vitam omnem superat, participant. Ea autem nature, quæ rationis, & mentis sunt participes, eiusdem per se perfectæ ac principalis sapientiæ, quæ omni & rationi, & menti plurimum præstat, sunt compotes. Perspicuum est autem, eas naturas circum diuinitatem esse, eiq. præstare esse, quæ multis modis eius communionem teneantur. Itaque sancti cælestium illarum naturarum ordines maiori-*

bis

*Abus, ac pluribus diuinitatis muneribus, ac beneficijs, quam ee natura, quæ tantum sunt in rerum natura, quæ rationis expertes sunt, & quæ apud nos ratione viuunt, aucti, ornatiq. sunt. Nam, quoniam & Mente se ad Dei imitationem exprimunt, atque effingunt, & admirabiliter diuinitatis similitudinem intuentur, & mentis suæ speciem ad eam formare cupiunt: merito maiore cum ea societate iunguntur, dum vicina quidem sunt, & semper, quantum fas est, ad maiora & meliora in diuini stabilisq. amoris contentione nituntur, & illustrationes, quæ a principio proficiuntur, sine materia vllaque concretionem recipiunt, ad easq. se accommodant, & vitam omnem mentis propriam habent. Hæc enim sunt, quæ cum primo, ac variæ diuinitatis sint participes, primo etiam loco, ac multis modis diuinitatis varietatem tenebris quibusdam repletam aperiant, & enuntiant. Hæc cum asserat Dionysius communi quodam sermone, tamen particulare Hierarchiæ munus tale quid esse non multo ante monstrauerat. Hoc enim (dicebar) Hierarchiæ ordinem postulare, vt alij purgentur, alij purgent, quidam luce doctrinæ illustrentur, nonnulli illustrent, & alij perficiantur, alij perficiant. Non me latet insuper, legem diuinam per aliquem super cælestium spirituum nobis traditam, & eorum etiam munere antiquos Patres ad diuinitatis notitiam peruenisse, eisdemque diuina quædam pronuntiasse: similiter etiam, Mariam matrem Domini per eundem magnum illud Incarnationis mysterium accepisse: notum est etiam, Cherubim scientiæ, & cognitionis copiam vel sapientiæ, vt Dionysius inquit, concursionem præ se ferre. vt longum sit, diuinorum ministrorum omnium nomina, eorumque significationes explicare: quorum satis diuinam cognitionem nobis aperit magnus ille Dionysius. Quibus contentus, Hebræorum emnationes: Gentilibus Græcorum Diis admixtas respicio. nam, etsi tamquam radios a lucis fonte Dei ministros agnoscimus, non propterea sapientiam Paladæ admittimus, neque intelligentiam Mercurium, neque formæ feturam Saturnum, neque vim productricem Neptunum, neque per lunonem naturam esse rerum secretam volumus; neque Venerem Amorem, neque Solem, siue Apollinem tamquam lucidam vitam agnoscimus; minus etiam vniuersi mundi rationem (quam Pana nunc vident) profitemur. Apage Ioues istos, Plutones, Phæbos, Dionysios, quamuis etiam vnum Mythologi esse fateantur, quando nobis omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum esse descendens a Patre luminum, simplicius, & verius cum D. Iacobo confiteri satis est. quin etiam, cum Dionysio, a Iesu, qui lux est Patris, quæ est, quæ vera est, quæ omnem hominem in hunc mundum venientem illuminat, cuius benignitate nobis ad Patrem lucis auctorem aditus patuit, superstitionis interim Deorum non modo multiplicia nomina relinquentes, verum etiam varios eorundem sexus, & Curetes Orphea, numerationes Cabalisticas, vtrisque Pahat, Ensof, & noctem, siue Typhonem, siue Zamaelem Cabalæ relinquentes, nec decem illa nomina, nec numerationes, siue Zephiroth, seu vestimenta, aut instrumenta, aut exemplaria, seu Archetypos recipientes, sed vno Potestatis nomine cum Dionysio contenti, & Orphicos æque ac Cabalisticas ab eodem Dionysio loco citato confutandos omittimus. quandoquidem præstat, nunc ad propriæ quæstionis cautionem referre pedem.*

Cap. 7. 8. 9.

Cap. 1.

E Cau-

Cautio.

Hoc loco alia mihi cautionis series, alius ordo suscipiendus est, atque in prima quaestione obseruabatur. namque Platonis sensum apud Ecclesiae Doctores bipartiri video. scio enim, praeter id, quod a veritate Catholica monemur, non semel ab Ecclesiae Doctoribus assertum esse, animam a Deo illo summo, praeterea a nulla post Deum creatura creari. Sed, ut de multis taceam, ab Augustino innumeris fere in locis nos moneri, praecipue in libro de Animae quantitate in principio, paulo autem post in medio fusius, & decimo de Genesi ad litteram capite quarto, postquam docuit, anima naturam, nec in naturam corporis conuerti, nec in naturam animae irrationalis, ut quae fuit anima hominis fiat pecoris, nec in naturam Dei, ut quae fuit anima fiat quod est Deus; illud etiam addit, non minus certum esse debet animam non esse nisi creaturam Dei. Et in illius capitis fine ita demum inquit: Tutius est igitur de huiusmodi rebus non humanis agere coniecturis, sed diuina testimonia perscrutari. Principium vero capitis quinti ita habet: Quod ergo ex Angelis tamquam parentibus Deus creet animas, nulla mihi de Canonicis libris occurrit auctoritas. Et in duodecimo de Ciuit. Dei iisdem ferme verbis utitur, quibus utebatur nono de Genesi ad litteram, capite decimo quinto. Tantumdem etiam asserere libro secundo quaestionum super Exodum, cum de virgibus Magorum loquitur in Dracones praestigiose conuersis. Insuper in libro de origine Animae Renatum quendam perplexum in multis circa opinionem de anima ostendit libro primo, capite quarto, fusius etiam septimo de Genesi ad litteram cap. 2. & 3, ubi de causalitate animae, eiusque origine fit quaestio. Sed in fine noni libri, & in principio decimi de eadem re vberius. Ceterum, cum capite quinto eiusdem libri, ut antea dixi, ita habet: Quod ergo ex Angelis tamquam parentibus Deus creet animas, nulla mihi de Canonicis libris occurrit auctoritas: illud velim, pace D. Augustini, minime in Platonem dirigi posse, quem toties apud ipsum, aliosque Patres, atque Theologos, reprehensum perinde inuenio, ac si dederit Dijs Iunioribus creandorum animorum potestatem. non enim rem ita se habere apud Platonem compertum est, qui a primo Deo, quem bonum appellat, alium facit Deum essentia differentem, ut diximus, & hunc esse Iuniorum Deorum primo, tum deinde rationalium animalium productorem. D. autem Augustinum, virum alioqui in Platone versatissimum, vereor, non animaduertisse, Boni filium, quem mentem Platonici appellant, animorum & mundi fabricatorem extitisse. Intimius ergo Platonis mentem D. Cyrillus Archiepiscopus Alexandrinus est perscrutatus. hic enim vidit Mentem, tamquam vnum quendam Deum, a primo bono dependentem, atque ita vidit, ut eandem rerum omnium productricem agnouerit, vnde non modo Dij Deorum, quorum opificem ipsa se fatebatur, verum etiam rationalis anima promanaret. Adde etiam

Hominum, (ut Maro inquit) pecudumque genus, vitaeque volantum, Et quae Marmoreo fert monstra sub Aequare Pontus.

Iuniores autem Deos nullius rei apud Platonem esse creatores, proprijs de iisdem Dijs cautionibus ostendemus. Quo modo autem D. Cyrillus rectius caueat, ipsum suis verbis loquentem audire est operae pretium:

Illis enim, inquit, qui omnino non sunt Dij animati, vel mentales, non dixisse Deum quod aliquid formare debeant, ostendit nobis ipsius rei natura, congruis probationibus utens. Quod enim omnino per se intelligens vniuersorum opifex alijs

AVGVSTI- NVS. In l. de Animae quantitate. 10. de Gen. ad lit.

12. De Ciuit. Dei. 9. De Gen. ad lit. Lib. 2. quaest. super Exodum. Lib. de orig. an. 7. De gen. ad lit. 9. De gen. ad lit. 10. ibidem.

D. CYRILLVS Alexandr. Archiep.

Contra Iul. 2.

A

B

C

D

E

alijs Dijs commississet, esse laborandum circa trium generum formationem, hoc utique dixisset, vel quod grauetur vel quod omnino nihil curet nostra. Quae, ut arbitror, a summa omnium substantia aliena sunt penitus. Etenim, si bonus est opifex, quo modo illum vilius rei pingeret? Sic enim ipse Plato dicit, bonus erat, bonoq. nullius rei inest inuidia. Dicere autem, quod hoc non fuerit dignatus, nihil aliud esset, quam fastum, & indignabunde superbiae crimen ei tribuere. Quomodo illis imperare vellet, quae formare non dignatur? vel quomodo nostris cultibus oblectabitur, si principio nos condere non est dignatus? Cum haec dicat Cyrillus, ad hominem dicta esse intelligi velim, ut puta ad illos, qui putant, Deum summum ex Platone allocutum fuisse Deos Iuniores. quod tamen minime verum est de mente Platonis, & secundum rectam Cyrilli de Platonis mente intelligentiam. nouerat enim, & recte, Deum illum fuisse mentem boni filium, eamque fuisse mundi opificem, & secundum substantiam a primo differentem, ut diximus. Ait enim libro quarto contra Iulianum prope finem hoc modo: Et quomodo absolet vniuersorum opificem, ne carpendus sit merito, quod malorum naturarum sit factor? Etenim, si non voluntarie ad hoc ipsum adductum esse dicat, vincitur fortassis a quodam presidente, & excellentiore, qui eum cogere potest, & est aliquid melius illo. Si autem quod non inuoluntarie, sed vltro operans, ad hoc venerit, contendat, quomodo bonus est, & ex bono? Dicit enim Plotinus de eo ita, & non propriam, sed Platonis potius assert sententiam. Cum autem mens sit causa, patrem, inquit, bonum, & vltra mentem, ac essentiam.

Hoc argumentum directe in Platonem procedere, Superius ostendimus.

IDEM contra Iul. lib. 4.

Plotinus a D. Cyrillo redarguitur.

DEVM alienis Creaturis oblectari non debuisse.

Plato Opifici Deo ipsum BONVM proponit.

Platonis Deus, opifex Deos, alios ex aequo habet operantes. Plato reprehenditur, quod plures admiserit opifices. Verum singulis creaturis vnus facit opifex.

B

C

D

E

Sepe autem eum, qui est, & mentem, Ideam vocat. Ita, ut Plato asserat, ex bono quidem mentem, ex matre autem animam. & sunt sermones isti, neque nunc inanes, sed olim quidem dicti sunt non aperte. Sermones autem praesentes, illorum interpretes sunt. Itaque, si patrem fuisse dicit bonum opifici: condidit autem naturas non bonas, redijt vituperium in ipsum bonum, per mediatorem dico interdependentem mundo opificem. Videtur enim ita illis dicere. Haec ibi. Cuius doctrinae Platonicae conficius, antea dixerat in secundo libro ad Iulianum prope finem, non esse alios quosdam Deos trium generum animalium opifices, sed potius omnium natiuitatis auctorem merito intelligi, summum, & solum, qui & omnium principium, vltra quod omnino nihil, sed omnia ab ipso, & sub ipso, & sub pedibus tamquam condita. Gaudere autem Deum in suis operibus, etiam Graecorum sermones confirmant, & nos quoque dicimus, consistente hoc diuina Scriptura. Dicit enim Sapientia: Ego eram, cum qua letabatur, quotidie autem letabar in conspectu eius in omni tempore, quando letabatur orbem terrarum perficiens, & letabatur in filijs hominum. Et quomodo non melius est oblectari proprijs, quam alienis creaturis? At Plato fortassis corpore dicit superatum, vel saltim, ut dixi, inuidisse melius his, qui super terram. Neque mirum est, cum ipsi opifici Deo praeponat Tagathon, id est Bonum, ipsum quidem immobile, non tremebundum bene subsistens, & abstinens a productione creaturae alicuius, ut subsistat. dicit autem in hoc cunctabundum quodammodo distribuisse secundo Deo post se, & a se: sed ecce in illo simul collocat alios, ex aequo operari scientes, & nihil in illo videatur excellere.

Quoniam autem existimat aliquid se sapienter, & exacte dixisse, quod si intelligatur vniuersorum vnus & solus opifex, caelum nihil discriminis habiturum sit ab homine, vel etiam a bestia, & varijs natatilibus, addit & reptilibus: & ideo oportere singulis creaturis sibi congruum esse opificem: Age & ad hoc respondeamus ei, quauis quid oblectaretur, vel pugnaret sanis cogitationibus, si dicere quis vellet, omnia esse vnus opificis. Numquid virtus, quae omnibus superpositus sufficit, minoribus minus sufficiet, vel hoc quidem minime, sed excellendo, & prestando alijs prestantibus sit illud, & quod solum a Deo sortitur operationem. Deinde, quo pacto, qui hoc agit, non afficit iniurijs alias creaturas, quas seorsum ponit, & terrenis quasi magnum valere dicit? Verum hoc deliramentum esse, & plenum extrema dementia, prius diximus; attemen illud Fecisse (dicit)

cit) Deos reliqua tria genera. Numquid in illis videtur plurima differentia corporum nostrorum secundum genus, species, & magnitudines? Etenim a summis usque ad vilissimi omnia sunt natiuitates. & non mentietur quis, si has & plantarum dixerit. Statuimus singulis suum opificem, ut ne contumelia afficiatur, quod supremum est, licet valde vilium, & in vno sedentium idem dicatur factor. Vnde alius quidem opifex hominum, & valde merito, tot autem, & quot erunt creaturae, & quot erunt minutissima, erunt opifices. Igitur, obsecro, numquid hoc ridiculum, & nugatorium, quo sic abducimur a verisimili, & cogitationibus ad veritatem ducentibus? Demum, quomodo non erit cuiuslibet quidam, quod ille putribus, & monstris oblectetur opinionibus, una cum suis Doctoribus? Prodetur utique, quoniam asserit, Deum esse caelum.

Platonis putres & monstris opinioniones.

DAMASCENVS.

Hec ex Damasceno habentur hoc loco inferi voluerim, quatenus sub Angelorum appellatione quilibet creaturam a creationis potestate excludunt. Mentem autem esse Creaturam & a primo Deo essentia differentem in Platone iam ex D. Cyrillo plane constitit.

Raymundi innumeratae haereses. Raymundi doctrinae eueriores.

Terracensis Archiepiscopi Nicolai Emerici. Platonis doctrina subterranea aqua comparatur.

### Damascenus in secundo Sententiarum.

Quicumque vero aiunt, Angelos Creatores esse cuiuscumque substantiae, hi omnes sunt patris sui Diaboli filij. Vide D. Thomam contra Gent. cap. 21.

### Haereses.

RAYMUNDVS LULLVS.

Cum praesens quaestio a differentia substantiae mentis a Deo duxisset exordium, propterea in haesibus recensendis eodem ordine uti non inutile fore putauimus. Itaque Raymundus Lullus, Platonem secutus, asseruit, Deum multas habere essentias. hic enim satis sit Philosophum philosophi imitatore recensere. nam ceteros haereticos, qui filium diuersum in essentia a Patre putarunt, vel patri dissimilem, vel non aequalem, vel non consubstantialem, aut denique Patre minorem, ad proprias cautiones de lego, ubi de Deo, & Mente habebitur sermo. hunc tamen Lullij errorem non te lateat, in suis scriptis vnum esse e quingentis plus minusue, contra quem scripsere Petrus Terracensis Archiepiscopus, & F. Nicolaus Emericus. Quod vero ad propriam cautionem pertinet, multas video haereses ex hac Platonis sententia veluti riuulos e perenni fonte manantes: ac, quemadmodum quae per subterraneos, naturalesque tubos, atque canales praeterlabens aqua contermino terrae sapore pro superabundanti qualitate afficitur, non secus Platonis doctrinam minus in suo fonte sanam, magis tamen in aliorum mentibus pro ingeniorum varietate insanire video. ita enim animaduerto quosdam dixisse a primo Angelo processisse secundum, atque ita deinceps, ut quoddam tenus simile dixerit Plato, a cuius Deo bono, Mens boni filius, a quo Anima & Dij Iuniores, a quibus tandem mundus dependeat.

AVI-

### AVICENNA.

In istorum ordine infimum tenet locum Auicenna, si Animae originem spectes, quam tamen ab vltima Intelligentia, atque adeo Datore formarum appellata nobis dari voluit: quamuis addiderit, inferiorem Animam a superiore, & ita deinceps habere originem; si vero intelligentiarum productionem inspicias, eodem etiam ordine putauit a summo ducere originem.

Animae originem plus a primo distulit Auicenna, quam Plato.

### SATVRNINI.

Non patiar Saturninorum de hominis generatione commentum silentio inuolui, quod a Tertulliano, & Philastro refertur, a quibus sumpsit Prateolus in libro de vitis, sectis, & dogmatibus omnium Haereticorum. Illi igitur, a Saturnino Antiocheno cognominati, praeter alia, haec asserbant, solos septem Angelos Mundum fecisse praeter conscientiam Dei patris. Distare autem Angelos a virtute illa superna, a qua dicunt lumen fuisse demissum, quod Mundus iste, quem asserunt per ordinem Angelis diuisum, illuminaretur. Cuius luminis concupiscentia adducti Angeli, eius virtutis videndae maximo tenebantur desiderio. Sed statim in caelum conscendit, ab eoque receptum est.

Media videtur haec inter Platonica, & Cabalisticam opinio. Ridiculum commentum.

Videntes itaque se assequi non posse, quod maxime exoptabant Angeli, ita inuicem dixerunt: *Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram.* Qui cum factus esset, tantae imbecillitatis, & impotentiae inuentus est, ut in eo vita subsistere non posset. Quod videns virtus illa superna, in eum scintillam immisit, quae illum erexit, exsuscitauitque, & viuere fecit, ideoque illi scintillae non minorem tribuunt virtutem, quam ipsi Deo. Vide nunc tertiam commentorum inaniam impuritatem, Cabalisticis, atque Platonice fontibus, e quibus deriuata est, tanto impuriorem, atque deteriore, quanto selestior exstitit auctor, a quo proxime in Christi fidem fuit deriuata. hic enim Saturninus, Antiochenus patria, a Simone Mago, & eiusdem discipulo

Impuritas et Cabalisticorum & Platonice fontis de riuzata.


Menandro, qui Apostolorum temporibus vigerunt, accepit, turpitudinemque Simoniacam euomuit Traiani Imperatoris, & Euaristi Romani Pontificis temporibus, circa Annum Domini centesimum decimum octauum. de quo vide Eusebium, D. Hieronymum, Tertullianum, Philastrium, Irenaeum, & Nicephorum Ecclesiasticae historiae libro quarto, capite secundo.

Contra Saturninum qui scripserint.

### ENTHVSIASTAE.

Hi, qui Latine Sacrificatores afflati, seu diuini dici voluerunt, Animas dicebant hominum ab Angelis creatas esse, addebantque, factas ex igne & spiritu: ut in vtraque positione a Platone, seu a Platonice non multum distent, si Angelorum nomine Deos Iuniores, & ex illorum numero, illorum a summo bono primum intelligamus, vel etiam, si Aristoteli credimus, & animam Platoni ex elementis constare dicimus, certe ex igne & spiritu fabricari debuerat. Emergere Enthusiastae, siue Dadoes, Sabas, Adelphius, qui etiam dicuntur Hermias, & Simeones, Anno Domini trecentesimo octuagesimo. de quibus vide Tripartitae historiae librum septimum, capite vndecimo.

Tripartita historia.



E 3 SE-

## SELEUCIANI.

Præsentis hæ-  
resis malum  
a Philosophis.

Hi etiam non Deum, sed Angelos Animarum creatores constituebant; & cum alia pleraque Platonis decretis simillima, immo eadem de Mundo, de Paradiso visibili, & de Anima dixerint, de quibus nos suo loco, recte interim animaduertit Prateolus Hæreticorum dogmatum scriptor, huius hæresis malum a Philosophis irrepisse, & a Gentilium librorum lectioe ortum habuisse. Prodiere Anno Domini trecentesimo octuagesimo, Valente Imperatore, & Damaso Romanorum Antistite regnantibus. hoc vnum præcæ opinioni de Animæ generatione addebant, scilicet eam de terra factam esse.

## MASSALINI.

Eodem tempore exorti Massalini, Animas a Deo creari negabant: de quibus vide Nicephorum libro vndecimo, capite decimo quarto.

## MENANDRIANI.

A Prateolo A-  
ristotele falso  
quædam ad-  
scripta.

a. Cæli.  
a. Physic.

A Menandro Mago, Simonis discipulo, effluxere. Hi, præter alia figmentata, asseriebant, totum hunc Mundum ab Angelis factum fuisse. Ut mirer, Prateolum hunc errorem ex Aristotelis officina in Menandrianos deriuatum agnoscere: quando in Platone hoc erat apertissimum, in Aristotele vero nullibi appareat talis vel similis sententia: quam Prateolus de Philosophi Mente ita refert. nam, *quamuis* (inquit) *Aristoteles mundum esse creatum negauerit, dixit tamen, omnia que in istis inferioribus sunt, ab intelligentia fieri: quoniam, ut ait, que a Deo immediate fiunt, necessario fieri necesse est. Vnde concludere videtur ille, res contingentes ab intelligentia fieri.* Hæc Prateolus, ex Aristotele. Cum tamen in Aristotele legamus, a primo ente deriuari, esse, & viuere, contingentiam vero in cælestibus nullam, sed omnem a materia pendere. Quomodo autem anima extrinsecus accedat, ad cautiones Aristotelicas pertinet.

## APPELLITAE.

Augustinus in libro de hæresibus, capite vigesimo tertio, cum vellet Apellitarum errorem circa opinionem de duobus Dijs ab errore Gnosticorum, Valentinianorum, atque Manicheorum differentem ostendere, inquit, *Apellitas nõ dicere illos duos esse, quemadmodum volebant Gnostici, duo rerum principia, sed vnum tantum principium, Deum scilicet bonum, & ab illo factum alterum Deum, qui, cum malignus esset, mundum creasset in sua malignitate.* Erupere Anno Domini centesimo septuagesimo octauo, M. Antonino Philosopho regnante, cum esset Summus Pontifex Soterus. Et hæc satis sint hoc loco. Nam alias creandi potestates, siue numina, ad eas cautiones remittimus, quæ de Deo sunt, siue de Mente. non enim hoc loco omnis creaturæ, sed animæ solius productionem querimus, vt ipsam ad verum creatorem referamus, *per quem omnia facta sunt*, vt inquit Ioannes, & de quo etiam testatur Apostolus, vt initio dictum est, *quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, cui soli sit gloria in secula seculorum.* Hoc etiam loco innuisse sit satis, in multas sententias abiisse complures hæreticos, quos deinde lector cum Platonica de anima productione conferre poterit, donec ad singulas peruenerit cautiones. nõ defuerunt enim, qui dicerent,

Acerent, creaturas non a bono Deo, sed a malo factas esse, siue ab alio, quam a Deo productas, vt vel ab Angelis, vel a superna quadam virtute: immo vero quidam vniuersum a septem Angelis, vt antea dictum est, præter conscientiam Dei, prodire faciunt, siue, vt malunt alij, ab Archangelis: quamuis alij, ad Platonem magis accedentes, Deum bonum omnes animas; contra vero, malum, corpora omnia creasse asseruerunt. Sed, qui magis a veritate, & a Platonis sententia recessere, trecentos sexaginta quinque confinxere Cælos, a quibus factus sit mundus, non autem a Deo; plerique autem inferiorum humani corporis partium constructionem a Diabolo fabrefactas fuisse; denique, vniuersæ carnis non Dei esse, sed malorum Angelorum opificium; quidam etiam, bonum vnum, & illud quidem primum agnoscunt, a quo factus est malus Deus; malum autem hunc Deum suis dotibus præditum mundum in sua malignitate creasse; sed alij, cælestia corpora a suis animabus produci voluere, alij a primo cælo secundum, a secundo vero tertium, & ita deinceps; eodemq. modo, alij animas ipsas constituunt. quorum omnium Machinatores inuenias apud Gnosticos, Manicheos, Simoniacos, Cherinthios, Saturninos, Archonticos, Albigenes, Basilidianos, Paternianos, Patricianos, Apellitas: quorum maiorem partem distinctis locis, atque sententijs proxima sequenti Cautione indicabimus: interim horum congestorem defraudatum esse nolim, scilicet Fratrem Seraphinum Capponum in Elucidationibus totius Summæ D. Thomæ Aquinatis.

Monstruosorum  
deliramentorum  
compendium.



## Cautionis Leges.

*Genesis 2.*

FORMAVIT DEVS HOMINEM DE LIMO TERRÆ, ET INSPIRAVIT IN FACIEM EIVS SPIRACVLVM VITÆ.

*Ibidem infra.*

ET FACTVS EST HOMO IN ANIMAM VIVENTEM.

*Quomodo autem, cum anima sit illud spiraculum, quod spiravit Deus in faciem Adæ, & ut recte inde consequatur illam non esse Dei substantiam, quemadmodum flatus ex hominis ore prodiens non est substantia hominis, sed ex aere circumfuso: vide ex Patribus post Concilia.*

## Hæreses.


Ex } Gnosticis  
} Manichæis  
} Apocaritibus  
} Dicaritis  
} Brachitis  
} Fausis

Vide suo loco.

## Cautiones.

Ex } Leone Primo  
} Concilio Toletano primo  
} Concilio Braccarense  
} Regulis fidei  
} Confessione fidei  
} Distinct. decret.  
} Bedam.

Infra suo loco.



# ANIMAM NOSTRAM MUNDI ANIMAE PARTEM NEQVAQVAM ESSE IN PLATONEM

Quæstio, & Cautio.



LIBER TERTIVS.

PLATO.

**A** RAETERITAE antecedentis libri quæstioni a deo proxima succedit præsens hæc de Anima rationali tamquam a Mundi animæ substantia prodeunte inuestigatio, ut, qui utramque simul considerare spreuerit, neutram ille quidem intelligere videatur. nam ibi animam nostram a Mente produci iusta Platonis mentem probatū simul atque reprobatum est; hic vero ab anima Mundi, eandemque esse tamquam ipsius partem Platoni, ostendendum simul & confutandum proponimus. ibi a suo producente illam essentia differentem suspicabamur; hic eandem eiusdem esse essentia aperte deprehendimus in Platonis doctrina. ibi mens efficientis munere fungebatur; hic mundi anima totius cuiusdam nomine gaudet. Mentem ibi & mundi & Animarum effectricem, sed post Deum primum, secundam inuenimus; at vero hic mundi animam (ni intellectus intercedant) tertiam ex Timæo præsupponimus, quamuis primo a Mente prima genitam. Ceterum, quonam modo animæ rationales sint ipsius partes, hoc hæsitantes in Platone inquirimus, idemque ab omni vere philosophantium, non modo recte credentium coetu exterminandum laboramus. Quanta vero huius quæstionis expurgandæ incumbat necessitas, ex illarum hæresum illuie patebit, quarum catalogus

Tertij huius libri ad primum atque secundum necessarius nexus.

Mentis & Animæ Mundi ad Rationalem Animam varia efficiendi ratio.

Quæstionis huius, atque Cautionis necessitas.

atalogus ad finem quaestionis huius accedenti sese offert. Quod vero ad praesentem attinet quaestionem, cum aio, animam nostram Platoni esse mundi animam partem: negat Plotinus: verum ita negat, vt aduersariorum argumentis respondere conetur. Controuersa est itaque inter Platonicos, atque dubia praepceptoris mens. Igitur haud frustra fecero, si, cauendam esse sententiam, interim proclamabo. *nec enim* (vt D. Nazianzeni verbis utar) *Academicus disputator absisso, vt simplices verborum subtilitate contorqueam, sed vt contortos, & prauos, & tenui argumento compositos in lucem cognitionis exponam, quo facilius possit cognita, & aperta iniquitas euitari.* Sed nunc praestat Platonis mentem propria diligentia explanare, & aliorum interpretationem ad trutinam, vt aiunt, expendere, & ad Lydium Christianae veritatis lapidem comprobare. **Locus** est in Philebo cuiuslibet in promptu vt legatur: (sitamē ita velit Plotinus) quo quidem in loco (ne longius repetam, quae de voluptate & scientia, deq. tertio ex illis supra subterq. complicuit Plato) Dei prouidentiam probaturus, Tribus vtitur medijs: quorum Primum ex veterum opinione desumptum, & communi consensu comprobatum; Alterum ex vniuersi huius corporibus, Solis scilicet, Lunae, Astrorumque, & omnis denique Caeli circuitu, atque aspectu; Tertium denique ex nostrorum corporum materia, quae eadem sit cum vniuersi corpore, immo vero pars illius. quod si corpus, corporis pars est, tandem & Animam, Animam nempe nostram esse Mundi Animam partem fateatur. Verum postremam hanc rationem longius deducit. nam primo nos in animantibus vult inspicere quattuor illa elementorum corpora, sed veluti tempestate iactata. quin insuper addit, ex illis quattuor id, quod in nobis est, esse exiguum, & imbecillum, atque vile, si ad elementorum granditates conferatur. itemq. exempli gratia, hunc ignem, qui in nobis est, ab illo fieri & educari. Sed eius verba ex postremis ipsius Socratis verbis haec habent: Soc. *Quid autem? ignis ne vniuersi & sit & educatur, & ab eo igne, qui apud nos est, illiusq. imperio, & potestate subijctur? Au contra & meus, & tuus & omnis aliorum animantium ignis ab illo continetur, ipsiusq. vi, atque ambitu omnes res comprehenduntur? Protar. Hoc quidem responsione minime dignum rogas. Soc. Recte. haec vero eadem, opinor, dices de ea terra, quae hic est penes nos homines, & in ceteris animantibus, & ea, quae est in vniuerso: & de alijs quoque, de quibus paulo ante interrogabam, eodem modo te responsurum arbitror. Prot. Ecquis enim, qui aliter responderit, sana mente praeditus esse videatur? Soc. Nemo profecto. Sed, quae deinceps sequuntur, animo consequere. nonne haec omnia, de quibus modo locuti sumus, in vniuersum composita, atque constituta conspiciati, solemus appellare Corpus? Prot. Quidni? Soc. Idem etiam accipe de eo, quod Mundum, siue vniuersum dicimus. Eadem enim ratione corpus ex istis compositum. Prot. Rectissime ais. Soc. Vtrum statuerimus ex illius corpore, nostrum omnino corpus, an contra, illius corpus ex nostro & ali, & omnia illa, de quibus iam locuti sumus, sumere, & penes se habere? Prot. Hoc item, Socrates, non est dignum responsione. Soc. Hoccine vero quod modo dicam? Prot. Quidnam? Soc. Nonne affirmabimus, nostrum corpus habere animum? Prot. Perspicuum sane est. Soc. Vnde vero, mi Protarche, aliunde suscepit, nisi illud vniuersi corpus animatum sit? quippe quod haec eadem ipsa habeat, quae corpus nostrum, & praestantiora etiam. Prot. Aliunde nequaquam. Haec cum dixisset Plato & alia pleraque alicubi ab ijs non admodum dissona, locum suspicioni dedit, vt Posterorum nonnulli ex ipsius mente putauerint animam nostram mundanae animae esse partem. cuius vel erroris euellendi, vel veritatis in Platone inculcandae gratia magnus ille Plotinus prima quattuor primi de dubijs animae libri capita consumpsit, atque insuper alias quasdam addidit suspensiones, quibus aduersarij persuasi, Platonis errorem ex eius-*

Ad Cautionis rationem dubia expositio opportuna praebet occasione. D. Greg. Nazianz.

Dei prouidentia tribus medijs Platoni affecta. 28. D. E.

29. B.

ibidem C.

Ignem; qui in nobis est, ab elementari fieri, & educari. D.

Tetram, & reliqua elementa, quae in nobis insunt, ex vniuersalibus elementis haberi. E.

Corpus nostrum ex Corpore vniuersi.

30. A.

Corpus vniuersi animatum, & Animam nostram ex vniuersi anima, Platoni.

Δὴλον αὖς ὁδοῦ μὲν ἀλλοθὲν ἢ Σόκρατες.

Plotini rationes in aduersariorum gratia addit, eadem.

**A** ex eiusdem scriptis confirmare conabantur. nam, praeter modo adducta ex Philebo verba, alium quendam circa idem sensum ex Phaedro elicere existimabant, quo loco euidenter ostenditur, sequi nos totius Mundi circuitum, & inde mores, fortunasq. habere. Rursus nos intra Mundum genitos, merito ab ipso continente animam nostram accipere. Praeterea; quemadmodum vnaquaeque pars nostri a nostra anima suscipit; ita & nos simili ratione cum sinus partes ad totum, ab ipsa totius anima tamquam partes accipere. Postremo, cum dicitur *omnem animam totius animati curam habere*, idem profus significare, quasi praeter ipsam mundi animam nihil vsquam animae relinquatur. hanc enim esse, quae totum curat inanimatum. Has affert Plotinus aduersariorum persuasiones, quarum auctores nondum nobis contigit vt videremus. Ceterum, si confutandae illae sint, satis erit nobis vnus Plotinus praemanibus instar omnium susceptus. quem quidem licet proprijs Cautionibus olim (si Deus fauerit) alloquemur, in praesentia tamen tamquam Platonica curantem in medium afferemus. nam ita se ad aduersariorum persuasiones euellendas accingit, vt secundo eiusdem libri capite distinctis totius atque partium significationibus quaerat ab illis, quo modo animam nostram animae vniuersi partem esse ex Platone suscipitur. proinde, sumpto ipso toto, siue homogeneo, siue eterogeneo, ita deinde quaerit, an anima nostra secundum molem pars esse totius animi dici mereatur, an vero secundum speciem, quemadmodum in albedine iudicare possumus. Albedo enim, quae est in parte lactis, non est pars albedinis, quae in toto lacte, sed partis quidem est albedo. non autem pars est albedinis, siquidem albedo non est quantum aliquid, sed per se omnino magnitudine carens, perinde ac si diceret albedinem non proprie secari, sed dimensionem potius, in qua ipsa est. hoc enim ex Aristotele habebatur, tanquam nos dicere albedinem, quantum in pariete superficiem praesupponimus. & omnino ex huius sectione illius accidentarium diuisionem consequi, animam vero non item, quippe quam substantiam aduersarios fateri testatur, adeoq. in corpore minime extensam. Ceterum, cum multas rationes ad prauam opinionem reuellendam afferat Plotinus, an recte in naturae principijs, alias videbimus. Nos autem, qui in omnibus nostris Cautionum quaestionibus ad hominem primum per instantias arguere intendimus, propterea, quid Plato primum sentiat, mox vero, quid natura ipsa constituat, videre debemus. Quid igitur factum esse in Philebo Plotinus existimat, quo loco tam claris, apertisq. verbis anima nostra mundanae animae, tamquam toti pars quaedam, a Platone asseritur? nempe ita respondendum censet, *non id quidem sibi velle Platonem, quod illi opinabantur, sed quod tunc ei potissimum conducebat, scilicet animatum esse mundum. Hoc enim comprobare studens, inquit, absurdum esse, Caelum inanimatum dicere, cum nos, qui corpus mundi corporis partem habemus, animam habeamus. Quo enim pacto pars animam habuisset, si totum esset inanimatum?* Quorum verborum patrocinio non magis Platonis suspicionem euelli existimauerim, quam, vt prouerbio fertur, si botrum Lunae radijs maturefcere crediderim. adhuc enim aliquid ex Platone requiritur, & in eo esset persistendum, in quo consecutionem progredi curauerat. atqui ipse a toto quanto vt puta materiali sermonem exorsus, aliud totum, vel alias partes ex recta consecutione concludere minime poterat, siue potestatiue sint illae partes, atque totum, siue alio nomine, aliaue essentia gaudent. hoc, quod nunc dico, illud est, corpus nostrum partem corporis mundi affirmabat Plato, inde vero animam nostram illius magni corporis animae partem inferebat. porro, si aliud est in eo, quod antecedit totum, & pars, ab eo, quod in consecutione aduenerat, quo modo non impudentem amphibologiam committat Plato?

Plotini rationes explicantur.


Albedo, quae est in parte quanti, non est pars albedinis, quae est in toto. Albedo per se magnitudine caret.

Primum Auctoris argumentandi ad hominem dirigitur.

Platonis mens a Plotino explicata.

Plotinus perstringitur.

Rationis deductio amphibologia detegit.



F video

Cap. 6.

Plotinus Mundi animam cum Mente confundere videtur.

Mundi animam nostrarum animarum fororē appellat Plot.

Cautionis huius veilitas quid praestet. 896.D. & 897. vsque ad 899.

897.C.

898.A.

Di.

Que mouetur, tribus modis moueti.

899.A.

Plotinus dicitur in Plotino dicitur ad hunc mundum animam esse mundum.

video certe in Plotino conclusionis veritatem fere demonstratam: at vero, **A** eandem Platonis dictis adnecti posse, nequaquam animaduerto. immo vero, si id re vera velit Plato, quod certe probandum instituit, scilicet, animatum esse mundum, eo quod absurdum esset, caelum inanimatum dicere, & nos, qui totius partes sumus, anima praeditos existimare: quo modo quis neget, animam nostram illius esse partem? Sed, prius quam Plotini rationibus utar, quae in Platone potius diriguntur, quam pro Platone stare videntur, illud in summo Philosopho mirer, quid est, quod in eodem libro quaerat? quomodo sit, ut anima mundi (quae cum alijs conformis esse dicitur) mundum fecerit, anima vero vniuersi cuiusque nequaquam miror, inquam, atque item vereor, ne Plotinus hoc proposito mundi animam cum Mente confundat. quippe, cum illam nunc fateatur mundum fecisse, quam tamen in mundo a Mente inductam esse, dudum ex Platone demonstrabamus, quod etiam Plotinum non ignorasse, non modo ex alijs alicubi verbis, sed ex eodem capite videri potest, cum mundi animam nostrarum animarum fororem appellat. Sed haec ad Plotini Cautiones. Nunc ita colligo, Platonem, si ita de animis nostris senserit, maxime nobis esse cauendum; sin minus, & in prauum sensum ob verborum obscuritatem sui amatores in eandem suspicionem incidere fecerit, nihil certe peccauerim, si Christianos Philosophos moneri nunc satago, ut pote quos grauius lapsuros praesentiam, si animam Dei substantiam esse inde cum tot haeresiarchis haurire possint. Sed nunc alias suspensiones, praeter modo ex Plotino dictas, inferre, consentaneum est. **C** Vnde mundi animae partem nostram esse animam apud Plat. suspicemur. Est autem celebris locus decimo de Legibus, non semel a nobis in eiusmodi Cautionibus perpendendus: quo loco, cum Deum vniuerso prouidentem ostendere voluisset, eundem vniuersi animam esse asseuerare conatur. Primum itaque, animum late imperare, & caelum gubernare, & denique omnia, quae vniuersae naturae, caeli videlicet, terrae, maris ambitu continentur, suis motibus animum ducere, atque impellere: & cum motus enumeret tales illos quidem, quales non modo in animis, verum insunt etiam corporibus omnibus, demum ita inquit: Atheniensis, *optimum animum vniuersi mundi curam gerere, eademque illa via mundum gubernare.* quo loco de vno animo tantum sermo habetur. idque paullo inferius *motum inquit illius animae, esse similem illi, qui est circa medium, qui per eadem eodem modo in eodem circa idem sit.* concluditque, deinde, *Caeli circumuolutionem ab eo animo, qui illius curam gerit, necessario circumduci,* idque tandem vnius Solis exemplo conatur demonstrare, cum animum Solis orbem mouere accipiens ita inquit Atheniensis: *De vno igitur verba faciamus, quae astris omnibus possunt accommodari. Solis quidem corpus omnes homines cernunt, animam nemo. ipsum igitur sola mente, & cogitatione complectamur. Cum Solem animus moueat, si e tribus his vno quodam modo illum hoc agere dixerimus. Quod animus ille vniuersi, qui in orbiculari illo, & dilucido Solis corpore inest, vnde quaque ipsum peruehat, quemadmodum animus, qui est in nostro corpore, nos circumducit vndique, aut alicunde extrinsecus ipse corpus adeptus ignis, aut aeris alicuius (quemadmodum nonnulli arbitrantur) corpore corpus per eum impellit: vel tertio, quamuis ipse sit nudus corpore, quia tamen alias vires supra modum mirabiles habet, ipsam quasi per vestigia deducit.* Quibus quidem nobis haud dubie obseruandum relinquunt, Solis animum non alium plane esse ab eo, qui vniuersi est animo; immo vero, id quod cuperet, minime assequeretur. Optat autem Dei prouidentiam ex eo, qui est in omnibus, motu probare, quodque moueat omnia Deus, quemadmodum mouet Solem. Atqui, si Sol aliunde moueatur, nihil collegisse timere videtur. quemadmodum vero Deus

**A**ro Deus iste, quicumque sit, ad Solis motum se habet, tantundem etiam ad animi nostri motum constituatur. Secus enim Dei prouidentiam attingere minime posset; atque adeo ab eo, quod cupit, deturbaretur. Sed ad Solis exemplum redeo, cuius alioqui particularis orbis motum ab illo animo, cui prouidentia tribuitur, fieri, in Platone suspicor. ut me in triuio collocet idem Plato, cum inquit, *hunc animum, siue curribus quibusdam Solem teneat, siue extrinsecus, siue alio quopiam modo, lumen suum Sole praestantius Soli prebeat, quo animates omnes illustrentur, & hunc eundem omnes Deum esse arbitrari debere, & ita demum omnia Dijs plena esse confitentur.* Quibus certe verbis in ancipiti ita constituor, ut talem animum modo Deum summum esse verear, modo eundem talem infitiamur. **B**ri non audeam, modo rationalem nostrum ab illo gradu non excludam; tum denique, an sit mundi animus, & a mente diuersus, penitus ignorem. Satis enim sit, illum in orbe Solis a Platone fuisse positum, vnde consecutionem eandem, quam in Philebo ducebat, negare, etiam modo nobis minime possit. immo vero a minori licebit arguere, ut, si ex eo, quod corpus nostrum mundani corporis partem agnouerit, animam item nostram illius magnae animae partem confiteretur, quanto profecto magis de Solis orbe, de quo ipse animam id assumendum est? Amplius olim suspicabar, ne in Timaeo mundi animam totum etiam quoddam esse ille censuerit, nostras vero ipse esse partes, ac praecipue, quo loco quaerit, *cuiusnam similitudinem Deus in Mundo fabricando fuerit imitatus?* cumque respondisset, *nulli profecto singulari animantis speciei similem mundum esse censendum, ne, si imperfecto animali esset assimilatus, pulcher ipse non euaderet,* ita deinde addit: *illi igitur animanti eum similem constituamus, cuius caetera animantia & singulatim, & generatim sunt partes.* Haec libens addidi, ne viderer Plotini dictis tantum indormire. Sunt etiam, qui putent, ex Platonis mente animam nostram mundi animae partem eandem esse, quatenus vtraque eadem content Idea. quasi vero propterea ex eodem cratere inductas asseuerit in Timaeo, id est, ex eadem, ut aiunt, vitae rationalis Idea, differre tamen in eo, quod anima mundi prima sit illius ideae participatio, vnde ceteras animas ex reliquijs illius commixtionis factas sola puritate, & impuritate distingui Deus ille voluerit. Sed mihi certe contrarium ex iis colligere posse videor: quandoquidem, si anima nostra cum magna illa Mundi anima eiusdem fuerit Idea, nullo quidem modo inde consequetur, ut alteram alterius esse partem affirmemus: quin vtramque tertio cuidam adhaerere dicimus, ipsarum vero inuicem tantum partium neutram totius nomen obtinere. quorum enim vna est communis vniuoca ratio, siue generica, siue specifica, illa nullam ad inuicem vlloue dependendi modo rationem obtinent, ut, si quidem partes sint, ad totum eandem referantur, si species, erunt profecto generis species tantum, inuicem autem nequaquam appellabuntur. Quod si mundi anima rationalis vitae Ideam prius participare dicitur, non ob id anima nostra aliquo analogiae modo praedudicabitur. quippe quae, si a mente producta vtraque sit, nullam dependendi constitutionem ab anima mundi suscipit, nisi tantum gubernationis ordine posito. nam, quod ad generationem pertinet, Deus ille mundi fabricator, post animae mundi generationem, cum vellet hominem producere, postquam Deos luniores allocutus est, quibus rationalem animam corpori immittendam traderet, rursus ad idem cratere reuersus est, a quo animam mundi antea prodire fecerat, eandemque Ideam reliquias, licet minus puras, tractauit. Haec itaque cum habeat ibi Plato, haec eadem contra ipsum rata sunt. Ut igitur vix, ac ne vix quidem vtriusque animae vnam esse vitae rationalis ideam concedamus, semper quidem vel partis, vel

Solis motus a quo fieri suspicandum. 899.

Que in Plat. perplexae consecutiones.

Quid ex Timaeo dubitari possit. 39 C.

Plotinus dicitur ad hunc mundum animam esse mundum.

Et Cicero etiam Particulam vertit. Sententiae Platoniorum impugnatione.



**A** speciei nomen invicem ad illius Ideæ respectum obtinebunt: nec mundi anima totum quoddam unquam fuerit. quod vero paruum putant esse in cælestibus puritatis animæ mundi, & impuritatis nostræ discrimen, mihi maximū in cælestibus illud quidē videtur, si anima in cælestibus esset. & si non ob aliud, at saltem propterea quod cælestia sunt. in simplicissimis enim quilibet vel minimus gradus specificum discrimen asferre poterit. Sed nunc ad Platone redeamus: quo cum an eadem sibi congrua dixerit, videndum est: primum quidem, quia magnū apparatus constitutionis animæ mundi somniauit, ut putaretur ex numeris, ex numerosis concentibus, ex initijs figurarum, & alijs plerisque figmentis, quibus singulares animos minime configurasse visus est: nisi tamen tales huiusmodi dotes in ipsis, tamquam in illius animæ partibus, subintelligi voluisset. tum deinde, quia, cum de singulari corporum cælestium, siderum, Solis, Lunæq. constitutione loquitur, nihil tale innuere visus est, quo eorum animas iisdem dignitatibus insignitas suspicemur, quibus animam mundi præditam esse voluit. Quod si easdem subintelligi exoptet Plato, aut ipsius defensor, is admittat etiam id, quod (Plotino aduersante) Platoni tribuebatur, non enim videntur effugere posse, quin animam nostram animæ mundi partē esse fateantur, & illam tantarum dignitatum expertem esse concedant. Amplius, cum ad animantium tria genera prætermissa Platonis Iuppiter accederet, videtur ille quidem ab illorum generatione abstinere, ne, si solus ipse fabricandis animalium speciebus operam daret, Dijs illæ adæquarentur. Quam autem vanus sit iste timor, inde fit manifestum: quippe ille, qui totalem mundi animam produxerat, nunc ab animario numero, & partium complemento producendo, non sine liuoris suspitione abstinere. Quid enim, quæso, o Platone Iuppiter? nonne eæ sunt illæ animæ, eademq. singularia corpora, quæ dudum magni illius animalis corporis, atque animæ partes existerant? an vero, qui totum efficit, partes non absoluat? an, qui bonus in toto efficiendo videri voluit, nunc in partibus absolvendis liuore tangatur? Eras certe timet ipse, qui, tuos Deos alloquens, a te factos, (quosque nunc adhibes socios) dissolubiles esse fatebaris. quos tamen tua voluntate indissolubiles esse iubebas. Cur igitur non eodem modo animantia reliqua producere poteras, ut, etsi mortalia sua natura existitisset, eadē etiam mortalia tua voluntate esse pergerent. & ut argumentis, licet ad hominem efformatis, rem agamus, Si Deus vel Mundi Anima sui partem in animæ nostræ generatione inderet, consequi ex eo necesse est, ut Deus, siue antiquus ille, siue Iunior quidam ex contrarijs compositus videatur. nam, si ab effectu licet arguere animam nostram præmanibus tamquam Dei opus resumentes, illam pridem, quam in terris immitteretur, in cælis peccasse, ex Platone, propria Cautione demonstrabimus. at vero, animæ peccatum cui deferant Platonicæ, non habent, nisi propriæ ipsius animæ naturæ tunc in cælis degenti adferatur. Atqui Anima est de substantia Dei: etenim illius pars. Cum igitur habeat anima intrinsecum, ex quo labatur, illud re vera nullum aliud fuerit, nisi Deus, siue mens, siue mundi anima ille fuerit, quæ vero inde consequantur, etsi manifesta videri possint, tamen ita explicabuntur illo quidem modo a nobis dicto in medium constituto, scilicet, si mens est auctor, erit illa corruptioni obnoxia, aut ex contrarijs composita, propterea quod partes invicem sese corrumpentes habeat. quod vero haud facile sit esse æternum id quod ex pluribus constitutum est, etsi verum sit ex naturæ principijs, illud etiam docuit Plato decimo de Republica: atque insuper quoniam animæ ipsæ, itemq. Dijs Iuniores ex proprijs Ideis a mente decerptis prodierant, consequitur ut Pla-

In Cælestibus puritas, & impuritas magnū est discrimen.

Platonici figmenti vniuersalior impugnatione. a col. 30. vsque ad 37.

a 38. vsque ad 39.

41. B. Iouis Platonicæ vanus timor.

Quasi, qui totum facit, non & partes face-re possit.

Argumentū in Plat. Deus ex contrarijs compositus fortasse Platoni fuerit.

Platonis Animæ in Cælo peccarunt.

Peccatum animæ naturæ Platoni inest.

611. A. B.

**A** vt Platoni nullius rei, quæ progigni potest, Idea æterna reperiatur. cum tamen duplicem mundi Ideam sibi proposuisset in Timæo, ad quam respiciens mundum fabricaret, nempe æternam, & corruptibilem, & illam respiciendam, hanc vero tergiuersandam proposuerit. decipiebatur autem Deus ille propterea, quod, si æternorum æternæ sunt causæ, & corruptibilium corruptibiles, cum Deos Iuniores corruptibiles a se factos confitebatur, eorundem corruptibilem esse Ideam, quoniam modo negari poterit? quid vero accidat animæ post Deos Iuniores, & de meliore nota ex artificis mente depromptos, non est cur explanem. sed, si anima nostra non illius quidem mentis, verum mundi animæ pars extiterit, præter multa in Platone incommoda, illud primum consequitur, ut, cum anima sui Dei Iunioris alioqui corruptibilis pars existat, quin ipsa corruptionis leges subeat, effugere minime possit. quæ vero pugnantia in Platone apparent, partim ex dictis sunt manifesta, partim alijs in locis explicabuntur. quid vero genitæ animæ & ipsius genitoris sit futurum, si contrarietatis suspitionem, atque corruptionis continere fateamur, alijs tamquam apertum considerandum relinquo. neque admodum mirer, si animum nostrum in terris degentem varijs, multiplicibusq. diffidijs referent esse, & varias in partes omnino distrahi, in eodem decimo de Republica pronuntiet, quem tamen in Cælis talem olim fuisse, ipse veluti e cælo lapsus diuinavit. Amplius, cum & in decimo de Republica, & in Phædone, & demum in Phædro, in animæ immortalitate asserenda tantopere nitatur, mirum est, cur in alijs medijs inueniendis laborauerit, si hoc vno contentus esse ille, & satis aperte poterat, quo animam Dei partem esse assereret. nam, quid inde esset futurum, nemo est, qui non odoretur. nisi fortasse in Phædro non ipsam Dei partem, sed potius Deum, atque adeo primum turpi æquiuocatione fecerit animum. Nec minorī inconstantia decimo de Republica pro anima Deum prouidentem constituit. atque item nescio, cur in Phædone Socrates speret se ad Deos bonos profecturū, & non potius ipsius animus Deus inquam ad suum totum reuertatur, & pars suo toti confundatur? nempe, quia timuerat Socratis animus, ne sibi ad Inferos, sui sceleris poenas daturus, esset eundem, nempe vt Deus de sui parte supplicia fumeret. quasi vero anima si peccet non & Deus peccet ex Plat. sententia. quasi etiā in terris peccati labem contraxerit, haud vero a Cælestium mansione peccatum retulerit. Videant nunc Talmudistæ, quam similem habeant, & penitentem Deum, & ob sua peccata lacrymantem, & suis quibusdam penitioribus attri partibus statis diei horis sese abscondentem, suorum peccatorum grauius doliturum; quod bene fit illi, cum in cælo se peccasse animaduertit, ibidem sui poenas seorsim sumat. Poterat etiam suis animis Plato Cacodæmonum supplicia in cælis constituere: ut in hoc Talmudistarum Deo assimilentur, si tamen Platonis animæ illius partes esse non dedignentur. Amplius ad Platonis semitam reuertor; & animam neque Dei, neque mundi animæ partem esse probare cupio, cum prius Deum & mundi animam Platoni differre constituo. Plato enim decimo de Republica vnum præ ceteris probandum sumit, animas scilicet neque plures esse, neque item pauciores. quod plures non sint, ita contendit: si enim immortalium quidquam plus efficiatur, omnino ex mortali efficietur, eruntq. tandem immortalia omnia. Quæ cum ipse perpendo, sic aio: Si, animarum numerum dum multiplicari contenderet, ne ex mortali fiat, timet Plato, duo inde sequi vel manifeste colligo. horum primum est, ut, si anima sit Dei substantia, vnde statim, quin Platonis consequutionem falsam detegam, contineri non possim. quod si dicemus aliud quiddam

Nulli rei Idea æterna videri Plat.

Animam interitum videri.

ibidem. D.

Animi immortalitas cur non ab eo sumpta sit, quod Dei pars existat. Platonis inconstantia multiplex.

Obiter in Talmudistas quædam dicuntur. 611. A. B.

Animorum finitus numerus, Plat.

quiddam sonare, animas præscripto numero esse factas, aliud vero esse, animarum numerum augeri: horum enim primum ex Dei substantia prodire non negat, alterum vero ex materia mortali sumere accessum indicat: contra hæc sequeretur, Deum finitæ esse virtutis, & in animarum productione potissimum, fore etiã vt Deũ ex necessitate naturæ animos produxisse fateamur: atq; adeo, cum tenus quoddam prodierit, vltra illi non concedatur: aut etiam hac lege pœna sibi statuatur, vt, si animorum numerum multiplicare olim voluerit, iam amplius sibi ad suas Ideas recurrendi non detur facultas, quod in Timæo fecerat, sed ad materiam opem ab ea imploraturus confugiat, & in ea suæ immensæ actionis actus implicet hætenus, quatenus ipsa materia pati, atque suscipere poterit: quæ cum sit corruptibilis, talem dabit Deo efficienti animam. Tunc vero, an sit eiusdem futura speciei, cum antea genitis, affirmare non audeo: sed hæc ad propriam cautionem de animorum terminato numero pertinent. Vterius: Si anima est Dei, vel etiam animæ mundi pars, tunc etiã sequeretur, vt ipsius in hæc inferiora descensus violente fieret, vitamq. totam violenter viueret: quam tamen naturalem esse, in quæstione de animæ descensu probamus. si vero, quod anima descendat, hoc ei ex interna proueniat natura, violenta quidem esset cælestis beatitudo, & præter naturam, quod adhuc inauditum, partem a toto naturaliter magis separari, quam ad illud coniungi videri. Sed de cælesti beatitudine alibi. Nunc illud colligere sat est, animam Dei partem hoc modo esse minime posse. **C** omnibus hæc animo consideranda relinquo, quam violenta esset illa electionis animorum e Cæli descensu potestas, quam turpis nonnullorum appetitus, cum ferina corpora ingredi cupiunt, adeoq. dira descendendi cupidine detineantur. an autem anima mundi a singularibus animis sola puritate vel impuritate differat, quemadmodum nonnulli dicere videntur, & si talis praualeat differentia; vel ita parui habenda sit, vt essentia differentiam inferre non possit; an contra magnum sit in simplicibus discrimen huiusmodi; amplius, an hoc insit in animis Ideæ ratione, non parui est momenti considerare; & quanta sit inter rationales animas inuicem comparatas; deinde vero, ad mundi animam latitudo; tertio vero, quanta verarumque, & qualis fuerit illarum ad mentem relatio; & an aliqua diuinæ mentis mutua ad easdem relatio dari, quo ve modo Dei simplicitas hisce puritatibus, atque impuritatibus concedi possit; & vnde secundum speciem differentia respectu agentis ad effectum colligatur; & alia huiusmodi, importuna esse existimo in præsentem occasionem reuocare, nisi ad Commentarium de Moribus animæ ablegentur. ad quem etiam locum sex Plotini capita reuoco, quæ in primo suo de dubijs animæ libro integra, & doctis quidem argumentationibus in eo complentur: vt probent, animam nostram mundi animæ partem non esse. a quorum consideratione libens abstineo, primum, quod argumenta non in Platonem dirigantur, sed ob Plotini modestiam (Platone vt putat saluo) physice in opinionem arguit; deinde, ne disputationes in singulos interturbem: quandoquidem in Plotinum proprias cautiones paro: sicut etiam alibi de animæ mundi vnitatem differo, quidquid de Plotino, Alexandro, Marino, Ioanne Grammatico, & Auerroe, circa intellectus vnitatem dici possit.

Deũ finitæ esse virtutis, Plat.

Deum nõ semper ad Ideas recurrere videri, Plat. sed ad materiam interdũ.

Animi in hæc inferiora descensus Platoni violentus.

Animorum turpis descendendo, ferinusq. appetitus. Quæ in commentarium de moribus animæ differuntur.

Hære-

## Hæreses.

### G N O S T I C I.

Quanta vero ex Platonis modo reprobata sententia, atque etiam quã mox damna in Ecclesiam irrepere, ex illorum hæreticorum doctrina patet, qui, ob superbiam, Gnostici, id est Cognoscentes, siue Scientes nuncupari voluerunt. quorum caput, & auctor, siue Basilides D. Hieronymo teste fuerit; siue Valentinus, vt alij, seu, Philastrio, & Augustino assertoribus, Nicolaus Diaconus, cuius in Actis Apostolorum fit mentio; siue tandem Carpocrates extiterit, vt Irenæus testatur; quicumque ille fuerit, hoc præ cæteris suorum sequacium animis inuexit, vt dicerent, animam esse aut Dei substantiam, aut ex Dei substantia. Sed, ne putes hoc prauitatis figmentum aliunde, quam a Philosophorum, & Platonis præcipue lectione expiscatum esse, ex alijs certior fieri poteris hæresibus, quas consimiles Platone dictante prauis animis disseminauit. hic enim, Bruta rationis esse capacia, docuit; & cum multa principia asseruerit, creaturas a malo Deo factas esse, quæ an eadem sint Platonicis erroribus, proprijs locis fient manifesta. Totam autem Gnosticorum colluuiem Hadriani Imperatoris, & Sixti Primi Romani Pontificis temporibus exortam fuisse, circa Annum Domini centesimum vigesimum nonum, D. Hieronymus asserit: de quibus scribere modo antedicti auctores, atque item Epiphanius, & Nicephorus, & denique Prateolus libro septimo Elenchi omnium hæreticorum.

Lib. de Virtis Illustr. In lib. de Hæresibus. Lib. 1. aduersus hæreses. c. 22.

Lib. 1. Rom. 2. hæresi 26. Lib. 4. c. 2. Eccl. historia.

### M A N I C H A E I.

Famiosiores fortasse sunt Manichæi, quam vt a nobis manifestari debeant, tum propter hominum, atque hæresum numerum, tum propter virorum quorundam excellentiam, qui in eisdem insurrexerunt. Illorum autem Manes quidam duxit agmen, natione Persa, Aureliano Imperante, & Felice huius nominis Primo sedente. Manes autem, præter alia e Platonis penu deprompta, hæc de anima sentiebat, vt diceret, illam aut Dei substantiam, aut ex Dei substantia esse, ex eoque, tamquam ex fonte, emanare. Viguit prauitas Anno 273. de quo multa passim fere vbique Augustinus, & Eusebius libro septimo cap. 28. & Nicephorus, & Prateolus dictione propria.

Lib. 90. quest. Lib. 6. cap. 31.

### A P O C A R I T A E.

Proximo sæculo Apocartæ in eandem prauitatem abiere, qui, a Manete exorti, numerosam hæreticorum colluuiem mundo dedere: vt vix per ducentos annos extingui potuerint: adeo (vt recte inquit Prateolus) nihil in rebus humanis pestilentius, quam praua doctrina reperiri potest. Exorti sunt regnante Tacito Romanorum Imperatore, Eutychno Summo Pontifice sedente, circa Annum Domini ducentesimum septuagesimum octauum: vt propria dictione adnotat idem Prateolus.

### D I C A R T I T A E.

Illos proximi secuti sunt, quemadmodum tempore, ita & prauitate doctrinæ consimiles Dicartæ, circa Annum ducentesimum septuagesimum nonum, eodem

codem Imperatore, atque Pontifice regnantibus. Ex eadem Manichæorum familia, idem de animi substantiâ a Deo prodeunte asseruere.

## BRACHITAE.

Hos etiam ex eadem familia prodijisse constat, atque eadem asseruisse, iisdem regnantibus, Anno Domini 280.

## FAVSTVS MANICHAEVVS.

Renouavit hæresim longo post tempore Faustus, secta Manichæus, natione Afer, Arcadij Imperatoris, & Innocentij Primi temporibus, circa Annum Domini 407. In ipsum multis libris atque etiam quæstionibus infurrexit Augustinus: tandem, quam magna Christianæ Religionis iactura eadem Manetis illius, Manichæorumq. prauitas vsque ad nostra tempora se extenderit, testis est Lutherus, Melanchthon, Calvinus, & sequaces.

## CAUTIONES

## LEO PRIMVS P.

LEO P.P.  
Sive secundum  
alios epist. 71.

## Epistola VC.

Quinto capitulo refertur, quod animam hominis diuinæ asserant esse substantiæ, nec a natura conditoris sui, condicionis nostræ distare naturam. Quam impietatem, ex Philosophorum quorundam, & Manichæorum opinione manantem, Catholica fides damnat, sciens, nullam tam sublimem, tamq. præcipuam esse facturâ, cui Deus ipse natura sit. Hæc ille. Ex quibus vltimis verbis colligunt Theologi, esse etiam contra fidem Catholicam dicere, creaturam quamlibet, quantumcumque præstantissimam, etiamsi Angelis posset esse superior, siue creata, siue creabilis illa sit, ex Dei natura existere. Si vero etiam Mundi anima non sit superior, Deus, & animam rationalem producat vt partem sui, nihil refert: modo eandem incurrat reprehensiones, quibus ne quidem a Mente posse animam produci, superiore libro cauebamus.

## Concilium Toletanum Primum

## LEONIS PONTIFICIS

HVIVS NOMINIS PRIMI  
AVCTORITATE CONFIRMATVM.

Credimus, & animam hominis non diuinæ esse substantiæ, aut Dei Patris, sed creaturam dicimus Dei voluntate creatam.

Item

CONC. TOLET.  
Cap. 21. de  
Reg. fidei.

## Item ibidem.

Si quis dixerit, vel crediderit, Animâ humanâ Dei portionem, vel Dei esse substantiam, Anathema sit.

## Item ibidem.

Præter hanc Trinitatem, nullam credimus diuinam esse naturam vel Angelum, vel Spiritum, vel virtutis alicuius.

## Concilium Braccarense Primum.

## SVB HONORIO PRIMO P.

Si quis Animas humanas, vel Angelos ex Dei credit substantia existisse, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt, Anathema sit.

CONCIL.  
BRAC.  
Canone quinto.

## Regulæ Fidei ab Augustino traditæ.

REG. FID.  
Lib. de fide ad  
Petrum. cap.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, neque Angelos, neque quamlibet creaturam eiusdem naturæ esse, cuius est, secundum naturalem diuinitatem suam, summa Trinitas, qui est vnus & naturaliter Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. neque enim vnus naturæ esse poterat, ille, qui fecit, & ea, quæ fecit.

19.

## Confessio Fidei ex B. Hierony.

## AD DAMASVM PAPAM.

Animas a Deo dari credimus, quas ab ipso factas dicimus, Anathema tizantes eos, qui Animas quasi partem diuinæ dicunt esse substantiæ. Quibus adstipulans B. Hieronymus hæc subdit paullo mox: Hæc est fides, Papa Beatissime, quam in Ecclesia Catholica didicimus, quamq. semper tenuimus, & tenemus.

CONFES-  
SIO FID.

## Distinc. xxxii. Quæst. xi. cap. Moses.

DIST.

Contemplemur facturam Adæ: in Adam enim exemplum est datum, vt ex eo intelligamus, quia iam formatum eius corpus suscepit Animâ. nam eâ poterat Deus limo terræ admiscere, & sic formare corpus.

PA-

**IUSTINVS.** Iustinus in colloquio cum Tryphone Iudæo fatetur se olim, tamquam Platonium professorem, Animam Dei esse particulam existimasse, & ab eodem Tryphone fuisse reprehensum.

## A V G V S T I N V S.

**AVGVSTINVS.** Augustinus in enarratione in Psalmum 41. exponens illud, *Cum dicitur mihi per singulos dies, Vbi est Deus tuus,* post multa inquit: *Sed numquid aliquid tale Deus ipse est, qualis est animus? non quidem videri Deus, nisi anima, potest, nec tamen, ita ut animus videri potest. Aliquid enim querit animus iste quod Deus est, de quo illi non insultent, qui dicunt, Vbi est Deus tuus? Aliquam querit incommutabilem veritatem, sine defectu substantiam. Non est talis ipse animus: deficit, proficit: novit, ignorat: meminit, obliuiscitur: modo illud vult, modo non vult. Ita mutabilitas non cadit in Deum. si dixerit, mutabilis est Deus, insultabunt mihi, qui dicunt, Vbi est Deus tuus? Querens ergo Deum meum in rebus visibilibus, & corporalibus, & non inueniens: querens eius substantiam in me ipso quasi aliquid sit qualis ego sum, neque hoc inueniens, aliquid super animam esse sentio, Deum meum.* Quæstio hæc habetur difficilis ab Augustino libro sexto de Genesi ad litteram, capite vltimo, in qua inquit: *Multi laborauerunt, nobisque, ubi laboremus, reliquerunt. Rem autem aggreditur toto libro septimo. sed capite secundo hæc habet, exponens illud, Sufflauit in faciem eius flatum vite, vel inspirauit. nam, cum quidam ex hoc verbo crediderint aliquid esse animam de substantia Dei, id est eiusdem nature, cuius ille est, hoc ideo putantes, quia, cum homo sufflat aliquid, de se ipso eicit in flatu, hinc potius admonendi sumus hanc inimicam fidei Catholice reprobare sententiam. Nos enim credimus Dei naturam, atque substantiam, que in Trinitate creditur a multis, intelligitur a paucis, omnino esse incommutabilem. Porro autem, anima naturam vel in deterius, vel in melius commutari posse, quis ambigit? Ac per hoc sacrilega opinio est, eam, & Deum credere vnus esse substantie. Quid enim hoc modo aliud, quam & ille commutabilis creditur? Credendum itaque est, & intelligendum, neque ullo modo dubitandum, quod recta fides habet, Animam sic esse a Deo, tamquam rem, quam fecerit, non tamquam de natura, cuius est ipse, siue genuerit, siue quoquo modo protulerit.*

Animi defectus ipsum animam Dei non esse indicant.

**ALTER AVG. locus.**

**TERTIVS AVG. locus.** In Epistola autem xxvii. quam ad Hieronymum scribit, in qua a D. Hieronymo cupit doceri animorum originem, postquam docuit solum Deum habere immortalitatem, hæc infert:

*Nō est pars Dei anima: si enim hoc esset, omnino incommutabilis, atque incorruptibilis esset. Quod si esset, nec deficeret in deterius, nec proficeret in melius, nec aliquid in semetipsa vel inciperet habere, quod nō habebat, quantum ad eius ipsius affectiones pertinet. quæ vero aliter se habeat, non opus est extrinsecus testimonio: quisquis se ipsum aduerit, agnoscit. frustra autem dicitur ab eis, qui animam Dei partem esse volunt, hanc eius labem, ac turpitudinem, quam videmus in nequissimis hominibus, hanc denique infirmitatē, & egritudinem, quam sentimus in omnibus hominibus, non ex ipsa illi esse, sed ex corpore. quid interest, unde egrotet, que si esset incommutabilis aliquo modo unde libet egrotare non posset? nam, quod vere incommutabile, & incorruptibile est, nullius rei accessu commutari, vel corrumpi potest: alioqui non Achillea tantum, sicut fabula ferunt, sed omnis caro esset inuulnerabilis, si nullus ei casus accideret. Non est itaque natura incommutabilis, que aliquo*

Animam non omnino incommutabilem, sicut Deus.

**A** aliquo modo, aliqua causa, aliqua parte mutabilis est. Deum autem nefas est nisi vere summeq. incommutabilem credere. Non est igitur anima pars Dei. Hac de re pauca quædam habet idem Augustinus libro octauo de Ciuit. Dei cap. 5. vbi tribuit Platonicis, Deum eiusdem nature, cuius ille est, animos nostros putasse. quod et si verum sit etiam de Platone, non tamen est verum quod Platoni tribuit ibidem Ludouici Viues, qui inquit, Platonem animos nostros de substantia astrorum deficientes putasse, & eodem redituros, si puri ab hac vita disceserint. Falsum enim est: quia Deus Platonis antea produxerat animos, quam singulos singulis stellis tamquam in curru vniuersitatis imponeret. neutrum autem est de alterius substantia, quorum substantia seorsum producta est. erant enim antea stellæ, erant seorsum animæ, quas non decisas ab illis putandum est, sed, ex eodem Platone, tamquam a curru deductas in Terris, vnde iterum ad eosdem conscedendos adduci. Sed de hoc alibi. Illud non omitam, Varronem, ut refert Augustinus libro 7. de Ciuitate Dei cap. 5. posuisse animam mundi, cuius partes Deos appellasse: ut minus peccet quam Plato, qui errantem animam nostram posuerit partem non errantis Dei: at, Deos Deorum esse partes, res est, quæ alibi aliis medijs labefactari debeat. Augustinus tamen ita reprehendit Varronem, quafi animam nostram posuerit Dei partem, contra quam in principio capituli proposuerat, etiam si dixerit in mortalium animo contineri Deum, vel Deos tamquam in vase, ex quo illud non conijcio. Sed, et si Augustinum minus intelligo, ipse tamen in Varronem reprehensionem sumo, cum ait; *Anima tamen tua tam docta & ingeniosa (ubi te multum dolemus per hæc mysteria doctrine ad Deum summum, id est a quo facta est, ne cuius portio, sed cuius condicio est, nec qui est omnium anima, sed qui fecit omnem animam, quo solo illustrante fit anima beata, si eius gratie non sit ingrata) nullo modo potuit peruenire.*

Item Augustinus alicubi ita dixit, *si se ipsam amaret (de anima loquitur) neglecto a quo facta est iam minus esset, iam deficeret amando quod minus est. minus est enim ipsa, quam Deus, & longe minus, tantog. minus, quanto minus est res facta, quam factor.* Vide etiam eundem Augustinum libro duodecimo de Ciuit. Dei, capite vigesimo tertio: cuius verba alibi a nobis sunt citata. Vide Iacobum Pamelium in Tertullianum, vbi citat Gennadium.

## D. H I E R O N Y M V S.

In Symboli explanatione ad Damasum  
Epist. xvii.

**E** An Hieronymi sit illa epistola, (pro ut de multis alij dubitatur,) huiusmodi tamen Catholicam habet assertionem. *Animas a Deo dari credimus, quas ab ipso factas dicimus, Anathematizantes eos, qui animas quasi partem diuine dicunt esse substantie.*

Idem etiam habetur in Dialogo, qui licet sub nomine Hieron. & Augustini circumferatur, at certe ex vtriusque scriptis ab incerto auctore collectus est. habetur autem in Dialogi fere principio ita: *Iam vero illi qui extraduce animas venire confirmant, & simul corporali eas semine seminari: si quidem ut quidam ipsorum affirmare solent, non aliud dicunt esse animam, quam insufflationem spiritus Dei: illam scilicet, quam initio factura mundi, Deus insufflasse dicitur in Adam, de ipsa Dei esse*

**QVARTVS** eiusdem locus.

**Ludouici Viues** lapsus.

**VARRONEM** minus peccasse, si Platoni comparetur.

**Augustinus in** Varronem.

**QVINTVS** AVGVST. locus.

esse eam substantia profitentes. Quomodo non isti videbuntur quodammodo hæc præter scripturæ regulam & rationem pietatis asserere, quod substantia Dei est quæ peccat, si anima, quæ de substantia Dei est, peccat: insuper etiam, quod & pænis subdenda sit pro peccato.

## D. IOANNES CHRYSOSTOMVS.

In Caput Geneseos secundum  
Homilia XIII.

Psal. 105.

Hic exclamare iuvat pulchrum illud beati David dictum: *Quis loquetur potentias Domini, & auditas faciet omnes laudes eius? quia de pulvere tale animal produxit, & tanto honore venustavit, tantisque beneficijs statim ab initio profecutus est, monstrans per omnia suam misericordiam? & inspiravit in faciem eius spiraculum vite. & factus est homo in animam viventem. Hic insensatorum aliqui, suis moti opinionibus, nihilq. Deo dignum cogitantes, neque verborum dispensationem animadvertentes, dicere audent, Animam ex Dei essentia esse. O insaniam, o delirium. Quot perditionis vias diabolus peperit suis cultoribus? Et, ut discas, considera, quomodo diversis inter se vijs incedunt. Nam alij ansam ex verbulo, Inspiravit, rapientes, asserunt ex Dei essentia esse animas: alij autem, quod anime in vilissimorum brutorum substantiam transcant. Quid hac amentia deterius fieret? Nam, quoniam obtenebrata est ratio eorum, etiam veram scripturæ mentem ignoraverunt, sicut capti oculis in diversa præcipitia feruntur: & illi quidem supra dignitatem animam efferunt, alij autem contra dignitatem debonestant. Et reliqua prosequitur ibi B. Chryf. & quidem pluribus: quemadmodum etiam in actis Apostolorum Hom. 2. & in epistola ad Corinthios 1. cap. 2. Homil. 7.*

## I V S T I N V S.

IUSTINVS. Iustinus in quæst. quas gentes Christianis posuerunt: *Hoc differt Deus ab Anima, quo effector ab eo, quod effectorem habet.*

## A V G V S T I N V S.

AUGVST.  
P<sup>2</sup>B. 14.

Augustinus libro Retractationum primo, cum se inculsat, dixisse animum rediturum potius, quam iturum in Cælum, (de quo sua Cautione dicendum est) videretur se excusare tandem cum Beato Cypriano, qui ita intellexerit *In cælum*, tamquam diceret Ad Deum, qui eius est auctor, & conditor: Cyprianum vero ita dixisse, *nam cum corpus e terra, spiritum possideamus e calo, ipsi terra & cælum sumus.* Quæ verba nisi apud Scripturam essent frequentissima, essent apud naturalem loquendi modum dubia, quomodo enim, quæso, sumus terra, & cælum, nisi materialiter ex illis partibus constemus? nam ita intellexit Aristoteles 7. Metaphysices tex. 59. cap. ultimo. unde habetur, compositum per se aliud esse, quam componentia. non enim est sicut syllaba, quæ nihil aliud continet, nisi litteras; sed est sicut caro, quæ non solum est ignis, & terra, aut calidum, aut frigidum, sed alterum aliquid. Si igitur nos nihil aliud sumus,

A mus, quam terra, & cælum, sequuntur duo: vnum, ex Aristotele, quod scilicet nos essemus compositum per accidens; alterum est, quod cælum in hac compositione aut sustinet, & facit prædicationem materialem, aut formalem: & utroque modo nõ possemus effugere, quin animam partem cæli fateamur. Sed paullo post Augustinus, quasi seipsum corrigens, non minus Cypriani dictum in bonum sensum trahit, dum inquit: *Sine controversia ergo quedam originalis regio beatitudinis animi Deus ipse est. Qui cum non quidem de seipso genuit, sed de nulla re alia condidit, sicuti condidit corpus e terra. Nam, quod attinet ad eius originem, quæ facit, ut sit in corpore, utrum de illo vero sit, qui primum creatus est, quando factus est homo in animam vivam, an semper ita fiant singulis singuli, nec tunc sciebam, neque adhuc scio.*

B Hæc Augustinus. Et in libro de essentia diuinitatis in ultimis fere verbis ita inquit: *Anima hominis ideo ad imaginem Dei facta esse perhibetur, quia spiritalis creatura est inuisibilis, & incorporea, atque immortalis, non de substantia Dei originem trahens, sicut Manichei, & Priscillianistæ Hæretici false opinati sunt, sed ex nihilo ex Deo creata, quæ initium habet, finem vero habere nescit.* In ultimis autem verbis libri de Ecclesiasticis dogmatibus, quæ capite 88. habentur, *imaginem in eternitate, similitudinem in moribus inueniri penes animam dicit.* Plura tamen de imagine, & similitudine, in lib. de spiritu, & anima, capite 38. 39.

SEPTIMVS  
AVG. locus.

## T H E O L O G I.

## D. Thomas p. p. Q. LXXV. Art. VII.

Quo citra obscuritatē noster fermo sæper habeatur, distinctione vtendum dicitur D. THOMAS. ximus in hac præcipue quæstione: cui, si Anima Mundi sit Deus Iunior, & sui partem habeat Animam rationalem, statim occurret D. Thomas in Articulo Quæstionis modo citatæ: *Vbi Animam vnus esse cum Angelo speciei negat.*

## D Idem D. Thom. ibidem q. XC. Art. I.

Si vero Anima Mundi Deus sit, neque etiam Iunior, sed quippiam Platoni antiquius habeat etiam cum vniuerso Ecclesiæ consensu D. Thomam ex directo aduersarium, dum loco citato probat *Animam non esse de substantia Dei.* idq. triplici medio sumpto. Quorum primum est, quia Anima quandoque est in potentia intelligens. Alterum, eo quod a rebus ipsis quodammodo scientiam nanciscitur. Tertium, eo quod diuersas habeat potentias. Quæ omnia si quis a Dei substantia extranea esse non videat, is dignus est, cui Anticyram versus (pro E uerbo dictante) nauigare iubeatur.

Alter D. THO  
MÆ locus.

## Idem secundo contra Gentiles cap. 85.

Insuper sanctus iste vir alias addit rationes secundo contra gentes, quas vel ab eternitate substantiæ Dei accipit: in quo nihil de nouo quemadmodum anima incipit, vel ab eo quod Deus nullius rei forma esse potest, sicut anima, aut etiam quod substantia Dei non sit in potentia ad aliquid, & est immutabilis, tum secundum substantiam, tum etiam secundum scientiam, atque virtutem.

TERTIVS  
eiusdem locus.

D. Thomas an præsentem errorem a d. suo fontem reuocauerit.

Animam ex elementis Platonem fecisse.

Præsentem errorem Manichæos præcipites dedisse.

Opinio de intellectu unitate quando exsuscitata.

Geneleos falsam interpretationem nonnullos deceptos.

D. Thomæ res in Genesim interpretatio.

tem. est enim inuariabilis perse, & per accidens. Ceterum, cum D. Thomas ibidem erroris fontem quærere nititur, triplicem putat se inuenire, quorum duos ad Philosophorum fontes refert, cum reuera riuuli illi sint, nisi ad Platonem veluti ad suum Tartarum deducantur. nam, licet primi, vnde potuerit error emanare, asseruerint, nullam substantiam incorpoream reperiri, ex quo nobilissimum corporum Deum esse suspicari fuerint, siue ignis verius ille sit, & de natura huiusmodi corporis animam fecerint, licet inquam, quod ad naturam corpoream attinet, Philosophi antiquiores ipso Platone extiterint, quos etiam ab eodem alicubi confutatos meminerim: tamen, quod ad animam pertinet, quatenus ex elementis constet, & naturam habeat cum suo toto homogeneam, non modo ex ipso Platone esse ex præsentia quæstione patuit, verum etiam Aristotelem hoc idem de præceptore referre primo de Anima est manifestum, cum inquit, Platonem fecisse animam ex elementis. Si igitur anima est Dei pars, & Deus corporeus sit, ad Platonem referamus, opinionem Aristotele persuadente: quem si in Præceptore interpretando deceptum fuisse urgeant nonnulli, id quidem tam libens ab ipsis accipio, quam verius inde cautionem erigendam non dubito. nam, quis in eo non decipi posse profiteatur, in quo Aristotelem lapsum fuisse viderit? Ex illa igitur radice Manichæi, & aliorum error pululer, cum existimauerit, Deum esse quandam lucem corpoream, cuius quandam particulam humanam animam esse dicebat. Quod vero rursus D. Thomas eandem prauitatem ad eos deducat, qui intellectus unitatem asserbant, hæc certe opinio, si in Platone inueniri non possit, at saltem tempore posteriore nata est, & Peripateticorum dogmatibus, vel potius vni Auerroï, si non & Simplicio, aut Themistio illa sit adscribenda. Si autem tertio asserat idem sanctus vir ex praua verborum Geneleos intelligentia erroris emanasse originem, id quidem non infitior: quin ad eundem fontem Platonem reuoco: quandoquidem Patrum nostrorum consensus affirmat, illum quidem veteris nostræ legis scripta legisse. Locus autem Geneleos est in fronte quæstionis citatus, & pro cautionis lege positus. suspicabantur enim, vt diximus, Deum aliquid de sui substantia in Adæ facie inspirasse. Huius prauæ expositioni D. Thomas in hunc modum in illius capituli extremo sit obuiam: *Sed similitudo, inquit, prædicta non ostendit animam hominis esse aliquid substantiæ diuinæ, cum intelligendo defectum multipliciter patitur: quod de Deo dici non potest. Vnde hæc similitudo magis est indicatua cuiusdam imperfectæ imaginis, quam alicuius substantialitatis. quod etiam Scriptura innuit, cum dicit, Ad imaginem Dei hominem factum: vnde & inspiratio prædicta processum vitæ a Deo in homine secundum quandam similitudinem demonstrat, non secundum unitatem substantiæ: propter quod & in faciem spiritus vitæ dicitur inspiratus: quia, cum in hac parte corporis sint plurimum sensuum organa sita, in ipsa facie euidentius vitæ monstratur. Sic igitur Deus inspirasse in faciem hominis spiraculum vitæ dicitur, quia spiritum vitæ homini dedit, non cum ex sua substantia decidendo. nam & qui corporaliter insufflat in faciem alicuius, (vnde videtur sumpta esse metaphora) aerem in faciem eius impellit, non autem aliquam suæ substantiæ partem in ipsum emittit.*

Iuuabit etiam Cautioni, videre D. Thom. p. p. q. 3. Art. 8. vtrum Deus in compositionem aliorum veniat.


BEDA.

Beda Tom. II.

*Quod anima nostra non sit pars diuinæ essentiæ, vide ipsum in libro de Mundi cælestis, terrestriq. Constitutione.*

FINIS TERTII LIBRI.

ANIMORVM  
OMNIIVM  
NEQVAQVAM  
SIMVL FACTAM ESSE  
A DEO PRODVCTIONEM.  
DISPV TATIONVM  
IN PLATONEM  
ATQVE CAVTIONVM  
DISTRIBVTIONIS PRIMAE  
LIBER QVARTVS.



# ANIMORVM OMNIVM

## NEQVAQVAM SIMVL A DEO PRODVCTIO. IN PLATONEM

Quaestio, & Cautio.



LIBER QVARTVS.

PLATO.

**D**OCVS est apud Platonem clarus, & nos in ea Cautione illum adduximus, qua agitur humanorum animorum numerum stellis respondere, cum ait: *ostendit primum ortum omnibus unum fore, eumque moderatum atque constantem, nec ab ullo imminutum.* Vnde non obscure quis colligat, & vnam fuisse productionem simul omnium animarum, & illarum numerum non esse infinitum, cum inquit, *moderatum, & animas esse aeternas, cum ait, constantem, aut non augeri illarum numerum, & denique animas ante corpora fuisse productas.* Sed Alter locus est ex eodem Timæo paullo superius. nam ex tota fere illa parte, in qua Deum introduxit fabricantem, comprehendimus simul produxisse, quæ immediate ab eodem producta sunt. Deinde vero, Deos Iuniores alloquens, illos reliquæ generationi præfecit: pollicitus tamen, se daturum generationis semen, atque primordium, vnde conuersus ad craterem inde primæ procreationis secunda libamenta pro rationalibus suscipiens, iussit ministris iam antea productis, vt mortali partem attexerent immortalem: cum autem nihil aliud quidquam exequendum Dijs illis Iunioribus demandatum fuerit, nisi vt iam producta simul adnecterent; haud vero vt non producta producerent, manifestum est, animarum numerum ad ipsius Dei opera referri, & simul ab initio constitutum: fortasse, quia videbatur Platoni, quod, si quid per simplicem productionem ab efficiente tali

Timæus 41. E. ὅτι θεοῖς κοινῶν μὴ ἐσοῖτο τῶν τε γυμνῶν πῶλον, ἢ αὐτῶν ἐλαττοῖο ἢ ἄνω.

Timæus 41. D.

Qua persuasione Plato duci potuerit.

### Cautionis Leges.

*Psal. 32.*

QVI FINXIT SIGILLATIM CORDA EORVM.

*Ioannes. 5.*

PATER MEVS VSQVE MODO OPERATVR, ET EGO OPEROR.

Hæresim ex Io. Vuicleff  
Cautionem ex L. de Eccl. dog.  
D. Thomam  
Bedam

Vide sup loco.

producat, id quidem rectius ab eodem per vnā fiat emanationem, quam per plures. quod etiam quibusdam visum est non satis recte illud interpretantibus, *Qui vni in aeternum, creauit omnia simul*. quasi vero, si producat tantā sit potentia, vt creare possit, & id, quod produci potest, talem habeat passiuam potentiam, (dico nunc improprie Passiuam, sicuti etiam barbare De producibili creando) non enim talem potentiam illud habere potest, quod nondum est: nam tunc agens fundaret actionem, & creandum non crearetur, sed generaretur potius. ex vi autem vocabuli aliter loqui nequimus. cum igitur non desit ex parte agentis, neque ex eo, quod ad rem creandam pertinet, recte fortasse alicui videbitur Plato de animis praecipue omnibus fuisse locutus, tamquam simul a Deo producti fuerint. Nunc autē eius verba paullo plenius adducenda puto. *Tum ad illos Deos is, qui omnia genuit, fatur: Hec vos, qui Deorum factu orti estis, attendite: quorum operum ego parens esse & org. sum, quae per me facta, sunt indissolubilia, quantum quidem voluero. quamquam omne colligatum solui potest: sed haudquaquam boni est, ratione vincitum velle dissolueri. Idcirco, quoniam orti estis, immortales quidem esse, & indissolubiles non potestis: ne cuiquam tamen dissoluemini: neque vos vlla mortis fata periment: nec fraus valentior, quam consilium meum: quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram, quam illa, quibus, cum gignebamini, estis colligati. Quid sentiam igitur, cognoscite. Tria nobis genera reliqua sunt, eaq. genita, atque mortalia: quibus praetermissis, Caeli absolutio perfecta non erit. omnia enim genera animalium complexu non tenebit: teneat autem oportet, si est mundus omnino perfectus futurus. Hec vero si a me fiant solo, vitaeque donentur, Dijs adaequantur. Vt igitur mortali generentur condicione, & vniuersum hoc omnibus suis partibus sit absolutum, age deum conuertite vos ex Natura legibus ad animalium procreationem, & vim meam, quam in vestro ortu adhibui, imitamini. Quatenus vero tales creantur, vt Deorum immortalium quasi gentiles esse debeant, diuini generis appellantur, teneantque omnium animantium principatum, vobisque, & iuri vltro pareant: ego vobis semen, & primordij statum dabo. Vos autem, quod vestri reliquum est muneris, immortalis partem attexitote mortalem. Ita efficiote, generatote animalia, & tributis alimentis nutritote, atque amplificatote, donec rursus consumpta recipiat. Hæc Iuppiter. Deinde ad superiorem craterem reuertit, in quo omnem animum vniuersae naturae temperans permiscebat, superiorisq. permutationis reliquias fundens aequabat, eodem modo ferme, nisi quod non ita incorrupta, vt ea, quae semper idem: sed a Dijs secundum sumebat, atque tertium. Toto igitur omnino constituto, sideribus parem numerum distribuit animarum, & singulos adiunxit ad singula, atque ita quasi in currum vniuersitatis imposuit, commonstravitq. leges fatales, ac necessarias: & ostendit, primum ortum vnum fore omnibus, cumq. moderatum atque constantem, nec ab ullo imminutum. Satis autem & quasi sparsis animis fore, vti certis temporum interuallis oriretur Animal, quod esset ad Dei cultu aptissimum, religiosissimum, & pietatē deditissimum. Cum vero, quidquid a nobis hoc loco quaeritur, ad Platonis inconstantiam dirigatur, propterea, hinc facto exercitationis initio, exordiamur. Primum igitur, cum inquit, Caeli absolutio perfecta non erit, sub nomine Caeli mundum intelligendum moneo. non enim caelum illud ijs animalibus indiget, quae modo a suis Dijs generanda Deus ille iubet. Adhuc etiam notandum est, Deum Platonis nolle suis manibus, hoc est immediate, tria illa animantium genera producere. cuius causam reddere volens, *Ne Dijs*, inquit, *adaequentur*. Vt hinc nobis remaneat ab eo sciscitandi curiositas, eam quam tandem esset futura inter Deos, & hæc animantia similitudo, si hæc a Deo immediate facta fuissent, aut in qua nam genere similitudinis specie futura esset comparatio? Vel enim penes animae immortalitatem, vel penes corporis perfectionem. Si primum, certe Deus ille, qui simpliciores antea Deos*

plurique quoniam in eandem sententiam ire potuerint.

Timæus, 41. A.

Exercitationis paulo latioris, in Platonē initium.

Caelum pro Mundo.

Platonis Deus, cui non immediate Anima... lia produxerit.

A Deos procreauerat, non erat cur timeret, dum totum ex simplicibus a se productis progignere destinabat. Vt enim erat anima immortalis, vt etiam elementa, siue corruptibilia, siue aeterna, ex Platonis Deo existerint, tale quidem etiam, se iubente, a Dijs operantibus euenire poterat. Nam, vt hoc, nobis tamen inuitis, Platoni concedatur, vt, quod immediate a Deo productum est, immortale videri possit; cum tamen ibi Dii, vt corpus fabricarent, iuberentur, & ipsi partem attexerent immortalem, non ob hoc etiam Platonis Deus, postquam reliquam generationis curam illis demandauit, rursus a multis corporis humani partibus fabricandis abstinuit. vt clare pluribus apud Timæum locis legi poterit. Adhuc etiam, si, ne essent futura immortalia, vereretur, id quidem frustra timebat, cum iam apud eundem pateat, quod a Deo factum est, adhuc etiam immortale sua natura non esse, sed voluntate tantum, immo vero ex Platone, quod a se factum est, simplex non esse, sed compositum. hoc autem omne Deo Platónico esse dissolubile, ex eiusdem ore in Timæo didicimus. Quod autem in Platonis doctrina non expectatum consurgit, illud est, nempe immortalitatem in futurum tempus duplici incorporeae naturae Deorum scilicet, & animorum denegari; tum, quia facta; tum etiam, quia composita sunt; ac, licet a Deo facta, & composita ita esse velit, vt immortalia illa iudicari possint, nescio tamen, quam incuria reliquorum entium natura eodem dono frustrata remanserit: cum Deus ille fateretur, Deos, propterea quod a se factos, nec alia ratione mortales esse monuisset, voluntate tantum sua futuros immortales: quia non est bonum, colligatum velle dissolueri. vt deprehendas interim, quemadmodum Deus iste, modo tamquam liberum agens inducatur, cum inquit, *Voluntate mea non dissoluemini*, modo necessitati cuidam sese supponat, vt qui animas in corporibus inducere timuerit, ne animalia Dijs adaequantur. Deridenda certe Platonici Dei efficientiae libertas, quae vili, vanaeque necessitati submittitur. vt incertum sit apud eundem, vtrum a Deo immediate factum, sit immortale, & si tale eueniret, vtrum ex rei productae natura, an ex producentis Dei voluntate id eueniat? quod etiam primo Caeli contra Platonem satis ob caeli aeternitatem discusserat Aristoteles, itemque de totius vniuersi productione, atque adeo de animae generatione, nec non vtrum intelligentiae, & animae Platoni simplices videantur, & vtrum illa quaecumque compositio in illis reperiat, talis existat, vt corruptionem inferre possit, quemadmodum ex dictis idem Plato inferre videtur; praeterea de voluntate apud eundem non minus perplexa explicanda fuerint; an scilicet voluntas in Deo sit potentia illa, qua Deus vult quidquid vult, & vtrum in Deo a propria discriminetur essentia. videmus enim in Deo inesse quidem ex Platonis placitis voluntatem, atque insuper intelligentiam, sed tunc intelligendo quod ipse sit agens per intellectum in illa simplici intellectu, & voluntatis abstractione, non erit facile soluere, cur Deus ille fecerit Deos corruptibiles, & ipsos deinde ratione voluntatis incorruptibiles esse voluerit, quasi vero voluntas posterior primo conceptui diuino statim sese opposuerit, & si potentia diuina actu voluntatis minor sit. quod tamen falsum est: cum Deus plura possit, quam velit facere: & si maior, & propterea non aequalis, tunc Deus ille debebat Deos simplices, & incorruptibiles magis produxisse, quam compositos; deinde vero eisdem Dijs comminari, se, si vellet, posse quidem facere ex voluntatis potestate, vt dissoluantur. Hæc quidem congruentius de Deo Platónico dicerentur. Nec animaduertit Plato, se, dum studet omnipotentem Deum facere, in iisdem verbis eundem ipsum impotentem reddere. quasi vero Deum praecesserit necessitas quaedam, qua Dii a se cor-

Dei Platonis vanus timor.

Deus ad corporis partes conueniendas reuersus.

Non omne esse immortale, quod a Deo factum est, neque item simplex.

Dij facti, & compositi, ideoque mortales.

Deus modo liber agens, modo necessitati, Platoni.

Dei voluntatis ratio perplexa, Plat.



se corruptibiles facti sunt, sed sua tamen postera voluntate corruptioni, ut potuit, iuerit obuiam. Hæc inquam & alia quamplurima dubitationem non incuriosam continere videntur, dum nos, ad pensum redeunt, dicimus, non habere Deum istum, in quo animantium cum Dijs æqualitatem timeat. nam, etsi a se illa facta fuissent, adhuc etiam corruptibilia futura fuissent, atque etiam voluntatem comminari, qua, ne Dijs adæquarentur, corruptibilia esse voluisset. Denique, quod nunc quærimus, animaduertendâ puto Dei ad superiorem craterem conuersionem, quemadmodum ex eodem veluti horreo animarum omnium numerû simul deprompserit. quod nos præsentî Commẽtario quærebamus. Itemq. cauendum satagebamus, quemadmodum superioris permixtionis reliquias fundens æquabat eodem ferme modo. Ceterû, quod ad rem magis attinet, habes, quemadmodum Deus sideribus parem distribuit numerum animorum, & singulos adiunxerit ad singula, & monstrauerit leges fatales, & ostenderit primum ortum vnum fore: e quibus verbis præsens Cautio vel maxime consurgit. cum (vt iam inquisitionis initio dicebamus) primum ortum vnum fore inquit, atque etiam cum iam inde a principio sideribus animos adiunxisset. Sed, priusquam pauca quædam subnectam, (quod ad præsentem Cautioem attinet) nouerimus oportet, quæstionem hanc, tametsi vna esse videatur, multiplicem fieri posse. Cum enim quæritur, fuerint ne animæ simul creatæ, non dum tamen liquet, an ante corpus creatæ fuerint, quemadmodum quidam doctissimi præsupponere videbuntur. potuit enim fieri, vt ante corpus vnaquæque suum producta sit: adhuc etiam, vt omnes ante corpus simul, quemadmodum Platonis littera clare innuere videtur: sed & esse simul productas, simulq. corporibus infusas, haud plane liquet. quod tamen quæri ab ipso, & merito quidem, potuerat. nam, postquam Dij iuniores demandatum ipsis munus sunt amplexati, expresso iam a summo Deo animarum præscripto numero, nondum tamen patet, an singuli Dii singulas acceperint animas, easq. singulis corporibus vel stellarum, vel corruptibilibus incluserint. hoc autem facile quis existimabit euenire potuisse: quandoquidem nullibi apud Platonem satis apparet, primam illam vnius hominis generationem, quemadmodum primi nostri protoplastæ, a Deo productionem præcessisse. quid ergo prohibet dicere, tot animas statim simul vel suis corporibus immerfas, vel stellis suis fuisse impositas? Asserta insuper Platoni migratio multum facit nos hæsitare, vtram in sententiam inclinemus. & si bruta eandem possident animam, si vero item plantæ, qui inquam fieri potuit, quin Dii Platonici non statim (quemadmodum Deus noster, terræ, vt produceret herbam virentem, & animalibus, vt propagarentur secundum speciem suam) iidem in suis effectibus producendis tantundem operati fuerint? Hoc enim non ab re ex Plat. sententia dici posse, non est negandum. nam, si a principio mundi quælibet species non prodierit, video certe futurum, vt nouæ speciei productio aliqua, nunc & olim concederetur. quod verior philosophia respuere videtur. etenim mulorum, & aliorum huiusmodi haud quidem mirabilis generatio, quia noua. hoc enim fallum. sed, quia tertia quædam species est, quorum tandem neque vitalis vterius est generatio. Facit etiam, vt hoc suspicer, sermo ille in Phædro ad animas diurnas in generatione descendentes, nisi secunda illa fœminæ generatio secunda apud Timæum posita ancipitem non mediocriter me redderet. quod tamen proprio loco satis, ni fallor, perpensum est. Sed nunc videndû est, an aliqua ratione infirmari possit hæc opinio? Sunt, qui sententiæ falsitatem ex eo assumant, quod, si anima cum supernaturalibus substantiis eiusdem fuerit speciei, sequatur necesse

Animãtia, etiã  
si a Deo facta  
fuissent, morta-  
lia futura.

Cautionis præ-  
sentis funda-  
mentum.

Præsentis cau-  
tionis non vn-  
us est sensus.

An omnes ani-  
mæ omnibus  
suis corporib<sup>9</sup>  
simul immisse  
fuerint?

An Platonis  
falsitas, & qua  
ratione impu-  
gnari debeat?

A cense est, etiam omnes simul esse productas, animam scilicet, atque Angelos, hoc est, (vt cum Platone dicam) Deos Iuniores, Origenistis quibusdam ita asseuerantibus. Cæterum, quidquid de Origene dici potest, non est præsentis speculationis. quid vero de Platone in promptu est, ex verbis Timæi toties alias allatis asserere licet: cum (vt suo loco dictum est) contradictione non careant. Theologorum autem quidam sapientissimi hoc idem ita quæ-  
runt, Vtrum Animæ humanæ fuerint creatæ simul a principio Mundi, & recte id quidem quærent, sed, quod eorundem pace dixerim, nescio, quonam modo paullulum deuenit, & cum dereminare debuissent, an simul, eo deueniit, vt probent, non accidentario animam vniri corpori, de quo deinceps dicendum fuerat. nam esto neque accidentario modo vniri debeat, non tamen ob id, quod quærebatur, persoluunt, an scilicet simul. fieri enim potuisset, vt Deus vnam animam Adæ ante suum corpus illam creauerit, quam tamen deinde secundo instanti (vt quidam falso perhibent) suo corpori immiserit. quo quidem modo si dixerimus, iam eam, quam quærebamus, quæstionem deteri-  
prorsus videmus, Simul ne scilicet animæ creatæ fuerint, itaque rationibus illis, quas passim a plerisque circumferri videmus, cur acquiesceret Plato, non haberet. Primis quidem, quibus conantur ostendere, animam cum Angelo eiusdem non esse naturæ, propterea quod non eodem vtriusq. intellectus intelligat modo: hominem enim ad phantasmata conuersum intelligere, de Angelo vero nihil tale dici, affirmari ue posse. Huic rationi Plato duobus modis iret obuiam: primo quidem, eo quod non de sola anima, hoc est vero, vt ille diceret, homine, & Angelo id probet, sed de hoc homine tantum fatere-  
tur. concederet enim, hominem, dum hic homo est, hoc est compositum quoddam rationale, sine discursu non intelligere; at de anima sola vel negaret, vel adhuc incertum esse proteruiret. & si insuper nouerim secundû aliquos Theologos solam animam sine corpore perfectam in se speciem minime continere; tamen ipsam eandem a corpore liberam manere posse exploratum habeo. deinde, cum anima, & Angelus æterni existant, si qua differentia reperiri inter illas substantias debeat, in eo certe inuenienda videtur, quod vtriusque æternitatem comitari possit. quod tamen deserunt nunc sapientissimi, & animæ intelligentiam ostreaceam, momentaneamque, dixerim, (barbare, sed proprie) initiatiuam, ad æternam illam Angelicam comparant. vt hoc modo iniusta inæqualisq. existimanda comparatio videatur. siquidem vnius cuiusque naturæ dignotionem tunc putarim recte haberi posse, cum ea sumpsimus, quæ talem naturam æterno tempore concomitantur, qualem intelligentiam dixerim, nunc sensitiuam animæ esse minime arbitramur. immo vero, non modo, dum sicut Angelus libera est, sicut Angelus intelligere potest: verum etiam, dum in hac vita commoratur, si cui arti, aut scientiæ operam dederit, vix initio a sensibus exordiens, cum statim vniuersales propositionis sibi habitu facto congestit, conclusiones tandem sibi comparat, ad easq. statim sine vlllo discursu, veluti sine medio, fertur. quamuis conclusionis illa propositio ad sua syllogistica principia referatur. sed hoc modo neque qualiscumque Angeli operatio, aut intellectio talem resolutionem effugere poterit. esto tamen hæc vtrumque. Cum autem sciam Platonem fortasse nostris Theologis concessurum quidem animam non esse eiusdem naturæ cum Angelo, cum ipse in Timæo secundam massam illius permixtionem in suo crateri conuoluisset. attamen, quid prohibet, quin animæ omnes simul factæ sint, quemadmodum Dij omnes ex crateris apicibus fuerunt deprompti? Obuiant huic dicto Sanctiores, eo quod anima, cum non sit perfecta spe-

p. p. q. 118. art. 3.

Questionis præsentis propositi a Theologis, Platoni minime conueniens.

Animæ ab Angelo discernendæ vnd: sumendæ.

Animæ intelligentiã etiã in line angelicæ similis.

Analyticã intelligentiã Angelos etiã præsupponere. Animæ ab Angelo discernendæ, etiam Platoni cognitum.

q. 90. art. 4.

Animæ incli-  
natio ad corp<sup>9</sup>  
qualis, Plat.Rationalis  
Animæ volun-  
tas.  
Infima ut sum-  
mis obediant,  
vniuersi perfe-  
ctio exigit.  
Prouidentia de-  
scendit sem-  
per, minime  
ascendit.  
Vniuersalium  
ordo particula-  
rium naturarū  
impedit.Actio agentis  
in suū passiuū  
casu non est.Non fieri vio-  
lenter quidquid  
præter volun-  
tatem fit.Obedientialis  
Theologorum  
potentia.

ta species, habet inclinationem ad corpus quod antea probauerant. Sed ni-  
hilo ita magis turbaretur ob hoc Plato, cum dicat, solam animam esse homi-  
nem. demum esto, sit vt lubet contra hanc Platonis sententiam conclama-  
tum, quemadmodum etiam a nobis propria Cautione factum est: concedat  
etiam Plato, animam perfectam speciem nequaquam esse: non ob id tamen,  
eandem illam inclinationem ad corpus habere, negaret. quod ex ipsius de-  
scensu non semel ab eodem & in Timæo, & in Phædro, atque in decimo de  
Repub. fit manifestum. sed dicet tandem inclinationem huiusmodi talem fu-  
turam, vt potentiam ad vtrumlibet indicet, idest adesse, aut non esse in cor-  
pore, aut interdum actu in corpore existat, interdum vt insit disposita sit.  
Quod autem quærant iidem, Anima si non esset ad corpus inclinata, quare  
velit descendere? non enim ex voluntate, quia esset voluntas irrationabilis,  
si non indigeret corpore vt eidem vniri desideraret: huic Plato duobus mo-  
dis responderet: primo quidem, non esse irrationalem voluntatem, sed ma-  
xime rationalem, si ipsam tamquā ab intellectu distinctā sumpserimus. dese-  
rit enim anima priorē vitam in se manentē, & secundis sese vitis obuoluit, quas  
perficiat. perficit autem, nec vilesceret, eo quod ita perfectioni vniuersi est  
consentaneum, vt infima summis obediant, ab eisdemq. perficiantur. an  
quæso ignorant Nostri Theologi hoc esse de vniuersi perfectione, vt infima  
participent superna? neque etiam puto sanctos viros latuisse prouidentiam  
semper ad inferiora descendere, siquidem a Deo est, & in suis rebus creatis  
communicatur. Sed caue etiam dixeris eisdem ignorasse, quam convenienti  
ratione multa propter vniuersi perfectionem ita moueri, Vt propria naturæ  
secus moueri implicet, nisi esset, non esse contra naturam particularium,  
quod ab vniuersalibus est ordinatum. Vt pigeat nunc tot rerum naturalium  
exempla in medium afferre, nisi putauerim esse quibuscumque notissima. Ne-  
que etiam implicat dicere, esse maxime naturale animæ vniri corpori, vt in-  
terdum ab eodem corpore valeat seorsum permanere. quod quidem Platoni  
est consentaneum, nisi alia obstarent, de quibus suo loco videbimus. Nec, vt  
demū inquirunt, casu quodam facta animæ in corpore vnio, eo quod requira-  
tur anima adueniens, & homo generās. quid enim? an est casu apud nos respec-  
tu Dei animā in corpore infundentis, & huius hominis singularis generatio-  
nē exercentis? & denique non est casu actio agentis in propriū passiuū. igitur  
neq; per eandē illam actionē casu fit formæ in materiam introductio. Nec  
perpetuo verū esse dixerimus omne, quod fit, præter voluntatē rei producta fie-  
ri violenter: nec anima si descenderet præter voluntatē, violenter descendere  
dicatur: adhuc enim aliquid in nobis est, quod nostram voluntatem superat.  
sed maiori quadam nescio qua dulcedine rapit. idq. eo libentius asserimus,  
ne obedientiali, quam Theologi appellant, potentia quidquam detrahamus.  
quin apud eundem ipsum Platonem legas in Phædro, tumultum, & sudorem  
in animorum descensu: & tamen apud eundem inspicias prophetam ad Ani-  
mas diurnas conuersum dixisse, *Non vos quidem Demon habebit, sed vos  
demonem eligeris*: quamuis vtrouque sua difficultate non careat. Conclu-  
dentes igitur, dicamus, vniuersi perfectionem ex singularium imperfectione  
colligi nihil prohibere, quo etiam tempore singularia suis vniuersalibus obe-  
dientia propriam quandam perfectionem præsentire dicuntur. quod alibi a  
nobis dictum recolo, cum de prouidentia non nihil dictum est, quantum ad  
animorum e cælo descensum cum Platone spectat. Sed omnino, quidquid id  
fuerit, illorum plerique vnum proponunt, nempe, an simul animæ fuerint  
productæ, & aliud exsequuntur, scilicet de descensu. cur vero descendant,  
quoniam

A quoniam apud Platonem æque est diuersum, ac falsum apud nostram Chri-  
stianam Philosophiam, propria de animorum descensu Cautione videndum  
est: ibiq. plenius. Quid vero contra Platonem ex proprijs principijs esset di-  
cendum, non est satis leue asserere, atque probare, animas simul non esse  
productas, nisi aliunde cum D. Thoma, & recte, in falsitatem argumentan-  
di occasionem sumpserimus. quod sequenti propria Cautione patebit.

## Hæretici.

B Quid referat Beda in lib. de Mūdi Cælestis <sup>BEDA.</sup>  
terrestrisq. cōstitutione secundum alios,  
vide ipsum Tom. 2. vbi de animo-  
rum origine disserit.

C Ioannes Vuicleffus, cuius fit mentio in Concilio Constantiensi in <sup>To. Vuicleff.</sup>  
Sessione decima quinta, inquit, Deum non posse Mundum minorare,  
vel maiore, sed animas vsque ad certum numerum creare, & non  
vltra. Cuius dictum simul cum quadraginta quinque alijs articulis  
damnatur ab eodem Concilio. Fuit hic Anglus sacerdos, tempore Ca-  
roli Quarti, & Clementis Sexti Romani Pontificis, Anno 1352. con-  
tra quem scripsit Thomas Valdensis anno 1410. Reliqua videnda  
sunt in proxima Cautione: qua quæritur, An animæ fuerint creatæ  
ante corpus. ibi enim perfecte absoluitur Cautio, quæ nunc vix est  
D incepta.

## CAVTIO.

Aug. super Gen. ad Lit. <sup>AVGVST.</sup>

*Corporibus humanis, quorum ex illis primis operibus propagatio continua suc-  
cessionem procedit, tales congruit animas inscri, quales nunc Deus facit, atque inserit.*

E Vide etiam lib. de Eccles. Dog. Cap. xvij. & xix.

## THEOLOGI.

Cum igitur careamus, quo directe in Platonicorum sententiam in- <sup>S. THOMAS.</sup>  
surgamus, id elaborandum puto, vt persuasione, quibus Aduersarij  
vtebantur solutiones, cum D. Thoma in articulo superius citato addu-  
camus.

camus. Dicebant itaque quidam, Deum requieuisse a principio mundi ab omni opere quod patrarat, igitur iam inde animas creasse, non autem nunc & nouas producere. secundo, cum substantiæ spirituales maxime ad vniuersi perfectionem pertineant, si nunc & quotidie crearentur, sequi, vt innumerabiles sint substantiæ, nec Deum compleffe omne opus, vt habetur in Gen.


Deum genera & species iam inde ab initio creasse.

His respondet D. Thom. *Deum & genera & species omnes ab initio creasse a quo cessauit iam inde, non tamen cessare a singulari productione. ita enim verum esse quod habetur apud Ioan. Pater meus & modo operatur. dici tamen posse animam secundum similitudinem speciei præexistisse in primis operibus, in quibus anima Adæ creata fuit.*

Perfectioni vniuersi quatenus addi aliquid possit.

*Ad secundum vero inquit, minime negari posse addi aliquid ad perfectionem vniuersi quantum ad numerum individuorum, non autem specierum. forte vero posset addi, non esse additionem eam, quam nunc & semper in indiuiduis fieri cernimus, sed potius suarum specierum restaurationem, si Philosophice loqui voluerimus. Sua vero D. Thom. sumpsit ex Alberto in 2. par. Summæ de homine.*

FINIS QVARTI LIBRI.



ANIMAS  
 OMNES  
 HAVD ANTE CORPORE  
 A DEO PRODVCTAS.  
 DISPVATIONVM  
 IN PLATONEM  
 ATQVE CAVTIONVM  
 DISTRIBUTIONIS PRIMAE  
 LIBER QVINTVS.

## Cautionis Leges.

Genesis 1.


INSPIRAVIT IN FACIEM EIVS SPIRACVLVM VITAE:

*Idest, vt inquit Magister sententiarum, animam in corpore creauit.*

*Liber de fide orthodoxa.*

SIMVL CVM CORPORE ANIMA PLASMATA EST, NON HAEC PRIVS, IL-  
LVD POSTERIVS, IYXTA ORIGENIS DELIRAMENTVM.

Quid ex	<table border="0"> <tr><td>Origene</td><td rowspan="7">}</td><td rowspan="7">Videatur esse sentiendum, vide suo loco</td></tr> <tr><td>Rufino</td></tr> <tr><td>Philastrio</td></tr> <tr><td>Greg. Nyfeno</td></tr> <tr><td>Hilario</td></tr> <tr><td>Methodio</td></tr> <tr><td>Io. Gramatico</td></tr> <tr><td>Damasceno</td></tr> </table>	Origene	}	Videatur esse sentiendum, vide suo loco	Rufino	Philastrio	Greg. Nyfeno	Hilario	Methodio	Io. Gramatico	Damasceno	
Origene	}	Videatur esse sentiendum, vide suo loco										
Rufino												
Philastrio												
Greg. Nyfeno												
Hilario												
Methodio												
Io. Gramatico												
Damasceno												
Hereses ex	<table border="0"> <tr><td>Origenistis</td><td rowspan="3">}</td></tr> <tr><td>Priscillianistis</td></tr> <tr><td>Flagellatibus sc</td></tr> </table>	Origenistis	}	Priscillianistis	Flagellatibus sc							
Origenistis	}											
Priscillianistis												
Flagellatibus sc												
Cautiones ex	<table border="0"> <tr><td>Leone Pont:</td><td rowspan="3">}</td></tr> <tr><td>Synodo Constantinopolitana</td></tr> <tr><td>Concilio Bracarense</td></tr> </table>	Leone Pont:	}	Synodo Constantinopolitana	Concilio Bracarense							
Leone Pont:	}											
Synodo Constantinopolitana												
Concilio Bracarense												
Patres, & Theologos, scilicet	<table border="0"> <tr><td>D. Thomam</td><td rowspan="4">}</td><td rowspan="4">proximo etiam loco</td></tr> <tr><td>Magistrū Sent.</td></tr> <tr><td>Theodoretum</td></tr> <tr><td>Bedam</td></tr> </table>	D. Thomam	}	proximo etiam loco	Magistrū Sent.	Theodoretum	Bedam					
D. Thomam	}	proximo etiam loco										
Magistrū Sent.												
Theodoretum												
Bedam												



# ANIMAS OMNES HABD ANTE CORPORA A DEO PRODVCTAS IN PLATONEM Quaestio, & Cautio.



LIBER QVINTVS.

PLATO.

**D**PERTAM asertionis huius de Platonis mente sententiā  
vsque adeo patere cunctis arbitror, qui viri illius doctrinam  
vix primis, vt aiunt, labris degustarunt, vt detineat me  
quasi in triuio suspicio quaedam, an a citandis omnibus lo-  
cis supersedere debeam, an, paucis tantum praestentis, ac-  
quiescam? & abstinuissem certe, nisi tres reliquae hanc cir-  
cumstantes Cautiones eidem ferme auctoritatibus infererentur. quamobrem  
praecoccupandum nunc duxi Legentis animum, quem deinde solutum omni  
lectionis onere volui. Prodeat itaque, primus ex Phaedro locus, cum omnis  
animi immortalitatem probauit: hoc enim fat esse possit Platonis doctrinam  
recte intelligenti, qua non semel asseuerari nouimus, corpus longe posterius  
esse, quam animam. verum nunc ex eo, qui apud Phaedrum est, loco citato ita  
habeas: *Hec nimirum est natura animi, atque vis, quae si est una ex omnibus, quae seip-  
sam semper moueat, neque nata certe est, & aeterna est.* Cum vero pauca quaedam  
alati illius currus, bigaeque, atque equorum verba subneckeret, illius etiam  
perfectionem in caelo describit, dum alatus, & sublimis incedit, & per totum mun-  
dum peruadit: cum vero alae ei defluerint, fertur, donec solidum quippiam comprehen-  
derit: ubi habitaculum nactus, corpus terrenum suscipit, & ipsum illud mouere videtur,  
propter illius potentiam: ac proinde totum illud, *Animus nimirum, & corpus, Animal  
vocatur & mortalis etiam appellationem habet.* Vt inde inspicias animum prius in

**A** **Ibidem E.** cælis spatari, totumq. cælum percurrentem, quam huc accedens animal hoc efficieret. Nec te pigeat interim ad Platonem accedere, visu rum magnum Iouem, alatum currum impellentem : quem Deorum, Dæmonumq. exercitus inaequatur, inspecturum etiam Deorum vehicula, æquis librata ponderibus, facileq. prodeuntia . at vero etiam perlegas oculis, quam difficulter alia gradiantur vehicula, vt grauentur, vt equus prauitatis particeps ad terram vergat, & ipso pondere inclinet, & post descriptam Deorum vitam e reliquis animis illum, qui Deum optime secutus est, & ad eius similitudinem conformatus, in supercælestem locum aurigæ efferre caput, & circumdactionis illius impetu circum abreptum, ab equis conturbatum, & vix ea conspicatum, quæ vere existunt. Alium vero modo caput efferre, modo demittere, & equis **B** violenter agentibus quædam aspiceret, quædam non aspiceret. Videas denique, quosdam animos, opinione, & prauitate repletos, grauari, grauatos autem pennas amittere, & in terram incidere. Proinde, cui non dictus Puellæ Lachesis, Necessitatis filiæ, decimo de Repub. sermo ? cum *diurnas animas admoneat adesse primordium alterius circuitus, mortali, & vere lethifero hominum generi destinatum*. Iam vero, nota nimis esse debent, quæ apud Timæum de animæ generatione leguntur, atque adeo animos ex illius maximi Iouis Ideæ fuisse expressos, deinde vero Deos Iuniores ab eodem iustos vt corpora facerent, partiq. mortali partem immortalem attexerent. Nec locum nunc transcribam, quem toties, alia, atque alia occasione cogente, in medium afferre oportebit. Quamobrem ad ea, quæ magis vrgent, me conferam, vt inde ad Cautionem facili descendam gradu. Sed, antequam id assequar, Meminerimus necesse est, nos, cum animas ante corpus productas esse Platoni defendimus, de corpore hoc ostreaco nunc intelligere, cuius generatio animæ productione posterior Platoni videatur: namq. anima, sit ne ipsa corpus, an vero corpore villo vnquam tempore careat, siue hoc terreno soluta ipsa sit, siue in cælis degat, propria quæstione, Deo iuuante, videbimus. Positis igitur primis modo dictis auctoritatibus, Nunc alias ex alijs locis addendas esse censemus, in eisdemq. non nihil immorabimur. nam septimo de Repub. quæritur animus, viro magis afficiatur, an a lucidiori illa vita huc veniens, an contra, quemadmodum de oculo prius quærebatur: an cum de luce ad tenebras, an e contra, cum transit, magis afficiatur. Amplius decimo de Legibus, licet paullo secius quam res nostra exigat, illud vult ratione probare, quod antea pietate quadam persuaderi confusus fuerat, nempe esse Deos: sed interim illos reprehendit, qui ignem, & terram, & alia corpora prima omnium existimare videbantur: quæ quidem corpora naturam appellabant; eamq. quasi animæ contrastare facientes, asseriebant, naturam anima esse priorem. Hæc summa est, inquit Plato, impiorum sententia, quam in Deorum naturam grauissime effutiebant, cum deseruerint primam causam ortus, & corruptionis, & corruptibilia primam fecerint, & cum vidissent corpora tantum, ad animi cognitionem eorum caligassent & oculi, & mens. Sed ipsius verba sunt hæc: *Qualis animus sit, & quam habeat vim, omnes propemodum ignorasse videntur, tum ceterarum rerum ratione, tum quod in primis ante omnia corpora sit natus, & mutationis, transformationisq. omnis ipse sit omnium maxime princeps, atque primarius. Si hæc ita sint, nonne, quæ ipsi animo propria sunt, necessario priora his erunt, quæ ad corpus pertinent, cū ipse corpore sit antiquior? C.L. Necesse est. A.T.H. Igitur opinio, cura, intellectus, ars, & lex, duris, & mollibus, grauibus, & leuibus priora sunt. Si hæc ita sint, nonne quæ ipsi anima propria sunt, necessario priora his erunt, quæ ad corpus pertinent, cū ipse corpore sit antiquior?*

**C** **Decimo de Rep. 617.D.** *Timæus 41.A. B.C.D.*

**D** **VII. de Rep. 518.A.B.**

**E** **X. de Legibus. 895. & 896.**

**892.A.**

Ibidem E. Iouis alatus currus. Deorum vehicula. 247.A.B.C. 248.A.B.C. Animi opinio. ne grauari in cælo. Decimo de Rep. 617.D. Timæus 41.A. B.C.D. Animæ ostreacum corpus tantum præcedere intelligendum. VII. de Rep. 518.A.B. X. de Legibus. 895. & 896. 892.A. *ὅς ἐν ἀρχῇ τοῦ ἐστὶ, σωματικῶν ἐμπερικῶν ὁδῶν πάντων γενόμενῃ,*

**A** **CLI. Necesse est. A.T.H.** *Opinio igitur, cura, mens, ars, & lex duris, & mollibus, grauibus, & leuibus priora sunt. quare magna, & prima opera, ipsaq. artis operationes in primis erunt: quæ vero natura sunt, & natura ipsa (quam non recte eo nomine designant) posteriora sunt, & artem, intellectumq. sequuntur. CLI. Quomodo? A.T.H. Non recte quidem dicere volunt Naturam esse primam vim, qua res omnes generentur, atque existant, primaq. adeo ponunt corpora. Si autem nec ignis, nec aer, sed animus primo esse videbitur, animus ipse corpore antiquior rectissime affirmabitur, & hæc ipsa ita natura constare, si animum corporibus antiquiorem esse constituerit, aliter vero nequaquam. Hæc ibi Plato: quæ bis, terue repetit, & inculcat, ad eaq. deinde probanda se accingit. Ceterum, quoniam quæstio illa haud sane præsentis videtur esse Cautionis, sed locum exigere proprium; integram totius Platonice disputationis hoc esto compendium, vt contra affirmantes corpus esse prius anima animus in vniuersum sumptus primarius vitæ motus statuatur; ita vt, quemadmodum hic animus ad hoc corpus sese habet, ita Deus princeps animus ad naturam, id est ad illa vniuersalia corpora, quæ sub nomine naturæ intelligebant impij (nam ita loquitur) & tandem ex motibus antea explicatis concludit Animi definitionem esse seipsum mouere, eumq. & mutationis, & vniuersi motus omnibus causam esse constituit, atque adeo recte (inquit) demonstratum, atque conclusum esse, Animam, & primam originem, motuumq. eorum, quæ sunt, fuerunt, & erunt, omniumq. rursus his contrariorum. postremo hæc addit, quod, cum motus, qui ab alio fit, in aliud sit corporis inanimati mutatio, motus vero, qui a se ipso in se ipsum sit, animati, recta ratione esse dictum, Animam ante corpus factam fuisse, corpus autem secundum & post animam natum, & quidem consentanea ratione, quandoquidem subiectum imperante posteriori tempore creari oportebat. CLIN. Verissime nimirum. A.T.H. Meminimus nos hæc tenus concessisse, Si animum corpore antiquiorem esse constaret, illa etiam, quæ animo quadrant, is, quæ corpori accommodata sunt, priora esse, eodem modo constare. CLIN. Omnino. A.T.H. Mores igitur, affectus, voluntates, cogitationes, vera opinioniones, cura, memoria, omnia hæc longitudine corporum, latitudine, profunditate, robore prius sunt facta: sicuti & animus corpore. Addit **D** etiam postea bonorum, & malorum, honestorum, & turpium, iustorum, & iniustorum, ceterorumq. contrariorum Animum causam esse: Si quidem ipsum causam omnium rerum esse asserimus. Sed vterius progrediens tandem hæc inquit. A.T.H. Omnia igitur, quæ vniuersæ naturæ, Cæli videlicet, Terræ, Maris ambitu continentur, suis motibus Animus ducit, atque impellit: quorum motuum hæc sunt nomina, Velle, considerare, curare deliberare, recte, & falso opinari, letari, dolere, audere, metueret, odisse, diligere: & ceteris præterea motibus omnibus, qui horum affines, & principes sunt, & primum agentes, tum vero secundo efficaces corporum motus suscipiunt, omnia incrementum, decrementumq. perducunt concretionem, vel condensationem, & discretionem, vel rarefactionem: & in ea, quæ ista sequuntur, caliditates, frigiditates, grauitates, leuitates, durum, molle: album, nigrum: austerum, dulce, amarum: & denique omnibus, quibus anima vsa, si mentem Deam Dea ipsa semper assumat, recta, feliciq. constanter omnia dirigit, atque perducit: at si cum dementia coniuncta fuerit, omnia his contraria præstat. Hæc tandem Plato. tūdemum ita, animi genus, Cælum, terram, totumq. orbem regere arbitramur. In quibus quidem verbis multa non sine quæstione sunt adnotanda. Sed præstiterit prius in quæstionis caput argumenta dirigere, deinde ad Platonis modo dicta verba deuenire. Si itaque animæ ante corpus essent productæ, aut omnes quidem, scilicet brutæ, & rationales, aut eæ quidem, illæ vero minime. quod autem illarum neutra, ita probatur: primum de brutis. hæc*

**B**

x. de leg. 896.A.B. Animam esse primam originem motuum omnium. *ἡ ψυχή ἐστὶ πρῶτη καὶ ἀρχὴ πάντων τῶν ζῴων ὡς οὐρανῶν οὕτως καὶ τῆς γῆς καὶ τῶν ὑδάτων.*

Brutorum animas inseparabiles esse corporis actus.

Primo Cæli tex. 32.

Brutas animas extra corpus nihil exercere posse.

Irrationales animæ, an proprio sidere gaudeant?

1. Phys. tex. 81

Eandem stellam intelligentem ipsam mouentis & brutalis animæ sedem esse minime debere.

Rationalis anima num alicui elementorum insidere possit.

Brutas animas iuxta Plat. in cælo reperiri posse.

enim, re vera nullo discrepante, ita sunt proprii corporis actus, ut eorum operationem extra corpus fieri sit impossibile. ex hoc autem sequitur, ut, si brutæ ante corpus productæ sint, tunc illarum omnes potentia, siue, quod verius, earundem essentia frustra fuisset, scilicet, priusquam in corpore simul cum suis operationibus proprium esse adipisceretur. ut recte, veluti prouerbiali quodam dicendi modo, cum Aristotele dicamus, Frustra sit calceamentum, cuius non est calceatio.

Quid itaque vel tantillum temporis extra suum corpus fecisset talis anima, ubicumq; illa exstiterit? aut quo modo (ut de immortalitate sciam) non alias interiores habuisset Potentias, in quibus extra corpus se exerceret, quibus cum uiueret? aut etiam intelligeret, antequam corpori huic iuncta physico, organico, imaginandi, & videndi, atque tangendi actus, alioqui corporeos, exerceret? erit ne igitur immortalis huiusmodi anima. & eiusdem cum rationali speciei? Sed hæc suis Cautionibus ablegentur. Vnum illud modo scire cuperem, an bruta anima, antequam hoc corpus ingredia-tur, alicuius alterius corporis sit actus, puta ætherei, vel elementaris: ætherei inquam, ut puta stellæ. expedit enim Platoni, e cælo brutalem animam deducere, quam in Cælo olim degere idem ostendit, (quod suo loco videbi-mus) itaque proprio sidere minime carebit. Sed, quonam modo ibi consistere possit, difficile est respondere. non enim, ut assistens, ne huiusmodi brutæ naturæ, plusquam par est, concedatur, ut non modo Cælo donetur iuxta Platonem, verum etiam digna sit, quæ Cælestis sideris animæ insideat, siue ex eodem Platone vnam habeat sidus animam intellectiuam, siue etiam præter hanc inferiore alia quapiam stellam mouente informetur, quorum vtrumq; impossibile, non modo indignum videri possit. bruta enim anima, tantum abest, ut Cælo insideat, ut in intimis materiæ sinibus latere semper exoptet, & ab ea semoueri numquam cupiat. hæc enim est illa naturalis propensio, de qua primo physico vltimis verbis differuit Aristoteles, cum de materiæ ad formam propensione loqueretur.

Esto autem, stellæ insideat, vel etiam elementari cuidam corpori. sed stellarum animas Deos fecerat ipse Plato, quos indignum est indigno onere gra-uare. cum interim in eodem corpore irrationalis anima nullos actus exercere possit. nec contra stella ipsa sentiente anima indigebit, cuius actionibus minime uti possit, etiam si cælum ipsum sentiente anima donari defenderes. quæ tamen Cæli ipsius esset propria modo hæc, de qua loquimur, talis est, ut in terris sit descensura, & suam propriam materiam sit subitura, quam informantis propriæ modo sit occupatura. Tantundem etiam, aut non multo secius dicendum occurreret, si rationalis anima alicui elementorum insideret, antequam proprium corpus ingrederetur. cum enim quodq; elementum propriam habeat formam, tunc irrationalis, igni, gratia exēpli, insidens, si proprias exercebit operationes, ignis profecto videbit, gustabit, & alia huiusmodi, quæq; inde sunt opera exercebit. Ignis igitur erit animal, & ita aliorum elementorum vnumquodque. Sed vereor, ne non negent hoc Platonici, de quo nos alibi diximus, & Aristoteles quippiam in calce secundi de Anima tetigit, & Io. Philoponus ibidem suspicatus est.

Sed, quorsum singula persequi, quæ ex ijs incommodis euenire possunt, cum quilibet possit, illas multis argumentis facile occurrētibus confutare? Vnum tamē illud non omittam, apud Platonē verissimum esse, brutas animas in cælo reperiri, & inde in generationem descendere. quod suo loco ostendimus. nūc vero illud alijs perpendendum relinquo, an non paria sint, bruta animam

in cæ-

**A** in cælo, & lapidem aliquem collocare? ita enim mihi profus videtur, si sentientem quæ nō sentiat ibi statues, atque itē descendēdo insensibiliter descendat. ut, quomodo ipsis aliquis reminiscendi actus occurrere possit, ex ijs comprehendas.

Redeamus modo ad rationalem, de qua iterū probandum est, neque ipsam ante corpus produci potuisse. Guilielmus Parisiensis, grauissimus sane Theologus, qui p. de vitijs & peccatis hunc Platonis errorem data opera multis argumentis euertit: quod ad rationalem animam pertinet, ita probat: ipsam ante corpus produci non debuisset, scilicet eo, quod multas habeat vires, quæ sine corpore exerceri non possint: sunt autem vires illæ, quæ, si quod intus est, spectemus, communis sensus, imaginationis, atque memoriæ esse dicuntur; si quod extra, quorum sint, iam manifestum est: vtræque autem illo tempore, siue annorum aliquot millibus otiosas fuisse indignum est, & præter rationem cōfiteri. adhuc etiam irrationabilius, si huiusmodi vires animæ rationali naturaliter inditæ fuerint, & tam pauco tempore in hac vita exercentur, contra vero, innumerabilia ferme sæcula in cælo veluti dormierint. Quod si vires illas in cælo minime habebat, sed ex eorum conjunctione ad corpora sint animis additæ, cum tales vires propriam animæ essentiam spectent, tunc, quantum ad illas pertinet, animæ humanæ creatæ esse dicerentur. itaque in Platonem inquit, inferri posse, rationalis animæ partem incomparibus stellis fuisse productam, partem vero in corpore, atque ita non fuisse simpliciter creatam. Tertio denique, non esse simplicem animam, nec impartibilem, quin potius ex nouo, & vetere mistam. Sed hæc videat ipse Doctor, mihi enim satis esse videri posset, si secundum potentiarum distinctiones loqueremur, animam secundum intellectiuam potentiam in cælis exerceri, do nec huc descendens alias cum corpore actiones executioni mandaret. nec propterea arguenti concederem, animæ partem veterem, aut nouam dari, sed animæ vires quasdam ab antiquo, alias vero posteriore tempore in actu quodam esse positas. dum interim satis esset animæ, si secundum nobiliorem ut puta intelligendi potentiam se exerceret. Ego vero, ut qui verear, ne anima Platonis corporea sit, quemadmodum propria Cautione dubitabitur, putauerim

nunc Guilielmi argumentationes, corporea animæ natura præserta validiores futuras. prosequitur tamen ipse suum argumentandi modum, quærens, quonam modo animæ extra corpora creatæ sint? an in loco aliquo, an in stellis dispersæ? nam, si primum, tunc motas esse, ut a stella proficiscantur, necesse est, fieri autem non posse, ut moueatur, quod est impartibile. Mihi vero non multum adeo gratum est argumentum, quod videam etiam nostræ veritati Catholicæ ingratum futurum, propterea quod ab Angelo possit anima moueri. nisi esset, quod Plato nō modo nihil tale vsquam suspicatus est, verum etiam nunquam sine corpore animam posuisse videtur, & tamen motum localem vsque ad primum ens perduxisse. Guilielmi tamen argumentatio, etsi incerta sit, cum tamen in Platonis nutantem doctrinam dirigatur, certa illa videri potest, atque stabilis. Si vero animæ in ipsis comparibus stellis creatæ fuerint, tunc quærit ille, an intra stellas tamquam animantes, & viuificantes eas, quod si verum est, tunc inde futurum, ut animis inde discedentibus stellæ extinctæ, atque mortuæ remanerent. Rursus autem hoc argumentum ita corroborandum putauerim: ut eo, quod antecedit, libere carere possimus: quandoquidē Platonicus Timæus animas a stellis seorsum produxit, deinde vero singulas adiunxit ad singulas, easque tamquam in curru vniuersitatis imposuit, ut inde pateat, animorum discessu, stellas minime exanimas fuisse remansuras. Melius igitur

Guilielmus Parisiensis Theologus.

Rationalem Animam ante corpus produci minime posse, Tripliciter probat.

Probatio prima.

Alteræ probatio.

Tertiæ probatio.

Guilielmi Argumenta quomodo validiora reddi possent.

Quarta probatio. Animæ motus qui aut quales Platoni.

Animam ex ipsis sideribus venire minime posse.

igitur dicendum videtur, si easdem argumentationes nunc resumemus, quibus antea vsi sumus, cum rationales animas a stellis dimouere nitebamur, & interim ratione finis ita arguere, vt dicamus, nullam inde colligi vtilitatem, cur animæ stellas deferant, corpora alioqui nobilissima; vt vilissima corpora carnis impleant, & animata reddant. Multa sunt argumenta, quæ loco citato affert Guilielmus, quæ cum in fronte polliceantur, se animorum productionem ante corpus destructura, nescio tamen quo modo alio se vertant. nam cuncta postmodum eo dirigunt sermonem, vt quærant, cur animi descendant, & hoc ipsum destruant. quod alibi satis multis idem fecerat: quamuis alteram quæstionem ex altera deduci cum viderit, ea licentia dignum se existimauit. Nunc ad Platonis verba paullulum sermonem desectamus, & inde ad finem quæstionis, positis cautionibus, perueniamus.

In Platonis dicta exercitatio.

Mundus si non æternus Platonis; falsa quædam eundem consequi.

Pleraque identidem sequi mundi æternitatem.

Tempus, quo Anima corpus præcedit, difficile est Platoni assignare. Materie motus, ante mundi creationem.

Quænam Anima corpore prior intelligatur Platoni? Non Deus.

Æterno & corruptibili nihil commune vniuocum.

Non Anima Mundi.

Num Animæ isthec intelligantur corpore prior.

Primum enim a Platone quærendum est, ecquis nam sit iste animus, quoposito, prouidentiam asserat. an Deus ipse? an Mundi anima? an vero rationalis potius animæ potestas? Sed, antequam de singulis sermonem habeam, vnum illud considerandum puto, an Plato fecerit Mundum ab æterno, an maluerit in aliquo principio temporis esse productum. nam, si hoc modo dixeris, falsum quidem asseruisset, cum animum corpore esse priorem probare existimasset: si quidem apud eundem in Timæo patet, materiam adhuc fuisse, cum mundus non erat, & cum Deus erat, ferri illam inconstantem, & vagam. si vero dixerimus, mundi æternitatem Platoni magis probari, profecto erit & Proclo, eiusque Sectatoribus, difficile, ijs Platonis verbis respondere, quæ modo ante citauimus, cum inquit ille: *Corpus autem secundum, & post animam natum, & quidem consentanea ratione, quandoquidem subiectum imperante posteriori tempore creari oportebat.* Cū enim hæc dicat Plato, quærere non immerito quispiam posset, quid sit illud Tempus, quæ ve Anima illa? Non enim, si tempus scire desideres, illud erat, quod motum Solis nunc consequi percipimus: quandoquidē neque Mundus erat factus: igitur neque Sol, atque adeo neque Tēpus. hoc autem modo esset dicere, Mundum esse factum antequam fieret. Nec secus etiam quæretur, qui fieri potuerit, vt materia informis ante mundi creationem moueretur, & non moueretur in loco, & non in tempore, cum tamen neque locus, neque tempus factum esse Platoni sit exploratum. Ne alia, quæ hæc sequuntur, incommoda, in medium adducam, vnde etiam alias inferebam, temporis, & loci, & motus productionem ante tempus, & motum, & locum Platoni confundi. Redeo nunc ad animam, & a Platone iterum quæro, quam animam intelligat? certe posse Deum intelligere, ipsumque fabricantem, haud videtur. non enim de Deo recte congruet dici, esse corpus secundum, & post animam natum: quasi vero etiam nata sit anima, quæ est Deus, etiam si Mētem ipsam alioqui genitam, quamuis alio modo, intelligamus. nec ita comparatio fieri deberet, quasi inter antiquum, & antiquius erigatur: quandoquidem illorum alterum alio modo æternum est, alterum alio modo productum. Norunt enim sui temporis Philosophi, (etsi non recte) nihil ijs commune, nisi æquiuocum, posse communicari. Sed, & si quid dari certum est, certe temporis ad æternitatem analogia frustra dabitur. neque vero dices, sub animæ cognomento particularem quandam intelligi animam, sicuti neque mundi animam. cum enim totam disputationem ad prouidentiam ille referat, hanc certe de Deo summo probari, vel saltem de Mente, necesse est. quod ex reliquo sermonis erit inspicere. in quo tum prouidentiam, tum etiam alia pleraque soli Deo congruentia explicat. Suspiciabitur autem fortasse quispiam, de anima particulari posse intelligi, quidquid ibidem asserat Plato, cuius sermo quasi proportionem quædam

dam ita dirigatur, vt, quemadmodum hæc anima ante hoc corpus producta sit, & ea, quæ animam consequuntur, præcedant consequentia tale corpus, ita vniuersi animus corpus vniuersi antecedit, & illius proprietates huius proprietatibus anteferantur. Sed, si hæc ita habeant, non minora, quam ex dictis, incommoda consequentur. Primum quidem, quia, hanc animam præcedere hoc corpus, quamuis Plato ex ipso motu visus est probare voluisse, non tamen id assecutus est, & vtrum in mouentibus, & ijs, quæ mouentur, ad animum, an ad corpus, tanquam ad primum mouens, deueniri possit. cum ipse Plato in eodem loco citato ad Solis exemplum deuenisset, & aliorum astrorum corpora, ibiq. steterit. Sed, ne iam quæstionem moueamus, quæ alterius videtur esse considerationis, quamq. eandem Aristoteles primo de anima sedasse visus fit, ad alia me conferam. quandoquidem ipse Plato proprietates quasdam enumerat, tamquam illæ sint solius animæ, vt mores, affectus, voluntates, cogitationes, veras opiniones, puram memoriam; atque adeo affirmat, has omnes passionibus corporis priores esse, scilicet longitudine, latitudine, & profunditate. quæ quidem, pace tanti viri dixerim, non omniquaque veritatem subolere videntur. Primum, quia, quas animo ille tribuit actiones, solius animæ non sunt: etenim sunt compositi operationes illæ. Sed, etsi huiusmodi talia non admittat Plato, at saltem sua non recusabit. probabimus enim propria, & in illa, quæ est de vehiculis, Cautione, animam nullo vnquam tempore, nullo etiam statu apud Platonem vquam sine corpore reperiri posse. Amplius, quia ex Platonis placitis adhuc ignorarem, an separata anima dolere debeat, atque triftari, & esse incorruptibilis. Deinde, quia, si hoc extra terrenum corpus acciderit, certe animus ille quidem aut ante corpus considerabitur: (quod falsum esse, ex eodem Platone constat: nam stellæ præcessere, quibus postmodū creatos animos assistere Deus ille voluit) aut, si in corpore, hoc modo minime effugiet, quin operationes coniuncti esse fateatur: aut denique post corpus, & hoc quidem modo Plato id, quod cupit, non capit: cupiebat autem animam probare ante corpus existisse. Sed tandem, quoniam modo Platone recte dixisse existimauerimus, cum animam, & bonorum, & malorum, & iustorum, & turpium esse causam pronunciasset? an, ante corpus hoc esse affirmabit, & in actu quidem? hoc certe incommodum, nullo etiam probante, se manifestat. an vero, in corpore, id si concederem, non propterea animum priorem esse ex operatione, quam habet in materia, probabit, sed tantum simul esse deprehendet. porro nos etiam Christiani, ex veriori rationali Philosophia, animam omnium actionum esse principium defendimus. nec propterea illam corpori præexistisse. quin potius, post sui corporis organa affabre constructa, creatam, infusamque, credimus. denique, si ipsa sit causa omnium, quæ hoc loco a Platone prænantantur, profecto erit illa Deus. & si hæc non erit Deus, neque alia particularis anima, Plato sane sine suo frustrabitur, cum nōdum ad vltimum mouens deuenit. Vnde illius in nos prouidentia deriuetur, etsi Deus orbem non mouebit, prouidentiam probare nequaquam valebit. namq. ipse a corporis motibus omnino est exorsus, deq. solis corporeis motibus verba fecit. Vnde iam plane pateat, tales motus Deū ipsum minime attingere potuisse, & denique, vtrū consultare, deliberare, & recte, & falso opinari, motus fuerint, cū tamen ijdem nequaquam veri existant, videtur quidem Plato quæstionem ludere: quippe cum a talibus numquam ad elementorum motum perueniri possit, ad quem deuenire necessario ipse debebat, si (quod faciendum susceperat) euertere voluerat: non esse scilicet elementa, quæ ipsa seipsa moueant. Omitto nūc, quæ de duobus cælis ibidem profundat: quasi vero illorum vnum beneficium

Plato non recte sentit in animi motibus recensendis.

Stellarum corpora Animam præcessere.

Descripta Platonis Anima, nisi bonorum & malorum causa esse possit.

Platonica Deū prouidentia nutat.

Duos Cælos Plat. quomodo dispensauerit.

Nulla Anima  
villo corpore  
prior, Pl.

beneficum sit, alterum maleficum. nam proprio loco Cautionis occasio dabitur. Concludentes igitur, dicamus ex ipso Platone, & quidem ipso inuito, nullam animam suo corpore esse priorem, siue abnuat, siue annuat Plato. nam Platonis ille Deus coeternam habuit materiam, quæ & mundi animam, & particulares animas longe ante præcessit: quin etiam stellæ singulares animas præcessere, quippe quæ antea factæ fuerint, quam animæ ex vitæ rationalis idea prodissent. Sed hæc hæc haftenus. In vniuersum aut alijs corporibus saltè vicissim numquam caruisse, propria de anima corporea quæstione cauebitur. Nunc ad id, cuius gratia libro orta est occasio, deueniendum est.

Qui in Platonis abiisse sententiam non sine erroris suspitione visi sunt.

## ORIGENES.

ORIGENES. **M**IRVM dictu, quam longe magis controuersa sit hæc sententia inter Patres, quam certa in doctrina Platonis. & vt ab vno Origene exordiar, si tamen vnius Origenis sunt magis, quàm sectatorum ipsius, quæ de tanti viri doctrina circumferuntur, Nicephorus libro suo decimo septimo, capite vigesimo septimo, cum multa huic viro adscripsisset, circa ea, quæ de Deo Patre, deq. Filio, atque Spiritu sancto, itemq. de Angelis, atque de Anima scripsit, tandem huius generis absurda prorsus, & aliena, & vt Prateoli verbis vtar, impia per blasphemiam effutijt, Platonice opinionibus simplicem Apostolorum dogmatum sinceritatem miscuit, atque confudit. Porro, cum de animis in vniuersum dicat, illos ante infusionem corporis ait peccasse, & in poenam peccati, in corpore, tamquam in carcere, fuisse inclusos, quemadmodum etiam de eodem fatetur Theophilus Alexandrinus libro primo sui Paschalis; clare colligitur, animos de mente Origenis suis corporibus præexistisse. Quæ si vera sunt, non multum abest, quin eidem doctrinæ sint consentanea, quæ de anima Christi in Commentario in Ioannem prouulit. exponens enim illud Ioannis octauo, *Non a me ipso ueni, sed ille me misit*, idem videtur sentire de Anima Christi, scilicet, prius fuisse in cælo beatam, deinde a Patre missam, in vterum Mariæ carnem assumpturam. cuius verba sunt hæc: *Nec hoc loco prætereunda est de anima disputatio. cum in perfectione sua esset, in Deo erat, & in plenitudine, atque illinc profecta, hoc ipso, quod a patre missa est, corpus ex Maria assumpsit, alie autem animæ non ita a Deo profecta sunt, id est non missæ sunt, nec præmissæ Dei voluntate.* Sed, quid Eusebius de Origene circa hanc sententiam proferat, audiendum. *Mentes, inquit, a principio erant absque omni numero, & nomine, ex unitate principum ducentibus, & rationalibus existentibus omnibus, substantia, efficacia, & virtute eadem. ut autem eas satietas cepit diuina caritatis, & contemplationis, iuxta proportionem cuiusq. propensionis in deterius, uel tenuiora, uel crassiora sumpsere corpora, & nomina, unde celestes etiam, & ministrantes substiterunt virtutes. Ipse quoq. Sol, & Luna, & stellæ omnes ab unitate illa rationalium, & propensione in deterius sunt factæ. ea uero rationalia, quæ magis a diuina caritate refrigerant, anime sunt appellatæ, & in crassiora corpora coniectæ: quæ uero ad summam malitiæ, & uitiositatis fuerant progressæ, frigidis, & caliginosis incluse corporibus, demones & facti, & nominati sunt.*

Quidquid autem alij de Origene suspicentur, illud tamen nobis pro cautione su-

A ne sumendum est, quod Synodus quinta vniuersalis Constantinopoli coacta Anathemate in eandem Platonis sententiã contra Origenem fulminauit. SYNODVS  
CONSTANTINOP.

## Origenistæ.

Cum de his modo dictum sit, non est cur hic pluribus morer. nam in quæstione, vtrum Animæ in Cælo peccauerint, & in corpora, tamquam in Carcerem, immisæ fuerint, pluribus Lectorem cauebo. patet nunc interim, quod, si in Cælo peccauerint, ante corpora etiam existere.

## Priscillianistæ.

Eadem mensura sunt metiendi, qua Origenistæ: quippe qui eosdem errores tutati fuerint.

## Flagellantes se.

C Ita enim appellabantur hæretici quidam, qui Anno circiter trecentesimo vigesimo supra millesimum prodire, Ludouico tertio imperante, ac sedente Ioanne vigesimo secundo. Hi quidem, cum pleraque alia dixissent, hoc præcæteris effutierunt: omnium hominum animas ab initio simul creatas in Paradiso. Hæc Sanderus libro septimo de visibili monarchia. Contra hoc dogma vi de Thomam Argentinatem super Sent. lib. 2. dist. decima septima.

## CAUTIONES.

### D Synodus Quinta Constantinopolitana.

Si quis dicit, aut sentit, hominum animas veluti prius exstantes intellectuales mentes, siue naturas, & sanctas virtutes præexistisse, contemplatione vero diuina exsatiatas, atque in deterius prolapsas, & quod in eis caritas Dei refrigerit, indeq. *ψυχæ*, id est animas quasi refrigerantes nominatas, & poenæ gratia in corpora demissas esse, Anathema sit. SYNOD.  
CONSTANTIN.

### E Eadem Synodus.

Quoniam vero de Anima Christi meminimus ex Origene, lubet nunc eiusdem Synodi verba subscribere, quibus Origenes anathematizatur. ait enim. Si quis dicit, aut sentit, animam Domini præexistisse, vnitamque esse Deo verbo ante incarnationem, & natiuitatem ex Virgine, Anathema sit. EADEM SY.



## Concilium Bracarense i. can. 6.

Concilium Constantinopolitanum VI.  
actione XI.

CONCIL. BRAC. ET CON STAN- TINOP. Hæc Concilia damnant etiam Animorum lapsum e cælo. Cuius quidem erroris occasio locum dedit separatæ seorsum Cautioni. propterea illuc lectionem remittimus.

## LEO PONTIFEX.

LEO PP. Scribens ad Iulianū Episcopū Coensem contra errorē Eutychetis hæc ait: Vnde, quod in Origene merito damnatum est, qui animarum, antequam corporibus infererentur, non solum vitas, sed & diuerfas fuisse afferuit actiones, necesse est, vt etiam in isto, nisi maluerit sententiam abdicare, plectatur.

## IDEM LEO PONT.

IDEM. In epistola ad Thuribium, Austurensis Episcopum, scribens, cum multis Priscillianistarum errores de animabus in cælo peccantibus condemnaret, ita profequitur: Quam impietatis fabulam ex multorum sibi erroribus texerunt: sed omnes eos Catholica fides a corpore suæ vnitatis abscedit, constanter prædicans, atque veraciter, quod animæ hominum, priusquam suis infererentur corporibus, non fuere: nec ab vlllo incorporantur, nisi ab opifice Deo, qui & ipsarum est creator, & corporum. Hæc ille. Quibus vltimis verbis aperte etiam damnat, in Platonem, munus Iuniorum Deorum in Timæo a primo opifice sibi demandatum, quo pergeret reliquam generationem facere, & animas corporibus immittere; de quo tamen alibi a nobis dictum est; & quomodo Plato sui oblitus, non obstante Iouis præcepto, iterum postmodum manus in Deorum opus, tamquam in alienam messem, immiserit.

Iuniorum Deorum munus improbatum.

## PATRES.

CLEMENS. Clem. Alex. 4. Strom. Non huc de cælis anima ad ea, quæ sunt deteriora, demittitur. Deus enim facit omnia ad ea, quæ sunt meliora, sed ea, quæ vitam eligit optimam, ex Deo, & iustitia terra calum commutat.

HIERONYMVS,  
cum exponeret illud Proph.

HIERONYMVS. Domine, refugium factus es nobis a generatione in generationem prius, quam montes fierent,

A fuerint, aut formaretur terra, & orbis, a saculo, & usque in seculum, tu es Deus, suppresso Origenis nomine, videtur illi adscribere talem sententiam. Sed Hieronymi verba sunt hæc. Hunc locum quidam praua distinctione subuertunt, maxime y; qui volunt, ante fuisse animas, quam homo in sexti diei numero conderetur. ita enim legunt, atque distinguunt. Domine refugium factus es nobis, a generatione in generationem, prius quam montes firmarentur, & fingeretur terra, & orbis terrarum. A saculo & usque in seculum tu es Deus. Ita enim edisserunt: Si Dominus, ante, quam montes firmarentur, & fingeretur terra, orbisq. terrarum refugium fuit hominum: ergo fuerunt anima in cælestibus ante, quam hominum corpora formarentur. Nos autem, vt proposuimus, lectionem ita debemus distinguere: Ante, quam montes firmarentur, & fingeretur terra, & orbis terrarum, a saculo, & usque in seculum tu es Deus: vt non refugium nostrum fuerit ante conditionem mundi, qui nec dum eramus, sed quod Deus ab aeterno usque in aeternum sit semper Deus. Hæc adducit Sixtus lib. 5. annot. 189. Sed idem Hieronymus hunc etiam errorem tribuit Ioanni Episcopo Hierosolymitano in quadam epistola, quam scripsit ad Pammachium aduersus errores præfati Ioannis, & Rufini, vt idem Hieronymus ait Apolog. contra Rufinum lib. 1.

## THEODORETVS.

C Libro quinto de diuinis decretis, capite de homine, ita inquit: Animam autem simplicem esse dicimus, & ratione præditam, & immortalem, non tamen ante corpus præexistere. Pythagorici enim, & Plato, & Plotinus, & qui eius secta sunt, immortales animas esse confessi, dixerunt, eas ante corpora præexistere, & esse quendam innumerabilem animarum Populum, & quæ peccant quidem demitti in corpora, vt tali purgata disciplina in locum proprium reuertantur: quæ autem etiam in corporibus vitam iniquam, & sceleratam amplexæ fuerint, in rationis expertia demitti animalia: eos quidem qui amare bilis sunt, & iracundia veneno referti, in serpentes: rapaces vero, in lupos prædaces, in Leones fraudulentos, in vulpes, & huiusmodi quasdam ineptas confixere fabulas. Postremo vide Alphonsum de Castro in verbo Anima, hæresi tertia, vbi hanc hæresim impugnat.

## Augustinus, Philastrius, Gregorius Nyssenus, Hilarius, Methodius, Damascenus.

E Cum non sit nostrum onus bos clitellas, vt inquit prouerbium, neque debeamus os in Cælum ponere, propterea, quid senserint ij Patres, apertius asseuerare non licet. nam, etsi D. Augustinus lib. 7. de Genesi ad litteram cap. xxiiiij. & lib. x. cap. vij. animam quodammodo ante corpus existisse affirmare videtur, illius tamen interpretationis sensum modesta quadam expositione tolerabilem facit B. Thomas, vt paulo mox videbimus. Sed, etsi tantus Doctor de Augustiniana doctrina non fuisset benemeritus, ipse Augustinus suimet haud quaquam oblitus est, cum sinuosam illam sententiam vnico fere verbo in suarum Retractationum primo reuocasset; & quod Animas redire in Cælum disserit, falsum se dixisse fateatur: nã ire ad Cælum potius dicere debuerat.

D-Thomas modestia.

I De

**HIERONYMVS.** De **HIERONYMO** autem, ecquid ipsi **RVFINVS** falso tamen impingat, ut putant omnes, immo vero, quid ipsemet **RVFINVS** circa id velle videatur, lege ipsum libro Inuectiuarum primo, & **Sixtum Senensem** lib. 6. suæ Bibliothecæ super illud Epistolæ ad Ephesios, *Ipsius enim factura sumus: similiter PHILASTRIUS.* **STRII** sententiam vide in Catalogo hæreseon a se edito, cap. 99. & quod trahat illud **Genescos**, *Creauit Deus hominem ad imaginem suam.* **Gregorius** autem, **Nyssa** Episcopus, in secundo libro suæ philosophiæ cap. 6. legendus est, si tamen ipse est liber. Quidue insuper de eodem **Nysseno** referat **Alberus** cognomento **Magnus**, vide ipsius secundam partem de Homine, propria huius nominis quæstione, cuius gratia **Cautionem** in **Platonem** nunc erigebamus. Quidquid autem **Pater** ille dixerit, & **Platonem** fere sententiam mordicus defendendo asseruisse visus fuerit, retractasse tandem videtur in suo de creatione hominis commentario cap. xxix. & xxx. De **HILARIO**, quid sentiendum, patet ex sua in **Psal.** 129. interpretatione, super illo versu, *Fiant aures tua intendentes.* Videndus etiam **Sixtus Senensis** lib. 5. annotatione 208. sed in **ORIGENEM** quasi huius opinionis assertorẽ, multi indignantur: eorum numero sunt **METHODVS**, **Olympi** Episcopus. hic enim reprehendit **Origenem**, quod in **Commētarijs Psalterij** super illud **psalm.** 65. *Tu duxisti nos in laqueum*, ita exposuerat: *Et animæ quasi ante corpora creata peccauerint, atque ob id esse in corpora inductas, ut pœnas illorum peccatorum luerent, uel ut in carcerem.* Hoc idem **Origeni** tribuit **Epiphanius**, **Salamina** Episcopus, libro secundo **Panarij**, **Theophilus**, **Alexandriæ** Episcopus, libro primo **Paschalis**, **Hieronymus** in Epistola ad **Pammachium**, & **Cyrillus Alexandriæ** Episcopus, qui in primo libro **Commentariorum** super **Ioannem** hoc ipsum dogma confutauit, allatis in medium multis rationibus, quibus nos propria **Cautione** utemur, cum de animæ pœnali descensu differemus. Denique de **Damasceno**, quid in hac re ipse senserit, **Alberti** testimonio utar, qui loco vbi supra citato inquit, **Damascenum** secundo libro (nam ita testatur) cap. iij. subscripsisse **Gregorio** his verbis: *Ego autem Gregorio Theologo consentio: dicebat enim primo intellectualem substantiam creari, & ita sensibilem consequenter: si tamen ipse est liber de fide orthodoxa.* Sed & **Ioannes Grammaticus** idem, quod **Origenes**, asseruisse visus est in **Commentarijs** suis super textum trigessimum quartum secundi de anima **Aristotelis**. nam, licet utatur hoc verbo, *Fertur*, in fine tamen illorum verborum asserere magis videtur, quam vulgo subscribere. Sed eius verba sunt hæc: *Fertur humanæ animæ ad generationem descendenti priusquam in hoc corpus deciderint, ei attexti spiritum, & illas, quæ sunt in eo, irrationales facultates. quod si hoc verum est, necesse est, ante semen præexistere irrationalem animam. si enim in semine generationem habet, falsum est, quod dictum est; & si in spiritu esse habet, & post animalis dissolutionem remanet, fieri non potest, ut in semine sint eius rationes. in illo enim esse quoque habebit. rationi autem consentaneum est, ut & post corpus manens ante ipsum quoque existat.* Hæc ille. Quibus prouocat nos, ut in **Lyceum Aristotelis** descendamus, probemusque, an verum sit, quod habetur duodecimo **Metaphysicæ**, contextu 16. cum ait, *causas mouentes, tamquam antea ortas, existere; eas vero, quæ ut ratio, simul esse.* Quoniam satis a **Theologis** suis distinctionibus est discussa sententia, & **Plato** tenet solam animam esse hominem, nec esse ut rationem, id est, ut formam: ideo alius locus admonet nos, ut puta de motibus animæ **Commentarius**, ut de his opportune dicamus; satisque, puto opportune nunc faciuros, si pedẽ infra proprios **Cautionis** limites referemus. Non defunt, qui existiment, asseritionem hanc citra nullum hæreseos periculum & credi posse, & defendi, dummodo non putemus, animas, antequam

**HILARIUS.**

**ORIGENES, METHODVS.**

**DAMASCENVS.**

**IO. GRAM.**

**Art. xij. Metaph. text. 16.**

**Quid credendum de huiusmodi asseritione.**

**A** antequam illaberentur corporibus, peccasse, & propter peccata detrusas in corpore, tamquam in carcere. quod in **Origene**, & in **Origenistis**, & **Priscillianistis** Conciliorum decreta damnarunt. neque ab his discrepare videtur **Petrus Parisorum Episcopus**, hanc rem sub dubio relinquens, libro secundo **Sententiarum**, distinctione decima septima. Sed istis aperte reclamatur **Leo Papa**. **Leonis Papæ Primi** auctoritas, qui in Epistola ad **Episcopum Astoricensem** ita decernit: *Catholica fides constanter prædicat, atque veraciter, quod animæ hominum, priusquam suis inspirarentur corporibus, non fuere.* **D. Thomas** in primo **Theologicæ Summæ** volumine, quæstione 90. autumat, positionem istam posse aliquo modo sustineri, si dicamus, animas hominum præcessisse corpora non secundum actum, sed secundum quandam similitudinem generis, qua animæ cū Angelis conueniunt in intellectu naturali; & ostendit, **Augustinum** non id asserendo retulisse, sed in arbitrio legentium reliquisse. quod & ipsius verba demonstrant, dum inquit, *Credant, si tamen nulla scripturarum auctoritas, seu veritatis ratio contradicit.* **Albertus**, **Ratisponensis Episcopus**, in **Summa de homine**, quæstione xv. præmissam **Origenis** sententiam reiiciens, ceu **Platonicum figmentum**, ait, *Mosis auctoritatem, ab eo inductam, ita esse accipiendam, ut intelligamus, Deum quiescisse a creatione cunctarum specierum, non autem ab indiuidua creatione animarum, quæ quotidie humanis corporibus infunduntur.*

**Petrus Parisorum Episcopus**  
**Leo Papa.**

**D. Thomas.**

**Albertus.**

## THEOLOGI.

### Magister Sententiarum.

**D** ceterum, ut nos pauca quædam cum **Theologis** dicamus, a **Magistro Sententiarum** exordiri decet. hic enim secundo **Sententiarum**, distinctione decima septima, putat, quæstionem hanc esse scrupulosam, ita, ut dubius esse videatur. Nec minus postmodum dubij visi sunt **Theologorum** nonnulli, qui eundẽ **Doctorem** sunt commentati. Verba autem **Petri Lombardi** sunt huiusmodi: *Sed utrũ in corpore, uel extra corpus, etiam inter doctos scrupulosa quæstio est. Augustinus enim super Genesim tradit, animam cum Angelis sine corpore fuisse creatam, postea vero ad corpus accessisse: neque compulsæ est in corporari, sed naturaliter illud voluit, id est, sic creata fuit, ut uellet: sicut naturale nobis est, uelle uiuere. Male autem uelle uiuere, non natura, sed uoluntatis est peruersio. Alij uero dicunt, animam primi hominis, in corpore fuisse creatam: ita exponentes uerba illa, Inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ: id est, animam in corpore creauit, quæ totum corpus animaret. Faciem tamen specialiter expressit, quia hæc pars sensibus ornata est ad intuennda superiora. Sed, quidquid de anima primi hominis æstimetur, de alijs certissime sentiendum est, quod in corpore creantur. creando enim infundit eas Deus, & infundendo creat. Dicendum est etiam, animam illam non sic esse creatam, ut præscia esset operis futuri, iusti, uel iniusti.* Hactenus **Magister**.

**MAGIST. SENT.**

Beda Tom. II.

BEDA. In lib. de Mundi Cęlestis, terrestrisq. Constitutione, Cap. de certa animę origine.

*Est autem indubitata fidei, nec inde animas nasci, vel creari, vel aliunde adduci, sed similiter cum ipso corpore nasci: & est quoddam determinatum tempus post conceptionem seminis, quod redigitur in corpus humanum, quo nascitur anima cum corpore.*

GVILIEL. PAR. Guilielmus Parisiensis primę p. de vniuerso parte secunda cap. XIV.

*Perfectio naturalis non habet esse nisi in eo cuius est naturalis perfectio. animas autem humanas vocamus huiusmodi perfectiones, quare anime humane per modum, quo anime humane sunt, non habent esse naturaliter extra corpora. Si igitur extra corpora create sunt, per violentiam tantum sunt, vel fuerunt in locis sue creationis, quare & iniuste egit creator cum eis, cum sine culpa violentiam eis iniulit. Nullam enim culpam in ipsa creatione sua, vel ante suam creationem contraxerunt; & ipse desiderio incorporandi nullo modo peccauerunt, cum incorporari eis naturaliter iure competeret, & ipsum desiderium eiusdem naturale eisdem esset, & nullum naturale possit esse illicitum, vel peccatum, quę igitur causa potuit esse creatori, ut in istos carceres corporum tanta tenebrositatis, atque pęnalitatis animas humanas detruderet, cum contra iustitiam eiusdem manifestum sit hoc esse, & in tantam ipsarum animarum perniciem?*

FINIS QVINTI LIBRI.



A N I M A S  
I N C A E L O  
M I N I M E F V I S S E P R O D V C T A S  
E T I N D E  
I N G E N E R A T I O N E M D E S C E N D E R E.  
D I S P V T A T I O N V M  
I N P L A T O N E M  
A T Q V E C A V T I O N V M  
D I S T R I B V T I O N I S P R I M A E  
L I B E R S E X T V S.


A N I M A S  
I N C A E L O

**Cautionis Leges.**

*Ex Augustino X. de Ciuit. Dei. c. 30.*

*Reuera credere stultum est, ex illa vita, quae beatissima esse non poterit, nisi de sua fuerit aeternitate certissima, desiderare animas temporum corruptibilem labem, & inde ad ista remeare.*

Harēses Concilia Patres Theologos	<i>Ex praeterita Cautione habebis.          Huc vero e Patribus solum D.          Augustinū suo loco attulimus.          Ex errantibus vero unum Clau-          dianum Mamerti Episcopum.</i>
--	---



A N I M A S  
I N C A E L O

MINIME FVISSE PRODVCTAS:  
ET INDE

IN GENERATIONEM  
DESCENDERE.

I N P L A T O N E M

Quaestio, & Cautio.



LIBER SEXTVS.

P L A T O

**D**VMANOS animos e caelo descendere, & in generationē ipsos serri, adeo ex antedictis patere arbitror, vt reprehensionis crimen apud sedulos subire ipse possim, quibus toties eisdem Platonis contextus in medium adductos legere contingat: nisi esset, quod Cautiones in praesentia quaerimus, atque adeo propterea toties eadem repetere opus est, quoties inde nouam Cautionem elicere, & manifestare licebit; proinde toties licebit, quoties incautos in talem scopulum impingere, aut Sanctos Patres in eandem asserptionem insurgere animaduertimus. Ita enim tandem nostri consilij rationem assecutos putamus, si Gentilium loca nunc ostenderimus magis, quam si ab ipsis quaestiones eliciamus. quod etiam non semel facimus. at hoc ex naturali conlecutioe quadam affectamus magis, quam volumus. Illud verò ex operis promisso iam in fronte instituto ardentius fortasse cupimus, quam vt exsecu-

Cautionibus  
quoties vrēdū.

Phædo. 70.D. executioni mandare possimus. Igitur hoc semel ita dictum sit, ut semper dictum, & ubiq. intelligatur. Aio itaque ad rem, mihi animorum nunc e cælo descendens apud Platonem ostendere cupienti, non esse quidem longius Platonis verba repetenda, neque item nimis extranea. nam ita facturum videri possem, si Phædonis pleraq. huc transferrem, quibus animi immortalitatem comprober, ex antiquo illo sermone hinc eo proficisci, & illinc huc, atque adeo, quod omnium rerum generatio fiat in circulum. nam horum unū quodq. dictum propria Cautione, vel de resurrectione animorum, vel de eorundem migratione assertum, enarratumq. esse putamus. Similiter illud de reminiscencia iure suo proprius sibi locus vindicabit. quin, & si toties Timæi celebrem illum locum incurras, quo *Sideribus parem numerum animorum* fuisse productum ostensum est, illud nunc (quod ad rem faciat) elici, præmonstrariq. cupio, quo habetur, singulos animos ad singula Sidera post suam generationem fuisse adiunctos, atque ita quasi in cælum prius collocatos. nam secus numquam *in currum universitatis* fuisse impositos legeres, indeq. *leges fatales* eidem commōstratas fuisse inspiceres, & denique *satis ipsis fore, uti certis temporum intervallis oriretur Animal quod esset ad Dei cultum aptissimum, religiosissimum, & pietati deditissimum.* Audis eum qui *honeste curriculum vivendi à natura datum consecerit, ad illud astrum, quo cum apius fuerit, reverti* Audis ut e cælis, alios *in Terra, alios in Luna, alios in reliquorum Planetarum orbis collocatos*, atque ita confitos, ut inde postmodum fuerint in corpora mortalia immissi, quæ tamen nondum perhibet a Diis lunioribus fuisse compacta, sed post animorum quorundam impotentiam, post Alarum deplumem casum, post nescio quod gravamen, in Phædro tandem tandem Adrastæ decretum tale est. *Quicumque inquit animus Deam comitatus, verorum quidpiam conspexerit, is ad alterum usque circuitum inderans perdetur. quod si id semper facere possit, illesus semper esto: sin assequendi impotens, minime inspexerit, & infortunio quodam usus, obliuione, & gravitate repletus gravetur; gravatus autem pennas amiserit, & in terram incidit; uetat lex, &c.* Hæc ibi. Sed quid plura? An actum agam? si puellæ Lachesis sermonem referam? Apage veternosam adeo pigritiam, & in tam brevi sermone ipsius ad animas diurnas audiendi defectionem reticere. *Anime inquit diurnæ adest primordium alterius circuitus, mortali, & vere lethifero hominum generi destinatum.* Hæc & plura Necessitatis illa filia. Ego vero verbum non amplius addam. quandoquidem ex his paucis liquet, ex Platone animas e cælo descendere. Si quis autem plura cupiet, illi totus fere Plato non defuerit. Sed & Phædrus, & de Republica cuique satis, cum his, quæ sunt apud Timæum, esse possit. Nec tandem ob aliud a Platone, & Mercurio, atque alijs dictum putes, corpus hoc animi esse vinculum, atque sepulcrum. Mundum etiam eisdem speluncam & antrum, de quo satis propria cautū est præmonitione. Multa etiam paullo mox videbimus, Ecquid acturi animi, & quamobrem descendant: propriamq. Platonicorum, siue causam, siue confusionem inuestigare tentabimus. Ita igitur patefactis cum Platone cancri portis, videamus, ut inde dimissos animos præcipites damnet, & in suum quemque carcerem intrudat.

Quoniã igitur animos e cælo descendere Platoni est evidentiissimū, cur autē descendant, quandoquidē inter Platonicos non conuenit, sit, ut nequaquã satis aut ipsis constet, aut etiam nobis: Age nos incertam illorum considerationem bifariã diuidamus: cuius quandã partem in præsentia considerabimus, alterã vero ad eam, quæ de animæ carcere est, Cautionē delegemus. Ad utrãq. enim Cautionē spectare posse patebit. Nã hic quidē locus inquisitionē sibi vindicat,

Animorū descensus Platoni manifestus, causa vero obsecura, atque perplexa.

A dicat, tamquam illa sit generationis animæ propago quædam, ibi vero tamquam ultimus sit descendens animæ terminus. Sed pœnæ tantum fiet consideratio. Primum itaq. nos scire oportet, animos omnes, prius quam de cælo descendant, (cum Platone nunc aio) in cælo late cum anima mundi (si modo illa sit in Phædro) siue quid præstantius, atque item cum duodecim Sphærarum animis spatiari: ibidemq. diuino, cælestiq. quodam veluti nectare vesci, fruique, atq. insuper, dum magni Iouis vestigia insectantur, eiusdem fere dignitatis esse cum anima mundi videri. Ita enim si libet intellectu generationi vacantes describit animos ad superiora tantum conuersos, a summi illius boni ne quidem latum, ut aiunt, vnguem tranuersos agentes.

B Sed (quod nunc incertum est) cum pleriq. æterno tempore id exsequantur sine ullo contemplantis voluntatis defectu, complurimos tamen (quod mirū) cum eiusdem videantur esse substantiæ, atque potestatis, nescio quo impellente, ad rerum inferiorum generationem propagandam vult accedere Plato, intellectualem æternamq. illam rerum intelligibilium pulchritudinem cum hac apparente corporea commutantes: non ignaros illos, ut existimo, quid amittant, quidue admittant; quid faciant, aut a quo deficient. nam & principiorum potestatem amittere atque influentium vim, quam cum ceteris in ijs inferioribus exercebant, deserere, puto illos probe nosse, & qui prius influebant nunc corporibus clausi super cælestium reliquorum influxum patiuntur.

C Eius rei causa digna visa est Porphyrio quæ inquiretur, & iam ipse indagationem aggressus non satis feliciter est assecutus. Animum (inquit ille) nostrum agro cuidam fertili esse per similem, qui per annos multos felices produxerit legetes, sed tandem neglectum infelix in eō lolium & steriles (ut ait Maro) dominantur auenæ. nec secus animis illis euenire, qui, cum satis diu in cælo vixerint, & illius supremæ contemplationis semine quasi parem fructum diu rependerint, ab illa postmodū contemplatione desciscetes, ad imaginarias verti cogitationes, quo tempore in illorum veluti radicibus vegetalem quandam actum pullulare inquit, aut etiam tale vegetantis germen, quo in inferius corpus aut inferi cupiat, aut etiam inferatur. Sunt etiam, qui

D Heraclitum velint id adscripsisse necessariæ cuidam e contrario in contrariū Vicissitudini, ita, ut quies veluti quædam interponi necesse sit, qua ob susceptos labores damna reficerentur. Plotino tamen Heracliti Vicissitudo ea visa est, quæ Auctoris tenebris obuoluta defereretur. Empedocles nescio quã legem somniasse dicitur, qua iuberetur, ut animi, qui peccarent, aut etiam peccassent, in corpora descenderent, peccatorum pœnas soluturi. fortasse Ficino id coniectante, ut videretur nonnullorum opinioni alludere voluisse, qui ex Angelorum ordinibus postremos in peccatum incidisse velint. & deinde, quod in animalia euaserint, illorum pœnæ sit adscriptum. Sed, quidquid sit de Dæmonum casu, de quibus a nostris Platonizantibus Theologis, nihil interim quæro. Ad Platonem, eiusq. Sectatores conuerto sermonem, e quorum numero Porphyriū compello, & quomodo fieri possit, ut animus in cælo degens & æterna contemplationis fecunditate plenissimus, sterilefcentibus agris comparari queat? quomodo inquam sit, ut status ille, alioqui felicissimus, peccati vlla labe infici, inquinariue valeat? Scimus enim, apud Platonem, quanto interstitio cælestia differant a terrestribus, intelligibilia a sensibilibus, & tandem ut quæ veræ sunt ab ijs quæ vmbra rerum appellantur. quomodo igitur error, labe, impuritas, cælestium statum attinget vniquam? Cælum ne igitur dedit nobis non peccabiles, sed iam in peccatum lapsos animos? quid igitur culpæ sit huic mundo inferiori, quem tot iniurijs nominibus teties la-

Animorum in cælis degentium excellentia.

Animis e cælo descendentibus quid incommodi accidat?

Porphyrij sententia.

Animus agro similis.

Animorū imaginaria cogitatio in cælis.

Heraclitus quid hac de re sentiat? Plotinus in Heraclitum. Empedocles.

Porphyrij coniectatio.

Error omnis a cælestibus alienus.

Platonici.

Platoniorum  
commenti de  
causa peccati.

Ficinus.  
Damascenus.

Angelorum ca-  
sus & Animorū  
Descensūs lon-  
ge distimiles.

Phædranceps  
de animorum  
descensu sermo  
aliorum locorū  
auctoritate cor-  
roboratur.

Mercuri Trif-  
megistus.

Meno.

X. de Rep.

Plotinus inco-  
stanti Platone  
arguit.

Iuppiter ad re-  
rum productio-  
nem conuersus  
ut sese præsti-  
terit.

cessiuit Plato, qui Iouem optima facientem omnia introduxit, atque pulcher-  
 rima. Sed dicite interim mihi, Platonici, vos, qui, cum de compositi ani-  
 malis peccato quæritis, eccuinam peccati culpa sit adscribenda, scire cupi-  
 tis, animum certe incusare non audetis, quin potius nescio quodnam tertium  
 ab utroq. labi, & erroris pœnas luere dicitis: At vero nunc, cur Platonis ani-  
 mi in cælo nullo corporei animalis repagulo obstante peccant, immo vero,  
 cum hæc fortasse de Angelorum peccato cogitassent e nostris quidam, quo-  
 rum alibi sit mentio, Dæmones animalia esse fatentur, sed tam vere suo sine  
 frustrantur, quam tute peccat Ficinus, qui ubiq. sacra profana inficit, etiam si  
 cum Damasceno, ut ipse testatur, velit errare, qui vltimorum tantum Ange-  
 lorum dicit fuisse peccatum. Fuerat enim illis altius perscrutandum, an ani-  
 mi omnes eiusdem dicantur essentia mensuram participare. ex eodem enim  
 sunt cratere & secunda temperamenti massa, adeo, ut magis nos in Platone  
 confundamur, quam alij de Angelis illud idem quærentes, irretiantur. neque  
 villo modo Angelorum cuiuscumq. ordinis casum, animorum Platoniorum  
 descensui similem facere possumus. illorum enim ruinam inde originem du-  
 xisse omnes fere concordant, quod plus nimio affectarunt id quod assequi  
 minime potuerunt: Anima vero descensus eo quod minus debito sustinuerūt,  
 quod a Deo sibi concessum fuerat, sperarunt Angeli supra aut contra Condi-  
 toris thronum sedem collocare: at animæ infra descendere exoptarunt, &  
 quod pœnæ Angelis datum est, id animæ illorum desiderio condonatum, &  
 & rursus ut incipiant in corpora velle reueri permissum. Proinde, cum, in  
 Phædro quid vere asserat, non sit satis tutum coniectari, an scilicet pœnæ, an  
 potius voluntati danda sit illorū descensus causa, propterea, si quid ancipitè il-  
 lum detineat, quod in alijs locis de animorū pœnali e cælo descensu dixerit,  
 nunc audire par est. Primum quidem opinionem de animorum e cælo descen-  
 su & pœnæ illis fuisse adscriptum, ut hæc corpora incolerent, iam inde ab an-  
 tiquis temporibus ad Platonis ætatem fuisse deductam, ex modo ante citato  
 Empedocle, atque Heraclito sit manifestum: & si Platone antiquior Trifme-  
 gistus ille fuerit, ille prius Mundum animo speluncam, corpus, vinculum at-  
 que sepulcrum esse promulgauit. inde etiam deductum animum sub Custode  
 hic commorari clausum tenebris, & carcere cæco. Hinc immodicus pœne Pla-  
 to in eandem sententiam non semel reuertitur. Nam in Menone, quod animi  
 descendant, antiquæ illorum miseriæ tribuit. & de Republica decimo, non  
 sine ingentibus tonitruis, atque tumultibus, ipsos descendentes introducit.  
 Rerum autem cælestium neglectum describens, ex longa illa fluuij Amelitæ  
 obliuione, quam in campo Lethæo potant, declaratur. Sed horum omnium  
 loca planius aperiemus, cum animorum pœnalem descensum propria quæ-  
 stione vexabimus. Nam in præsentia nihil aliud nisi descensus causam a Pla-  
 tonicis exigimus. nec id quidem magis facimus, ut illam quasi certam inue-  
 niamus, quam ut eisdem suis gyris, atque meandris obrutos, atque perplexos  
 relinquamus. Habes igitur, ex modo antedictis locis, animum ob ipsiusmet  
 peccantis defectum, pœnam erroris soluturum huc aduentare, quam tamen  
 causam Plotinus ille quidem magnus non omnino in Platone ferre potuit. li-  
 bro enim suo de animi descensu Præceptorem in contradictionis suspicionem  
 inducit. quasi vero in Timæo sibi minime constiterit. ac, quamuis Timæi ne  
 quidem sensum neque etiam verba adducat, minime tamen ob id videtur esse  
 difficile diuinare, qui sensus, aut Platonis verba fuerint. videor enim vtrumq.  
 ibi videre, cum summum illum Iouem ad mundi fabricam accinctum protu-  
 lit, nec alia necessitatis vi illum coactum, sed interno quodam immenso boni-  
 tatis

tatis impetu actum, eorum, quæ nunc sunt, multitudinem procreare  
 cupidum, & suæ infinitudinis Theaurum in Idearum existentes for-  
 mas, quæ mentium, & animorum multitudine complerentur, prodijt. Vn-  
 de specierum multitudinem, corporum varietatem, apparente quodam  
 extra se ordine admirabili voluit visibilia cuncta fieri, atque genera-  
 ri. Porro, animorum multitudini, præter animi dotes corporeas,  
 etiam quasdam potestates impartiuit, quas vegetandi munere voluit es-  
 se donatas, ut tale animal generarent, quale & ipsi essent, cum eisdem cor-  
 poribus seminarentur: adhuc etiam generandi illum actum, quæ & augendi, &  
 nutriendi potestate exornauit, quando cumque etiam sentiendi, & intelligen-  
 di munere voluit esse participem. Inde, ut ait ille, *hominumq. pecudumq. genus,  
 vitæq. volantium, Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore Pontus.* Hoc erat, unde  
 inquirebat, cur Deus generationem fecerit. nam ob suam bonitatem facta  
 fuerat, qua voluit omnia, quantum fieri potuerit, sibi esse simillima. Hoc, ni  
 fallor, Plotinus, ut re vera in Platone manifestum, nobis non Platonis verbis,  
 sed suismet voluit fieri apertissimum. Sunt enim hæc Plotini docta pariter ac  
 lepidissima verba. *Principio, inquit, cum sit intellectus omnis in ipso intelligentie  
 loco, totusq. & omnis, quem mundum intelligibilem arbitramur, item cum sint ibidem  
 comprehensæ vires intellectuales, intellectusq. singuli, non enim vnus solus est intellectus,  
 sed vnus & multi, nimirum multas quoque animas vnâq. oportuit esse, multasq. ex  
 vna inter se differentes, sicut ex vno quodam genere species, partim quidem præstantio-  
 res, partim vero deteriores, & partim magis intellectuales, partim minus actu tales.*  
 Vnde sit manifestum, quemadmodum Platonis verba non ob aliud silentio  
 præterierit, nisi, ut, quam in Timæo pulchritudinem vir ille suo modo ex-  
 planauerit, hic eandem proprijs verbis, & peculiari sua quadam doctrina de-  
 scriberet. Ponit enim Plotinus suos quosdam intellectus, diuerso quopiam  
 & ordine, atque munere gaudentes, atque fungentes: de quibus suo loco cū  
 Plotino dicemus. Platonem itaque non ob aliud Plotino in hac re minime  
 arrisisse existimauerim: At vero vtriq. mihi pariter displicent, licet minus  
 hic quam ille peccet, ut qui ad prouidentiam saniore, quo poterat, modo re-  
 currit. At Plato, ex ijs modo cum Plotino adductis, magis atque magis suam  
 sententiam prægrauat; si, quæ alibi dixit, consideremus. Si enim alium, quam  
 pœnalem, faciat descensum animorum, quasi vero, ut ex Timæo satis patuit,  
 atque ut ei tribuit Plotinus, ut mundus hic inferior tum anima tum etiam in-  
 tellectu præditus esse possit: videtur certe posse mundus propria illius ani-  
 ma quippe magna esse contentus, qua quidem res ipsas, & anima, & intelle-  
 ctu abunde satis donare potuisset. idq. a minori patere posse arbitror. si enim,  
 ut ipsemet inquit, anima nostra pars est animæ mundi, atque item corpus no-  
 strum corporis mundi pars existat, quemadmodum aliud corpus in hoc mū-  
 do inuenire non est, quod ad illud vniuersi non referatur, ita etiam nec aliam  
 animam, alium ve intellectum quam illum vniuersi his inferioribus tributum  
 esse, dignum est ut censeamus; atque id adeo, ut omnes reliquæ animæ, si quæ  
 darentur, frustra corporibus accedant: quæ magna alioqui anima, magnoq.  
 intellectu animarentur. Quid enim? id non valebit virtus superior, quod  
 inferior nunc posse videtur? Hoc igitur magno mundi animo posito, etiam si  
 animorum numerus admittatur, frustra e cælo singulares illi descendunt tam-  
 quam corpora uiua reddituri. adde etiam nullam inspicere necessitatem mul-  
 titudinis animorum, & non modo ut descendant nihil nos cogere videtur,  
 verum etiam, si omnino descendant, sintq. animæ mundi partes, hinc saltem  
 minime effugiet Plato, quin descensum tamquam pœnalem de medio tollat.

Non

Plotinus.

Plotinus, quæ  
Plato, minus  
peccat.

Non esse neces-  
sarium dari de-  
fensū ex Plat.

Pœnalis descen-  
sus Platoni dis-  
siliis.

Nō enim imaginari nos possumus, quomodo fiat, vt diuinę pars animę alio- **A**  
 qui indiuisibilis peccet, & mundi anima tota impeccabilis, & Deus quidē per  
 maneat. aut enim ita valebit arguere, Animus noster est Dei pars: igitur il-  
 le erit etiam Deus, atq; peccati simul & erroris expers: aut tandē ita: Animus  
 noster peccat: igitur & anima mundi. Vtroq; enim modo non ob aliud con-  
 fequi existimamus, nisi quod animus quilibet simplicissimus est, & magis Mun-  
 di animus, quā particularis, si tamen ordo & prouidēdi modus cōcedatur. Sed  
 huius rei certam habent conclusionem Theologi: & nos hoc idem cum ipsis  
 alicubi tetigimus. Est autem proprius locus, cum in Cautionibus de Deo ver-  
 fabimur: quamuis secunda Animarij huius distributione, quantum, ni fallor, **B**  
 satis est, dictum esse videri potest. Ad rem igitur. Hęc, quę modo tetigimus,  
 sicut nos monēt, vt caueremus, item Plotinum commouit, vt & in præcepto-  
 rem insurgeret, & secundum librum de dubijs animę ederet, in quo cona-  
 tur ipse probare, Animam nostram minime esse mundi animę partem. Sed,  
 quoniam nos in hanc quæstionem propria, vti diximus, Cautione insurrexi-  
 mus: age nunc ad Plotini inconstantiam paulisper conuertamus sermonem.  
 Cum enim ipse animi descensum ob vniuersi pulchritudinem, atque diuino-  
 rum participationem asseruisse visus esset; vnde nec Platonis carcer eidem  
 placuerit: nescio tamē, quam ob causam ad Empedoclis fatum quodam-  
 modo quinto capite modo ante citati libelli recurreret. Ait enim in hunc mo-  
 dum: *Alie omnino fato hic dominanti succumbunt, alie autem nunc fato cedunt, cum* **C**  
*sui iuris viuunt.* Displicet mihi metus iste in Plotino circa talem de animi de-  
 scensu sententiam. nam, etsi descensum ipse asserat, quem nos tamquam in  
 cælo genitum animum negamus, adeo tamen sublimi illum decorat specula-  
 tione, (confugit enim ad Dei prouidentiam) vt dignus videatur commenda-  
 tione, atque laude plurima. nam, vt omitam, quos ipse sensus decimo quin-  
 to eiusdem libri capite de Promethei fabula eliciat, quibus ve descendens  
 anima a cælestibus sit donata mentibus, vnum illud non est silentio præte-  
 reundum, quod de summi Dei prouidentia plane diuinare videatur. in qua  
 quidem asserenda integro ac dixerim aureo huius nominis libro laborat. ait  
 enim sui libri sexto capite ita: *Oportebat sane motum ex immobili natura prodire,* **D**  
*atque ex vita in seipsa vigente alteram manare quasi spiraculum quoddam uitale, quę-*  
*admodum iam instabile, quod quidem exspiratio quedam sit vite quiete,* atque ita mul-  
 tudinis animorum necessitatem, polita prouidētia, felicissime attingit. Quod  
 si ab eodem quæras, quid est, quod Deus non omnia mentes, sed entium mul-  
 tifariam generationem produxerit, immo vero e mētium coordinatione alias  
 inferiores, alias superiores propalauit: Responderet, & quidem optime, vnde-  
 cimo eiusdem libri capite: *Quemadmodum artifex non omnia, quę in animali sunt,*  
*efficit oculos, ita neque ratio fecit omnia Deos.* Et re vera, si quis ita quærat, is gra-  
 uioribus sese implicabit. nam effectum ad non factum deducet, & diuinam  
 bonitatem perstringet. impedit enim nos propria curiositas, quominus sese **E**  
 nobis cælestia communicent. Sed, ne Plotini negotium detrectare videar,  
 illius verba vt audiamus, puto esse operæpretium. *Nos autem* (inquit ibidem)  
*sic affecti sumus sicut imperiti pictura, qui pictorem damnant, quod non ubique pulchros*  
*æque colores posuerit. pictor autem unicuique parti, quod eam decebat, attribuit &c.*  
 Ecquis reuera quæret vniquam, quamobrem gratia exempli comœdię per-  
 sonæ non æqualis sint nobilitatis, atque gradus? cur non omnes in Tragœdia  
 heroes? cur etiam in Regno non omnes Pontifices, aut Principes? Atqui vr-  
 gebis insuper, vnde est, quod anima veluti deterior suo descensu sit reddita.  
 Huic facit satis idem Plotinus. E duabus autem rationibus altera est, ad recti-  
 iustiq.

Plotinum in ea-  
dem occasione  
Platoni mini-  
me peperciſſe.

Plotini incon-  
stantia perſtrin-  
gitur.

Plotinus hac in-  
re commenda-  
tione dignus.

Plotini aurea  
ſere de prou-  
dentia verba.

Cur Deus non  
omnia Mentes  
produxerit aut  
æque ſublimiã.

Cur Anima de-  
ſcendens deter-  
rior reddatur.

**A** iustiq; transgressionem sat esse mutationis vel minimum momentum. quasi  
 dicat longe a perfectione labi ens quodlibet, si a primo & perfectissimo ente  
 discedat. ita etiam Peripatetice dicimus, omne ens, præter primum, habere  
 in se actum potentia admixtum, non secus ac numerus omnis, cum primum  
 ab vnitare discedet, statim ad multitudinem abit, siue binaria illa sit, siue mil-  
 lenaria: ita de animorum a primo ente discessu dicendum videtur. Sed illu-  
 strior res ipsa se proprijs Auctoris verbis decorabit: nam in vniuerso non esse  
 necesse dicit, vt omnia sint prima. *Quemadmodum* (inquit) *in uno quodam anima-*  
*li a principio ad extremum vita connexo, membrum quodlibet manus proprium possi-*  
*det, & melius quidem actionem habet præstantiorem, deterius autem inferiorem sibi*  
**B** *conuenientem. Patitur quoque proprias passiones tum sibi met, tum ordini ad aliud dire-*  
*cto conuenientes. Iam vero sua quadam conditione pulsata, sic quę sunt uocalia resonat,*  
*alia vero silentio patiuntur, mouenturq; consequentia, proinde ex cunctis tonis, passio-*  
*nibus, actionibus, vna animalis quasi vox, vitaq; & actus efficitur. Etenim partes in-*  
*terse diuersa, diuersas habent & actiones. Aliud namq; pedes agunt, aliud oculi, aliud*  
*cogitatio, aliud intellectus, Vnum vero ex cunctis, & prouidentia vna. Sed, quam*  
 non male cedat animę, vt corpori existendi potentia, atque recte sese exer-  
 cēdi vim præstet, videas ipsum secundo capite secundi libri de descensu. Quo  
 autem modo eidem animę prægnantem quasi naturam a suo Deo sibi indi-  
 tam, siue descendenti vt manifestet, atque exercent, datum est, ex eiusdem  
**C** verbis audire licebit: *Suspiciens ad id, quod ipsa superius est, intelligit: respiciens*  
*autem in se ipsam, seruat profecto seipsam. At vero ad id, quod inferius est, iam ver-*  
*gens, exornat ipsum, & gubernat, & regit. fieri sane non poterat, vt in mundo intelli-*  
*gibili omnia conquiescerent: quippe cum aliud effici posset, quod quidem continue mi-*  
*nus euaderet, necessario tamen exoriretur, quamdiu, quod superius est, consistat. Quę*  
 cum dixisset Plotinus, potuit sane a Mercurio didicisse, qui ad Aclepium di-  
 xit, animam in hoc corpore fuisse inditam, vt homo terrenis vacare, & diui-  
 nis oblectari magis posset, nam, vt idem Plotinus sermoni finem imponat, *Si in*  
*habitu inquit ipse semper incorporeo conquiescerent, frustra forent, nunquam scilicet*  
*in actum suum prouenientia, & animam ipsam laterent quę possidet, nunquam scilicet*  
**D** *emicantia, neque procedentia in effectu.* Hactenus in Platonem, aut cum Platone  
 Plotinus: atque vtinam, non contra se ipsos, adeoq; contra veritatem, futu-  
 rum enim vidissem, vt, si animę ante corpora existerint, nihil illa dubitatio-  
 ne dignius, nihil hac solutione præclarior in Academia tamen aut in Lyceo re-  
 periri potuisset. At vero, quando quidem animam Deus non ante corporis ge-  
 nerationem creat, sed statim ipso suis organicis partibus constituto ab illo in-  
 fundatur, adeo tamen, vt infusionis, & creationis actus duo nequaquam, sed  
 vnus existat: Quid, quæso, Platoni, quidue Plotino, esset faciendum? Igno-  
 scendum quippe illis, quorum sententiam non longe secus intellexisse non-  
 nullos e nostris Doctõribus, propria Cautione monuimus. & nunc pauca ibi-  
**E** dem prætermissa non inuiti præoccupamus.

Reliqua Ploti-  
ni de prouidē-  
tia pulcherri-  
ma verba. En-  
neade 3. lib. 2.  
cap. 5.

Descensum ani-  
mę non male  
sibi cedere.

Anima Tripli-  
cia se obtinen-  
tem respicit.

Mercurij sentē-  
tia de Animę  
descensu.  
Animam aliqđ  
frustra cõtine-  
re, si incorpa-  
rea semper cõ-  
quiesceret.

Platonis, &  
Plotini corre-  
ctio.

## CAVTIO

Augustinus decimo de Ciuit. Dei  
Cap. XXX.

AVGVST.  
Anima cur da-  
ta corpori,

Porphyr. Pla-  
tonicorum er-  
rorem emen-  
dasse.

Virg. Æn. lib.  
vj.

Stultū est bea-  
tam vitam de-  
serere & cor-  
ruptibilem in-  
colere.

Animam non  
esse beatam, ni-  
si secūra sit.

**D**icit etiam, (de Porphyrio loquitur Augustinus, qui a Præceptore Pla-  
tone in animæ migratione descuerat) Deum ad hoc animam mundo  
dedisse, vt materiæ corporalis cognoscens mala ad patrem recurreret, nec  
aliquando iam talium polluta contagione teneretur, vbi etsi aliquid incon-  
uenienter sapit, magis etiam data est corpori vt bona faceret: non enim mala  
disceret si non faceret. in eo tamen aliorum Platoniorum opinionem, & non  
in re parua emendauit, quod mundatam ab omnibus malis animam & cum pa-  
tre constitutam, numquam iam mala mundi huius passuram esse confessus est.  
Qua sententia profecto abstulit, quod esse Platonium maxime perhibetur,  
vt mortuos ex viuis, ita viuos ex mortuis semper fieri: falsumq. esse ostendit,  
quod Platonicè videtur dixisse Virgilius, in campos Elysios purgatas animas  
missas. quo nomine tamquam per fabulam videntur significari gaudia Bea-  
torum ad fluium Lethæum euocari, hoc est ad obliuionem præteritorum.  
*Scilicet immemores supra vt conuexa reuifant,  
Rursus & incipiant in corpora velle reuerti.* Merito displicuit hoc Porphyrio, quo-  
niam reuera credere stultum est, ex illa vita, quæ beatissima esse non poterit,  
nisi de sua fuerit æternitate certissima, desiderare animas temporum corrupti-  
bilium labem, & inde ad ista remeare, tamquam hoc agat summa purgatio, vt  
inquinatio requiratur. Si enim, quod perfecte mundantur, hoc efficit, vt omni-  
no obliuiscantur malorum, malorum autem obliuio facit corporum desiderium,  
vbi rursus implicentur malis, profecto erit infelicitatis causa, summa felici-  
tas; & iustitiæ causa, perfectio sapientiæ; & immunditiæ causa, summa muni-  
ditia. Nec veritate ibi beata erit anima, quamdiucumq. erit, vbi oportet fal-  
latur, vt beata sit. non enim beata erit, nisi secūra. Vt autem secūra sit, falso pu-  
tabit, semper se beatam fore: quoniam aliquando erit & misera. Cui ergo gau-  
dendi causa falsitas erit, quomodo de veritate gaudebit? Vidit hoc Porphy-  
rius, purgatamq. animam ob hoc reuerti dixit ad patrem, ne aliquando iam  
malorum polluta contagione teneatur.

## CLAVDIANVS LAPSVS.

In hunc errorem videtur lapsus Claudianus Mamerti Episcopus in primo  
suo vere aureo libello de statu animæ cap. xxi. Vbi, de tenebris loquens in-  
tellectus, ait: *Et quia illorum tantum meminit, quorum species per corpus accepit, ni-  
hil esse credit, quidquid tale non fuerit, nec suspirare potest illi patriæ, de qua in hanc  
peregrinationem merito precipitata, cum peregrinari se nescit. Vnde vir ille, cum sui  
iam substantia non latebat, sic ait, Cum sumus in corpore, peregrinamur a Domino.*  
Hæc ille. In quorum verborum expositione multum immoratur. Vide cap.  
xxij.

## FINIS SEXTI LIBRI.

## ANIMORVM

• N V M E R V S

H A V D P R A E F I N I T V S

A D E O P R O D V C T V S

D I S P V T A T I O N V M

I N P L A T O N E M

A T Q V E C A V T I O N V M

D I S T R I B V T I O N I S P R I M A E

L I B E R S E P T I M V S.



Cautions Leges.

Ioan. 5.

PATER MEVS VSQVE MODO OPERATVR, ET EGO OPEROR.

Hereses	}	<i>antecedentes, atque sequentes Cautiones ostendunt.</i>
Concilia		
Patres		

*Post autem presentem disputationem Ex hereticis Albanenses cauendos, Et simul Cautions normam inspicias.*



ANIMORVM  
NUMERVS HAUD PRAEFINITVS  
A DEO PRODUCTVS  
IN PLATONEM

Quaestio, & Cautio.



LIBER SEPTIMVS.

PLATO

D



X ijs, quæ modo præcessere, pauca quædam non minoris momenti supersunt circa ea, quæ ad præscriptam animorû productionem a Platone non obscure dicta sunt. Cum autem inde pateat illud sibi tamquam colophonem quendâ addidisse, propterea & locus, & auctoritas monet nos, ne suspensis auribus ipsum legamus. Dicturus itaque decimo de Republica de præmijs, atque pœnis, quæ nos in altera vita manent, non prius ad id se accingit, quam ( etsi leuiter) animæ immortalitæ probet. cum vero eo perduxisset sermonem, vt animum a nullo prorsus malo, siue proprio, siue alieno interimi posse ostenderet, atque adeo necessario inde confici, vt ipse semper existat, & si semper existit, immortalis vt sit necesse esse, tum deum hæc subdit: *Hoc igitur ita se habeat, & si ita se habet, perspicce, quam recte consequatur, eosdem animos semper futuros. neque enim pauciores unquam erunt, (cum nullus intereat) neque plures. Si enim immortalium quidquam plus efficiatur, omnino ex mortali efficietur, eruntq. tandem immortalia omnia. Vera commemoras. At vero id nequaquam existimamus: (non enim ratio pateretur) neque rursû arbitramur animum verissima sui natura huiusmodi esse, vt varius, multiplex, dissimilis, & dispersus sit ipse sibi ipsi. Et addit Plato: Haud facile est, inquam, sempiternum esse id quod ex pluribus constitutum est, neque optimam compositionem est sortitum, quæmad-*

X. de Rep. & infra.

ibidem 611. A.

Quod ex pluribus constituitur, nō esse æternum Platoni.

*modum nunc nobis animus apparuit.* Vnde sibi colligere videtur id, quo d antea A probandam sumpserat. sumpserat autem hoc suis verbis: *Animum igitur esse immortalem, & hæc ratio nunc a nobis explicata, & quam plurimæ aliæ necessario enuncerint.* Quæ quidem verba non mediocriter legentis animum commouere possunt, & ad ipsius doctrinæ dissonantiam facere. Cuius rei gratia singula nobis explicanda præparatur. Principio itaque non esse inquit animos pauciores, cum nullus intereat: & hoc sane verum est. nam aut augeatur necesse est, aut non decrescat si immortalis est. augeatur quidem, ex nostræ fidei vera sententia: non decrescat autem, ut & fidei simul, atque Platonis placitis assentiamur. Sed hæc ita rata sūto. Quid verò deinceps agat, videre oportet. Non esse plures animos (inquit) Timens ille quidem, ne ex mortali fieret additio. Quorum B quidem verborum errores dictionum numero exæquari videntur. Si quidem statim a Deo emanatione, & illam quidem æternam, auferunt, & ipsum Deum in materia necessario agentem faciunt: ad hæc animam ex materia producunt; aut saltem produci suspicantur. & fortasse nonnullarum rerum, aut saltem ipsarum animarum ideas tollunt. Quæ singula nobis inferenda, probandaque incumbunt. Tollunt quidem emanationem, eo quod illud mortale, aut immortale, ex quo fieri animam contingeret, in Platonis dilemmate videtur aliquid præexistens denotare, & animæ productionem ex aliquo esse, ex quo anima ipsa tãquam ex materia producatur. ut iam inde perspicias, Platonem nunc illud nostrum, quod dicere solemus Ex nihilo, haud suspicari; illud etiam, Animam emanare aut creari, ne quidem somnari. fore enim, ut, si ita intelligat, quæstionem ipse luderet, qua quærit, an ex mortali fieret materia animorum additio aliqua. si vero etiam, quæ nunc asserit Plato, ijs, quæ in Timæo dicta, sunt consona, memineris, Deum ibi animos produxisse ad illud Cratere conuersum, quod ex saniorum Platonizantium sententia nihil aliud est, nisi illud (ut cum Cabalisticis dicam) Ensofph, id est idealis infinitudo, omnem prorsus excludens materiam, nisi mixtionem illam superiorem reliquiarum, illud, inquam, quo animus paullo minus a superioribus Dijs est diminutus, materiam includere affirmaueris, & mortalitatem quandam inferre tueberis. itaque Animum ex aliquo tamquam ex materia factum fuisse Plato effugere nequaquam videri possit, D & quin sibi repugnet, negare non audeat. quod si emanationem Plato e medio tollat, nullus profecto alius agendi modus Ioui suo erit reliquus. quamobrem inde vel clarissime consequetur, ut in materia, & ex materia semper operetur, & insuper mortalia omnia ipse producat, quæ cæteris Dijs producenda demandauerat. atque ita frustra suis manibus reliquam generationem atrectasse timuerit, ne (ut in Timæo inquit) animalia Dijs adæquarentur. Sed hæc alijs disputationibus vexata iam sunt. Quod vero, aut quonam modo Deus ex necessitate materiæ ageret, ex ijs, quæ dicta sunt a Platone, ostendere, conandum est. Si quidem bipartita illa diuisio, qua dicitur animus si fieret plus, aut ex mortali, aut ex immortali fieret, posset effugi penitus a Deo, ita ut ex nihilo, & per emanationem, vel quocumque modo nulla præsupposita materia producere posse diceret, atque adeo animum extra illud mortale, & immortale gigneret. de quo siue ex quo producendum præsupponit Plato: quo quidem modo ipsius diuisio inutilis vel mutila remaneret; quippe quæ non omnem producendum modum includeret, sed illum tantum, in quo materia præsupponitur; vel dicendum est, Deum, quicquid facit, ex alterutro istorum facere: nec propterea ipsum necessitati suppono, ut etiam condonetur Platoni, Deum, si vtrovis istorum modorum ageret, libere magis acturum; hoc inquam

Dissonantis huius Platonice doctrine suspicio.

Quæ ex asserita Plat. doctrina consequuntur incommoda, auferri emanationem.

Platonis erat Cabalistarum Ensofph.

Platonis Deum ex necessitate agere.

A inquam concesso, de consecutione illa Platonis liceat quærere, qua cum plures animos non esse, proponitur, ita infertur: Quippe, si immortalium quidquam plus fieret, illud ex mortali efficeretur. quomodo enim, quæso, intelligi possit, ut actio diuina veluti intra mortalem, fluxamque materiam includatur, vnde postmodum animam depromere necessario debeat? nonne hic est ille Deus, qui nulla præsupposita potentia passibili emanare facit, potius quam ex materia gigni quidquid ipsi immediate producere liberet? & denique hic est ille Deus, qui in Timæo sponte fecit Deos, quique cum Deos illos mortales facere posset, eos tamen postmodum immortales esse voluit. Si itaque illemet Deus animam produxit, aut potuit quidem mortalem ipsam producere, ne melioris, quam ipsi sunt Dijs, conditionis existat, sed voluit ipsam immortalem futuram, atque ita agens liberum fuerit, aut ipsam quidem iam inde ab ortu immortalem procreauit, & hoc per emanationem: aut immortalem quidem, non tamen quasi timens, ne tandem immortalia cuncta euaderent. hoc enim modo fateri cogeremur, Deum vel necessario agere, vel finitæ esse potestatis: vtrumque apud Platonis doctrinam incommodum. Sed dicet fortasse quis, Platonem loqui hoc loco, vtrum animorum noua productio dari possit, quæ si esset, ex immortali fieret, & omnia tandem immortalia euaderent. Cæterum is videat oportet, eadem sequi tunc, atque ea quæ nunc inferri videmus. quærerem enim a Platone, dum animorum numerum simpliciter ille produxit, an ex mortali, an ex immortali protulerit? & si ex immortali, cur non euaserint immortalia omnia, interrogauerim. hoc enim quid prohibeat, non video. Sed ita rursus conuincitur. Nam quid, amabo, per illud Mortale intelligis, ex quo anima ipsa fieret? an fortasse plantam? an lapidem, & corruptibilem singulorum quicquam? enimvero aliquod eorum, quæ sunt, intelligendum, modo illud citra rerum mortalium spheram contineatur. Sed quonam modo istud inquis, Plato? An, quæso, si ex aqua fieret anima, aquam euadere immortalem necesse esset? cur enim potius non contra, idque rationabilius consequi valeret? Proinde nos habemus, quidquid includit materiam, corruptioni esse obnoxium, adeoque, si eo modo anima fieret, quo Plato ipse quærit, siue ex mortali, siue ex immortali, materiam includit. atqui ipsemet omne eiusmodi mortale esse fatetur: anima igitur esset mortalis, & proinde sic esset mortalia omnia. quod si tantum in anima vim esse volueris, ut suam substantiam alioqui mortalem, quæsi ex infinita vi quadam immortalem facere posset, mirum quidem dictu est, cum ex omni Philosophia, tum ex Platonis dogmate magis, qui modo in Timæo animorum in corporibus infusionem tractare veritus est, ne, quæ inde animalia generarentur, in Deos euaderent. quasi vero Deus ille secus velle, aut secus facere non potuisset. nunc vero sola anima possit transire sibi materiam mortalem immortalem facere. Amplius, Philosophantium consensus magis in eo conuenit, ut omne compositum ex immortali, & mortali esse dissolubile dicat, quam contra: vsque adeo plus materiæ tribuunt, quod destruat, quam formæ quod gignat, aut restauret: nec vlla vis superior, de iunioribus dijs loquor ex Platone, id quod materiam includit, immortale quidquam facere vnquam est ausa. quod si inter aliqua duo, quorum vnum mortale est, alterum immortale, concedi non potest immortalitas, nisi alterum ab altero seiungatur, idque destructo corruptibili, & incorruptibili illæso remanente: quanto minus immortalitas alicui dari possit, quod ex natura mortali factum esse fateamur? Sed quorsum hæc? Nempe, ut dicere, Platoni verioris consecutionem securam, ut magis sint mortalia omnia, si ex mortali additio fieret. didicimus enim id, quod verius est, Vbi est materia,

Obiectionis occupatio.

Mortale illud in Plat. lemma te positu quid significare possit.

Consecutionis Platonice oppositum verius.

teria, ibidem & corruptionē in se oportere: cōtra vero, ubi est agens, aut principium immortale, aut etiā forma immortalis, ibi quæ sunt, esse immortalia, nõdū plane nouimus. Primum quidē ex Dijs, Platonis coniectari quis possit, qui eū sint immortales, & agentes causæ, immortalia tamen cōposita facere nõ potuerunt. & si Deum agentem intelligamus, mirum certe, quoniam fato huic necessitati sese submittat, nec possit ex mortali immortale quidquam facere, aut saltem ita velit, si modo id sibi placuerit, quemadmodum de iuniorum Deorum immortalitate locutus est, tamquam a sola Dei voluntate pendente. si vero secundum intelligas, de illo nempe composito, cuius forma est anima rationalis alioqui immortalis, clarius etiam illud esse corruptibile sit manifestum. Nullo igitur modo consecutio Platonis illæsa remanere poterit. Amplius hoc loco Plato animorum compositionem abhorret. quod quidem ex illis verbis comprehendendo, cum timet, ne animus sit futurus varius, multiplex, dissimilis, & discrepans ipse sibi ipsi. Additq. mox: *Haud facile est, inquam, sempiternum esse id, quod ex pluribus constitutum est, neque optimam compositionem est sortitum.* Ex quibus quidem verbis duplici mente expositis duplicia de Platonis sententia colligere licebit. Primum, si ex mortali fieret additio, euasura immortalia omnia, quo modo ergo fieret anima cōposita varia, & dissimilis, & deniq. cōposita ex mala cōpositione, nõ satis habeo; & quomodo, si rali incurreret anima, inde ut sint immortalia omnia, neque itē intelligo: & quo nam modo additio secundum numerum facta, mortalitatem aut immortalitatem inferre posset: & si vna post alteram anima a Deo esset facta, cui alteram, & alterā ad numerū vsque suum determinatum addidisset, numquid opus fuisset facere ex mortali additionē, aut quænam fuerat ista necessitas? Præterea, quemadmodū terminatus Platoniorum animorum numerus immortalitati eorūdem nihil implicat, quid etiam incommodi afferat interminatus, non video, nisi res in detrimentum diuinæ potentiae cadat, perinde ac ipsa post primam productionem exhausta ulterius quidquam facere non possit. An vero Deus etiam materialis? immo neque etiam hoc posito se vacuatū ibit. infinitum enim (si Deus infinita fuerit quantitas) peruari non posse, testantur omnes: si vero finita, cum in semper diuisibilia diuidi possit, rursus in infinitum abit. Amplius, quomodo fuisset immortalia omnia? Non certe ex eo, quod materiam includant, quæ eodem Platone asserente, semper maleficium machinatur: neque quantitatis additio tantæ virtutis esse potest, ut immortalitatem animis largiatur. immo vero oppositum videntur timere saniores philosophantes, ne multitudo materiæ semper coniuncta sit, vnde corruptio magis timeatur, quam immortalitas expectetur. Vide igitur, quam dissonet sensus ille verborum Platonis, dum concedit, Futurum, ut immortalia omnia sint euasura, & dum, eisdem animis ne adueniat dissimilitudo, compositio, & mala compositio, ridicule timet: Nouum adhuc, & inauditum. Nam, si omnia immortalia euaderent, vero similis esset, ut simplicia prius fierent. Sed esto. sint illa composita: ex quibus, aut quoniam animi essent compositi? hoc enim de animis circumscripto numero a se productis intelligi non potest: erant enim illi immortales, & fortasse simplices: igitur de reliquis postmodum addendis (si produci illi potuissent) intelligenda esset compositio, de quibus adhuc querendū esset, an animos de nouo produci quidquam Deo potestatis ratione implicaret? an materiæ repugnaret potius? Vtramuis autem dixeris, prioribus incommodis superius asertis te implicabis: & cum vnaquæq. fuisset suam productionem habitura, vnde malam illam compositionem suspicari, aut timere Plato potuit? Amplius, quomodo modo inde sequatur, ut sint immortalia omnia, non satis apparet. Quid enim prohibet,

Agens Deus necessitati submittitur Platoni.

Animorum compositionem abhorret Plato. Sempiterni duplicem conditionem tangit Plato.

Qui dat numerum, quilibet multitudinem concedere potest, etiam si infinitū abeat, non tamē perueniat. An si Deus materialis sit, quæquam obicit animorum productioni, ex Plat.

Animorum de nouo productionis, nõ est cur Deo implicet.

A hibeat, ut reliqua mortalia remaneant? illa inquam, ex quibus animæ neque fiunt, neque etiam fieri possunt. ut gratia exempli Lapidis, Vermis, et si quid concederem, illud fieri, immortalia omnia, si illud *καὶ πάντα αὐτὴν τελευτῶντα εἶναι* dico illud, *καὶ πάντα αὐτὴν τελευτῶντα εἶναι* siue perfici, siue fieri intelligatur, vere fieri, id est pergere, & tamquam ad immortalitatem ire sumatur, ita ut, quemadmodum, cum secundum numerum sit rebus additio, non statim simul res infinitæ fieri dicantur, ita ortum & generationem animorum prosequentes, additionem quidem immortalitati eorūdem fieri, sed (ut planius dicam) extensue intelligamus, non habentes quidem totam simul & perfectam possessionem vitæ illius interminabilis, sed habere per gentes. in quem modum infinitum in actu euadunt ij, apud quos illud est molestum, quasi abiri in infinitum concedentes, ad illud tamen perueniri posse negantes. quamuis hæc nihil ad rem. His addas, quod, si Platonis, aut Platoniorum mundus finem non sit habiturus, non est, cur euasura immortalia omnia timeat, quasi cuncta in animam actu primo euadant. quia sit quædam abitio in infinitum, ad illud tamen numquam perueniretur. dicere enim, esse infinitum, & peruari posse, multum implicat. deinde, quia si anima fieret ex mortali, id est post illud, fortasse non negaret Plato quasi ex suo quodam determinato fieri. quandoquidem quodlibet, nec ex quolibet fieri, nec in quodlibet corrumpi, verus, naturalisq. observatio est.

C & omnium Philosophantium firmata consensu. Negabimus igitur, Platoni euasura immortalia omnia, etiam si inuiti ipsis animis additionem ex mortali quopiam fieri concederemus. Si vero certis quibusdam periodis mundi ætas Platoni claudatur, quo modo sint euasura immortalia omnia, minus inspicere potest. quod tamen vniuersæ ipsius Philosophiæ repugnare est manifestū. Omitto nunc querere, vnde illa in animis varietas oriretur? vnde compositio? vnde dissimilitudo? si ex mortali fieret additio, an ex materia? quasi vero illa differentiam facere possit, & varietatem rebus inducere? an potius formæ ipsius actus existat, qui separationem & distinctionem rebus afferat, materia patiente tantum nihil agente. sed omnium vna & similari existente? Hæc si ad præsentem inuestigationem veluti parerga essent; horum tamen discussio argumentis potius, quam Platonis implicacionibus alibi fuerit inspicienda.

Denique quantum illi deuient, qui ex Platonis mente animas propterea fuisse certo numero a Deo creatas, dixere quod apud eundem verum sit omne in tempore genitum esse mortale. si enim præsentem rationem, quam modo discussimus, a Platone traditam, intus, (ut aiunt) & in cute perpendissent, profecto vidissent, an Dei opera, quæ immediate ab ipso fiunt, immortalia esse debeant; an, si anima in dies produceretur, ex mortali illam produci necesse fuisset; & an æternitas finito numero se se opponat; quidue vnum cum altero pugnet. Postremo illud addam, quoniam animarum iste numerus definitus est, age nunc ad generationem descendere (volente Platone) iubeatur; nec quæram modo, an omnes descendant; an eorum pars aliqua in cælo remaneat. sane, cum videam plurimum rationi explanandæ obfuturum, si omnes descendere sumptero; ita fieri præsupponam. post autem id vnum, addam etiam alterum quod in Cautionibus, atque exercitationibus de mundo, & alicubi etiam præsentium Cautionum me dixisse memini: Esse scilicet apud Platōnem verissimum, dari quædam peccata incorrigibilia, atque adeo propterea pœnas huiusmodi peccatis æternas imponi. Si vero hæc ita steterint, & animorum e cælo in hunc mundum, & mutuo vicissim æternus dabitur regressus, hinc fieri, ut, quoniam sapius peccando humana pronitas possit in incorrigibilibus incidere,

Posita Plat. ratione, num omnia immortalia essent futura. Fieri immortalem, & esse, differunt.

Aduerbum Ex dupliciter intelligi, ex mortali vel tamquam ex materia, vel post terminum.

Nonnullorum interpretatio euercitur.

Peccata quædam incorrigibilia Plat. in Phgd. & x. de Rep.

Mundum longo temporis progressu animis omnibus destituendum.

incidere, & æternas inferorum pœnas sibi mereri: possit etiam numerus hominum olim pro peccati commissione diminui, & si illi animi in corpora redeunt, qui iuste hic vixerint, & ad cælum euolauerint, vnde iterum his corporibus inferantur: profecto tanto minor olim erit nascentium animorum numerus, quanto magis peccatorum grauitate, qui hic viuunt, onerabuntur. Adde etiam aliam rationem, qua minor esse, & fortasse in nihilum redigi definitum numerum sit necessarium. nam, præter pœnalem illam metempsychosim, qua minus peccatrices animæ, aut sponte, vt inquit Philoponus, aut volente Deo subire iubentur; datur etiam alia animorum migratio, qua propriis voluntatis impulsibus diuersa brutorum corpora ipsi e cælo descendentes eligunt. quod loco proprio de Migratione dicetur. vnde fiet, vt mundus hic non modo rationalium animalium quandocumque destituatur, verum etiam irrationalium brutorum remaneat habitaculum. Hæc propterea volui adhibere, quod viderim doctissimos quosdam priorem rationem ex illorum animis dicere, qui, cū iuste hic vixerint, ad cælum euolauerint, vt inde animorum numerus deserui incipiat. quod etsi perfectæ, veræq. beatitudinis ratione verum sit, de Platonis tamen mente nequaquam. hic enim infinitas mundi, animorumq. circulationes æterno tempore fieri asserit, adeo quod, vt proprijs locis aperiemus, beatitudinis præmia æterna non asserat, contra vero malis pœnas statuit æternas, an autem, & quot modis sibi contradixerit, Exercitationum in Platonem, atque Cōtradictionum locus curam habebit. Verius igitur ex Geneleos lectione Platonem deceptum fuisse suspicari quidam sunt: cum Deum septima die ab omni opere, quod patrarat, legerit quieuisse. In quem locum an inciderit Origenes, & Manichæi, superius vidimus.

Geneleos lectio Platonem inculcat.

## ALBANENSES HAERETICI.

Hic tempore Constantini sexti Imperatoris, & Leonis tertij emerferunt, sub Annum Domini 796. Et dixerunt, Deū animas de nouo non creare, nec eas infundere in corpora humana: vnde migrationem etiam asseriebant: de qua suo loco.

## Cautio.

Cautiois limitatio.

Quod in hac adhibenda Cautione Ecclesiasticorum dogmatum auctoritate directe careamus, in causa est id, quod mea quadam inuentione puto esse præmonendum. dicere enim, animas semper quodam determinato numero esse futuras, haud quidem esse hæresi adscribendum, immo vero de fide tenendum, vt quæ nondum mundum vniuersum supremo iudicij die claudendum, & ita expectandum iubeat. Si vero animas iam inde a principio mundi certo quodam nec vltiore numero dixerimus, cū Platone fuisse creatas, neque nunc, neque olim vsque ad iudicij diem esse creandas, itemq. & in cælo productas, & suis stellis inhærentes, indeq. in corpora immixtas, & migratione vagantes; id quidem hæreticum est, & suis præmonitionibus a nobis cautum: ad earundemque singulares disputationes, cautionesq. lectorem remittimus.

FINIS SEPTIMI LIBRI.


ANIMORVM  
NUMERVM  
STELLIS PAREM  
NON ESSE.  
A DEO PRODUCTVS  
DISPUTATIONVM  
IN PLATONEM  
ATQVE CAUTIONVM  
DISTRIBUTIONIS PRIMAE  
LIBER OCTAVVS.

Cautlonis Leges, atque ipsas etiam  
Cautiones,

*Ex his, quæ præteritam Cautlonem antecedunt, atque etiam consequuntur, præin-  
telliges.*

Hæresim vero, ex Albanensibus suo  
loco habebis.

Patres autem, aut si quid aliud, ybi supra.



A N I M O R V M

N V M E R V S

HAUD STELLIS PAR.

A D E O P R O D V C T V S .

I N P L A T O N E M

Quæstio, & Cautio.



L I B E R O C T A V V S .

D

P L A T O



E

**I**OTVS quidem Plato eiusmodi rebus, vel potius Cau-  
tionibus refertus est, ut ludendi materiam Poetis omni-  
bus præbeat, reuera aliquid asseuerandi Philosophis  
vix paucam. sat enim illemet Plato præuidebat, vnum Platonem Poe-  
tis omnibus fa-  
bulandi mate-  
riam submini-  
strare.  
Aristotelem instar omnium futurum ijs, qui naturæ pe-  
netralia, remotis fabellis, perferutari voluissent. Sed  
hic locus, in quo de animorum numero stellis pari ludi-  
tur, Poetas omnes hilares reddidit, adeo, ut eandem can-  
tilenam non semel illi canerent, cum suis heroibus assentari cuperent. idq. nõ  
semel de suo Cæsare præstitit Maro. sed Georgicorum primo illustrissime ad-  
modum inter sidera, immo vero inter caelestia signa, diuina illa ad eum con-  
uersione, hunc in modum inuocat, dum ait:

*Tuq. adeo, quem mox quæ sint habitura Deorum  
Concilia, incertum est; urbisne inuisere Cæsar,  
Terrarumq. velis curam, & te maximus Orbis  
Auctorem frugum, tempestatumq. potentem  
Accipiat, cingens materna tempora myrto:*

*Virg. Georgi-  
corum. l.*

L

An

An Deus immensu venias maris, ac tua nautæ  
Numina sola colant, tibi seruiat ultima Thule,  
Teq. sibi generum T betis emat omnibus undis,  
An ne nouum tardis sidus te mensibus addas,  
Qua locus Erigonem inter, Chelæsq. sequentes  
Pandisur, ipse Tibi iam brachia contrahit ardens  
Scorpius, & cæli iusta plus parte relinquit.

Virg. in Moeri, Sane de Julio Sidere ipsemet Virgilius in Moeri, tamquã de singulari qua-  
dam stella, ita locutus est;

Ecce Dionæi processit Caesaris astrum,  
Astrum, quo segetes gaudent frugibus, & quo  
Duceret apricis in collibus vna colorem.

Et alibi:  
Patriumq. aperitur uertice Sidus  
Horatius autem ita:

Micat inter omnes  
Iulium Sidus, sicut inter ignes  
Luna minores,

Propertius vero:  
At Pater Idalio miratus Caesar ab astro,  
Sum Deus, & nostri sanguinis ista fides.

Verum, quoniam Plutarchus de Julio Sidere, tamquam de cometa quodã,  
qui tunc apparuit, iubet intelligendum, propterea dicimus, magis proprie vi-  
deri fuisse locutum Virgilium quarto Georgicorum libro, proprie inquam,  
hoc est ad Platonis aures, ita:

Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta referri  
Omnia, nec morti esse locum, sed viua volare  
Sideris in numerum, atque alto succedere celo.

Lucanus vero aliquantò liberalius Neroni suo in cælum redeunti proprium  
Sidus, vnde discesserat, Platone abnuente, nequaquam assignauit, sed optio-  
nem illi dedit, vt, præter alia, si tamen ita libuisset, vel Solis Sidus, siue condu-  
cto, siue locato, nouus Phaethon regendum occuparet, nam sic ait:

Astra petes serus prelati regna cæli  
Excipiet gaudente polo, seu sceptrâ tapere,  
Seu te flammiferos Phæbi transcendere currus,  
Telluremq. nihil mutata sole timentem  
Igne wago lustrare inuict. tibi numino ab omni  
Cedetur. iurique tuo natura relinquet,  
Quis Deus esse velis, vbi Regnum ponere mundi.

Sed hæc fati cum Poetis. Nunc ad pensum. Postquam igitur Platonis Deus  
animorum numerum produxit vocatis ad se Diis iunioribus, ita iussit, atque  
potestatem illis dedit, vt parti mortali partem artexerent immortalem, ani-  
malq. perfectum generarent. Quæ cum dixisset, ad superiorem suæ mentis re-  
trocessum (quem Craterem appellat) conuersus, talem inde animorum facul-  
tatem depromeret, qualem ex fufis reliquijs superioris permixtionis, & ex se-  
cundis, atque tertijs Dijs sumptis licet non ita incorruptis humano animo cõ-  
stituendo fati esse putaret. Quid vero subinde fecerit Deus, ita explanat: To-  
to igitur constituto, Sideribus parum numerum distribuit animorum, & singulos adiun-  
xit ad singula, atque ita quasi in currum vniuersitatis imposuit: commostravitq. leges fæ-  
tales, ac necessarias: Et ostendit, primum ortum vnum fore omnibus, eumq. moderatum,  
atque

Timæus 41. D.  
E.  
Ζωσίου δὲ τὸ  
πρῶτον δὲ τὸ  
πρῶτον δὲ τὸ  
πρῶτον δὲ τὸ  
πρῶτον δὲ τὸ

A

B

C

D

E

A usque constantem, nec ab ullo imminutum. Vnde duplex hoc loco Cautionis labor  
incumberet: quorum alter quæstionem illam contineat, qua quærat, an sub  
hoc animorum numero stellis respondente Brutorum animæ intelligi, com-  
prehendi ue debeant: alter vero ad rationales animas pertinebit. Quoniam ve-  
ro de primo, in libro de animorum migratione satis, ni fallor, differemus; hoc  
loco pauca quædam subnectenda censui. Qui igitur migrationem de Platonis  
sententia realem nobiscum asserunt, Brutorum easdem animas, atque rationalium  
facere fortasse coguntur. In quam sententiã in illis verbis iussisse Proclus  
visus est, quibus Platonis Deus, cū animalium tria genera cõmonstrasset, eisdemq.

B bruta omnia inseruisset, deinde vero animarum distributionẽ nullis alijs interpo-  
sitis docuisset, nõ alias sane animas distributas paribus stellis putasse, nisi illorũ  
animalium, quorum proxime meminerat. Illud tamen est adnotandum; nos  
proprio loco, & in eo Commentario, vbi de animorum migratione agimus,  
propria etiam Cautione sustinere, brutorum, & rationalium Platonis animas  
eiusdem videri speciei. Proclus autem eo tendere videtur, vt animas brutorum  
differre illas quidem specie a rationalibus existimet, sed tamen compares stel-  
las habeat. quod in Platone esset absurdum magis, magisq. cauendum, de quo  
quidem propriis in Proclum Cautionibus videbimus. Porro illud silentio in-  
uolui non patiar, ex gentiliũ Philosophia probabilius Brutorum animas pos-  
se compares stellas obtinere, eo quod, qui pares stellas ad influentiam referunt,

C tales animas propius a stellis gubernari affirmant, quam rationales, vt in ani-  
malibus, & plantis, & lapidibus satis se demonstrare posse confidunt, quorum  
virtutes, & proprietates semel ipsis a stellis indicæ numquam non executioni  
mandantur, fallunt numquam: vt taceam de nonnullorum historia, singulari,  
& admirabili sympathia, dum ad singulares quædam stellas referunt: vt cico-  
ream, maluam, lotum pratensem, helitropium, & tithymalum, quas omnes ad  
Solem, quemadmodum humida omnia ad lunam, conuerti, obseruarunt. Satis  
enim est, hosce veluti fatales conatus hominem effugere posse, si velit: tant a  
est suæ voluntatis libera potestas. Bruta vero, & quidquid infra ipsa est posi-  
tum, non ita videntur cælestes motus effugere. vnde, cum viderint antiqui, cu-  
iusque causæ illum proprie effectum dici debere, qui magis agentis gubernati-  
oni obtemperet. cumq. talia de Brutis, atq; alijs mixtis ad stellas collatis,

D præter hominem obseruassent, non ob aliud fortasse illorum complurimi, &  
cum ipsis Proclus Brutorum animas proprias quasque habere stellas suspica-  
ti sunt. Cæterum, si ita intellexisset vir ille, cogebatur profecto humanos ani-  
mos stellis eximere, vt qui raro, aut numquam illis obtemperare videantur.  
Obstat igitur rei veritas, & ni fallor, Platonis doctrina huiusmodi talia dicen-  
ti. nam, etsi stellæ, in Brutis magis, atque in Plantis agant, hoc certe non ob  
aliud euenire putandum est, nisi, quia Bruta illas qualitates magis moueant,

E quippe quæ materialibus instrumentis magis alligentur. cumque a primo al-  
terante cælo motu vel maxime agatur, quidquid naturali non autem super-  
naturali potestate agitur, in mouentibus autem, & motis materialibus moto  
vno facile moueantur omnia, inde fit, vt, si aliquid inter illa immateriale repe-  
riatur, non ita facile vim mouentis excipiat, idque de intellectu, vt de quo ma-  
xime putandum est, quippe quem stellæ aut minime profus, aut vix tangant,  
nisi vita Bruti ille viuat. a quo quidem Platonica quorundam Philosophia nõ  
multum abludit, dum brutas animas ( si modo ita velint ) non vere animas ap-  
pellant, & ij, qui solam hominis animam immortalem Platoni assertam existi-  
mant, tale etiam quid sentire videntur. Simile etiam verba illa in Phædro:  
Hinc & in Bellæ. vitam humanam commigrat animus, & ex bellæ rursus in hominem,

L a simo-

Quas animas  
stellis esse di-  
tributas suspi-  
candum?

Proclis suspicio  
de comparibus  
Animarum stel-  
lis.

Brutorum ani-  
mas ex Gentili-  
um Philosophia  
verius, quam hominũ  
comparibus stel-  
las obtinere.

Hominem cæ-  
lestes influxus  
vitare posse.

Proclis opinio  
impugnatur.

Stella cur ma-  
gis in reliquis  
animantibus  
agat, quam in  
homine.

A primo alte-  
rante cælo mo-  
tu agi quiddã  
naturaliter a-  
gitur.

Intellectus  
quomodo stel-  
lis eximitur,  
aut supponi-  
tur.  
Phædrus 249. B

*si modo is animus quandoq. fuerit hominis. Etenim is, qui veritatem numquam conspexerit, in hanc figuram venire numquam poterit. Quis autem eorundem verborum sensus esse possit, alibi dictum est. Sed esto interim haud quidem brutorum (quod tamen in doctrina Platonis falsum est) sed rationalium mentes cōparibus stellis respondeant: sensus tamen Platonis adhuc multiplex esse potest. Nam Aut eorundem animorum numerum stellarum numero æquari tantum, neq. vltra*

**Alter Platonicorum verborum sensus.** intelligendum est: Aut non modo vtrorumq. numerū æqualem esse, quin etiam animos ita stellis tamquam locatum loco respondere. quasi animus quilibet e suo Sidere, veluti e curru, descendat, ac ad idem, postquam ex hac vita discessit, (si talis fuerit) remigrare: hoc autem superiore Cautione confutatum

**Tertius eorundem verborum sensus.** est: Aut tertio dicendum est, easdem animas stellis respondere, vt inde omnibus eorum virtus in fluxu quodam gubernetur. in quam sententiam iuisse cōplurimi visi sunt, qui Platonis mentem se affectos putant, vnde alios Martiales animos, alios Venereos, quosdam Apollineos futuros in terris pronuntiauerunt; itemq. per cancrum descensuros. quasi vero signum illud, cum Lunæ sit domicilium, alioqui generationis imperium obtinens, inde ad generationem venire fuisset consentaneum; per Capricornum autem ascensurum, animal alioqui sua natura superna petens. Ceterum, qui expositionem huiusmodi sequuntur, non vident, fore, vt sequatur, vnum tantum animum esse

**Tertij modo diæti sensus confutatio.** Martialem, & alterum tantum Apollineum, atque deinceps ita in cæteris esse dicendum. proinde si animorum numerus Platoni circumscriptus est, & stellis ille quidem respondeat, iam, quin Mars vnum tantum habeat animum, cui dominetur Venus alterum, & ita deinceps, negari minime poterit. Cumq. nouos animos Platonis Philosophia nequaquam admittat, inde sit, vt illa rationem reddere minime possit, cur tot Venereos, tot Martiales, & alios aliorum temperamentorum animos subinde Deus producat. addo etiam pleraq. ad illorum mentem, Deum illum Deorum apud Platonem non ob aliud suos Deos allocutum fuisse, vt perficerent reliquam generationem, nisi vt hæc inferiora ipsis semper imperantibus gubernanda in posterum nobis ostenderet; nec item ob aliud produxisse Solem visus est, vnde & tempora, & momenta distinguerentur, nisi, vt stellarum virtutem sub vno Sole manifestaret. Sed hæc inquam cum Platone non satis recte, æque ac cum Aristotele, se habere possunt. nā ille plures, vt diximus, Martiales non habebit animos, quos semel produxit. hic vero nouam semper concedit productionem. Sunt, qui dicant, nostros animos stellis ita respondere, quasi commune quoddam cum stellis habeant, quod ex eodem fonte animati sint atq; illi, a quo animas acceperunt. Ita Foxius de Plotini sententia refert ex libro de descensu animæ in corpus, nihilq. aliud esse animas in generatione ferri, quam ipsas ad vniuersi perfectionem descendere. nam, si animus noster perfectionem illam vniuersi spectet, in eodem semper statu permanebit, in quo mundi anima. Hæc vir ille ex Plotino: cui addit, se, ne hac quidem sententia, Platonis interpretationem habere. Ego quidem crediderim, neque hanc, neque aliam quamlibet ad Platonis sensum conferre posse. immo vero, si Plotinum inspiciamus, ibi de numero stellarum, aut animorum, tamquam vtriusq. sese inuicem æquantibus, aut influxu respondentibus, minime quærit, sed de animorum descensu verba habet. frustra igitur citatur Plotinus, sed Macrobij sententiam citans, *nostros*, inquit, *animos commune habere aliquid cum cælestibus Sideribus*, vt modo ante diximus, *quod ex eodem fonte animati sint illi, a quo hæc animas acceperunt*. Cui etiā Ciceronem assentiri in Somnio Scipionis, his verbis: *Isq. animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera, & Stellas vocatis*. Quibus addit Foxius, hanc animorum

**in Timæo 41.**

**Quartus verborum Plat. sensus.**

**Foxius.**

**Confutatio.**

**Macrobius.**

**M. Tullius.**

- A** morum diuisionem nihil aliud esse, quam, animas singulares, propter communem illam originem, subiectas esse cælestibus Sideribus, ita, vt horum impulsus sequantur. Atqui, Foxium decipi, inde vel clare patet, quod non viderit Macrobij expositionem ad rem nihil conducere. non enim, eo quod ex eodem fonte animati sint, affirmabit quis vnum alteri esse subiectum: quemadmodum neque si ab eodem genere multæ prodeant species, eas sibi inuicem subiectas esse, necesse est: sicuti neque si hominis, & equi indiuidua numero exæquentur, propterea species speciei, aut indiuiduo indiuiduum, humano scilicet equinum correspondebit: neque secus videtur de animis hominum, atque siderum corporibus esse dicendum. Aliud præterea esset, dicere, cum Cicerone, animos datos esse ex illis sempiternis ignibus; & aliud, cum Macrobio, aut cum Foxio, animos propterea stellis respondere, quod vtrique ex eodem fonte proueniant. adeo, vt vtramq. sententiam importune citauerit, & Macrobius in Platone, & in Cicerone fuerit alucinatus. et si (vt hoc gratis demus) animi Siderum impulsus insequantur, adhuc tamē rationem a communitate originis desumptam falsam esse dicimus. nam re vera fons ille, a quo vtrique emanare Platoni dicuntur, nihil aliud est, nisi mens illa diuina rationum omnium fecunditate plenissima, a qua cum nihil prohibeat infinitatem rerum omnium prouenire, propterea res easdem sibi ita esse subiectas, quemadmodum isti volunt, non est necesse. Porro sat est, cognationem quandam res habere inter se, si fontem spectes, adeo, vt nec aqua igni, nec humori siccitas, nec deniq. lapis Angelo quidquam in illo mentis infinitæ retrocessu contrarietur. Sed denique illorum sententia numquam adeo vera sit, vt nostros animos a stellis numero quopiam definito pendere fateri cogar. de quo quærebamus. sit licet verum, talem esse a Deo virtutem Dijs secundis tributam; & ab illis, suis stellis traditam, & per vniuersum distributam, atque ita in homine esse diffusam. Reliquus igitur est secundus modus Platoni adscribendus, vt mirer interim, quorsum Platonicus quidam de animorum numero stellis pari quærentes, ad vtrorumq. qualitates confugiant, quando de quantitate, eaq. discreta quærimus. Sed, etsi Platonis verba in promptu non essent, illos deuiasse, non esset, cur mireremur: at, quando clarissime loquitur, quid illis faciendum est? Loquitur autem ita:
- Toto igitur omnino constituto, Sideribus parem numerum distribuit animorum, & singulos adiunxit ad singula, atque ita quasi in curru vniuersitatis imposuit: commonstravitq. leges fatales, ac necessarias: & ostendit, primum ortum vnum fore omnibus, cumq. moderatum, atque constantem, nec ab illo imminutum.* Vnde inspicias animorum numericam distributionem, finitamq. productionem, in stellis, tamquam in curru vniuersitatis, impositionem, fatalium legum promulgationem, productionis eorundem perpetuam, atque non deficientem vnitatem. Quorum omnium causa tres præteritas Cautiones præmisimus: quibus quartam præsentem inseruimus, ommissa interim quæstione de Stellarum virtute apud Platonem, quam suo loco de Stellis discutiemus. Huius autem præsentis Quæstionis Cautio ad præteritas Cautiones est referenda. nam eodem modo erit reprehendenda, quo fuit animorum præfinitus numerus Platoni reprehensus.

Macrobij, & Foxij confutatio.

Mens diuina idearum fecunditate plenissima.

Quid vere senserit Plato, ipsius verba manifestant.

Timæo 41. D.

Disputationis Cautionem ad superiores esse referendam.

F I N I S O C T A V I L I B R I.

F E D E R I C O

B O R R O M A E O

S. R. E. C A R D I N A L I

A M P L I S S I M O

S T U D I O S O R V M O M N I V M

*I N G E N V A R V M Q V E A R T I V M*

*F A V T O R I P R A E C I P V O*

E C C L E S I A E C A T H O L I C A E

S V M M O V I N D I C I

E T O B V N V M I N S A C R I S C O N C I L I I S R E S T I T V E N D I S

H A E R E T I C O R V M P R A V I T A T E , E T T E M P O R V M

*I N I V R I A P E N E C O L L A P S I S*

E X A N T L A T V M L A B O R E M I M M O R T A L I T A T E

D I G N I S S I M O

*I O . B A P T I S T A C R I S P V S G A L L I P O L I T A N V S .*

Q V A E S T I O N V M

I N P L A T O N E M

A T Q V E

C A V T I O N V M

*D i s t r i b u t i o n e m A l t e r a m*

A N I M I S T A T V M I N H V M A N I S D E G E N T I S

*E X P V R G A N T E M*

P R O P R I O R V M S T U D I O R V M E T B E N E V O L E N T I A E

*E R G A I P S V M M O N I M E N T A*



D . D . D .





**CORPOREI ANIMAE STATUS  
SVIS DISPUTATIONIBVS,  
ATQVE CAUTIONIBVS ASSERTVS**

**Distributio altera.**



**ANIMORVM**

**E CAELO**

**DESCENSVM**

**HAUD POENAE**

**IN CORPVS VERO INCLVSIONEM**

**CARCERIS LOCO**

**NEQVAQVAM CEDERE**

**DISPUTATIONVM**

**IN PLATONEM**

**ATQVE CAUTIONVM**

**DISTRIBUTIONIS SECVNDAE**

**LIBER PRIMVS.**

## Cautionis Leges.

Gen. 1.

VIDIT DEVS CUNCTA QVÆ FEGERAT ET ERANT VALDE BONA.

D. Paulus 2. ad Corinth. 5.

NOLVMVS EXPOLIARI, SED SVPERVESTIRI.

Quasi dixerit, quemadmodum recte sentientes exponunt, corpus vestem quidē esse, haud vero carcerem, adeoq. vestem, vt diligi magis debeat, qua quidem expoliari recuset, eaq. remanere, si hoc naturali desiderio condonari possit, superindui gloria futura. tantum igitur abest, vt corpus sit animæ carcer, vt gloria resurrectionis proposita corpore carere nolimus.

Hærces ex	{ Origene Priscillianistis Barulitanis }	
Pontifices, & Concilia	{ Leonem Primum Constantinopolitanum Sextum Braccarense Primum }	<i>Vide suo loco.</i>
Patres	{ D. Cyrillum D. Clementem D. Augustinum Tertullianum D. Epiphanium }	
Theologos	{ D. Thomam Bedam Guilielmum Parisensem }	



# ANIMORVM

E CAELO DESCENSVM

IN MVNDVM ET CORPORA

POENALEM NON ESSE

IN PLATONEM

Quæstio, & Cautio.

LIBER PRIMVS.

PLATO

**D** VAE plurimis verbis, nec vno in loco, nec semel de Animo-  
rum descensu a nobis cum Platone dicta sunt, illa quidem si  
ad præsentem locum & quæstionem, de qua agitur, compa-  
rabis, obiter dicta esse putes. vt quæ modo examinis pro-  
prium disputationis locū iure suo sibi vindicent. agitur enim  
hic, vtrum secundum Platonis sententiam Animorum e cæ-  
lo descensus ita sit asserendus, vt, quod hic pro temporis quadam vsura visibi-  
li luce illi fruantur, quodq. corpori huic insistere affectent, clausi dicantur es-  
se tenebris, & carcere cæco? hoc enim Catholicæ fidei plurimum interest co-  
gnoscere, propterea quod e suis proceribus quosdā in eundem errorem fuisse  
lapsos ipsa doleat, quodq. errauerint, Platoni tantū, nec alicui acceptū fer-  
re possit, indignetur. nisi tamen aliorum, vt infra videbimus, quorundam non  
scripta dogmata cum Plotino inculcare voluerimus. sed nostri instituti moris  
est, Platonem solum alloqui, quocum ita res nobis futura in præsentia sit, vt,  
quod abunde satis apud ipsum inuenimus, ab alio quærere minime labore-  
mus. præsentis autem dogmatis assertionem adeo multis in locis aperuit Pla-  
to, vt nobis ordine quodā vti opus sit in ipsius auctoritatib. recensendis. primū  
enim videor mihi dicendum esse de peccati causa, propter quā mundum hunc  
atq; proprium corpus animus descendens carceris loco subire meruerit: tum  
de ipsius descensu: sed de eiusdem dolore atq; lacrymis tertio loco dicendum  
videtur: at vero quarto de quadā cæli parte tali, per quā sibi descendentem pa-  
tuit aditus. vt, quod nō aliunde ille descenderit, pœnæ loco sibi datum sit: sed  
& quinto de spelunca verba facienda sunt: proxime vero de antro: postremo  
autem loco tantæ miseriæ vindicem numen quoddam & Platoni, & nobis  
ex ipso aperiemus.

Disputationis  
caput statui-  
tur. & inquisi-  
tionis necessi-  
tas aperitur.

Inquirendorū  
propositio, atq;  
que ordo.

A primis igitur exordientes, illa primum memoria repetenda esse moneo, quæ ex ipso Phædro ob aliam occasionem alicubi dicta sunt. Vnde, & si non omnia, at saltem significantiora verba huc transferemus, quæq. Animam ipsam ob sui peccatum cum terris, tum etiam corporibus implicent. Meminerimus igitur necesse est in Phædro *Deorum uehicula aquis ponderibus fuisse librata, adeo, ut frenorum ductus opportune sequerentur, ac proinde facile gradirentur: aliorum autem uehicula difficulter ob equi grauitatem, & prauitatem participantis.* vnde ad terram vergētis & ipso pondere inclinātis animæ laborem, & vltimum certamen proponit. *Hinc igitur tumultus, & certamen, & sudor extremus exsistit, ubi nimirum aurigarum prauitate multi quidem claudicant, multorum penæ constringuntur: omnes uero magno obuolui labore, & ita irritò exitu discedunt, eius, quod uere est contemplationis expertes, & ubi discesserunt opinabili alimento utuntur, cuius quidem gratia multus adest conatus, ut nimirum uideant ubinam sit ueritatis campus.* Nam ex huiusmodi prato optima vis animi consentaneum pabulum capit, alarumq. natura qua animus leuior redditur, ut expeditis in loca sublimia contendat, hoc cibi genere etiam nutritur. Adrastræ uero hoc est decretum: *Quicumque animus Deam comitatus uerorum quidpiam conspexerit, is ad alterum usque circuitum indemnis perduret, quod si id semper facere possit, ille sus semper esto: in assequendi impotens minime insperet, & infortunio quodam usus obliuione, & grauitate repletus grauetur, grauatius autem pennas amiserit, & in terram incidit, uetat lex, ne in ferinam quandam naturam in prima generatione commutetur, sed iubet cum qui plurimum uiderit in genituram Philosophi, & cetera.* En peccati culpam, atque locum, culpam, inquam, apud Animam, locum in cælo: uides etiam prima uincula corū, qui leuiter peccauerint, philosophorum esse corpora, atq; ita deinceps: sed eorundem Animorum paullo tamen magis tumultuariū descensum ex decimo de Republica, ne, quæso, audire pigeat, ubi non tu multus modo, uerum etiam & lacrymas descendentiū inspiciemus. ni tamen rediuius ille Herus nos fallat. Vidisse enim se Herus ille commemorabat per utrumque Cæli, & Telluris hiantem animas descendentes, postquam de ipsis lata fuisset sententia: per alium uero hiatum ex terra ascendentes animas, puluere, squalore, & natio confectas, e cælo autem nitidas descendere: quæ cum assidue aduenirent, undique uideri eas ueluti longa peregrinatione fatigatas in prato tamquam in celebri quodam conuentu turmatim consistere, & paullo mox ascendentes quidem tanquam dolentes & flentes describit, eorum malorum memoria, quæ & passæ essent, & in aliis conspiciatæ in illo sub terras itinere, laboriosissimo quidem atque longissimo, quippe quod sit mille annorum, illas uero, quæ de cælo descenderent, commemorare delicias, & infinita cuiusdam pulchritudinis spectacula: & cum multa de inferorum pœnis inferuisset, ita tandem Propheta quidam (Lachesi iubente) ijs animis pronuntiat, qui e cælo in terris descensuri essent. *Puella Lachesis, Necessitatis filia, hæc ait. Anima diuina adest primordium alterius circuitus mortali & uere letifero hominum generi destinatum.* Sed in fine eiusdem decimi recumbere illas animas sub dio iuxta Amelitam fluiuium narrabat Herus ille, cuius aquam nullum uas continere posset, unde semper iterum rerū omnium obliuione occupabantur. ubi uero ad mediā usq; noctē dormierint, subito tonitru, & terræ motu excitos de repente alium alio sursum ferri, ad generationem stellarum instar prosilientes. quæ uerba religiose admodum exponentes Platonici, magnam vim continere dicunt, vnde Animarum miseria colligatur, hoc enim tonitru, & terræ motu, significare, & aquæ fluminis Amelitæ gustu diuino rû negligentia & somno in cæpo Lethæo a se recessum, ac suimet, & diuinorum obliuionem, recumbere etiam propria uoce dixisse, quasi ad corpus conuersas & seipsas & prouidentia leges & supernam mentem auersari, & dum in corporis fabrica per infimas eius facultates illarum aliqua uersatur, e maxima

PHÆDRVS. 2-7. A. B. Deorum uehicula.

Animorum uehicula.

Animorum opinabile alimentum. Veritatis Campus.

Adrastræ decretum.

Platonice Animæ peccati culpa, & locus.

Decimus de Republica. 614. C.

Ibidem C.

Ibidem. 617. D.

Ibidem. 621. A. B.

Animarum miseria vnde apud Platonem colligatur?

A xima minimam reddi. mortalem ex diuina insipientem, ex sapientissima denique compedibus detentam & pæne mortuam, & sepultura a se constructa detineri asserunt. Sed age nunc, priusquam in mundum atque in proprium carcerem deueniat, e quibusnam cæli portis descensuros dixerint animos: ut simile quidpiam suæ ruinae ex ipsis referatis præfagia sumantur? nempe ex Cancris signo respondebunt Platonici, cuius adhibita significatio in promptu ab illis traditur. Cancer enim, cum Lunæ domicilium sit, & generationi destinatum, suo retrogrado motu regressum a perfectione significat & lapsum in deterius. Age, dum descendant etiam animi, ecquidnam sibi fuerit mundus hic, in quo descensuri dolere debeant? nempe, spelunca, & antrum quoddam subterraneo domicilio simile, ut septimo (inquit) de Republica, & longa quidem mundi huius ad antrum comparatione, & animorum, in qua uersamur, cæcitate demonstrat. Hæc enim inquit primis ferme uerbis eiusdem septimi: *His ita a nobis positis, naturam, inquam, nostram quantum in eam cadit eruditio & in eruditio, hac imagine considerato. In animo tibi representa ueluti subterraneum quoddam domicilium in antri morem, cuius ingressus longissime pateat in uniuersum antrum, ad ipsam lucem in ea homines adesse a pueritia tempore, cerni, & crura ita constrictos ut ea tantum spectare possint, quæ sunt ante oculos: capita uero nunculis astricta in circuitum minime queant circumducere. sit autem ipsi a tergo ignis splendor superne & emittens emicans &c.* Cuius antri descriptionem postquam multis, & lepidis uerbis oculis quasi subiecit, tandem imaginis illius explicationem ita adhibet: *Hoc igitur inquam uniuersa imago, mi Glauco, a nobis accommodanda est ijs, quæ supra diximus. Esto igitur is carcer, de quo inquit, imago illius sedis, quæ a nobis cernitur, uniuersitatis uidelicet, siue mundi machina huius uisibilis: ignis uero splendor, qui in ipso illo carcere est, Solis potentiam representet. Quod si superiorem illum ascensum & rerum caelestium contemplationem significatione retuleris ad eum locum intelligibilem, ad quem animus noster reuertitur, non aberrabis, ut spero, a uera, & genuina imaginis uisibilitate sententia.* Hæc ibi Plato, & cum imaginis explicationem ampliolem reddere cuperet, interim non semel tenebrarum huiusmodi meminir, & rationalis animi ex diuinis illis contemplationibus ad humana mala lapsum ostendit, & huius uitæ tenebras, & rerum simulacra, quorum hæc sunt umbræ.

Iis igitur ita ex Platone indicatis, consequens erit, ut de artiori huius animi uinculo cum eodem edisseramus, non enim animus mundi hospes adhuc dici meretur, nisi corpus hoc singulare ostreaceum ex uniuerso compositum ingrediatur, atq; ita demum uere pœnas peccati luere dicatur. esse autem corpus hoc animæ sepulcrum ex ipsius deducta etymologia apertissimis uerbis apud Platonem ita leges in Cratylo, postquam animæ significationem, quæ Anxi dicitur, explicuit, hæc addit de corpore, quod σῶμα apud eosdem appellatur. *Verum, quod deinceps sequitur, quomodo dicemus se habere? SOC. Vocentur σῶμα dicit, HER. Illam. SOC. In multiplici nimirum & quidem longe diuersa significatione hoc uocabulum comperiri mihi quidem uidetur: si uel paullulum uocem ipsam quis inflexerit, atq; declinarit. Etenim σῶμα nonnulli aiunt esse animi σῶμα, (id est corpus esse animæ sepulcrum) tamquam ad hoc quidem tempus anima sit in corpore sepulta. uel re-ete ideo esse σῶμα, quoniam corporis ministerio utitur anima, ad eas res, quas sibi obsequari significandas, explicandasq. Quamquam & mihi quidem rectissime uidetur Orphæus, ipsiusq; studiosi istius uocabuli originem norasse. uidelicet, ut significetur anima pœnas pendere, & quidem explicari, quæ de causa illa pœnas pendat. Anima igitur quasi wallum, claustrumq; carceris scilicet imaginè hoc corpus circumferre, ut ipsa σῶμα, id est seruetur, ac proinde illud ipsum animæ esse corpus, quod præfert uocabulum, donec quæ debet anima plene in corpore persoluerit, nimirum sit σῶμα: ne unius*

Cæli partes, quæ descendentes, & ascendentes animis referantur.

Septimus de Rep. 514. A. B.

Subterraneum domicilium.

Ibidem. 517. B.

Τὸ πῶμα τῶν ἡμῶν (ὡς δ' ἐστὶν) τῶν εἰδῶν, ὅ φησι Γλαύκων, σῶμα σαπρὸν ἀπὸ πνεύματος ἐμπεριέχον. τῶν δὲ πνεύματος τῶν ἀσώματων. τῶν δὲ πνεύματος τῶν ἀσώματων. τῶν δὲ πνεύματος τῶν ἀσώματων.

Animi uinculum duplex. Mundus & proprium corpus.

Cratylus.

quidem littere immutatione. HER. Hæc mihi quidem, Socrates, opportune dici videntur. A

Cum hæc igitur habeat Plato, & animum corporeo sepulcro ex recta nominis significatione condemnet, quod reliqui est, videndū fuerit, quisnam Deus, & cuius delicti causa poenas sumat? Cui talia quærenti sit obuiam Meno, in quo Proserpinā tale quid executioni mandantē inducit: *de quibus enim inquit Proserpina pœnas antiqui luctus sumpsit, in supernum Solem illorum rursus animum suo anno reddit.* En igitur in Platone peccantē animam, & peccati causam, nec non e cælo descensum, & antrum, & sepulcrum, & commissi erroris vltorem Proserpinam, atque vindicem, quorum quidem locorum considerationē quoties mente reuoluo, toties profundum aliquod somnium in Platone pati videor, ne Angelorum casum non recte e Prophetarum lectione perceptum hoc confuso animorum descensu inuoluat. Vnde postea Origenes, siue Origenista, tantam erroris ansam sibi præbuerint. B

Suspicio de Angelorum casu apud Platonem obiter cōsutura. Primariæ assertionis Confirmatio.

Ceterum, cū eundem Platonem considero, & eius multiplicia loca inuicem confero, adeo in contrariam partem inducor, vt credam Platonis Iouem peccasse potius, si tale quid ille machinans mundum condiderit, cuius fabricam tanto ideæ apparatus, tanta ipsius Iouis lætitia, tanto in anima construenda labore, & ipsius partibus concreandis diligentia constituta, atque perfecta est, vt mirer ipsum alio qui bonum, atque pulchrum, cuius bonitatis causa mundū condidisse testatur idem Plato, adeo, vt nefas sit quidquam nisi pulcherrima facere potuisse, mundi huius diuinissimum splendorem antrum corporis huius inexhaustā pœnæ structuram carceris loco rōnali animorum generi assignari. Amplius, cum totū Timæū in manu sumo, & eundē indentidem lectito, aut certo ego fallor, cum Iouem vix satis esse in opere construēdo perspicio, postquam Solem, Lunam, temporis momenta, æuum, sidera, & impenetrabilē illam animæ mundi, reliquorumq. Deorū, rationaliumq. structuram intueor, nec adhuc sibi satis esse animaduerto, vt quasi labore grauatum, quoniam reliquam animalū generationem ad mundi ornatum, atque perfectionē deesse viderat, Deos a se factos ad se acciri iubeat, quos commoneat & mortales esse, & destruendos munitur, quos roget, vt reliquam generationem perficere pergerent: tantæ molis fuerat humana sepulcra condere, erant enim futura animalium omnium cuiuscumq. generis, haud quidem suarum formarum, perfecta corpora, sed carceris potius, & delictorum tormenta. D

*Donec (vt ait Maro) longa dies perfectō temporis orbe  
Concretam exemit labem, purumq. reliquit  
Aethereum sensum, & auræ simplicis ignem.*

Si igitur efficientis causæ finem spectes, & quamobrem, & quanto labore mundum, & animantia omnia construenda sumpserit, nullo modo induci poteris, vt credas, corpus hoc sepulcrum esse, & carceris loco animæ datum, cuius quidem rei fautorem habebis Timæum ferme integrum. si vero animæ descendētis voluntatem inspicias, adeo distineberis, vt ipsius, qui est in Phædro, defectus, cum ea, quæ in decimo de Republica descendendi voluntate, & cum alijs plerisq. modo afferendis locis satis admodum pugnare dixeris, nam, quamuis ibi descendentes, & ascendentes animas induxerit, & has quidem ob malorum memoriā, quæ in terris passæ fuerant, dolentes, & flentes descripserit, illas tamen non item. Propheta etiā ille, qui Lachesis voluntatem animis diurnis aperit, & primordiū alterius circuitus aggrediendū ostendit, quamuis letiferum, & hominum generi destinatum, tamen ita subdit: *Non nos Dæmon excipiet, sed vos Dæmonē eligeris, qui primus sortitus fuerit, primus vitā eligito, cū qua necessario permanebit: virtus autē sola extra omnem seruitutis noxam est liberā plane,*

Tertiā in Platone inuasio. X. de Rep. in fine.

A plane, & seruire nescia, quā prout quis vel honorabit, vel negliget, ita plus vel minus ex ea possidebit, culpa omnis est penes eligentē. Deus est extra omnē culpam. Hæc fatū Prophetā sortes super omnes projicere acbat, ex quibus quemlibet eam capere, quæ sibi cecidisset, neque fas esse vniquā, quotus ordine sit, agnoscere, nisi cū sortes aperit, &c. Ex quibus quidē verbis vniuersalem certe animorum reditū in corpora comprehendō, & a necessitate quadā fieri, siue fatum illud sit, siue Dei voluntas: quorum vtrumq. proprium peccati crimē ab vna quaq. anima excludit, non enim fatū, aut diuina volūtas induci debet, vel inculari, cum propria culpa sit manifesta: fatum autem, quod ad descensum attinet, magnis illis annorum circulis apprimē consonat: & hoc vere verba illa sonare videtur decimo de Republica, cum B inquit. *Ἐνθα δὲ ἐφ' ἡμᾶς ἐπιπέσσει ἄλλος ἄριστος δυνάμει ἡμῶν δαίμων ὁμοῦ: Anima diurnæ adest principium alterius periodi mortalis generis.* Quibus verbis Propheta ille minime carcerem, aut vincula nostris animis comminatur: quin alium statum, sed mortalem, illi subeundum denuntiat: posito autem fato, quidquid ad animorum e cælo lapsum pertinet, illorum culpam minime tangit, nec naturam lædit: quin potius, qui libertati afferuntur, ita diuerforum generum vitam eligunt, vt electionis libertatem denuntient, carceris vero pœnam nullam. non enim inquit, Vos Dæmon sortietur, sed, Vos Dæmonem eligeris: immo vero, qui prior sortem accipit, primus eligat vitam, in qua permanere debeat, vt, quamuis necessitatis vi cuique animo suo corpori sit insitendum, nihilo tamē animorum volūtati ob id derogetur. decet enim pro animorum firma electione, in qua manere debeat, tamdiu perseuerare, donec certa curricula cuique perficiantur. secus enim, quid esset futurus mundus, si animus omnis per omnē corpus omni temporis momento migraret, & sine certa quadam periodo vagaretur? Cum vero multa de animorum electione decimo de Republica habentur, illud etiam erit inspicere ibidem. quo patet animorum nullum eligere carcerem, vt inde iustior euadat, perinde ac si in cælis iniustus exstitisset.

His adde, immo quære, quid sibi velit, cum ibidem inquit, *contra vero nouerit mediam quandam, mediocremq. vitam eligere. ita enim homo felicissimus euadit.* quid enim est, huiusmodi extrema in futura vita deuitare, si boni & mali auctiōnem tollas, postquam illorum alterum ab animis ibi susceptum est. Age vero, quid etiam ibidem paullo mox intelligat, *eum, qui vel vltimus superuenierit, prudenter modo vitam instituat, constanter grauiterg. viuat, vitam non infelicem, sed vera felicitate cumulata haud dubie manere.* sed adhuc etiam paullo mox clarius, cum de eo loquitur, cui primum obuenerit, *qui Tyrannidem maximam elegerit, sed ubi rem attentius considerasset, tum in maximos eiulatus erupisse, quod Prophete monitis minime obtemperasset, ac peccati causam non in se, sed in fortunam, & Dæmonas deriuasset, & omnia potius, quam se ipsum accusasse.* Vides igitur, vt suæ miseræ sibi sit causa: & quamuis diceres, descensum fato datum, nihil tamen efficias, quandoquidem particularis hæc vita ita a singularibus animis sit electa, vt si non perfectam felicitatem, at saltem magnum felicitatis argumentum inde consequatur: idque ex illis verbis sit manifestum, quæ inferius ibidem posita sunt, cum ait: *Iam vero, si quis, quoties in hanc vitam venerit, sincere, & constanter philosophetur, neq. electionis fors vltima ei contingat, ex his quidem, quæ illinc eruntiantur, videtur ille non hic tantum felix futurus, sed & perfectio illa ex illis locis ad hæc superiora, & ex his ad illa remigratio haud sane crasso quodam, & aspero modo infeliciter illis successura, sed & facili, & celesti quadam, angustaq. oratione obuentura.* Multa etiam sunt ibidem a Platone asserta, quæ animorum libertatem manifestent, vt puta de Orphi anima, quæ Cygni vitam elegerit, in odiū muliebris generis, sed Thamyris in Philomelam euadere voluit. Ajax in Leonem, Agamemnon in Aquilam,

Ibidem 619. A

Ibidem 619. B.

Ibidem 619. B. C.

Ibidem 619. B.

Lib legum iix. 828. D. Tertio de Rep.

10. Legum.

Plotinum re- cius sensisse de Animæ de- scensu quâ Pla- tonem.

Nonnullorum falsa cogita- tio. Originale pec- catum unde?

Ad Dionis prop. &c. 354. A. B. C.

xij. Legu 967. D. E. Ibidem 959. A. B.

Ibidem 957. B.

Coniugium.

Iam, & alij in aliam vitam sponte abiere. Illud etiam considerandum propono, **A** quid sibi Plato legum octavo voluerit, cum ait, *corporis coniunctionem nequaquam esse dissolutione potiozem*, nempe quod idem tertio de Republica scripsit *corporis habendam esse curam animæ gratia, & harmonia, per quam & vivere datur, & recte vivere*. scilicet, magnum quid dixisset Plato, si carceris curam habendam monuisset, poterat etiam inauditum illud, atque extraneum harmoniæ genus de- clarare, quod animæ huic corpori coniunctæ ipso distante contingit. His ad- de decimo Legum non obscurum locum, ubi cum multis de diuina providen- tia ibidem agit, videtur omnem generationem ad providentiam dirigere, do- cetq. id, quod circa nos optimum est, uniuersa, & nobis accidere, secundum communis generationis facultatem, ne sibi cum ijs dissonet, quæ de bonitate **B** diuina in Timæo dixerat, quamq. solam rerum causam asseruerat. quæ etiam Plotinus Præceptore prudentior ad Dei providentiam cuncta, sed ea potissi- mum, quæ ad animæ descensum pertinent, referre voluit, vt, quo tempore ani- mæ descenderint, a suo Ioue officium obrinuerint implendi animandi, dandiq. naturam vegetam corporibus, adeo, vt non meliore modo Deus ille ex Proui- dentia virtute poruerit vsque ad infima entia sese communicare, atque dif- fundere, quam a vxilium animatum in illis inspirando. secus enim Deum esse optimum, atque item mundum Dei opus dicere Platonici qui valebunt? aut quonam modo gaudere potuit antrum fabricando, & non potius tale quid pro- ducendo, quod & moueri, & viuum esse & Deorum immortalium esse simula- **C** rum animaduertit? & tunc magis gauisus fuerit. si vero Proserpina illa ne- scio cuius antiqui luctus pœnas sumere minetur, patiar ipse tamdiu hæc a me ignorari, donec Plato clarius explicet, & nobis, quæ sit ista Proserpina, quæ pœ- næ, qui antiqui luctus, quos ab animis exigat, manifestet. & quamobrem Deus ille non frustra fecerit mundum animatum, & tot ornamentis eundem deco- rauerit, vt in Timæo patet idq. non ob aliud nisi vt tot carceres, atque vincu- la ipsis animis necerent, vnde pares luerent pœnas, ridere interim illos soleo, qui lapsum huiusmodi originali peccato comparant, cum non intelligant ori- ginale peccatum contrahi quidem ab anima, sed dum est in carne, cum etiam anima secundum nos Christianos minime præcedat corpus. hinc Theologi no- **D** stri asserunt a vitio primi parentis tale peccatum fuisse contractum, in corpo- re itaque dum est anima contrahitur. atqui secundum Platonicos anima sola peccauit, vnde postmodum in corpus carceris loco detrusa peccati pœnas pen- dere dicitur. Sed ad rem. Frustra etiam clamet Plato, ad Dionis propinquos, & familiares scribens, dum epistola secunda, inquit e tribus rerum generibus, nempe animi, corporis, & pecuniæ *primum animi curam esse gerendam, deinde cor- poris virtutem animi virtuti esse subijciendam, diuitiarum tertio*. Addas etiam licet ex duodecimo de legibus *animum in omnia corpora potestatem obtinero, atquo au- thoritatem*: quod de eo, qui coniectus est in carcerem, fingere non possumus: sed paullo ante ibidem dixerat animum proficisci ad Deos alios, ratione vitæ red- diturum, *mortem viro bono presenti animo aduendam, improbo contra trepido & an- xio*. Immo vero contra, o Plato, improbo e corpore abeunti hilaritas magis ce- det: si vero addis ibidem, *quorum animi improbitate ita fuerint obuoluti, atque in- tricati, cum meliores euadere nõ possint, illis medicinam mortem irrogabit*, immo vero vitæ prorogationem rectius dixeris. etenim, quo nam iustius purgabitur ani- mus, quam carcere, atque vinculis? meminimus etiam necesse est toties a te commendari *artem medicam, atque gymnasticam, prohiberi etiam pharmaca*, nimirum propter conseruationem carceris huius. Porro, quid ait Socrates ex Diotima in coniugio, scilicet *naturam mortalem querere quantum viribus anniti potest con- stanter*

**A** *stanter permanere, & immortalem esse, hanc autem immortalitatem per generationem tantum moliri, ut præstet semper alterum iuuenem ueteris loco sufficere, atque instituire*. Innumera fere sunt, quæ ad huius doctrinæ confirmationem huc ex Platone afferri possunt. quorum magnam partem in alijs cautionibus, & digressionibus explanauimus, & quamobrem anima in terris descendat diuinæ providentiæ id ex Platone attribuentes diximus: propterea libenter ab ijs abstinemus, & rem ipsam argumentationibus discutiemus.

Aggrediar autem argumentationis seriem ab illo Animarum statu, qui se- cundum naturam in ipsa productione præcedere deberet: atque ad illud præ- cipue instans deueniam, quo earundem essentiam productam fuisse existima- re non fuerit incommodum. tunc enim, si animæ tamquam sapientes produ- ctæ fuerint, quippe speciebus rerum præditæ, equidem exitiabilis iste **B** descensus illas alioqui sapietes minime latere debuerat neque re vera latuit, namque vel electione descenderunt, electio autem rei notitiam præsupponit, vel hoc idem puella Lachesis illas docuit, vel descendentes ab ascendentibus monitæ. quod vigesima ratione patebit. illud itaq. eisdem fuerat cauendum, quod sibi euenturum multo antea præsentiebant. quid igitur? an insipientes productæ sunt, quasi ex rei natura, cum esse rerum prius sit, quam intelligendi ratio, propterea illas prius existere, quam sapere quis respondebit? Sed caue- **C** putes Animam præcipue cælestem, prius natura quadam constare, tamquam ab Intelligendi potentia distincta sit. porro fac ita concesserim: nihil tamen ad rem. quandoquidem descendendi desiderium animis inesse non potuit, an- tequam quidquam intelligerent, aut saperent. quod si verum fuerit, iam eas- dem animas non prius sapuisse in cælis, quam desipuisse conqueror, cum hu- iusmodi prauum descendendi desiderium in Intellectuali natura, neque fue- rit insitum, neque tale esse oportuerit, nec deniq. esse debuerit, quod si ignoran- tes, atque insciæ id velle vrgebant, quod nondum cognouerant, quod quis non cognoscit, quomodo, quæso, cupit? Vtrum viderant quidem meliora, eademq. probabant, sed potentia quadam vegeta, vt ipsi appellant, deteriora insecta- **D** bantur. sed rursus eo redit quæstio, vt de huiusmodi deteriorum rerum inditis speciebus interrogati respondeant, ecquis malus ille Iuppiter tam durum ani- mis infeminauerit? et, si potentia tale quippiam indiderit animis tunc cæle- stia incolentibus, quomodo simplicitatem in eorum naturis sustinebunt, quo- ue expergiscente in deteriore actum deducti sunt?

Sed intellectiois, atque intelligibilium instans ita perpensum sit, age nunc easdem animas utcumque intelligibiles in suis stellis imponamus, ecquid illic degerint, perpendamus, ecquam vitam traduxerint? felicem ne, & pure intel- lectiuam, an potius affectibus obnoxia, adeoq. ob id sensu doloris infelicem? sane de supercælestium consensu quidquam nisi absolutissime felix, atque io- cundum excogitare non sinit Platonicum dogma, ex quo nunc argumentor, & cum felicitatis status ignorantiam minime patiat, & culpabilem concu- piscentiam minime admittat. Vnde igitur cælicolis animis vitæ huius adeo culpabilis desiderium? quid vult concursus ad mundum corruptibilem? quæ **E** mortis miseris tam dira cupido, & ab illa bonorum aggregatione, rerumq. om- nium plenitudine defectio, atq. lapsus. aut quando durum illud desiderium il- las inuasit? non enim in simplici adeo natura quidquam, præter naturam vn- quam admisit Plato, etsi veluti tempus aliquod in aliqua ipsius æuiternitatis parte eas detinuerit, profecto neque hanc veritatem sine errore in sua Philo- sophia affirmabit, nisi dixerit in satietate famem sustineri, & in animi tranquil- litate molestum desiderium, & denique cælestis illius felicitatis infelicitatem comitem

Argumentum primum. Animæ si sa- pientes fuisset productæ quid sibi esset agen- dum.

II. Quid si insipie- res?

III. Animas prius desipuisse in cæ- lis, quam sape- rent, Platoni consequitur.

IV. Desiderium co- gnitionem con- sequitur.

V. Totius Platoni- ci malignitas.

VI. Anima nõ ex Platone sim- plex esse possit

VII. In super cæle- stibus nulla infelicitas.

VIII. Nullam dete- rioris vitæ de- siderium.

IX.

Felicitatem si- mul cum infel- licitate stare non posse.

comitem fieri, nec quidem melioris, neque etiam æqualis rei desiderio, sed A  
deterioris vitio comitem sibi adsciscat; atque ita rem omnium optimam res  
omnium pessima comitaretur.

X. An fortasse, ad meritum animorum redigentes sermonem, quidquam profi-  
ciemus? Verum, si hoc illis euenerit, ante illorum productionem quid; quæso,  
demereri illi potuerunt, cum non entis nulla sit consideratio, non modo actio-  
nis cuiuspiam vllum præmium, aut pœna; post illorum autem creationem, id si-

XI. Animæ nulla  
culpa antequã  
corpus ingre-  
diatur.

bi in cælis euenire non debuisset consentaneum est, ne; si aduentitia illis fue-  
rit castigatio, iniuriose sit illis a Deo pœna talis irrogata. nam eorundem cul-  
pæ locum dari non posse, antequam ingrederentur corpora, ex eo liquet, quod  
pateat, pœnam, cum ab initio iam inde ab anima nesciente illa sustineat.

XII. Pœna, que igno-  
ratur, culpam  
nō delet.

tur, nihil ad ipsius purgationem, aut expiationem conferre: nihil etiam má-  
gis proficere, inde patet, quod humana corpora proprias animas magis in-  
quinant, tantum abest, vt purgent: vsque adeo ipsas terreni hebetant artus, mó-  
ribundaq. membra.

XIII. Animæ descen-  
sus nulla rã-  
tione dari pos-  
se nisi miseria  
in causa fue-  
rit.

Rursus autem paullo secius ita. Si quidem Plato existimauerit in anima ta-  
lem esse potentiam sibi insitam, vt, et si in cælo sit, descendere nihilominus cu-  
piat, idq. ex superabundanti sui Creatoris bonitate, felicioreq. iudicio, adeo,  
vt, si in defectu quodam sit descendens anima, sine molestia tamen in cælis cũ  
paribus stellis conuiuat, & descendere quandoq. possit: tunc certe philoso-  
phandi rationem in hoc descensu ideo amittit, quia nullam rationem  
admittit, nisi ad animæ miseriam recurrat. nam, quod nostri Theologi  
idem veriore responsonē saluare possent, si velint, meminisse alias me  
dicturum.

XIV. Prouidentia  
ratio Animæ  
descensu ad-  
dita, Plotini  
est, haud qui-  
dem Platonis.

Noui etiam ad animæ prouidentiam Platonicos recurrere, vnde, & animæ  
descensum, & alia pleraque nobis persuaideant. Verum, quod alibi tetigimus,  
hoc, quod rectius cum Dei prouidentia dici possit, Plotini est, haud vero Pla-  
tonis, quanquam hic ob alias causas prouidentiam asseruerit, & ad alios haud  
quidem ignobiliores effectus reuulerit. Verum hæc suo loco. Nunc, si ad prouid-  
entiam recurrere possemus, nulla modo dubitandi nobis daretur occasio, &  
quo modo anima, quæ in cælo mēs est potius, quam anima, & ipsa pœne sapiēs,  
quia sapienti primo proxima & prout sapientis munus est omnia scire potens,  
non habens, vt inquit Aristoteles, singulariter eorum scientiam, nunc tanto  
cælesti munere sponte priuetur, nisi rursus ad superioris numinis voluntatem  
tantam referas calamitatem.

XV. Animi pecca-  
tum Dei Pla-  
tonici bonita-  
tem quodam-  
modo præue-  
nisse.

Ego autem rursus hoc vel cui libet concederem, præsertim cum ad Dei bo-  
nitatem, & animæ obedientiam referri cuncta videam, nisi esset, quod Deus il-  
le animas in cælis sua sponte peccantes, hoc est in peius ruere volentes, de-  
prehendit, quod ex Phædro iam patuit, quamobrem nullam Deus ille causam  
suæ bonitatis in animarum descensu exercere potuit: quemadmodum nullam  
etiam excusationem asserre valebit, cur easdem in imperfectione tali e cælo  
descendere cupientes, tam diu cum comparibus stellis infelicitè felices  
detinuerit.

XVI. An, quia illarum opifex cælestem felicitatem eisdem prius degustandam  
duxerit, quippe vt ita quoddam temporis orbe peracto, & quibusdam comple-  
tis numeris ad eandem denique reuerti felicitatem destinaret. cuius rei bene  
memor Zoroaster festinādum semper ad splendorem patris præcipiebat, vnde  
nobis demissus est animus. Ego vero, quod ingenue fatear, quoties moratas  
quasdam responsones ad veriore pictatem vergentes audio, toties easdem  
exosculor, sed, cum corruptum quid in animis tunc cælestibus deprehendo, il-  
las re-

Zoroaster.  
Moratas respō-  
siones respū-  
das in rei natu-  
ralis inquisi-  
tione.

A las respuere quamuis inuitus cogor. quippe, si de primo animæ in cælis statu  
post immediatam eius productionem loquimur, tunc sensibile quoddam se- In Anima se-  
minale in ipsarum natura inspicimus, quo ad deficiendum alliceretur. Verum minale quoddã  
hæc, quæ dicta sunt, atque dicenda, ex ijs pendere, ac dimetiri velim, quæ ip- sensibile inef-  
semet Plato de purissimo illo statu passim vbiq. pronuntiauit. fe, iuxta Plat.

Huiusmodi autem desiderium animis natura insitum esse quis defendet, & XVII. Animi mali-  
Deum ipsum non lædet? Deum, inquam, ipsum quamuis Platonicum, qui, in Ti- tiam Platon-  
mæo, propriæ bonitatis vi ductus, cuncta producebat, propterea quod nefas cum Deum re-  
esse ipsemet fatebatur, quidquam nisi pulcherrima facere eum qui, optimus darguere.  
est. Quod si naturæ sponte animæ humanæ ad insaniam vergunt, cur nō Deus  
ille de sua bonitate mentiebatur? Aut igitur verba illa proferentis animi si-  
gna non erant, aut neque opera producentis opificis fuisse argumenta.

XIIX. Esto tamen desiderium illud natura minime insit, ne Deus in culpa sit, ne-  
que itē sit accidentarium quoddam quasi alio decipiente, cum in cælis nihil ta-  
le reperiri toties defendat Plato, quod tamen nos in Angelis repertum esse de-  
facto credimus. sed sit ob rerum generationem, atqui modo modo ex puella  
Lachesis iussum letifero hominum generi descendendi tempus pronuntiat, &  
& idē descensus animæ miseria in Menone dicitur, & antiqua quidem culpa,  
quamobrem vel ad animæ miseriam redibit sermo, vel ad auctoris inuidiam  
referetur disputatio.

XIX. De Animi co-  
gnitione qua-  
dam. Quod autē ad desiderium pertinet, nunc fusius, quippe illud, cognitio aliqua,  
vt antea tetigimus, præcedat necesse est. quid igitur? cognoscat ne ibi anima,  
quæ hic sunt singularia, aut quas species Deus animis indit? hæc enim, quæ  
hic sunt, singularia (vt diximus) existunt: non ergo speciei modo repræsen-  
tari possunt, nisi ad suam speciem referantur, species vero illæ iam diu animæ  
sunt ingenitæ. quocumque tamen modo ipsis animis in cælo degentibus hæc  
videantur, cum perfectiora ibidem appareant, iam quod petunt, animæ intus  
habent, & descendendi ille stimulus Iouis malignitati adscribendus est, quo  
seipsum, quoue stellas relinquunt, corpora alioqui nobilissima: & quam ob  
causam nempe, vt sese in feminis materiam propriam, & nouem menses ibi-

D dem delitescant, mox diu veluti planta viuant, ex vtero sentientes prodeant, Humanæ vitæ  
caloris frigorūq. sensum exercent, corporis inconstanti pondere nutent, va- errores.  
gientes, atque balbutientes nihil neque agnoscant, neque dignoscant, pueri  
semper errent, adolescentes cupiditatibus æstuent, iuuenes veneris inconti-  
nentia vrgeant, odio iraque vehementi ducantur, trahanturque, ab omnibus  
denique animi perturbationibus semper, vt inquit Aristoteles, victi discedant,  
adeo contra Chilonis præceptum (eodem testante) omnia nimis faciunt, &  
vt inquit ille, 2. Rhet cap. 12.

Ad mores natura recurrit  
Damnatos, fixa est mutari nescia, nam quis  
Peccandi finem posuit sibi? quando recepit  
Eiectum semel attrita de fronte ruborem?  
Quis nam hominum est, quem tu contentum videris uno  
Flagitio?

Iuuen. Satyra  
13.

E His adde, quanto labore res sibi parent, cum vix sapere, & fari cœperint quæ  
sentiant, quanta animi cura parva tueantur, quam immortale bellum secum sin-  
gula gerant, & ipsi cum omnibus tandem tandem homunculi incipiunt sero sa-  
pere, more Phrygum; & vix ad perfectam quandam vitæ metam perueniunt,  
cum mox antea dispendia plorare illos oporteat, & annos turpiter con-  
sumptos per horrescere, atque exsecrari, & quæ quondam nimium grata fue-  
re,

Humane vitæ  
labores.

140 POEN. ANI. E CÆL. DESC. IMPVG.

re, olim denique tristi memoria recolere. quod tam rarum sine fruge bonum A  
effluerit, quod sancta probitatis cura meliores in vltus Dei munera collocare  
par fuerat.

XX.  
Animę descen-  
dentes terre-  
narum mole-  
stiarum non  
ignare.

10. de Repub.

Præsciuerunt itaque animæ carceris huius subeundas ærumnas, & appetere  
illas potuerunt? an latuit eas potius status iste, & huiusmodi rerum specie-  
bus caruerunt? an pœnæ id ascribendum fuerat, quod esse pœna ignorabatur?  
horum autem nullum verum esse in Platone, ex eo fit manifestum, quod non  
ignorabant descendentes animæ terreni huius antri subeunda incommoda. B

620. A. B. C.

quippe ascendentes illas edocebant, quibus obuiam fierent. hoc autem in iti-  
nere contingebat, cum iam e Cæli portu illæ soluerint; hæ autem hinc migran-  
tes, in campo quodam sibi inuicem obuenerint, & collocationibus mutuo col-  
latis ascendentes, vt pote e mundi huius conspectu recentes, eas edocebant,  
quæ huc aduentabant. sed, etsi nihil inuicem confabulatas fuisse in Platone le-  
gerimus, iam ex eodem nihilominus haberemus descendentes multo antea  
præteritæ vitæ memoria affectas voluntariam in varia corpora migrationem  
subire exoptasse, et iam tãdem subiisse. nam *Orphei anima Cygni vitam induit, in  
odium muliebris generis; Ajax vero Telamonius auersatus hominis naturam suscipere,  
ex memoria Iudicij illius, quo arma sunt ipsi iniuste præcepta, Leonis vitam elegit; Atlan-  
tis vero magna illa anima, inuidens Athletarum honoribus, vitam ex illis vitam sibi su-  
beundam duxit.* En igitur, in cælestibus animis singularium, & infelicium qui-  
dem rerum memoriam. nam, & *Panopeus feminam elegit, in quam abiret; Theristes* C

XXI.  
Ascendentes  
animæ eas, quę  
descenderet, in-  
struebant.

XXII.  
Ascendentes  
aut non obliui-  
scantur.

XXIII.  
Præteritorum  
recordatio q-  
bus animis cõ-  
uenientior.

XXIV.  
Obliuionem  
ascendentes nõ  
minus decere  
quam ascen-  
dentes.

XXV.  
Responsionis  
delusio.

XXVI.  
Animorum in-  
finitum circui-  
tum futurum.

XXVII.

En igitur, in cælestibus animis singularium, & infelicium qui-  
dem rerum memoriam. nam, & *Panopeus feminam elegit, in quam abiret; Theristes* C  
*simiam; Vlysses priuatam vitam ex præteritorum laborum recordatione.* Sunt ne istæ  
digna quæ in cælis recoli a beatis animis debeant? quippe loco intellectu-  
ali, pu-  
ro, omniq. corporea labe soluto? quandoquidem non ignorabant descenden-  
tes animæ, quanta sibi imminabant mala: sed nec illas talia ignorari patiebantur  
ascendentes, quæ descendentes instruebant. quem quidem locum perpen-  
sione dignum semper existimaui. vt mirum quidem sit, cur etiam animæ ad cælum  
tendentes suarum calamitatum memoriam illuc deferant, & non potius  
longa rerum obliuia potent. hoc enim, ni fallor, ad ascendentes magis pertinere  
debebat: si quidem descendentes mox insinuatio corporis, obliuionis dama-  
na erat allatura. præterquam quod decentius quidem fuerat, descendentes D  
aliquam super cælestis vitæ memoriam retinere, vt cælestis felicitatis recordatione,  
& se pati recolentes, sibi illuc reuertendum esse recordarentur, eodemq.  
recordationis actu cælestis defectiois pœnas lueret, & illuc iterum re-  
deundi spem retinerent. cuius rei gratia hic, & dũ vita manebat, virtutes exer-  
cerent. ascendentes autem contra euenire debuerat, scilicet, vt ærumnarum  
obliuia necessario potent, quippe ad cælestem gloriam migraturis, ne doloris  
molesto sensu intelligibilis vitæ tranquillitatem conturbent. quorum tamen  
vtroq. modo oppositum Platonicæ animæ exsequuntur. nisi dixerimus, ascen-  
dentes aliquid labis ad cælum ideo deferre, vt inde iterum descendendi defectus  
eisdem innascatur. Cælum ne igitur attingent labe aliqua infecti animi? cælum  
ipsum, locum alioqui conspicuum, purum, putumque, Deorum sedem, tot  
pulchris claritatis nominibus non modo a Platone, verum etiam a Platonicis  
omnibus decantatum? Quoniam vero id, quod alicui naturale est, eo dif-  
fert ab ijs, quæ accidentariõ obueniunt, quod cum hæc quandoq. non esse  
contingât, illud vero numquã nõ adsit: quis negabit, ex his necessario sequi, vt  
animæ in infinitum eant, redeantq. & huiusmodi recursum infinitis vicibus te-  
rant? non enim deferet animos ad cælum ascendendi cupiditas illa naturalis,  
stellasq. iure postliminio repetendi, indeq. iterum ad tarda remeandi corpo-  
ra, & ita deinceps in immensum. Mirabar igitur quid sibi apud Platonem vo-  
lebat

A lebat animarum illa ad vtrumlibet parata tum in cælis permanendi, tum descē  
dendi potestas. Immo vero non prius intelligibile animæ potestatem in Plato-  
ne capio, quã sensibilis potentia exercitacionem cõprehendo vsque adeo sen-  
suum magis, quã intellectus vires exercere cupit. Nã dicat mihi, quæso, Pla-  
tonicus quispiã, quinnã locus animæ dabitur, quæue regio, in qua corpore ca-  
rere ipsam suspicemur? Age, quæso, cū eadē Anima Platone Duce vniuersum  
hoc, quantum extra intusue est, circumuolitemus, vt omittã nunc visibile istũ,  
tangibilemque statum, & quanta sui voluptate Anima sensibus vtatur, tũ exte-  
rioribus, tum etiam interioribus, illã eãdem ex hoc ostreaceo euolantem inse-  
quamur, quã, si mala sit, labe huius corporeq. nõ nihil secũ deferre videbimus

Platonicos A-  
nimos, cū sen-  
su libèrius ar-  
que diutius cõ-  
merari.

B oberrare visibile, sepulcra circumuolare, si vero aliter migret, migrat tamẽ,  
& corpori siue sponte sua, siue alio iubente illigatur. Si quid grauius eidẽ acci-  
derit, ex tormentorum generibus & ex ministrorum circũstantiis non sine cor-  
pore eidẽ Plat. pati legimus, sed ita apud Elysios degat, tunc autẽ, quæ gratia  
currus armorũq. fuit viuus, eadẽ (vt inquit Maro) sequitur tellure repostos, in  
cælũ ascendat, feret secũ horũ sensibilũ memoriã, de quib. cū descenditib.  
verba faciat, in cælũ degat, rursus & incipiat in corpora velle reuerti, & varia  
vitæ genera ex vetere singulariũ præteritorũ memoria subeat. Deniq; cū totã  
Animæ naturã & intus, vt aiunt, & in cute cõsidero, illã quidã numquã aut etiã  
nusquam sensatione carere assero: cõtra vero sapenũmero intelligendi actũ

C priuari confirmo, vt pæne ex Platoni mente dicere cogar, animæ naturam  
per se sensibilem, ex accidenti vero esse intelligibilem. immo vero naturam  
quandam corpoream sapere: quandoquidem semper cum aliquo corpore sta-  
re conspicitur, adeo, vt sentiendi aliquos actus numquam non exerceat, aut  
denique exercere exoptet. hoc autem si animæ accidens esset, profecto quan-  
doque illud non exsequeretur. quod enim est per accidens, contingere, non  
esse, recte docuit Aristoteles. quod si idem conuertas, vt, quod quandoque  
non est, per accidens existat, sane, cum intellectio in anima quandoque non  
sit, ob multiplices in bruta corpora migrationes, reliquum fuerit, vt ipsius na-  
tura ab intelligibilium serie remoueat, & in sensibilibus coordinatione ve-  
rius reponatur. Sed hæc hætenus: quæ propria Cautione de anima corporea

Animæ Intelle-  
ctualia munera,  
quam pauca  
Platoni.

Anima quib.  
ab intelligibili-  
um ordine ex-  
cludatur, parũ  
abesse.

D disentiuntur. Nunc vero aliud addam, quod si Plato negauerit, sentiendi vi-  
res naturaliter animæ inesse, idem rationales animas vere tales esse negasse  
videri potuit, quasi intelligendi simul & sentiendi vim natura sua non obti-  
neat: vt iam nunc intelligam, quid sibi velit Alcibiades, in quo solam animam  
hominem esse asseruerit. quod si antedictus noster sermo de animæ sensibili-  
tate verior videbitur, & corporeã esse constabit, rursus item clarior mihi sese  
offeret eadem Alcibiadis sententia, quippe quia fat erat Platoni solam ani-  
mam hominem esse affirmare, in cuius natura sensibile actu corporeum quid,  
atque intelligibile inspiciebat. a cuius sententia non multum absuit Tertul-  
lianus, vt propria Cautione videbimus, qui corpoream ipsam asseruit. quam-  
uis in hoc & Platoni contradicere, atque item Aristoteli existimauerit:

XXVIII.

Alcibiadis lo-  
cus contra Pla-  
tonem exposi-  
tus.  
In 1. de Ani-  
ma.

Tertulliani la-  
psus.

E quasi vero ij asseruerint animam concordĩ sententia incorpoream esse:  
ita vtriusque Philosophi confusa placita deglutiit Doctor ille. Sed hæc  
propria Cautione videbimus. Vt autem concedam, sentiendi potentiam  
ex accidenti animæ obuuisse, video inde sequi, vt illa nihilo a Dæmonibus  
Platonicis, siue Dijs Iunioribus, differat: quoniam & illi vim intelligendi  
propria natura possident, & sensibilem quandam, accidentariam tamen, po-  
testatem eidem Platonicis tribuunt. qui quidem error præclarissimum il-  
lum Origenem pæne deuastauit, vt ex fabuloso animorum Platonicorũ  
descensu ad Angelorum casum perueniens, ita falsitatem veritari

XXIX.  
Cõfusio Pla-  
tonica, quos  
etiam postero-  
res transtra-  
uit.

immiscuerit, vt hæc apud ipsum penitus corrupta remanent, & An- A  
gelos, & Deos Iuniores, & Dæmonas item, atque rationales animas  
eiusdem putauerit participes esse speciei, nec viderit Angelos natura sua  
esse intelligibiles, potestatem vero sumendi corpora & sensili quodam modo  
apparendi a Deo sibi tribui ob aliquam occasionem iubente: animam vero ra-  
tionalem non item: vtpote virtutum sensitiuarum ratione, quas naturaliter  
corpori vnibiles habet, & inde fieri, vtnaturaliter etiam vniatur, quemadmo-  
dum cælestes spiritus eisdem sentiendi viribus naturaliter carere dicuntur:  
quippe qui non naturaliter corporibus vniuntur, etsi non præter naturam  
hoc illis interdum accidit. Vt autem sermo de animæ culpa finem tandem

XXX.  
Animæ sensa-  
tiones nequa-  
quam culpæ ip-  
sius adscriben-  
das.

XXXI.

Corpus animæ  
vinculum dici  
non debere.

XXXII.  
Corporeis sti-  
mulis ad volu-  
ptatem magis  
incitari Ani-  
mam.

XXXIII.  
In hoc corpo-  
re magis pec-  
care non de-  
buisse.

XXXIV.  
Animæ & cor-  
poris mutam  
delectationem  
Platonici pœ-  
nā redarguere.

XXXV.  
Item harmo-  
nicam inter v-  
trumq. propor-  
tionem, eundē  
Plat. accusare.

XXXVI.  
Aliquid leti-  
tæ apud infe-  
ros Platonem  
minime nega-  
re debere.

anima, ob desiderium perficiendi sua munera, scilicet sensationes a Deo sibi B  
inditas, velit huc descendere, immo vero illius e corpore solutio veleidem  
præter naturam accidet, vel eiusdem superbiæ verius adscribi deberet, si-  
mile illi, quod dicitur, In cælum ascendam &c. etsi descendendi desiderium  
diuinam indignationem sibi concitat, certe Deus ille rectius fecisset, si in alia  
quædam vincula animam intrusisset, haud vero in ea corpora, in quibus  
suas actiones tanto amoris affectu exercent, vt naturaliter exercere illas vi-  
deatur, quarū priuationē præter naturā esse vnaquæq. fatetur. quomodo igitur  
fieri potuit, vt, si Deus sceleris vindicem huius carceris instrumento se fu-  
turum manifestasset, in supplicio tamen inferendo deceptus esse videretur?

tantumq. abfuerit, vt pœnas de animis sumeret, vt illos feliciores redderet? C  
quos in concupita diu corpora collocaret? vnde igitur desiderij animorum  
calligatio? Præterea, ni quotidiana experimenta nos fallunt, experimur, ani-  
mas humanas hisce corporibus inclusas non modo a concupiscendi stimulis  
numquam desistere, verum etiam iisdem pruriantibus in maius voluptatis pe-  
lagus sese ingurgitare, nec sitim vquam nisi morbi causa pellere, sed veluti  
Tantalum aquas in aquis querere, & poma fugacia captare. frustra igitur con-  
cupiscendi culpam per corpora expiare Deus ille voluit, cum sciret in eisdē  
concupiscendi sitim augeri magis. vt irrita hinc pateat omnis huiusmodi expi-  
atio, a qua in meliora non fit regressus.

Quod si de rigore Iustitiæ, vt aiunt, atque supplicij hoc a corporibus exigi D  
tamquam a carcere debuerit, illud saltem a Deo Platonis imperrandum fue-  
rat, ne, cum animæ in hunc carcerem conijciuntur, grauius peccent. videmus  
enim multo grauiora scelera hic patrari, quam illa, quorum causa huc exsu-  
les demittuntur.

Sed, quis credet, tot corporis perfectas quidem, & admirabiles functio-  
nes, quibus anima administrante corpus perficitur, & rursum corpore subser-  
uiente anima delectatur, ita communi consensu factas ab illis procedere, vt  
veluti pœnæ cedat altera alterius delectatio? quis item credet oculum visiva  
potentia, & aurem auditiva tristari, & contra oculi vsum auditivæ potentia E  
molestiam inferre? quo modo etiam ex carcere, & ex eo, qui in carcerem con-  
iectus est, harmonica proportio, aut concentus aliquis resultabit, cum talem  
fateantur Platonici omnes harmoniam ex corporis & animæ proportionem re-  
sultare? neque mirum est etiam posse animam ex corporis destitutione trista-  
ri, & cum inde euolauerit, corporei aliquid secum trahere, non illius modo,  
quo propter impuritatem sepulcra circumuolare in Phædone accepimus,  
verum etiam quo apud Elyfios degi legimus. scilicet sibi sapit anima, quæ  
hinc discedens veteris harmoniæ partem quandam secum ferre studet. sed,  
cum omnes status corporea ipsa peruadat, an æquum sit eandem aliquid har-  
moniæ in Tartarum abeuntem secum ferre, Plato viderit. Quid ni? fortasse,  
quem-

A quemadmodum animæ in cælis degenti aliquid amari non deest, vt antea di-  
ximus, ita etiam eidem apud Tartarum patienti pars illius cælestis nectaris ex  
proprij corporis harmonia sese offeret. Itaque neutra vel perpetuitate læti-  
tiæ solide gaudet, vel æternitate supplicij plene tristatur: adeo nihil firmum  
apud Platonem, nihilq. solida doctrina dignum inueniri potest. Denique, de  
tempore, quo descendunt animæ, & de corporum numero, quæ ipsæ occupāt,  
non nihil dicendum. cum tamē multa curiosis consideranda relinquantur,  
& quando scilicet descenderint; & an simul omnes, atque iam inde ab il-  
lo, a quo deliquerunt, tempore, & si omnes simul, omnia ne item corpora ani-  
mata reddiderint, & rationalia simul, & bruta procreauerint. quod multis mo-  
dis Timæus recusabit, & nos experimur tempore inæquali suum vnamquamq.  
animam corpus occupare. quod si ad peccatorum diuersitatem hæc genera-  
tionum, atque corporum diuersitas pertinebit, profecto paritati descensus  
fiat, tunc paritati ipsius peccati repugnabit. nam, quæ peccandi atque pecca-  
ti in cælo diuersitas, si præter vnum descendendi desiderium frustra quid  
aliud reperire laboras?

Tandem, vt in angustius sermonem deducam, & cum ea disputatione meū  
connectam, quam mox D. Cyrilli proprijs argumentis proferam, ad animas  
iustas accedo, quæ adhuc nobiscum sanctitate vitæ hoc æui traduxerunt, aut  
nunc ducunt, quid est, quod ipsæ, veluti ignorantes, terrena hæc corpora no-  
bis ad expiationem data esse, quasi iniustiores, atque deteriores, quam scele-  
storum animæ, euadere videantur. Castigant enim corpus suum, in seruitutem  
redigunt, tormentis exponunt, adeo vndiq. ab eo secludi tentant, perinde ac  
si pœnæ sibi a Deo illatæ resistent & in dominum castigantem recalcitrēt. quo  
modo itaque illa sustinendi expiationem voluntas peccatum non fuerit? con-  
tra vero, quo modo scelestiores Deo gratiores nō fuerint? hi enim proprij cor-  
poris amore tenentur, ei obediunt, atque indulgent, noxia vitant, vitam quæ-  
runt diuturniorem reddere, eamq. sanam tueri, immo etiam ex generationis  
vi animanti cuiq. insita nescio qua grauiore animi malignitate homo quili-  
bet non hominem generare dicitur, sed, cum filium generat, animam quandā  
e cælo deducere, & pœnarum huius mundi sociam facere. vt non minus impie  
pater hic in hunc filium se gerat, quam Deus ille Platonis in totam animariā  
speciem iam inde a principio mundi se habuit. ita Platonici homo magnum  
remanet Platonici Dei, & cælestis illius prauitatis argumentum. cum interim  
miscellæ animæ, neque erroris huius, neq; rei cuiuspiam cælestis quidquam re-  
miniscantur, nec, propterea quod peccauerint, vilo vquam tempore Deum  
supplices venerantur; nec, quod huc aduentauerint, sibi errori adscribunt;  
nec denique, si & ibi peccasse & huc descendisse meminerint, eo cogitationis  
deuenire possunt, vt hoc sibi pœnæ dari existiment, & in illarum castigatione  
quidquam proficiant. Sed hæc hæc hactenus satis. Præstiterit itaque, hæc is fon-  
te detecto, hæreses ipsas hinc emanantes recensere, & ad pias D. Cyrilli casti-  
gationes, quæ doctis argumentationibus colliguntur, deuenire.

XXXVII.  
Animæ inter  
lætitiam atque  
tristitiam con-  
fusio.

XXXVIII.  
De tempore de-  
scensus incon-  
stantia.

XXXIX.  
Vnum descen-  
sum non vide-  
ri fat esse.

X L.  
D. Cyrillus  
quomodo ar-  
guat.

XLI.  
Scelestos Deo  
gratiores futu-  
ros, Platon.

XLII.  
Hominē, si ho-  
minem gene-  
ret, maligne  
id facere, iux-  
ta Platonem.

XLIII.  
Animarū per-  
uicaciam Pla-  
to accusat ma-  
gis.

## Hæreses.

### O R I G E N I S T A E.

DE Origene, siue Origenistis, & an tātus ille vir in ea multa deueniret, qui-  
bus reprehensionis culpam apud Ecclesiam non semel subiisse visus sit,  
an potius eius sequaces in causa fuerint, quo magis ille peccasse videretur,



Methodius alijs considerandum relinquo: et si a nobis quædam opportuniore loco dicta esse se memini, nunc tantum aliorum dicta refero. nam Methodius, Olympi Episcopus, cum interpretaretur versum Psalmi sexagesimi quinti, *Induxit nos in laqueum, &c.* Origeni Animarum lapsum e cælo adscribit: quasi dixerit, inductas esse in corpora, ut in ijs, tamquam in laqueum, & in carcerem, scelerum poenâs luerent, quasi etiam scelera in cælis antea commisissent. Tantumdem de Origene sensit Epiphanius, Salaminc Episcopus, libro secundo Panarij. Hoc idem Theophilus, Alexandria Episcopus, libro primo Paschali, atque Hieronymus in epistola ad Pammachium, & Cyrillus Alexandria Episcopus primo libro Commentariorum super Ioannem. Loca vero Origenis a Sixto Senensi colliguntur, præter dictum adhuc etiam in expositione Psalmi centesimi quadragiesimi primi, exponens illud, *Educ de custodia animam meam.* & libro primo Commentariorum ad Ephesios primo, *Elegit nos ante mundi constitutionem.* quo loco appellat mundum Vallem lacrymarum, afflictionis, & peregrinationis locum, quamuis non ideo reprehendatur, quod mundum lacrymarum vallem appellauerit: cum idem canter Ecclesia: sed quia de cælo quasi peccantes animas detruserit, propterea suspecta est apud nos tails ipsius locutio. & idem super eodem capite bis, atque ter confirmavit, cum exponeret illud, *Secundum beneplacitum voluntatis suæ.* & illud, *In laudem gloriæ, gratiæ;* atque etiam, *Ut simus in laudem gloriæ eius;* necnon, *In cognitione eius illuminatos oculos.* Denique Ephesios tertio in illud, *Ego Paulus vincetus in Domino;* & etiâ Ephesios sexto, cum ait, *Pro quo legatione fungor in catena.*

HIERONY. D. autem Hieronymus, suppresso Origenis nomine, in eodem suo ad Ephesios Commentario primo ita illum reprehendit: *Alius vero, qui Deum iustum conatur ostendere, quod non ex præiudicio scientiæ suæ, sed ex merito electorum unumquemque eligat, dicit ante visibiles creaturas calum, terram, maria, & omnia que intra ea sunt, fuisse alios invisibiles creaturas, in quibus & animas, que ob quasdam causas soli Deo notas deiecit, & in Vallem istam lacrymarum, in locum afflictionis, & peregrinationis nostræ, in quo sanctus constitutus orabat, ut ad sedem pristinam reuertere tur, dicens: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitavi cum habitantibus Cedar: multum peregrinata est anima mea, & in alio loco. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, & Melius est reuerti & esse cum Christo, & alibi: Antequam humiliarer, ego peccavi: & cetera his similia, itaque, prius quam animæ, inquit, precipitarentur in mundum, & mundus ex animabus fieret cum habitantibus suis in infimum ipse deiectus elegit Paulum Deus, & ei similes coram se, qui erant sancti, & immaculati: nemo autem eligitur nisi de pluribus: & ubi sunt aliqui viliores, ibi electio perpetratur. Quomodo autem in Babylonica captiuitate, quando Nabuchodonosor in Chaldaeam abductus est Populus missi sunt Propheta Ezechiel, Daniel, tres pueri Aggeus, Zacharias, non quod ipsi meruerint captiuitatem, sed ut essent in solatio captiuorum: ita & in illa deiectionem mundi eos, qui, antequam mundus fieret, electi erant a Deo, missos esse in eruditione, & magisterium animarum peccatricium, ut ad predicationem eorum reuertentur ad eum locum, unde corruerant, & hoc esse, quod a Moysè in octuagesimo nono Psalmo dicatur, *Domino, refugium factus es nobis in generatione & generationem antequam montes fierent, & fieret terra, & orbis terrarum, quod scilicet antequam mundus fieret, & vniuersa generatio principium sumeret, sanctis suis Deus refugium fuerit.**

Alter HIERONY. Insuper in Origenem Hieronymus super illud Hieremiæ, *Sic cognoscã transmigrationem Iudæ, quã emisi de loco isto in terram Chaldaeorum in bonum.* Quo loco Origenem hæc allegorice exponentem de descensu animarum in terram ob flagitia in cælis perpetrata, reprehendit Hieronymus libro quinto in Hieremiam: cuius verba hæc sunt: *Delirat in hoc loco semper allegoricus interpres: & vim capiens historia*

Methodius quid Origeni tribuat.  
EPIPHAN. THEOPHIL. HIERONY. CYRILLVS. SIXTVS.

Psal. 119.  
Rom. 7. Philip. 1. Psal. 112.

Alter HIERONY. locus in Origenem.

A *historia facere veritati, de cælesti Hierusalem captos refert, atque translatos in terram Chaldaeorum, rursumq. ad locum pristinum reuersuros, ut Hieremiam, & ceteros sanctos Prophetas: alios vero, qui peccatores fuerint, in terra hæc, & in valle lacrymarum esse morituros.*

Nec omittit idem Hieronymus Origenis reprehendendi opportunitatem, super illud Hieremiæ vigesimo octauo: *Catenas, vel furcas ligneas contriuisisti, & facies pro eis furcas ferreas.* nam, quia Origenes super his allegorice differebat, & animas in cælis peccasse dicebat, adeoq. ob id Dæmonum animas in subtiliora corpora, hominum vero in crassiora demissas affirmabat, ipse Hieronymus libro quinto in Hieremiam hæc habet: *Delirat in hoc loco allegoricus interpres, furcas, & catenas ligneas ætherea appellans, & aerea corpora, Dæmonum videlicet, & aduersariarum potestatum; furcas autem, siue catenas ferreas, nostra corpora crassiora, que neruis, & ossibus carnis, venisq. contexta, sunt: ut qui voluerint de cælesti Hierusalem pro qualitate peccati minores subire cruciatu, in catenas nostrorum corporum condemnentur, & infantia vagitus pannorum vincula, sordisq. sustineant, & seruiant Diabolo Regi Babylonis, id est, mundi huius, dicente Scriptura: *Mundus in maligno positus est cum bestijs terra, quæ in brutorum animantium corpora sunt religata.* Hæc est Origenis, Hieronymo referente, sententia. Quid autem ipse Hieronymus ex Rufini calumnia senserit, & an in Commentarijs Epistolæ ad Ephesios Origenis errorem secutus fuerit, declarare minime curo: quandoquidem eidem Hieronymo cura est proprijs Commentarijs aduersus Rufinum se defendendi. Quod vero talem Origenes errorem a Platone acceperit, neque item manifestare laboro. nam, si Heraclitus, & alij, quippiam de animorum descensu, atque causa, multo antea dixerint, scimus tamen Origenem vnius Platonis dogmati plus nimio inhæsisse, adeo, ut ex dogmatis consequentia (vtar D. Clementis verbis) illum cum Platone magis, quam cum Heraclito errasse affirmare minime verear.*

TERTIVS HIER. in Origenem locus.

HIERONY. in Rufinum.

ORIGENIS error ex Platone.

CLEMENS.

PRISCILLIANISTAE.

D Inter alios prauitatis errores, quos Priscillianus in Ecclesiam mordicus tuetur, hic erat primus, atque præcipuus, quem ab Origene agnoscebat, Animas ante infusionem corporis peccasse, & in poenam peccati, in corpora, tamquam in carcerem, fuisse inclusas. Hispanus fuit hic, Valentiniani huius nominis secundi Cæsaris, & Siricij Romani Pontificis temporibus, circa Annum Domini trecentesimo octuagesimo octauum.

BARVLITANI.

E Refert Sanderus ex Guidone in summa de hæresibus, hos hæreticos dixisse, Animas ante mundi constitutionem creatas tunc etiam peccasse, quibus opponit concilium Lateranense sub Innocentio tertio, capite primo: *Deum simul ab initio temporis creaturam Angelicam & mundanam condidisse, ac deinde mundanam ex corpore & spiritu constitutam.* Quamuis autem error hic non omnino ad præsentem locum pertineat, cum tamen non ex toto longe absit, quod ad peccati tempus attinet, propterea huc illum reuocauimus. Emergere Anno millesimo centesimo quinto, Urbano tertio sedente.

Concil. Lateranense.

## CAUTIONES

LEO PAPA.

LEO PAPA I.

## In Epistola ad Turibium Asturicensem Episcopum.

Cum multis Potifex ille Priscillianistarum errores damnasset, & decimo loco hunc præcipue quem nunc præsentem ex Platone detegimus, hæc tandem fancit: Quam impietatis fabulam ex multorum sibi erroribus texerunt. Sed omnes eos Catholica fides a corpore suæ unitatis abscedit, constanter prædicans, atque veraciter, quod animæ hominum priusquam suis inspirarentur corporibus non fuere, nec ab ullo incorporantur, nisi ab opifice Deo, qui & ipsarum est Creator, & corporum. Vide eundem Leonem in Epistola ad Iulianum Episcopum Coensem contra errorem Eutychenæ impietatis.

## CONCILIA.

BRACCARENSE.

## Concilium Braccarense primum, sub Honorio Papa Primo, Canone VI.

Si quis animas humanas dicit prius in cælesti habitatione peccasse, & propter hoc in corpora humana interiectas, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

CONSTANTINOP.

## Concilium Sextum Constantinopolitanum, Actione XI.

Multis ibi in Origenem, Didymum, & Euagrium, suos discipulos, infurgitur in Epistola Synodica Sophronij, eo quod animas ante corporum cõstitutionem dixerint fuisse creatas, tunc etiam peccasse, & ob id in corporibus fuisse intrusas.

D. CY-

## D. CYRILLVS.

CYRILLVS

Patiar nunc temporum ordinem in Patrum auctoritatibus recensendis subverti: quando quidem vim afferunt plura pariterq; doctissima D. Cyrilli argumenta, quibus ipse vitur in dogmate confutando. ea vero colligendi laborem nobis minuit Frater Sixtus Senensis Quinto suæ Bibliothecæ libro: quæ sic habent.

**B** *PRIMO, si ante corpora hominum anime fuerunt, & quadam inclinatione ad malum, ut ipse dicit, loco supplicij corporibus connectuntur, quomodo venientes in hunc mundum illuminari dicuntur? illuminatio enim maiorem afferre gratiam videtur, & honoris certe, non supplicij est: non punitur autem, qui honoratur, nec cruciatibus vexatur, qui lumine diuino participat. quare certum est, non puniri connexu corporis animam, quæ in ipso corpore honoratur.*

*Accedit, quod falsum omnino esset illuminari animam, in hunc mundum venientem: si quidem mens, atque integer intellectus antea fuit. Si enim, dum in corpus veniat, illuminatur: necesse est, ante, quam veniat, lumine carere. quomodo ergo intellectus integer ac purus erit, si tunc tandem illuminari cepit, quando in hunc mundum, & in molem carnis descendit?*

**C** *Præterea, si ante corpus anima fuit, & sicuti mens pura & intellectus integer ipsi bono coniunctior erat, sed prauitate cupiditateq; peiorum ad terrena depressa est: quomodo non magna sibi iniuria sit, quo modo in hoc corpore depressa, recte viuere, ac non peccare iubetur? cum tunc potius oportuisset, quando nondum corpori alligata longius ab omni aberrat perturbatione, non potuerit profecto dicere, aut opportunitatem admonende anime ignotam Deo fuisse, aut iniuriosè ab eo tractatam, qui peccare non potest. opportune igitur, atque iuste non peccare in hac carne iubemur, quoniam eo capimus esse tempore, quo una cum corpore in hunc mundum venimus, ac quasi a loco quodam a nihilo ad esse peruenimus.*

**D** *Præterea, libenter ab eo quererem, quam verisimilitudinem oratio habeat, cum dicat, propter delicta, quæ prius anima commiserat, in corpus eam intrudi, ut experientia rerum cupiditatis suæ turpitudinem discat. quomodo non erubescit hæc dicere? liberanda enim potius a prauis cogitationibus fuisse videtur, quam in profundum turpissimarum voluptatum detrudenda non enim sic, sed ille modus curare eam potuisset, quod si, ut corporis voluptatibus fruere, ac eo modo magis egrotaret, in corpus detrusa est: tam ignorantia, quam iniuriæ crimine medicus iure accusari poterit, qui ea ratione sanari egram posse putauit, si in maiora, pluraq; delicta per iniuriam ab eo depelleretur, si autem, ut delinquendi finem faceret, quomodo ab ultima profunditate miserie, ac cupiditatis emergentiam potius putauit, quam in ipso malorum principio, quando peccati fomite, id est in corpore, carebat parua castigatione suum statum retenturam?*

**E** *Ad hæc, si ante corpus deliquit anima, & ut pœnas lucret, corpori coniuncta est: oportere certe, credentes, qui fide a peccatis liberati sunt, a supplicio statim, id est a corpore liberari. quomodo enim, dic, quæso remissionem peccatorum penitus consecuta esse anima intelligeretur, cum adhuc propter peccatum in corpore inclusa teneatur? videmus autem multo secus fieri, non modo enim illico fideles a corporibus non euolant, verum etiam resurrectionis professione, ac fide immortaliter se victuras cum corporibus credunt, non ergo ad cruciatum corpus animo coniungitur, præsertim cum ita diuinitus honoratum sit, ut & Saluatoris reuicturum omnipotentie attestetur, & vitam sit immortalem habiturum.*

*Adde, quod morte maiora delicta secundum legem plectuntur, cum, qui lenius peccarunt, viuere permittantur; qui autem omnino Innocentes videntur, præmijs etiam, quasi quibusdam ad viuendum iuuamentis, afficiantur. oportebat autem, si, ut commissorum pœnas*

Sixtus.

I.

Animas huc accedentes illuminari. Ioan. 1.

II.

III. Anima nõ peccare iubetur. cum in hunc mundum uenerit.

IV.

Animam curâ di rationem a Platone desertam videri.

V.

Credentes statim e vinculis soluidebere, ex Platonis doctrina. ac resurrectionis fidem Platonice assertioni detrudere.

VI.

Maiora delicta morte non puniuntur.

nas

VII. Christus nihil boni donasset æterna carnis resurrectione.

VIII. Dan. 12. a. Da mihi vocē frustra futurā.

IX. Gen. 15. b. 26. a. Deus Abraham benedictione decepsit.

X. Deut. 1. b. Moses etiam frustra orationem ad Deū habuisset.

XI. Iac. 4. 1. Reg. 1. Anna petitione sua peccasset.

XII. Efl. 38. a. Ezechias male prorogationem vite petijt.

XIII. Hier. 37. c. Hieremias frustra lacu educus. Frustra etiam Leonibus Dan. 3. & 13. fuisset creptus.

nas lueret, corpori anima coniuncta est, scelestos homines ad viuendum potius inuitari, ut magis mole corporis uexarentur, innocentes uero contra citius ab hoc corpore, id est a supplicio liberari. sed iure lex homicidam, ceterosq. huiusmodi mori iussisset: istos autem honoribus decorari: falso ergo dicitur supplicij causa corporibus animas annexi.

Insper, dicat, queso, si ad supplicium corpus anima connectitur, quid boni nobis, destructa morte, ac immortalitate corpori per Resurrectionem donata, Saluator contulit? corruptioni potius perpetua corporis terminum supplicio imponenti, quam Domino nostro Iesu Christo (quem credimus corporibus resurrectionem donasse) gratias agere deberemus. non autem ita Ecclesia facit, sed Christo gratias agit, Salvatorem re ipsa existimans, quia nos a morte liberauit. Non ergo ad supplicium animis corpora data sunt. nam, si sic esset, maiora nobis inferret mala resurrectio, perpetuo miseris corporibus animas includēs, & unde per mortem euaserunt, eo repellens. nihil autem mali, sed ad renouationem naturæ a Christo pro singulari dono data est: non ad pœnam animis corpora data sunt.

Præterea, singulare nobis quidam Propheta gaudium annuncians: Resurgens, clamabat, mortui, & suscitabuntur, qui sunt in monumentis, & omnes, qui in terra sunt, exultabunt. Magna potius afficientur maestitia, dicendum erat, rursus in corpore redeuntes: aut, si uera humanum genus afficere lætitia uolebat, non resurrecturos mortuos, sed perpetua naturam carnis datam esse corruptioni affirmasset. cum uero diuino inflatus spiritu, carnis resurrectionem ad gaudiam annunciet, non sumus ad supplicium corporis annexi, cuius immortalitate lætari, exultariq. iubemur.

Accedit, quod Deus, cum beatum Abraham benediceret, quasi stellas Cæli innumerabiles suas fore pollicetur. quare, si ad corpus, seu ad supplicium, anima introducit, damnatarum diuinitus animarum turbam, & quasi fugitiuarum a bono, malignitatibus seruuum, ac maledictionis potius, quam benedictionis semen pollicetur. Sed re ipsa benedictus a Deo Abraham fuit, igitur, &c.

Similiter, diuinus ille uir Moses, cum non iniuria multitudinem Iudeorum admiratus esset: Ecce namq. inquit, multitudine, ueluti stella cæli, hodie estis: adiecit orans, Dominus Deus patrum uestrorum addat ad hunc numerum multa millia; quæ res, si anima lapsa in corpore puniuntur, non optanda, sed repellenda potius oratione, intercessioneq. Mosi ad Deum fuit sed fuit optanda: (non enim inanem quendam hominem fuisse Mosi dicimus) falso igitur, & a se ipsis, non a scripturis, nequam hominem, huiusmodi falsitates excogitant.

Præterea, non ignoramus nihil concedi a Deo male petentibus. Petitis enim, inquit, & non accipitis, quia male petitis. Si ergo anima, ut ille dicit, incarnatio ad luendas pœnas datur: non parum Anna Phanuelis filia peccauit, longa oratione a Deo solum postulans, anima namq. lapsum primo, deinde punitionem postebat. & si mulier, quasi homo, errauit: quomodo Deum exorauit? non enim poterat femina in utero concipere, nisi anima in cælis deliquisset, ut propter delictum ueterum mulieris ingreſsa, corpus assumeret. sed exoratus fuerat Deus, quia bene illa petijt: non ergo carni coniunguntur, quia peccauerimus antea, quippe qui ante corpus non fuimus.

Ad hæc, si gratia supplicij corpori connectimur, cum Ezechias uir sanctus, atque probus, prorogationem huius uite petijt? aut quomodo Deus quindecim annos prelate, & lacrymis illius commotus beneficij loco illi adiecit? calamitatem enim potius, & cruciatum, quam donum, & gratiam, si aliquid ueritatis ista ruga habent, illi contulisse uidetur: sed donum certe fuit, ac gratia prorogatio uite, non ergo ad supplicium animis corpora dantur.

Præterea, si corpus anima ad pœnam datum est, inanem gratiam Deus ei retribuit, qui Hieremiam a lacu eduxit, quem a Chaldeorum impetu euasurum, longiusq. uicturū pollicetur: cum potius debuisset, si honorare ipsum uolebat, quamprimum a uexatione corporis liberare. nec præterea tribus illis adolescentibus, quos a Babylonia flamma seruauit, nec Danieli, quem a feritate Leonum eripuit, boni quiddam impartitus est. falsum autem

tem hoc omnino est: laudatur enim, gratiaq. sibi aguntur, quia præcipuum eis contulit benescium: falsum igitur etiam illud est, unde hoc sequitur.

Adde, quod pro tribunali Dominico opera quæq. nostra patebunt, ut recipiat uniusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Si ergo pro operibus, quæ perperam, aut contra cum corpore gessimus, retributio fiet, nec ulla erit mentio eorum, quæ ante corpus probe uel contra fecerimus, quomodo ante corpus fuisse animam audent dicere, si ea solummodo queruntur, quæ cum corpore gessit.

Deinde, quomodo idem Paulus ait: Exhibeatis corpora uestra, hostiam uiuentem, sanctam Deo placentem. nam, si ad supplicium animis corpora data sunt, quo modo in odorem suauitatis id Deo offerimus, per quod punimur? aut quo modo uirtutem possidebit, quod natum ad puniendum magnas in peccato egit radices?

Ad hæc, propter transgressionem primi hominis, corruptio genus nostrum inuasit, ut ait Paulus, sed regnauit mors ab Adam usque ad Moſen, etiam in eos qui non peccauerunt; si præcorum gratiam delictorum mortale nobis corpus annexit, quo modo non peccauerunt, si propter peccata in corpus deciderunt?

Præterea, de quodam ab utero matris cæco, Salvatorem discipuli interrogarunt dicentes: Rabbi, qui peccauit, hic, aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? nam, quoniam in Prophetis scribitur libris, quod peccata parentum filijs Deus retribuit: hac de causa cæcum fuisse natum hominem illum Apostoli arbitrabantur. Quid igitur Christus? Nec iste, inquit, peccauit, nec parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Quomodo autem non peccasse asserit eos, qui, cum homines fuerint, non errasse procul dubio non potuerunt? Manifestum igitur, atque conspicuum est, quia uerba Domini tempus, quod natiuitatem illorum præcesserat, respicit, quo tempore nec fuerunt, nec peccare potuerunt. hoc enim modo heritatis integritas in uerbis ueritatis, id est Christi conspicitur.

Accedit, quod Esaias, quam ob causam terra facta sit, ostendens, Non frustra, inquit, creata est, sed ut habitetur: non a nudis spiritibus, nec incorporeis animis, sed animatis corporibus congruenter habitari potest. Quæ ex re sequitur: Si præfuisse animas, & delinquentes in corpora delabimur: noluntate ipsas Dei delinquere, ut homines scilicet essent, quibus terrarum orbis habitaretur. Sed hoc falsum omnino est: uerum igitur alterum.

Adde, quod omnia artifex Sapientia, in libro Parabolarum huiusmodi de se uerba dicere introducit: Ego eram, inquit, quo gaudebat uniuersorum scilicet Creator, quotidie letabar coram eo in omni tempore, quando consummato terrarū orbe gaudebat, & letabatur super filios hominum. Si ergo Creator Deus homine gaudebat: quo modo non insanunt, qui peccatis ad corpora intrandi animas opinantur? Si enim gaudet, quia pœnas per corpora dant, non erit bonus, qui aliorum supplicio triumphat: sed bonus est ipse natura, & bonarum creaturarum productor: non igitur instrumentum puniendi corpora sunt: ut multi falso predicant.

Præterea, si quæ ante corpora deliquerunt, anima corporibus annexa puniuntur, quæ obrem aduersus impios diluuium immissum est, & Noe iustus in retributione fidei saluatus? contra namque fieri oportuit, ut iusti scilicet citius a corpore soluerentur, improbi uero longioribus huius uite spatij iustum honorauit: falsa igitur opinio, abijciendaq. penitus ex animis nostris est.

Ad hæc, quare Saluator Lazarum, quem amabat, suscitauit, & liberatum a supplicij amicum in supplicia reduxit? sed suscitauit, honorans, quem diligebat. aduersus ergo ueritatem dicuntur anima ante corpora deliquisse.

Adde, quod, si ita esset, rationale hoc animal homo, naturaq. hominis per peccatum producta uideretur. sed per peccatum rursus ingressa in mundum mors est. quare repugnare sibi ipsi peccatum uideretur, cum priora posterioribus dissoluat. Sathanas quoque in scripto di-

XIV. 2. Cor. 5. b. Antea corpus fuisse.

XV. Rom. 12. 2. Corpora frustra deo offerentur.

XVI. Rom. 7. c.

XVII. Ioan. 9. a. Quomodo neque filius neque parentes peccarunt Christo, asserente. Exod. 20. a.

XVIII. Efl. 6. b. Terra cur facta sit ex Esaiad.

XIX. Prou. 3. a. Deus hominis gaudius est.

XX. Gen. 6. Diluuium improbos saluati debuisse, bonos uero necari, ex Plat.

XXI. Iazarus cui resuscitatus?

XXII. Peccatum sibi ipsi repugnasset. Luc. 11. c.

so diuisus esset: quomodo ergo staret regnum eius? Sed hæc falsa sunt. vera igitur quæ eis opponuntur.

XXIII. Sap. 1. d. Sap. 2. d. Frustra diabolus inculpatur.

Postremo, mortem a Deo Ecclesia negat productam: inuidia enim Diaboli venisse in mundum eam Scriptura confirmat. quod si ad puniendam animam corpus ei coniungitur: quare Diabolus inculpatur, qui morte supplicium animæ dissoluit? quare autem Saluatori gratias agimus, per resurrectionem rursus corpora nobis restituenti? Sed merito & agimus, & debemus gratias Saluatori, qui nos a corruptione, quam inuidia Diaboli nobis intulit, suo sanguine liberauit: non ergo instrumentum supplicij corpora sunt, nec animæ ante corpora, quando non fuerunt, peccare potuerunt.

CAUTIONES.

CLEMENS ALEXANDRINVS

Libro Stromatum Tertio.

CLEMENS.

Quod autem doctus ille Senensis Bibliothecarius præteritorum argumentorum e D. Cyrilli Commentarijs collectione multo nos onere leuauerit, gratias quidem illi referimus: sed multo certe maiores ageremus, si ea, quæ a D. Clemente habentur, nobis obtulisset: idq. nostri laboris propterea fuerit, quod in præsentem Platonis errore multo acrius insurgit, immo vero Platonis inconstantiam e penitioribus suorum dialogorum commercarij sub odoratam eruisse visus est. is enim, suorum Stromatum libro tertio, cum multa in Basilidis sectatores, in Carpocratem, & Epiphane[m], & alios quouis modo legitime maris & feminae coniunctionis detractores multa differeret, & Platonis eandem peruersitatem condoleret, eor[um] tandem deuenit, vt e prima de matrimonio disceptatione aliam sedare cuperet, quæ antecedentem conseq[ue]batur, vt in Marcionistas legitime insurgeret, qui, matrimonio derogantes, existimabant, generationem malam esse: cumq. illos Platoni, atque Pythagoræ, hoc acceptum ferre ostenderet, quamuis nequiores fuisse Marcionistas demonstrasset, tamen in Platonem, & huiusmodi philosophos, tanta scribendi dexteritate insurgit, vt, etsi præ Marcionistarum peruersitate Platonem minus damnasse visus sit, hunc tamen ingeniosius damnet, & tamquam erroris fontem detegat, cauendumq. proclamet, quod nostri operis est institutum. Clementis autem verba ita habent: Jam vero, si & ipse Plato, & Pythagorei, sicut etiam postea Marcionista, malam existimauerunt esse generationem, longe abfuit, vt communes ipse poneret uxores. Sed Marcionista quidem dicunt malam esse naturam, ex mala materia, & a iusto factam opifice, ac Creatore. Qua quidem ratione nolentes implere mundum, qui factus est a Creatore, volunt abstinere a nuptijs, resistentes suo Creatori, & contendentem ad bonum, qui vocauit: sed non ad eum, qui, ut dicunt, Deus est alio modo. Vnde, cum nihil hic volint relinquere proprium, non sunt ex electione, & ex instituto continentem, sed propter odium conceptum aduersum eum, qui creauit, nolentes ijs uti, quæ ab ipso sunt creata. Sed hi quidem, qui, propter impium, quod aduersus Deum gerunt, bellum, emoti sunt ab ijs cogitationibus, quæ sunt secundum naturam, Dei longanimitatem contemnentem, & benignitatem, et si uolunt uxorem ducere, cibis tamen utuntur creatis, & aerem respirant Creatoris, ut qui & eius sint opera, & in ijs, quæ sunt eius, permaneant, & nouam quandam, & alienam, ut aiunt, annuntiant cognitionem, etiam.

Si mala est Platoni generatio, nulla ei debuit esse communium vxorum sollicitudo.

A etiam si hoc nomine, mundi Domino deberent agere gratias, quod hic acceperint Euangelium. Sed aduersus eos quidem, cum de Principijs tractabimus, accuratissime diseremus. Philosophi autem, quorum mentionem fecimus, a quibus cum malam esse generationem impie didicissent Marcionista tamquam suo dogmate gloriantur, non eam uolunt esse naturam malam, sed anima, quæ id, quod verum est, tradidit. Animam enim, quæ est diuina, in hunc mundum deducunt tamquam in locum supplicij. Oportet autem animas in corpus immittas expiari ex eorum sententia. Non conuenit autem amplius hoc dogma Marcionistis, sed ijs, qui censent in corpora intrudi, & ijs alligari & appropinquare animas. Aduersus quos fuerit aliud dicendi tempus, quando de anima tractabimus. Videtur itaq. Heraclitus, maledictis insequi generationem. Quoniam autem, inquit, nati uolunt uiuere, & mortes habere, vel potius quiescere, filios quoque relinquunt, ut mortes fiant. Clarum est autem cum eo conuenire Empedoclem quoque dicentem:

Marcionistas malam esse generationem a Philosophis didicisse.

Heraclitus generationem maledictis insequitur. Empedocles.

Desceui, & luxi, insolita est cum regio uisa.

Et amplius:

Mortua nam ex uiuis fecit, mutansq. uicissim.

Et rursus:

Hei mihi, quam infelix hominum genus, atque misellum.

Litibus ex quantis prognati, & planctibus estis.

Dicit autem Sibylla quoque:

Mortales homines, caro qui tantum, & nihil estis.

Similiter atque Poeta, qui scribit:

Haud homine infelix tellus mage quicquam alit alma.

Quin etiam Theognis malam ostendit esse generationem, dicens hoc modo.

Optima non nasci res in terrestribus esset,

Nec nitidi solis luce micante frui,

Ex templo aut natum transferre se ad ostia Ditis.

His autem consequentia scribit quoque Euripides Poeta Tragicus:

Nam nos oporteret conuentu in celebri

Deslere natum, ut ueniat qui ad tot mala:

Ast mortuum, cuiq. a malis data est quies.

Letos domo letis efferre canticis.

Et rursus:

Quis nouit, an uiuere quidem fiet mori,

Sic mori autem uiuere?

Idem quod hi, uidetur Herodotus quoque inducere dicentem Solonem: O Cræse, qui uis homo nihil est aliud, quam calamitas. Jam uero de Cleobide & Bitone fabula aperte nihil uult aliud, quam uituperare quidem generationem, laudare autem mortem.

Herodotus. Cleobidis & Bitonis fabula.

Et qualis solium, est hominum generatio talis.

Ait Homerus. Plato autem in Cratylo, Orpheo tribuit id, quod dicitur, quod anima puniatur in corpore. Etenim nonnulli ipsum dicunt esse monumentum animæ, ut quæ in præsentia sit sepulta, & quoniam id significat quæ significat anima, ideo recte appellari cõpua. Videtur quidem certe Orpheus hoc nomen maxime imposuisse, ut quæ eorum propter quæ luit, luat penas. Operis præteritum est autem meminisse etiam eor[um], quæ dicit Philolaus. Sic enim dicit hic Pythagoreus. Testantur autem veteres quoque Theologi, & Vates, quod propter aliqua lenda supplicia anima coniuncta sit corpori, & in eo tamquam in aliquo monumento sit sepulta. Quin etiam Pindarus, de ijs, quæ sunt in Eleusine, mysterijs loquens, infert: Beatus, qui cum illa sub terra uiderit, communia, nouit quidem uitæ finem, nouit autem datum Iouis imperium. Et Plato consequenter in Phædone non ueretur hoc modo scribere: Porro autem hic nobis constitutis mysterijs, non aliquid aliud, &c. usque ad, Et

Homerus. Plato.

Philolaus. Veteres Theologi. Vates. Pindarus.

Plato in Phæd.

Apostolus. Rom. 7.

Rom. 7.

Plato coitum auersatur.

Heraclitus. Pythagoras. Socrates. Philosophos repugnãtia dicere.

Marcionem ingrate & indocte a Platone accepisse.

cum Dijs habitatione. Quid vero, cum dicit: Donec corpus habuerimus, & confusa no-stra fuerit anima cum eiusmodi malo, illud quod desideramus, numquam satis possederimus; an non significat generationem esse causam maximorum malorum? Tam vero in Phadone quoque attestatur. Euenit enim, ut, qui recte philosophantur, non animaduertantur ab alijs in nullam rem aliam suum studium conferre, quam ut emoriantur, & sint mortui. Et rursus: Ergo hic quoque Philosophi anima corpus maxime vilipendit, & ab eo fugit, ipsa autem per se esse querit. Numquid autem consentit cum diuino Apostolo, qui dicit: Infelix ego homo, quis me liberabis de corpore mortis huius. Nisi forte eorum confessionem, qui detrahuntur in vitium, Corpus mortis dicit tropice. Atque coitum quoque, qui est principium generationis, vel ante Marcionem videtur Plato auersari in primo de Republica. Infert enim laudans senectutem: Velim scias, quod, quo magis succescunt alie voluptates, eo magis studiorum, ac doctrinæ cupiditates crescunt, & voluptates. Et, cum rei Venereæ iniecta esset mentio: Bona verba, quæso, inquit: Ego vero lubenter istinc, tanquam ab insano aliquo, & agresti domino; effugi. Rursus dicit in Phadone, generationem maledictis insequens: Quæ ergo de his in arcanis dicitur, hæc est oratio, quod nos homines sumus in custodia aliqua. Qui autem uisi fuerint in uita sancte agenda excelluisse, ij sunt, qui ab ijs quidem, quæ sunt in terra, locis, tanquam a carceribus, liberantur, & soluantur: ad puram autem sursum veniunt habitationem. Sed tamen, quamuis ita se habeat, recte se gerentem administrationem sentit, & providentiam, & dicit: Non oportet autem se ipsum soluere, & effugere. Et, ut paucis dicam, non dedit Marcioni occasionem, ut malam existimaret materiam, cum ipse pie de mundo hæc dixerit. Ab eo enim, qui construxit, habet omnia bona: a priori autem habitu, quæcumque in celo sunt grauias, & iniustas, ea & ipsum ex illo habet, & efficit in animantibus. Adhuc autem subiungit manifestius. Eorum autem ei causa est corporea con-temperatura, quæ coalita est cum ea, quæ olim fuit, natura, quoniam magne confusionis, & perturbationis erat particeps, priusquam veniret in eum, qui nunc est, mundum. Nihilominus autem in legibus quoque desit humanum genus, sic dicens: Dii miseri hominum generis, quod fuerat natum laboriosum, ut a laboribus conquiescerent, dierum festorum constituerunt eis vicissitudines. Et in Epinomide sic quoque persequitur causas, cur sint miseri: & sic dicit: Ab initio ipsum esse genitum, est graue cui libet animanti. Primum quidem esse participem eorum, quæ gestantur in utero. Deinde ipsum nasci. Et præterea nutriri, & erudiri, per innumera labores uniuersa sunt, ut omnes dicimus. Quid vero, non Heraclitus generationem quoque dicit esse mortem? Pythagoras autem similiter, atque Socrates in Gorgia, cum dicit, Mors est, quæcumque experrocti uideamus; quæcumque autem dormientes, somnus. Sed de his quidem satis. Quando autem tractabimus de Principijs, tunc & has repugnantias, quas & tacite significant Philosophi, & suis dogmatibus decernunt Marcionistæ, considerabimus. Ceterum satis dilucide ostensum esse existimo, externorum alienorumq; dogmatum occasiones, Marcionem ingrate & indocte accepisse a Platone. Nobis autem procedat sermo de continentia. Dicebamus autem, Græcos, cum haberent suspectam in utendo difficultatem, in filiorum generationem multa dixisse: cum ea autem impie exceperint Marcionistæ, eos fuisse ingratos in Creatorem. Dicit enim Tragedia:

Non nascier præstat homines, quam nascier. Dein filios acerbis cum doloribus Enitor, enixa at stultos si pepererim, Afflictor improbos uident, cum nil inuet. Rursusque, si perdam bonos, salui at sient. Mibi misellum cor timore liquitur, Quid hoc uero boni? non sufficit unam

Per-

A Perdere animam, nisi te afflictes amplius? Et adhuc similiter:

Mibi siet uetusq; persuasio, Plantare filios numquam hominem oportuit, Dum cernit ad quot illos gignimus mala.

In his autem, quæ deinceps sequuntur, malorum quoq; causam euidenter reducis ad principia, sic dicens:

O qui miser natus, malisq; obnoxius Editus homo es, uita tuæq; miseriam Inde habuisti, cepit aether omnibus Spiramen unde alens tradere mortalibus. Mortalis ergo cum sis, ne sis immemor.

B Rursus autem his similia sic tradit:

Mortalium omnium beatus non fuit Quisquam, molestia & nemo carens fuit.

Et deinde rursus: Heu generi humano quot & quanta accidunt, Quot species malorum, neque finis datur.

Et adhuc similiter: Inter homines beatus quis perpetuo non est?

C Hac itaq; ratione dicunt etiam Pythagoreos abstinere a rebus ueneris. Mibi autem contra uidentur uxores quidem ducere ut liberos suscipiant, uelle autem a ueneris uoluptate se continere post susceptos liberos. Hac ratione mystice uti faba prohibent, nõ quod sit legumen statum excitans & concoctu difficile, & somnos efficiat turbulentos, neque quod hominis capiti sit assimilata, ut uult ille uersiculus:

Idem est nam fabam, atque caput corrodere patris.

Sed potius, quod faba, si comedantur, steriles efficiant mulieres. Theophrastus quidem certe in libro de causis naturalibus, fabarum siliquas, si ponantur ad radices arborum, quæ nuper sunt plantatæ, refert plantas exsiccare. Quin etiam gallina domestica, quæ eas assidue comedunt, efficiuntur steriles. Ex ijs autem, qui ab heresi aguntur, Marcionis quidem Pontificis fecimus mentionem, propter ab eo susceptam aduersus Creatorem concertationem, ut qui mundanarum rerum usum recuset. Et autem continentia causa est, si modo do est ea dicenda continentia, ipse Creator, cui se aduersari existimans, Gygis iste cum Deo pugnans, est inuitus continens, in creaturam & Dei opus inuictus. Qui si uisurpent uocem Domini, qui dicit Philippo: Sine mortuos sepelire mortuos suos, tu autem sequere me: at illud considerent, quod simile carnis signum fert quoque Philippus, non habens cadauer infectum. Quomodo ergo cum carnem haberet, non habuit mortuum? Quoniam surrexit ex monumento Domini, quod uita morte affecit, uixit autem Christo.

Pythagorei cur a ueneris rebus abstinent.

A fabis abstinendum cur iusserit Pyth. Theophrastus Fabarum sterilitas.

Marcio mundanarum rerum usum recusat.

Matth. 8. Philippus.

Idem quinto libro Stromatum.

E Apponam etiam hoc loco eiusdem Clementis sanioem quendam, quem IDEM CLEMENS tribuit, sensum animorum descensui a Platone assertum. Postquam enim quinto Stromatum libro præ ceteris quædam de excidio mundi, eiusdemq; multiplici restauratione, ex eorundem philosophorum sententia locutus est, hæc addit: Ei consimilia decreta serunt etiam Stoicorum doctissimi, tractantes, & de conflagratione, & mundi administratione, & de mundo qui est æternæ qualis, & de homine, & de animarum nostrarum permansione. Rursus autem Plato quoque in septimo de Republica, cum quæ est hic diem, nocturnum appellauit, propter mundi principes, ut sentio, harum

Stoicorum decreta.

Plato.

O tenc-

*senebrarum. Somnum autem & mortem, anime descensum in corpus, eomodo, quo Heraclitus. Numquid autem de Scruatorē hoc pr. dixit spiritus, dicens per David: Ego dormi, & soporatus sum, excitatus sum quoniam Dominus me suscipiet. Hæc Clemens. Nisi fortasse non paterentur ij hæretici, qui Christum a Platone accepisse contendunt, de quo aliàs a nobis dictum est.*

### Augustinus libro Retractationum primo.

**AVGVST.** Refert hic Magnus Pater, se, cum contra Academicos scriberet, libro secundam animam ituram potius quam redituram in celum. *do capite nono, deque animo ageret, dixisse securius, rediturum in celum: Iturus autem, quam reditu. us, dixissem securius, propter eos, qui putant animos humanos pro meritis peccatorum suorum de celo lapsos, siue deiectos in corpora ita detruendi. Sed hoc ego propterea no dubitavi dicere, quia ita dixi Celum, tamquam dicerem Ad Deum, qui eius est auctor, & conditor. Sicut B. Cyprianus non cunctatus est dicere. Nam cum corpus e terra, spiritum possideamus e celo, ipsi terra & celum sumus. & in libro Ecclesiastici scriptum est, Spiritus reuertitur ad Deum qui dedit illum, quod utique sic intelligendum est, ut non resistatur Apostolo dicenti, nondum natos nihil esse boni aut mali, sine controuersia ergo quedam originalis regio beatitudinis animi. Deus ipse est, qui cum non quidem de se ipso genuit, sed de nulla re alia condidit, sicut condidit corpus e terra.*

### Augustinus duodecimo de Ciuitate Dei, cap. 26.

**AVGVSTI- NVS.** Memini me alibi vsu fuisse, atque etiam vsurum esse quibusdam huius capituli ex D. Augustino particulis. namq. ibi de Platoniorum opinione loquitur, qua existimantur, Angelos quidem a Deo conditos, sed ipsos esse humanorum corporum conditores. cuius quidem capituli magnam partem ad præsentem Cautionem conducere, ex ijs, quæ modo a principio statim afferemus, fiet manifestum. nam in hunc modum aggreditur: *Ita sane Plato minores & a summo Deo factos Deos effectores esse voluit animalium ceterorum, ut immortalem partem ab ipso sumerent, ipsi vero mortalem attexerent. Proinde animarum nostrarum eos creatores esse noluit, sed corporum. Vnde, quoniam Porphyrius propter anime purgationem dicit omne corpus fugiendum, simulq. cum suo Platone, alijsq. Platonis sentit eos, qui immoderate ac inhoneste viscerint, propter lucidius penas ad corpora redire mortalia: Plato quidem etiam bestiarum, Porphyrius tantummodo ad hominum: sequitur, eos, ut dicant Deos istos quos a nobis volunt quasi parentes, & conditores nostros coli, nihil esse aliud quam fabros compedum, carcerumue nostrorum, nec institutores, sed inclusores, alligatoresq. nostros erga sulis arumosis, & grauissimis vinculis. Aut ergo desinant Platonici penas animarum ex istis corporibus comminari: aut eos nobis Deos colendos nos prædicent, quorum in nobis operationem, ut, quantum possumus, fugiamus, & euadamus, hortantur, cum tam n sit utrumq. falsissimum. Nam neque ita aduunt penas animæ, cum ad istam vitam penalem denorentur: & omnium uiuentium, siue in celo, siue in terra, nullus est conditor, nisi a quo facta sunt celum & terra. Nã, si ulla causa est uindictæ in hoc*

**A** in hoc corpore, nisi propter pendenda supplicia. quomodo dicit idem Plato, aliter mundum fieri non potuisse pulcherrimum atque optimum, nisi omnium animalium, id est immortalium, & mortalium generibus impleteretur. Si autem nostra institutio, qua vel mortales conditi sumus, diuinum munus est: quomodo pœna est ad ista corpora, id est ad diuina beneficia remeare?

### Tertullianus in libro de Anima cap. de Animarum excessu.

**B** Postquam docuit, exitum mortis esse, aut materierum, aut regionum, aut viarum vitalium euerfionum: Materierum, ut felis, ut sanguinis; regionum, ut cordis, ut iecoris; viarum, ut venarum, & arteriarum; Hinc denique in ultimo illius capituli euenire, inquit, sepe animam in ipso diuortio potentius agitari, sollicitiore obrutu, extraordinaria loquacitate, dum ex maiore suggestu iam in libero constituta, per superfluum, quod adhuc cunctatur in corpore, enuntiat quæ uidet, quæ audit, quæ incipit nosse. Si enim corpus istud Platonicæ sententiæ carcer, ceterum Apostolica Dei templum cum in Christo est: sed interim animam conspecto suo obstruit, & obscurat, & concretione carnis infecat. Vnde illi, veluti per concretione speculæ obsoletior lux rerum est. Proculdubio, cum vi mortis exprimitur de concretione carnis, & ipsa expressione colatur, certe de oppasso corporis erumpit in apertum ad meram, & puram, & suam lucem, statim semet ipsam in expeditione substantiæ recognoscit, & in diuinitatem ipsa libertate respicit, ut de somno emergens ab imaginibus ad ueritates: tunc & enuntiat, quæ uidet, tunc exultat, aut trepidat, prout paraturam diuersorum sui sentit de ipsius statim Angeli facie, euocatoris Animarum, Mercurij Poetarum.

### D. Epiphanius.

**D** Multa habet, atq; præclara in hanc sententiã pius iste vir libro secundo tomus primi contra hæresim 64. in eo capite, in quo Methodij uerba recententur: ea uero e multis uix pauca in hunc locum afferre libuit, ut pote digna quæ legentur. ita enim habent. *Vides, inquit ille, O Eubuli, quod ego paratus sum te laudare, ubi recte declaraueris sermones? Ergo, quo sane me amplius laudes, si vinculum corpus uobis uidetur, non potest mutari malitiei causa anime esse, ampliusq. iniquitatis, sed uice uersa, modestiæ, & castigationis. sic autem rem considera: ita enim rem magis assequi poteris: Quo ducimus eos, qui corporibus ægrotant? nonne ad medicos? Manifestum est hoc, inquit. Quo uero peccates? nonne ad Iudices? Necessarium hoc. Igitur penam daturos, inquam, iuste propterea quæ fecerunt? Etiam. Iustum autem omne bonum est? Constat. Qui uero iuste iudicat, benefacit: iuste enim iudicat? consensit. Quod uero bonum est, utile apparet. utilitatem ergo capiunt, qui iudicantur, tollitur enim improbitas ipsorum tormentis prohibita. quemadmodum etiam utilitatem capiunt morbi a sectionibus, ac medicamentis medicorum. Nã iniustum penam dare, est animam corrigere, magnum illum morbum iniquitatem abijciendo. Constat. Quid uero, non iuxta proportionem peccatorum supplicia iuste adhiberi dicis qui puniuntur? quemadmodum & his, qui curantur, iuxta uulnerum proportionem chirurgias? Annuit. Igitur, qui morte digna fecit, ad mortis supplicium condemnatur, qui plagis, ad plagas; qui vinculis, ad uincula. Constat. Punitur*

autem is, qui debet, vinculis, aut plagis, aut alio quodam huiusmodi supplicio, quo penitentiam agens, iniuste agere cesset, dum per tormenta velut lignum inrorum dirigitur? Verissime, inquit, dicitis. Non enim prateriti delicti gratia in dex ipsi supplicio afficit, sed futuri, ut ne rursus faciat. Hoc manifestum est, inquit. Vinculum enim clarum est ipsi, quod impetum ad iniuste agendum tollit, non permittens facere, quæ vult. Verum est hoc ergo prohibetur a peccando, vinculis non sumentibus ipsum libere agere, ac voluptatibus uti: sed contrahentibus, & iustitiam colere docentibus, donec didicerit per admonitiones temperatus esse. Apparet inquit, Neque igitur causa est vinculum peccandi, velut apparet. Castigat enim, & iustiores facit, auxiliare medicamentum anime existens: auferunt quidem & mordax, sed curatiuum. Valam est, inquit. Age, expendamus rursus superiora. Concessisti corpus non esse vinculum anime propter transgressionem? Et concedo, inquit. Peccare autem animam cum corpore: si quidem adulterium committere, occidere, ac impium esse, peccatum tibi videtur, quæ anima cum corpore facit? An nuit. At vinculum confessi sumus, non posse iniuste facere? Confessi sumus, inquit. Prohiberi autem tristificatum a vinculis? Etiam. Vinculum autem anime est caro? Annuuit. At peccamus, dum in carne sumus, consentiente nobis in hoc carne? Peccamus, inquit. Qui vero ligatus est, non potest peccare? Et hoc annuit. Coarctatur enim? Etiam. Nec permittitur a vinculo? Manifestum est. At corpus quidem ad peccandum est auxiliarium? Etiam. Prohibet autem vinculum? Assensus est. Non ergo corpus est vinculum, inquam, neque secundum te, neque secundum alium, o Aglaophon, sed ad utrumque anime auxiliarium, siue ad bonum, siue ad malum. Concessisti. Igitur, his sic habentibus, responde, o Aglaophon, ad ea, quæ primum asseruisti. In superioribus enim vinculum, & carcerem, & pedicam, anime corpus dixisti. & vides, quod non concordant cum his, quæ dixisti: quomodo enim concordant? si quidem necesse est, o optime, vinculum quidem carnem putari, animum vero vinculo auxiliario, ac adiutore uti ad iniustitiam? quod est impossibile. Si enim propter peccatum tormentum datum est, ad hoc, ut tristificata anima erudiatur ad colendum Deum: quomodo cooperatur, ac concertat corpus ipsi ad iniuste agendum? Vincula enim, & carceres, ac pedicæ, & in summa omnes eiusmodi machinæ adiutrices ad correctionem, eos, qui puniuntur, cohibent ab iniuste agendo, ac peccando. Non enim, ut is, qui iniuste agit, amplius iniuste agat, vinculum ipsi auxiliarium ad iniuste agendum datur, sed ut ab iniuste faciendo cesset, dum per vincula torquetur. Nam & Indices ob hanc causam malos pedicis ligant. Prohibentur enim, etiam si non velint, a vinculis, ut ne mala faciant: libere autem degentium malefacere est: & eorum, qui in custodia viuunt, & non ligatorum. Homo vero primum quidem occidit secundum Cain, auclius est ad incredulitatem, simulacris additus fuit, desecit a Deo, & quomodo ipsi corpus vinculum datum est. Aut quomodo Deus, postquam homo ante corpus peccauit, auxiliarium ipsi maiorem ad iniquitatem ipsum corpus dedit? Quomodo etiam post vinculi constructionem dicitur hoc? Ecce ante faciem tuam posui vitam, & mortem, ut eligas vitam: bonum, & malum, ut eligas bonum. Et, si nolueritis, & audieritis me. Hac enim ipsi velut potestatem habenti, & non velut sub vincula, ac necessitatem adacta dicta sunt. Quare undequaque confirmatur, neque vincula, aut carcerem, aut pedicam corpus putare: neque vinculas, aut captiuas terre esse animas, condemnante ipso Deo, ut terreis pedicis sint ligatæ. Quomodo enim hoc ita se haberet, quando id demonstrari non potest? Hæc & plura ibi Epiphanius: vbi paulo mox etiam declarat illud Psalmi, probasti nos Deus, &c. vnde suspicabantur corpus carcer esse, atque vinculum, cum dicitur, Probasti nos Deus (sic enim legit) igne examinasti nos, velut igne probatur argentum. Quorum verborum declarationem vide ibi. Quoniam ad Martyres potius quam ad animam carceri inclusam refert.

Vinculum non esse peccandi causam.

Corpus non potest dici vinculum si anime ad peccandum auxiliatur.

Psal. 61.

D. Thomas p. p. q. 65. ar. 2.

In Origenis errorem dirigitur ibi Sanctus Doctor, in corpore autem quaestiois erroneam opinionem esse declarat. Primo, quia contrariatur Scripturæ, quæ narrata productione cuiuslibet speciei creaturæ corporalis subiugit: *Vidit Deus quia hoc esset bonum: quasi diceret, quod unumquodque ideo factum est, quia bonum est ipsi esse: secundum autem opinionem Origenis creatura corporalis facta est non quia bonum est eam esse, sed ut malum alterius puniretur.* Secundo, quia sequeretur, quod mundi corporalis dispositio, quæ nunc est, esset a casu. Si enim ideo corpus Solis tale factum est, ut congrueret alicui peccato spiritualis creaturæ puniendo: si plures creaturæ spirituales similiter peccassent, sicut illa, propter cuius peccatum puniendum ponit Solem creatum: sequeretur, quod essent plures Soles in mundo, & idem esset de alijs: hæc autem sunt omnino inconuenientia. Unde, hac positione remota tanquam erronea, considerandum est, quod ex omnibus creaturis constituitur totum vniuersum, sicut totum ex partibus. Si autem alicuius totius, & partium eius velimus finem assignare, inueniemus primo quidem, quod singule partes sunt propter suos actus, sicut oculus ad videndum. Secundo vero, quod pars ignobilior est propter nobilitatem, sicut sensus propter intellectum, & pulmo propter cor. Tertio vero, omnes partes sunt propter perfectionem totius, sicut & materia propter formam. Partes enim sunt quasi materia totius. Vltimus autem, totus homo est propter aliquem finem extrinsecum, puta ut fruatur Deo. Sic igitur & in partibus vniuersi, vnaquæque creatura est propter suum proprium actum, & perfectionem. Secundo autem creaturæ ignobiliores sunt propter nobiliores, sicut creaturæ, quæ sunt infra hominem, sunt propter hominem. Vltimus autem, singule creaturæ sunt propter perfectionem totius vniuersi. Vltimus autem, totum vniuersum cum singulis suis partibus ordinatur in Deum, sicut in finem, in quantum in eis per quandam imitationem diuina bonitas representatur ad gloriam Dei: quamvis creaturæ rationales speciali quodammodo supra hoc habeant finem Deum, quem attingere possunt sua operatione cognoscendo, & amando. Et sic patet, quod diuina bonitas est finis omnium corporalium.

D. THOMAS.

Omne a Deo factum bonum esse.

Ordinis perfectio in vniuerso.

Beda.

Vide ipsum in libro de mundi celestis, terrestriisque constitutione, capite de origine animarum.

BEDA.

Guilielmus Parisiensis.

Multa sunt, quæ contra Platonem de pœnali descensu animorum habet Doctor iste primæ partis de Vniuerso parte secunda cap. de cimo tertio, cuius inscriptio est, De errore Platonis circa statum animorum, cuius argumenta nos partim in ante habitam disputationem, collatis tamen Platonis locis, & multis alijs additis, inseruimus; partim, quia Platonis doctrinam non satis directe euellabant, omisimus. hæc vero quæ ex alijs capitibus, aliorumque librorum disputationibus mox adiungemus, digna sunt, quæ proprijs illius grauissimi Doctoris verbis legantur, propterea quod positionem Platoniam apprimè destruant, & argumentorum grauitate satis superq. errorem manifestant.

O 3 Gui-

THEO-

Guilielmus Parisiensis primæ partis de Vni-  
uerso parte secunda capite 14.

**Animæ in cor-  
pus infuatio-  
nem naturalē  
esse.** *Amplius, Aut animabus humanis est ordo, & aptitudo in humana corpora potius quam  
in brutalia, aut non magis curant illa naturaliter, quam brutalia. Quod si dixerit, quia  
est illis ordo, & concupiscentia, non possit esse propter incarcerationem naturale deside-  
rium earum ad illa: alia igitur intentione est eis naturale desiderium ad ipsa. Naturale  
vero desiderium ab ipso auctore & Creatore naturaliter eis inditum est. Nihil autem est  
frustra inditum a Creatore: quare necesse est impleri naturaliter huiusmodi desiderium.*

**Argumentum  
Primum.** *Impletio igitur desiderij naturalis est. Quia igitur impletio hec non est nisi incorporatio  
ipsa, cum impletio desiderij non sit nisi adeptio desiderati: incorporatio igitur animarum  
humanarum naturalis est, quare non incarceration est ad pœnam earum, nec ad expiatio-  
nem. Amplius, Si motus in aliquem finem est naturalis, ergo & peruentio in illum, quia  
igitur motus concupiscentia, siue desiderij in corpora humana naturalis est animabus hu-  
manis, ergo & peruentio in illa: hoc autem non est, nisi incarceration scilicet in illa, siue  
corporatio. Amplius, Quoniam, cuius est potētia, eiusdem est & actus potētiæ illius, quod  
idem est semper ex necessitate potens, & agens per illam potētiā, qua est agens: quia  
ergo naturalis est animabus potētia incorporandi, alioquin frustra inditum esset incorpo-  
randi desiderium, si natura non dedisset eis potētiā ad hoc; actus incorporandi natura-  
lis est animabus humanis: incorporari igitur est eis naturale, non carcerarium aut piacu-  
lare.*

**Argumentum  
Secundum.** *Amplius, Si motus in aliquid est alicui naturalis, & quies in eodem erit ei-  
dem naturalis. quare, si motus, quem dixi, desiderij, vel concupiscentia in corpora huma-  
na, vel alia, est animabus nostris naturalis; esse in corporibus est animabus nostris natu-  
rale. Amplius, Si exitus ab aliquo, vel motus ab illo est alicui non voluntarius, sed violenti-  
tus naturaliter, quies in illo erit eidem naturalis, quia igitur exitus a corporibus violenti-  
sunt animabus nostris naturaliter, & inuita exeunt ab illis, erit quies in illis naturalis  
eisdem. Amplius, E contrario & indirecte, si esse in corporibus est violentum & contra na-  
turam animabus nostris, exire ab illis erit eis voluntarium, manifestum autem est, quia  
inuita semper exeunt naturaliter, quod dico propter animas, quæ spe felicitatis æternæ  
plurimum ibi latiscantur, ut desiderabile sit eisdem, dum sint in corpore, dissolui ab eo-  
dem, & exire de illo. Amplius, Nemo adhuc ausus est dicere de brutaliibus quod peccent: de  
hominibus autem manifestum est, quoniam absque mensura, & numero peccant, quare  
aptiora expiationi, & sanctificationi animarum humanarum sunt corpora brutorum,  
quam corpora humana, immo, quod plus est, corpora humana omnino inepta sunt istis pu-  
rificationibus animarum nostrarum: cum in eis tam multipliciter inquinantur, licet re-  
nitentes & inuita. In alijs autem inquinari nullatenus possunt.*

Idem Guilielmus, Prim. part. de Vniuerso  
parte 2. cap. xv.

**Platonem &  
Pyth. destru-  
xisse in parte  
naturam ani-  
marum.** *Igitur ex his, quæ præcesserunt, manifestum est tibi, Platonem & Pythagoram destru-  
xisse in parte istam naturam animarum humanarum: & si diligenter intenderis in hoc,  
inuenies eos destruxisse omnes animas humanas, & posuisse substantias angelicas spiri-  
tuales secundum veritatem positionis suæ creatas fuisse ante fabricationem corporum hu-  
manorum, non autem veras animas humanas: quoniam non patitur natura earum, & in  
hoc*

**A** *hoc vergit error eorum in opinionem eorum, qui cacodæmonas, quos vulgo diabolos ap-  
pellant, de celo deiectos, & propter delicta sua, in corpora humana, velut in quosdam car-  
ceres detrusos sentiunt, quare non effugerint Plato, atque Pythagoras, sicut nec hi, quos vl-  
timo nominavi, destructionem totius humanae speciei. Veritas enim humana speciei est ex  
vera anima, & ex vero corpore, ex angelica quippe spiritali substantia in corpore huma-  
no impossibile est esse verum hominem. De hoc autem, quod dicitur a quibusdam, substan-  
tias huiusmodi corpora humana assumere, ut homines appareant: quæstionem habet non  
facile dissolubilem, an assumant huiusmodi corpora, an non assumant, & utrum assumptio  
ista sit talis coniunctio, quæ debeat dici unio, vel unio, per quam unum fiat ex substantia  
Angelica & corpore humano, & illud unum, an sit homo, an alterius speciei, & iterum se-  
cundum errorem Platonis, quomodo non obliuiscuntur angeli sancti quod cognouerunt  
ante assumptionem corporum huiusmodi, an quia minus immerguntur cor-  
poribus, quam anima nostra, & nec etiam ununtur eis, an  
etiam ob aliam causam: perscrutabor in sequentibus,  
in tractatu videlicet de huiusmodi  
substantijs.*

De unione An-  
geli in corpo-  
re humano.

FINIS PRIMI LIBRI.





RATIONALES  
ANIMAS  
VEL CORPOREAS ESSE  
VEL NON SINE CORPORE  
PLATONI VIDERI  
DISPUTATIONVM  
IN PLATONEM  
ATQVE CAUTIONVM  
DISTRIBUTIONIS SECVNDAE  
LIBER SECVNDVS.

## Cautionis Leges.

*Eccles. 3.*

QVIS NOVIT, SI SPIRITVS FILIORVM ADAM ASCENDAT SVRSVM?


*Luca 23.*

IN MANVS TVAS COMMENDO SPIRITVM MEVM.

*Primo ad Galatas. 5.*

CARO CONCVPISCIT ADVERSVS SPIRITVM, ET SPIRITVS ADVERSVS CARNEM.

Hæreses ex	{	Tertullianistis Archonticis Enthusiastis Seleucianis	}
Pontifices	{	Innocentius III.	} <i>Vide post Disputationem, suo ordine, atque loco.</i>
Concilia	{	Lateranense	}
Constitutiones	{	Clemen.	}
Patres	{	D. Dionys. Areop. D. Greg. Nyssenum D. Martialem D. Greg. Nazianzenum Chrysoft. D. Cyrillum	}
Theologos.	{	D. Tho. loco proprio Bedam	}



# RATIONALIS ANIMAS PLATONI VEL CORPOREAS ESSE VEL NON SINE CORPORE. IN EVNDEM Quæstio, & Cautio.



## LIBER SECVNDVS.

**D**VBIAM admodum, atque perplexam mihi disputationis rationem sese offerre existimabunt ij, qui cum vel in Platonicis scriptis, vel in Platoniorum commentationibus, vel denique in Sanctorum Patrum lectionibus quantumvis mediocriter versati fuerint, animæ rationalis substantiam inconspicibilem, incorpoream, intelligibilemque obseruauerint, defenderint, affirmauerint: vt, dum ipse Platonem in hac concertatione caute legendum, studiosius inquiri, verear, ne quemuis potius, quam ipsum, vitandum esse pronuncient. nam quotus quisque est, qui in Platonis Phædonem non offenderit? & Socratis animû ad intelligibiliû locû corpore exutum pergere cupientem non legerit? quotus etiam quisque Platonicus se nuncupari exoptat, & hæc mordicus de Præceptoris mête sustinere diffidat? adeoq. tantum abesse, vt Platonem ob id cauédum putent, vt, si cum aliorum placitis illius hac de re sententia conferatur, hunc quidem amplexandum, alios reiiciendos comperiamus. quod si ab exteris confessa veritas fuerit admittenda, quanta erit in Platone laus, ex Tertulliani in ipsum reprehensione cuiuslibet in promptu est, vt pro Platone iudicet. Tertullianus enim, cum animam corpoream esse tucatur, vnum sibi Platonem, & cum eo forrasse Aristotelem, tâquam aduersarios, redarguendos opponit. Platoniorum etiam argumenta dissolueri, quibus animam corpore vacare persuadebant, magno conamine nititur in suo de Anima

Auctoris insinuatio, quod Platonicæ ferme omnes Animæ falso incorpoream esse de Platonis mente retulerint.

Phædo.

Tertullianus in l. de Anima.

Philosophi, qui corporeā afferuerint animam.

Eubolus a Tertull. citatur. Quid Platoni & Arist. tribuat Tertullianus. D. Gregorius Nyfenus in l. de Anima & Resurrectione quid eisdē tribuerit. D. Augustinus Tom. 5. 212. l. Tusc. l. 5. Quid re vera sentiat Aristoteles. Platoni quid adscripserit Aristoteles. D. Augustinus Tom. 5. 197. l. de Platonicorum quorundā sententiā.

Auctoritas ex- cufatio cur presentem in Platone pa- rauerit dispu- rationem, cau- tionemq.

Questionis sta- tus. Aduerſe Plat. auctoritates. Pædrus 247. C. Timæus 34. A.

Anima libro, vbi multas recensuit de animæ corpulentia (vtar enim ipsius ver- bo) philosophorum opiniones, vt puta Hipparchi, Heraclidis, Hipponis, Em- pedoclis, Critiæ, Epicuri, Critolai Peripatetici, Zenonis, Cleātis, atque Chry- sippi, qui quidem omnes varijs animam temperauerit corporibus, & postquam ex aduerso vnus ignoti cuiusdam Euboli recensuit opinionem, qui incorpo- ream afferuit animam, addit deinde illi comites Critolaum alium quendam, Et in isto inquit loco amicū Platoni Aristotelem. quasi vero vtrique animam a corporeā natura vindicauerint, Contra vero D. Gregorius Nyfenus non mo- do de vtroque Philosopho id negandum esse, verum etiam corpoream vtriq. animam statuendam dicere videtur. Sed eius verba paulo mox suo loco pate- bunt. D. autem Augustinus, Cicerois, vt puto, dictis indormiens, ( licet for- tasse ex primo de generatione animalium illud suspicari etiam potuit ) Ari- stotelem scilicet ex quinto corpore constare animam reulit. Quod vero ad Platonem attinet, nullum corpus esse animam dixisse idem Aug. testatur: quid vero de se velit Aristoteles, licet suo loco assignanda sit in ipsum Cautio, ta- men, quā multis in antiquos insurgat, qui animam ex elementis faciebant, ex eiusdem ipsius de anima Commentarijs, Philosophis omnibus est apertum. adhuc etiam, quid de suo Præceptore Platone ibidem referat, non semel præ- teritis Cautionibus me dixisse recolo. sed quidquid illud sit. huc tamquam in proprium locum, est transferendum, cum Platonem ex elementis animam fe- cisse afferuerit. quod vero etiam ad Platonicos attinet, non minus dubia de ipsis passim circumferuntur: quādoquidem, si Augustinum spectes, quosdam refert Platonicorum ex terrenis corporibus, moribundisq. membris animam fabrefecisse, vt mirer, vnde illi sibi Platonicorum nomen indiderint, si hæc non vera de Platone censuerint. Cum tamen interim Tertullianus aliorum Platonicorum argumēta vix dissoluere nouerit, quibus animam incorpoream esse probant. Hæc autem si ita habeant, & tantorum virorum auctoritatem infirmare prohibeat pudor, quam in triuio anceps exponat, & lupum (vt aiūt) auribus tenere cogar, puto esse omnibus clarissimum. nam, si horum dictorum sententias non expendero, negligentia atque ignauia nomine quin noter, au- fugere non possem. si vero id exsequi tentauero, temeritatis non leuis parabi- tur suspicio. itaque mihi in hoc triuio nutanti non alium ducem suscipiendū, nisi Platonem ipsum, existimo. ita enim puto inde me posse ad aliorum sen- tentias vel infirmandas, vel confirmandas citra cuiuspiam iniuriam deuenire, & inde vtrorumque ( si quas habent ) rationes, & corporum differentias constituere; & si incorporea sit, ex Platone confirmare; si corporea, illud ip- sum in eodem delere, & Platonicorum argumentis a Tertulliano expositis, & Tertulliani responsionibus respondere; si quid vero tandem de vehiculis di- cendum uideatur, mox illud tanquam nouam quæstionem aggrediemur, quip- pe in qua quæretur, an, si incorporea fuerit anima, tamen sine corpore vllo vn- quam tempore Platoni dari possit. nunc vero animam ipsam sua natura corpo- ream esse eidem Platoni suspicamur. Sed, antequam id ago, præstat aduersas huic suspicioni auctoritates ex Platone proferre, deinde vero suspensionem, oppositis ex eodem sumptis rationibus, adaugere. In Phædro itaque, postquam de ipsius animi eternitate disseruerat, eiusdem essentiam ita explicat: *Essentia reuera constans sine colore, tamē sine figura mente sola utitur, quæ uidelicet sola animum gubernat circa illam solidæ illius scientiæ genus locum habet.* In Timæo autem non semel, sed bis & ter idem reperias; & cum de mo- tu, quem celo dedit, Deus verba faceret, talem inquit dedisse, *qui corpori eius sit aptissimus, qui vnus ex septem motibus mentem atque intelligentiam cohiberet.* Mox vero

A vero post pauca hæc addit: *Animum autem vt in medio eius collocauit, ita per totum recendit, deinde cum circumdedit corpore.* Item inferius: *Et corpus quidem, inquit, ce- li aspectabile effectum est, animus oculorum quidē effugit obtutum.* Item inferius diuifionem quandam tangit visibilium, & inuisibilium Deorum, quæ tamen ad Cautionem de Deorum corpore spectant. Sed hoc loco clariora sunt proferē- da, & ad propositū opportuniora. In Epinomide igitur ita: *Solida corpora congruen- ter dicenda sunt quinque, ex quibus pulcherrima & optima formari possunt. Alterum ve- ro genus vnā formam habet. non enim aliud quidquam est quod incorporeū esse queat, & omnino coloris expers, præter diuinissimum illud re vera animi genus.* Amplius Le- gum decimo, *Recte ergo, inquit, & propria primariāq. ratione notata, & verissime, & perfectissime diximus animam ante corpus factum esse, corpus autem secundum, & post animam natum, & quidem consentanea ratione, quandoquidem subiectum imperante po- steriori tempore creari oportebat.* Ad hæc in Alcibiade primo, cum illud oraculi, *Nosce te ipsum* interpretari cuperet Socrates, tandem seipsum, id est animum intelligit: quo cognito, se ipsum quis cognoscere dicitur: *Si vero cognosceret cor- pus, non se ipsum, sed res suas potius cognosceret.* Postremo in Phædone multum esse circa hoc Socratem patet. Sed, quo loco pluribus ostenderat corpus animi decessu dissolui, subdit ita: *Animus vero inconspicibile nimirum quiddam in eius- modi locum alium abit, generosum quippe, purum, & inconspicabilem apud inferos re ve- ra bonum & prouidētem Deum.* quod multis explicat ibidem Socrates. Porro nec pauca adhuc remaneant loca ijs, quæ producta sunt ad idem confirmādum, quæ admodū in Hipparcho, Lachete, Protagora, Symposio, Gorgia, Critone, & si Platoni est, Axiocho, siue de morte, & non potius Xenocratis. quibus locis cū etiā vtatur Claudianus contra Fastū, nobis etiā eiusdē Platoni sensu in hūc modū vt liceat. idq. libentius agimus, ne ad illa conuicere videamur, quæ cō- tra nostrā sententiā diriguntur. Sed omittā nūc aliorū Platonicorū, vt Plotini, atq. Ficini potissimū argumētationes, ne, quod toties diximus, propositū a no- bis ordinē inturbemus. satis. n. cū ijs viris pprijs in locis nobis intercedet di- sceprationis. Platonem igitur in præsentia sumā, quo cū incorporeā animā declarabo: proinde animū ipsum duplici statu gaudentē considerandū duci- mus: quorū altero corpus hoc ostreacū spectet, altero vero sua munera seorsū a corpore exerceat, non quasi ipsum a corpore separatum nunc sumamus. ef- fet enim quæstionem petere, sed quod in eodem corpore persistentem illo ta- men non indigentem contemplando intueri valeamus. nam vtroq. modo hu- iusmodi munera exequentē in Platone reperire licet, quibus animū corporis expertē esse nō ignores. Horū primū ex Phædone ita colligo, cū ea, quæ vtriq. conueniūt, ostendere ille cupiens, *Corpori, inquit, dissolutionem atq. adeo, vt breui soluat, conuenire, contra vero animæ vt indissolubilis permaneat. horū etiā illud mortali esse simile, hoc vero diuinum, atq. itē hoc ei rei, quæ videri nō potest, illud vero rei, quæ videri potest.* Quod idē 10. de Legibus dialogo dixisse supra monuimus. Amplius, animā corpori imperare, hoc vero vt subiectū illi seruire. In Minoc vero, illos derideret, qui, spretis animæ cōmodis, ea, quæ corpori conducūt, scire cupiūt. In Timæo etiā, præter ea, quæ supra citauimus, *animā, inquit, multis doloribus affici, cū corpori coniuicta est, alioquin separata nō afficeretur.* Sed in Clitiphone *animas* inq. *qui negligūt, & corpora exercēt, simile esse, ac si quis subditū admiresur, & Imperatorē ne gligat.* Si vero etiā vtriusq. originē in Plat. spectare volueris, sane habebis nō vno in loco animā corpore antiquiorē esse: immo vero omnū rerū antiquissi- mā: qn adde ex initio tēporis æternā nō modo corpore priorē, & antiquiorē, & origine, & virtute, & velut dominā, & principē imperatē antea vidimus, & in Ti- mæo, de vtriusq. tēporaneo nexu monebamur, ppter ea qd nō ibi modo, sed in Epino. adhuc animā oēm oī corpore antiquiorē statuerat. *equū. n. esse simul atq.*

Ibidem 36. E. Ibidem 41. A. Epinomis 981. B. Legum 10. 896. B. Alcibiades 1. 129. A. B. E. Phædo. 80. D. Alia Platoni loca, quibus animam incorpoream asserit. Claudianus contra Fastum siue lib. de Itatu anim. 2. c. 8. Plotinus. Ficinus. Primus cum Platone con- gressus. Animi status duplex. Phædo. Animam im- mortali esse si- milem. 10. de legibus corpori impe- rare. Minos. Timæus. Separatam do- loribus non af- fici. Clitipho. Non negligenda. Corpore anti- quorem. Dominam. Principem. Imperantem. Epinomis. proba-

P

Meliorem.  
Diuiniorem.

Animā non si-  
ne corpore im-  
pediente con-  
templari.  
Phzdo.

Thextetus.

IX. de leg.  
828. D.

Corporis & A-  
nimæ dissolu-  
tionem sacrā  
esse Plat.  
Corporis & in-  
corporei discri-  
men, ex Phē-  
dro.

Contraria di-  
storū assertio.

Auctoris depre-  
catio.  
Tria ab Aucto-  
re petuntur.

Simplic. pri-  
mo de An. in  
procem. col. 5.

probabile ut, qđ melius, & antiquius, & diuinius ē, id deteriore, iunio-  
re, & ignobiliore prius existat, atq. clarius, & qđ princeps est subditio, & Dux eo qđ ducitur. Sed hæc satis supra.

Quod autē eadē anima propria contēplationis munera nō sine corpore im-  
pediente soleat exercere, id ēt Plato nō semel asseruit, sed in Phēdone a pertif-  
sime, cum inquit, animā donec corpori permixtā homo habet, nūquā id, quod cupit, abun-  
de adipisci posse. idq. maxime patere, cum iusti, vel boni, & similiū essentiā per-  
scrutari aliquis velit. tunc enim cogitando cū sola ipsa cogitatione vitur nul-  
lo sensuū adminiculo vnamquāq. rem per seipsam sincerā cū venari conatur,  
separatus, quantū fieri pōt, a toto corpore, adhuc perturbatur, nec sinat animā  
veritatem rerū adipisci. quoniā autē immodicus est, vt antea diximus, in hæc  
re Plato, superfluū fore duxi, animorum in corpora descensum, atq. ascensum  
ad cælum recensere. nā hæc, quæ modo recensuimus, loca satis videbuntur. de-  
scensus uero propriā exegit Cautionē. non tamen nos lateat, quemadmodum  
in Thexteto fugā e terris animo persuadet, & quod sola anima sit homo, de  
quo propria extat Cautio. & octauo de Legibus corporis, & animæ dissolutio-  
nem sacrā appellat. Hæc quidē, nec plura, ni fallor, nec euidentiora dici pos-  
sunt ad animæ substantiā incorpoream ex Platone asserendā, nisi tamen addi-  
dero, verum esse, apud eundem, corporeū omne generationi, & interitui esse  
obnoxiiū, nec etiam corporei ab incorporeo discrimen nos latere, præter quā  
quod vbiq. in Phēdro tamen, vt scibi maxime, ita fuisse traditū, vt corpus  
ab alio quidē mobile esse, animā autem alioqui incorporeā in alio, & in se mo-  
uendi principium obtinere. Sed quid multa? an non clarissima est Platonis sen-  
tentia, qua descensus animæ e cælo pœnalis asseritur, cui mundus in spelun-  
cam, & antrum, cui corpus in uinculum, atque sepulcrum cedit?

Contra uero, si intimius Platonis doctrinā perscrutabimur multa occurrere  
possent, quib. anima uel corporea omnino, uel numquā sine corpore extitisse  
asseratur. quo loco Christianum philosophum rogarē, vt, quæ antea nō semel  
a me dicta sunt, memoria repetat, me, non vsque adeo illud uelle, vt Platonem  
in mendacium rapiam, vnde cauendū illum esse alios moneam, sed illud pri-  
mum intueri, ut, si seipsum deceperit, si alium quēpiam auctoritate dignum vi-  
rum, aut si cōplurimos eiusdem classis in errorē traxerit, mihi Cautionis finis  
non denegetur. Ab his igitur disputationē aggrediar, cuius gratia tria mihi  
antea supponenda cēseo, unde postmodū sine uerborum circuitu simplex illa-  
tio fieri possit. Horū autem primum fuerit, Deos Iuniores, Platoni, si substantiā  
spectes, nostri animi essentiam longe superare: idq. patere in Timæo arbitror,  
quo loco post Deos a Deo productos, haud statim ex eorumdem massa nostrā  
produxit animam, sed ex reliquiarum fusione non ita perfectam in lucem  
emisit; immo uero, si efficientis uoluntatem spectes, Deorum, & animarum  
discrimen non obscure comprehendes. efficiens enim ita uolens in utrisque  
producendis duplices sibi distinxit actiones, duplicemq. item massam sibi ob-  
uoluendam proposuit, e quarum prima Deos ex altera produceret animos. Si  
igitur illa sunt eadem, quæ eadem generatione generantur, eademq. corrup-  
tione corrumpuntur, vt recte Aristoteles: etiam non eadem fuerint, quæ diuer-  
sa generatione, tum ob materiæ præstantiam, tum ob actionis in eadem mate-  
ria differentiam, & denique ob diuersum finem producuntur, vnde etiam di-  
uersas formas elici necesse est. Addas nunc, quam uerum sit apud Platonicos,  
cælestium actus immortales esse, & sempiternos, sinceros, & uita inseparabi-  
les, numquam a semet recedentes ob declinationem in corpora: contra uero,  
humanos animos; quippe habere actionem, a substantia quidem prouenien-  
tem, sed corpori insistentem, & in omni fere actione imaginationem habere  
consequentem. et si quandoq. recedāt a corpore, nō tamen illa stabilitate, qua-

Dij

A Dij secundi potiantur, habere enim recessum a propria substantia, ideoq. pluri-  
bus etiā moueri motibus, atq. adeo propter hoc nec uere immortalis, nec uere  
inseparabili uita fruenter. Alterum uero est, quod ex Platone dari petimus. cō  
positum omne, interitu carere nō posse. haud enim, vt ille inquit, facile est, quod ex  
pluribus constitutū est, esse æternum. Sed & iis addas, tertium, Deum, quidquid ab  
initio fecerit, perfecte fecisse. quod ex Timæo non semel haberi potest.

Quibus quidem in hunc modum positis, ita in Platonem argui posse uide-  
tur, ut animæ cōpago, quin materialis asseratur, siue efficientem ipsius causam  
spectes, siue id, ex quo facta est, negari non possit. quod autem ad efficientem  
attinet, ita & a maiori licebit arguere: Dij ipsi superni, & alioqui rationali ani-  
mæ præstantiores, ab eorum conditore dissolubiles propria ipsorum natura fa-  
cti sunt, uoluntate tantū obstante, quin corrūpantur: igitur cōpositionem in se  
continent. nō enim datur nisi colligatorū dissolutio quod si Dij ipsi tales exti-  
terint, uidentum necessario fuerit, qualem in se cōpositionem, & cum ipso di-  
xerim colligationem contineant. aut enim ex intellectu, & intelligibili dicit  
quis esse compositos. quod etsi uerum sit; in Platone tamen dubiū uidetur, sed  
in Timæo omnino falsum, quippe ad quem talis colligatio minime pertine-  
bat, cum de Deorū materiali dixerim ortu sermo haberetur: aut secundo di-  
ces colligationem tamquā totum ex partibus integrantibus continere, sed ne  
id quidem, si ipsi uelint, Dijs tribuerim, ne materiales penitus ipsos conginga-  
mus: aut tertio, ex actu, & potentia compactos imaginabimur Deos: quod etsi  
uerum sit quodammodo, attamen, ut hæc cōpositio ad realem quandā conne-  
xionem deducatur, necesse est, uel ad primā illam deduci, quam ex intellectu,  
& intelligibili constare dicebamus; uel, quod uerius, ad materiā, & formā de-  
uenire oportebit: atqui priorem ad Timæum nequaquā pertinere diximus: igi-  
tur posteriorem tamquā propriam idem Timæus amplectetur. quod si Deos hu-  
iusmodi compositioni submittemus, quanto magis rationales animos eidem  
sternendos quilibet duxerit, non est, cur pluribus declarare oporteat. quæ autē  
sit illa materia, & an corpus, & cuius generis corpus, inquirere, minime labo-  
ro. primū, ne in falso inquiredo immorer; deinde, ne propriæ disputationis ma-  
teria anticipem, & si ratio præsens non adeo ualere possit, ut alij ad id de cæle-  
stibus credendū substantiis inducantur, unde tamen nostrorum Patrum cōplu-  
rimi Angelos materiales esse, nisi ex Platone sibi persuaserint, mihi cogitare,  
aut suspicari nō licet. Equis enim secus credat, si D. Augustinus, quod suo lo-  
co patebit, Angelos materiales non semel asseruerit, ab alio potuisse, quam a  
Platone persuaderi? Exciderat pene e memoria Origenes, qui multo antea id  
asseruerat. Sed nec me præterit Lactantium, Hilarium, Basilium, Damascenū  
eodem deuenisse, viros alioqui in Platonica familia uersatos, unde naturam  
corpoream accipientes, illam tantum Deo non attribuerunt, ni ualidissime ex  
aduersa parte resistissent D. Dionysius, Chryostomus, Cyrillus, Thomas A-  
quinas, & cum eo uniuersa ferme Theologorum schola. Sed priores interim  
eadem corporis compage animam adumbrasse scias. De Dijs uero, siue de An-  
gelis, corporea istæ disputatio ad propriam Cautionem reuocabitur.

Nunc ad animæ pēsū redeo, & ipsius materiā aliis perpendendā obicio.  
primaq. adeo suppositione adhibita, illud addo, Deum in Timæo post creatos  
Deos reliquias superioris permixtionis confusisse, atq. æqualse, & (ipsius uer-  
bis utar) eodem ferme modo, nisi quod illa miscibilia non ita erant incorrupta, ut ea,  
quæ semper idem, sed a Dijs secundum sumebat, atque tertium. Ego certe, cum ani-  
mæ corpoream naturam inuestigabam, non id uolebam, ut corruptibilem ean-  
dem deprehenderē, quā tamen ita non esse cupio ex Platonis modo dictis, cū  
reliquias superioris permixtionis audio, vnde commixtos etiam esse Deos suspi-  
cor,

P 2 cor,

Alterum.

Tertium.

Argumentatio  
in Platonem.

Dissolutio col-  
ligatorum est.  
Dij Iuniores  
ex quibus com-  
positū uideri  
possunt.  
Num ex intel-  
lectu & intelli-  
gibili.

Num ex parti-  
bus ad totum.

Ex actu & po-  
tentia.

Patrum quo rū-  
dam suspicio-  
nem corporeos  
Angelos asser-  
tium ex Plato-  
nis lectione  
subortam.

Timæus loco  
antea citato.  
Noua in Plat.  
explicatio.

Deos commixtos. *αἰρητά δ' ἔξ' ἢ κατὰ πνεῦμα ὡσεὺς, ἀλλὰ δὲ πρὸς τὸ σίτημα.*

Subsistentia, ratiociniis, & individuum, nobiliori modo i Angelis, quam in Anima reperiri.

Tertia in Platonem redargutio. Philebus.

Bonorum gradus quinque, ex Philebo, 66 A. B. C.

Idem Phileb. 50. D.

Anima absque corpore uoluptate & dolore tangi.

Platonis petitio principii. Idem ibidem 32. C. Ibidem. Ibidem. Ibidem. Ibidem. 39. C. Ibidem. 46. C.

cor, dumq. adeo eandem materiam animæ fabricandæ iterum Deum equasse lego, nisi quod non ita incorruptam admiror. Quæ quidem verba quanto magis ad idæas transfero, minus adeo intueri possum, ecquanam magis minusve corruptæ materiei ratione Deorum & animarum diuerfos esse gradus nobis persuadere uoluerit. & omnino verba illa, nisi quod non ita incorrupta, ut ea que semper idem, sed a Dijs secundum sumebat, atque tertium, sine Delio, ut aiunt, natatore haud plane intelligo. quibus certe Deorum & animarum simul naturam lace- rare uideretur. quamuis non me lateat, substantiam, ratiocinium, & indiuidu- cum Theologis nobiliori modo, haud plane alio, in Angelo, quam in anima reperiri. Sed nos cum Platone quærimus, in quo nihil tale suspicari licet, nisi hæc verba vi traxerint ad idem sentiendum ij, qui Platonem pæne Christianum esse uolunt. Iterum igitur ad rem redeo, ut cum eodem Platone idem negotium mihi sumo planius.

Itaq. in Philebo, ubi de summo bono agitur, primum summum bonum a voluptate alienum nobis ostendere nititur, contra quam Philebus, atq. Protarchus paullo superius asseruerant. Enumeratis igitur quinq. gradibus eorum, in quibus animus, tamquam in summo quodam bono, uersari possit, vix quintum gradum deinde voluptatibus assignare ualuit, nisi per voluptates sciētias ipsas intelligat potius. erat autem illorū primus, mensuræ moderationis opportunitatis; alter uero, moderati pulchri & perfecti; sed & tertius, mentis, & sapientie; quartus autem, scientiarum, & artium, bonarumq. opinionum; deniq. voluptatibus a dolore liberis quintus tribuebatur: nimirū. ut inquit Plato, puris animæ sciētis, quæ seorsus consequuntur: prius uero in eodē Dialogo dixerat, nō modo voluptates pro sciētis non accipi in anima a corpore sciūcta, quin in esse voluptates illas, quæ doloribus admixtæ sunt. nam ita inquit Socrates: Rem ita se habere simpliciter accipito, & animam absque corpore, & corpus absque anima, & in mutua etiā illa, que inter utrumq. intercedit, affectionum cōmitate permixta cū doloribus uoluptate abun- dare. Sed quoniam idem Socrates iusserat antea, uti ne animæ uoluptatem absque corpore quā maxime & perspicue accipiamus, simulq. cupiditatem: his enim hæc utraq. uidentur delectari: propterea inquam, quid colligendū sit ex dictis, uidere oportet. nam, quod ad primā auctoritatem attinet, voluptates puras animæ sciētias esse colligo. ut sermo directe in Protarchum, & Philebum dirigatur. illud autem pure a doloribus liberis intelligi existimo, quod tamen secundis uerbis renuit Socrates, cū & animā etiā absque corpore uoluit per mixtam cū dolore uoluptatē habere. atqui, cum in terrio gradu demonstraretur, animæ uoluptatē absq. corpore nequaquā esse capiendam, inde consequi necesse est, ut quocumq. separato animæ gradu posito, nūquam, aut etiam nusquam, absque aliquo corpore maneat. si uero uoluptates illas secus intellexeris, uidebis adeo multum inter- turbari Platonem circa scientiarum gradus, & illarum a voluptatibus separationem, & uoluptatum admixtionem, aut puritatem; ut etiam inspicias, quam difficulter possit sine petitione dici nullam uoluptatem absque corpore fieri, quamuis duplicem uoluptatem distinguas posse reperiri, animæ scilicet, & corporis: & quoniam modo non petat ille sermo, dum ait, nullam uoluptatem corpoream absq. corpore fieri, quam inter petitionis gradus apud Aristoteli in priorib. Analyticis uidere uideor, etsi Socrates addat dari uoluptatis & doloris speciei alterā. que absq. corpore solius animæ expectatione nascatur, & paulo mox uoluptatū alterā speciei asserat, quā ad animū pertinere uelit, totamq. ex memoria natā cōstare. inferius autē ibidē hæc inquit: Voluptates & molestias, que ex animo existunt, prius in nos cadere, quā corporeas uoluptates. Sed paulo mox et uoluptatū mixtionem ait quasidē esse secundū corpus in ipsis corporibus, alias uero ipsius animæ in anima. E quib. quidē locis quāuis duplices uoluptates clare colligas, haud

A

B

C

D

E

haud tamen clare animæ voluptates a molestia separabis: molestias uero inesse animo sine corpore uix intelligere ex Platone conceditur: hoc enim est, quod innuere ex longa istorum graduum enarratione uolebat. quod etiam clariore suspitione tum alijs, tum etiam, me solo dubitante, exponemus: unde, non modo, quæ in coniuncto, compositoq. operationes insunt, huius coniuncti non esse uideri possit, uerum etiam, quæ maximæ uidentur esse corporis passionem, illi solius animæ tanquam corporeæ cuiusdam naturæ existere uideantur.

Adiciam itaq. primo, quod ante me alij scripsere, ut puta, sitire ipsum inter ceteras passiones ad solam animam pertinere uideri: idq. ex quarto de Republica comprehendit, dum ait, Sitientis igitur animus, quatenus sitit, non aliud quiddam desiderat, quam bibere, & hoc appetit, & ad illud suo quodam impetu impellitur. Quibus si ea, quæ in Philebo habet, addideris, inspicias ex utriusq. corpoream huiusmodi passionem non huius ostreæ, sed solius corporeæ tantum esse animæ. inquit autem in Philebo: Eum, qui concupiscit, aliquam rem concupiscere asserimus, ergo id concupiscit, quod patitur, sitit enim, hoc autem uacuatio est, ille uero repletionem cupit: aliquid igitur eorum, quæ in sitiente sunt, repletionem quodammodo attingant necesse est, corpus quidem id esse non potest, uacuatur enim, reliquum est igitur animæ memoriæ ministerio attingere. Hæc ibi. Unde uel aperte colligas, esurire, aut sitire, ad corpus nequaquam pertinere posse: quandoquidem sitire est euacuari siue euacuatum esse, ex quo nasci cupiditatem eius scilicet, quod uacuationi contrarium est, ut puta repletionis. cum uero corpus repletionem apprehendere non possit, quia non id ipsum, quod patitur, sed quod ei contrarium est, concupiscit. Superest igitur, ut illam ab anima dicamus apprehendi memoriæ adminiculo. Porro, quoniam memoriam in omni statu animæ indit Plato, quam etiam sine corpore numquam admittit, ut suo loco, & propria de Reminiscencia disputatione uidebimus, hinc consequi necesse est, ut, si Platonis anima semper memoriam habeat, eadem etiam uel proprio, uel alieno corpore uacare numquam possit.

Uidebit hanc nutantem opinionem in Platone ante nos uir magnæ obseruationis, ornauitq. eadem primum caput primi libri suorum Schematismatum, eique locum similem, qui est apud Xenophōtem, fecit, & utrumque postmodum ueluti paralellum sententiæ cuidam æquauit, quæ est apud D. Lucam Euangelistam, cum inquit, Anima, habes multa bona reposita, in annos multos requiesce, ede, bibe, hilarem uitam age. Quidquid tamen illud sit, de istorum locorum comparatione nihil ad nos. Illud recte me nosse puto, Aristotelem, neque loca hæc, neque alia Platonis latuisse. ut existimem, non ob aliud primo de Anima, postquam ipsam non moueri probauit, addidisse, neque per accidens etiam moueri, & deniq. sexagesima quarta eiusdem libri particula. ueluti aliter sentientes derisisse, cum ita inquit, Dicere animam irasci simile esse, ac si quis diceret ipsam ire, uel edificare: melius enim esset fortassis non dicere animam misereri, uel discere, aut cogitare, sed hominem per animam. Id autem haud tamquam in illa motu existente sed aliquando quidem usque ad eā, aliquando autem ab ea, ut sensus quidem ab his, reminiscencia autem ab illa, ad motus, qui in sensorijs, aut mansiones. Hæc Aristoteles. unde in Platonem hæc dicta suspicari possis: namq. animā uoluit esse rationem agentem, quā alibi ueluti artē dici asseruit. ut nullū interim Simplicio respondendi locū concedamus, qui non illā animā potius, quā animæ idolū appellandā spon- te docuit, quamq. organi dixit esse determinatricē, & eā, quæ mouendi habet partes, per quā motū corpus determinatur, & absoluitur. de quo alias. Nūc ad Plat. reuertamur, quo cū suspicari etiā licet ipsum sitire, quod animæ propriū esse uoluit, ad ipsius animæ iudiciū trahi posse, cū animū memoriæ beneficio id

Molestias animo inesse non sine corpore.

Quarta in Plat. argumenti explicatio.

Sitire solius animæ esse uideri.

439. A. Philebus. 35. D.

Memoriam in utroque statu animam comitari Platoni.

Xenophon.

D. Lucas, cap. 12.

Aristoteles 1. de Anima tex. 42.

Idem ibidem tex. 64.

Animæ idolum Simplicius. ibidem.

Animæ scilicet ad iudiciū trahi posse.

attingere affirmet, vnum tamen videas vel manifeste velim, quemadmodum memoria ibidem tangatur a Platone, ab Aristotele autem reminiscētia motus additur, tamquam qui ab Anima fiat. Plato etiam motum, qui a sensu est, omisit: nisi tamen maxime ab eo positum fuisse dixerimus, dum concupiscētia mentionem facit, quam ab obiecto provenire necesse est, & contrario quidem modo, quam a reminiscētia fiat, quæ, vel nullo expurgante, vel syllogizatione quadam fertur: nam reminiscētia inuentio est, memoria vero non item. Motus itaq. vel vsque ad animam pertingunt cum Aristotele, vel ab ipsa Anima, modo ipsam tamquam rationem quandam intelligas nihil tale patientem, immo vero nihil penitus non modo sitim sentientem: itaque Aristoteli anima sitire nequit, ne quidem si corpori coniuncta consideretur: contra vero Platoni, quamuis ab hoc ostreaceo illam seiunctam dederis, periculum est, ne quid peius, aut simile incurrat, si memoriæ beneficio separata faciat, quæ facit.

Animæ in reminiscendo & memorando diversi motus. Motus vel vsque ad Animam, vel ab anima, ex Aristotele.

De Memoria quadam cum Platone.

Σωτηρίαν τοίνυν αιδήσεως τῶν μνησίων λέγον, ὁρῶντες αὐτὴν λέγει, κατὰ τὴν τῶν ἐμῶν ἔξαρ.

Anima apud Inferos non sine corpore, Plat.

Sensus duplex Platonis.

Pl. c. 7. l. quid animal, quid homo, Dictionū euerfio.

Sensus dupliciter sumptus. Sensus pro sentiendi ratione. Sensus pro actione actuante.

Adhuc etiam in hoc erit nobis aliquantisper immorandum, & de memoria cum Platone non nihil agendum, & quando scilicet toto animæ xuo, & quis dabitur memoriæ locus inter ipsius eiusdem animæ habitus, vel operationes? Plato enim, si Philebo credimus, memoriā ita definit, esse scilicet sensus conservationem: quo quidem posito; alterum addam, animam scilicet apud inferos memoriæ vti beneficio: quod inferius videbimus: atque etiam tertium adiecero, quod ex Menone habebitur: quo loco, dum reminiscēntiam persuadere vult, immortalitate præsupposita, inde euenire inquit, vt anima proficiscens, atque rediens ita eorum recordetur, quæ in mente habuerit, quasi eadem apud inferos viderit, quorum postmodum reminiscatur. Quibus quidem positis, de huiusmodi rerum siue notionum habitu, quem in altera vita sibi comparauit, querere liceat. aut enim cum memoria fuerit ille, aut cum alio quopiam, quod citra memoriā intelligere non possum. Si primum, inde sequi necesse est, vt anima nequaquam corpore apud inferos caruerit: memoriā enim habuit, quæ sensuum, siue sensibiliū est conseruatio: hæc autem sine corpore haberi nō posse manifestum est. Anima igitur, etsi hoc ostreaceo exuta, sine corpore tamen excogitari non potest. nec me latet, duplicem a Platonis sensum adhiberi: quod tum a Platone, tum etiam a Plotino habere se affirmabunt: illorum autem alterum æthereum esse sine passione, quemadmodum in libro, quid animal, quid homo, docet Plotinus: alterum vero cum passione, & hunc quidem ad animal ipsum pertinere, illum vero ad animam spectare antequam corpus hoc ingrediatur. Sed ijdem, præter quam quod sensum omnino animæ vbique & apud Inferos præcipue degentis non negant, vnde de corporea ipsius natura interrogati respondere teneantur, adhuc etiam ad animæ scientiam, quam apud inferos obtinet, rursus me reuertit cogunt. Etenim ex obiectis extrinsecis memoriā sibi comparatam, nequaquam vero ex inditis speciebus Plato velle videtur; vt inde postmodum sibi scientiam accedere cū fateatur, eiusdem scientiæ obliuionem merito inducere possit, & denique in hac vita reminiscēntiam comprobare. Patet itaque nos, si per sensum illum animæ tantum intelligamus, quasi intrinsecum aliquod principium, & eiusdem animæ quādam sentiendi rationem, recte hoc quidem se habere, & hoc etiam velle Aristotelem, neque ob id eidem texeret aut filaret anima, si vero per sensum talem actionem intelligamus, qua anima ad sensibiles species percipiendas dirigatur, tunc certe nullus Plotinianę diuisioni dabitur locus. ab eo namque iterum quererem, posito interno illo animæ principio, illo inquam animæ, non autem animalis sensu, quoniam inquam modo animæ apud inferos degenti

ti ex

ti ex visis, rerum comparatur habitus. Etenim dicebat Plato, ex ijs fieri quæ hic, & apud inferos viderit. En obiectum extrinsecus animæ accedens ex visis, illis certe memoriæ habitum factum fuisse colligas. si vero memoriā ibidem dabitur, certe absque sensu dari illam non posse, tam Plato, quam Aristoteles citra controuersiam sibi consonant. neque hic dabitur confugio locus, vt, si cum sensu memoriā dederis, illum esse primum animę actum in sentiente intelligas: si quidem de habitibus nunc loquimur atque passionibus, quibuscum in secundis actibus primus ille se exercent: quæ tamen exercitatio solius animæ esse nequit, sed cum alio corporeo coniunctæ.

Memoriā nusquam sine sensu, Plat. & Aristoteli.

Aut igitur apud inferos habuisse corpus fatendum est, licet ab hoc terreo longe diuersum, aut memoriā ibidem caruisse est dicendum. at, quoniam illud patuit, hoc igitur probatione est aperiendum, ne apud inferos animam nihil vidisse contra Menonem dicamus: aut si viderit, memoriā nequaquam ex illis visis fecisse negemus: hoc enim si esset, quomodo potuisset obliuio præcedere, quæ in hac vita statim animæ thesauros depopularur. Ergo Platoni certum sit, hæc se mutuo consequi, nempe sensum, sensationem, memoriā, obliuionem, reminiscēntiam. Esto itaque sensus apud inferos, sit item internus, sed, si ad visa exeat, sensationem exercent, & memoriā faciat oportet. tum deinde vitam hanc elementarem ingrediatur, a cuius ingressu obliuioni statim obruetur. Porro, antequam huc aduentet, de obliuione frustra loquimur, quippe quæ Platoniorum, & Præceptoris consensu animæ nequaquam accidat. Sed denique post obliuionem sequi reminiscēntiam compertum est. quod si ab anima apud inferos degente memoriā auferes, certe ab eadem in hoc mundo commorante reminiscēntiam tolles: si vero ibi memoriā concedes, sensationem auferre haud poteris. igitur neque sensum, neque id, quod sensum pura corpus perpetuo consequitur, qualecumque illud fuerit. Ceterum, quæ modo dicta sunt, cum eodem Platone clarius confirmentur. cuius rei gratia opportunus aderit ex Philebo locus, qui memoriæ, & reminiscēntiæ discrimen nobis tradit. Cum enim, (inquit) quæ anima in corpore passa est, eadem sine corpore ipsa in se ipsa resumens contempletur, tunc videlicet recordari dicimus. cum vero amissa memoriā, siue sensus, siue rei alicuius, quam disciplina percepit; hanc rursus anima uersat ipsa in se ipsa, has omnes res huiusmodi reminiscēntias uocamus. Hæc ibi.

Animam non sine corpore apud inferos esse Platonis.

Internarum sensationū ordo.

Animæ obliuio in hac vita memoriā aliterius vite præsupponit.

Philebus 34. B.

Ὁταν ἂν ἡ ψὴ τοῦ σώματος ἐπινοήσῃ τὸ ἴδιον, τότε ἀναμνηστικὴ δύναμις αὐτῆς ἐπινοεῖ τὰ ἐν αὐτῇ ὄντα. ἡ δὲ ἀναμνηστικὴ δύναμις αὐτῆς ἐπινοεῖ τὰ ἐν αὐτῇ ὄντα. ἡ δὲ ἀναμνηστικὴ δύναμις αὐτῆς ἐπινοεῖ τὰ ἐν αὐτῇ ὄντα.

Vnde pleraque sese offerunt consideranda. primum quidem, ex ijs nequaquam tradi verum reminiscēntiæ a memoriā discrimen, nisi in hac vita tantū, adeo quæ tunc scilicet cum visa obiecta in phantasia conseruata non exciderint, quotempore inquit animam contemplanda resumere, atq. resumere sine difficultate, & recte quidem: quoniam obliuio minime intercesserat, tunc autem esse memoriā vere etiam prodidit: si vero tamquam in alia vita & seorsum ab omni corpore hæc facta fuisse intellexisset, longe quidem a scopo aberasset Plato: quandoquidem, si verba illa sine corpore tanquam animam apud inferos corpore exuta intelligat, laboretur quidem, primum quod illam memoriā, & a memoriā sequentium coordinationem prorsus destrueret, vnde ad illam memoriā confugere esset necesse, quæ ad intellectum magis pertineret, quā tamen communis Theologorum schola admittit quidem, sed illam nunc nihilo magis prodesse iuxta ipsum Platonem diceremus, quam si prorsus negaretur. huius quidem rei ratio est, quia, si memoriā ad intellectum pertineret, esset illa quidem specierum vniuersalium intelligibilem, modo quæ hic, & apud inferos ab anima visa sunt singulares sunt, atque sensibiles species, a quibus semper a phantasia, & in phantasia sit accessus, atque recessus, & per indiuiduantes condiciones, siue tumultuantes, siue ordinatas, hinc reminiscēntiā, inde obli-

Intellectuam memoriā neque Plat. neque Aristoteli facile quis concedit.

de obli-

de obliuionem sibi caufatur, dum interim nullus intelligibilibus speciebus da-  
retur locus, adeo vt ex visis semper procedat, etiam si puer ille apud Menonē  
Geometricorum, vel problematum, vel propositionum reminiscientiam indu-  
cere tentet. quin etiam, cum inquit, *animam, quæ in corpore passa est, eadem ipsa in*  
*se contemplari, & tunc esse memoriæ,* videndum est, an ex ijs aliquam memoriæ  
huius differentiam ab vniuersali reminiscencia ponat, vniuersalem inquam il-  
lam quæ omnibus animis accidit: id quidem si faceret, decipere nos videretur:  
quandoquidem vniuersalis illa reminiscencia, haud quidem huius præsen-  
tis vitæ memoriæ correspondet, quin potius illis sensibilibus, quæ apud inferos  
visa sunt. quibus postmodum oblitis, ad reminiscenciam accedat. si vero par-  
ticularem intelligat memoriæ, rursus quidem nos falleret, eo quod anima ip-  
sa apud inferos tunc minime contemplatur, si vere cōtemplationem accipiat,  
sed per sensationes procedit. Vel aliter ita: Si memoriæ sensuum est conferua-  
tio, ita enim definiēbat Plato, profecto, antequam anima corpori iungeretur,  
memoriæ habere minime poterat, quippe cui sensus nullus antea præexsti-  
terat: sed, etsi sensus nullus prius inerat, nulla itidem obliuio inesse poterat:  
quandoquidem Platoni eidem in Philebo nil aliud est obliuio, nisi *memoriæ exitus*:  
præcedit itaq. obliuionem memoriæ, sed hanc sensus anteuertit. hic autem  
vitam non puram ex eodem Platone, sed mixtam præsupponit. igitur de duo-  
bus alterum fateri cogimur, vt vel animam terreno corpore minime carere di-  
camus, vel falso asseri, *obliuionem esse memoriæ exitum*. Adde tertio, memoriæ  
definitionem a Platone traditam falsam videri: quin insuper addendū, si quis  
sensem illum, qui est in anima priusquam corpus subeat, memoriæ esse  
fateatur, is sciat, Platone in grauiore pondere onerare. fore enim, vt animis a  
corpore solutis, & pridem quam in ipsum descendant, veritas obuēniat, atque  
falsitas, deceptio, atque error. idque inde patere potest, quod opinio, & opina-  
ri, apud illum memoriæ sequuntur; falsitas vero, atque deceptio, opinionem.  
igitur hæc priorem illam vitam comitabuntur, atque iam inde ab illo tempore,  
ex quo memoriæ ipsi animæ facta est, atque insedit. sed vereor, ne talia non  
curent Platonicis; qui suos animos iam pridem grauiora in cælis fuisse passos  
gloriantur. nempe ex equis delapsos, pennis destitutos, & implumes redditos,  
tumultu concitatos, sudore, atque puluere obritos ex interna quadam vterius  
contemplandi lassitudine, malitiam illis plus quam corpoream inesse fateantur,  
corporeos tamen esse nulla ratione cogente negent. Adde tamen eiusdem  
Platonis alium locum, quem ex decimo de Legibus alijs considerandum  
expono. ibi enim ex assumpta quæstione, qua Deum esse animum vniuersi proba-  
uerat, tandem ita concludit Athenientis: *De vniuersis præterea stellis, & luna,*  
*annis, mensibus, cunctisque temporibus, æquidnam aliud, quam hoc ipsum dicemus? quan-*  
*doquidem vel anima, vel animæ harum omnium rerum, quæ in hoc vniuersitatis theatro*  
*insunt, causæ esse conspicerunt, Deos illas esse affirmabimus, siue in corporibus sint, & cum*  
*animalia sint totum cælum gubernant, atque disponunt.* Hæc ibi Plato, vt, si stellarum  
animas, & Deos esse, & cum stellarum corporibus animalia fateatur, quanta  
difficultate ab animali corporeaq. natura nostram rationalem, inferioremq.  
animam dimouere possit? quid autem sit animal, habebis in ea Cautione, quæ,  
vtrum homo sit sola anima, cauetur, & cum de Animalium generatione disse-  
ritur. Sed neque silentio illa prætereunda esse censeo, quæ in eodem libro pau-  
lo tamen inferius idem pronuntiauit. *Anima, inquit, cum corpore semper, mo-*  
*do cum alio, deinde cum alio coniuncta, varijs commutationibus aut propter se ipsam, aut*  
*propter aliam animam commeat, atque transmutatur, nihil sane aliud rerum moderato-*  
*ri, veluti talos iacenti, restat, quam ut mors opportunius emendatos in meliorem quen-*  
*dant*

Vniuersalis  
quæ cūtorum  
est reminiscen-  
tia alterius vi-  
tæ memoriæ  
præsupponit  
Platoni.

Anima apud  
inferos mini-  
me vniuersali-  
bus vacat sed  
singularibus  
contemplan-  
dis.  
Idem alio mo-  
do in Platone  
explicatum.  
Philebus 33; E

Veritas atque  
falsitas in alia  
vita Pla.

Platonis Ani-  
mas grauiora  
olim passas in  
cælis.

X. Legum 899-  
B.

Stellarum ani-  
mæ & Anima-  
lia.

Ibid. 903. D. E

**A** dam locum traducat, deteriores vero in deteriorem, prout singulos decet, ut conuenientem  
sortem consequantur. Hæc si inspicias, videbis certe, animam nullo vnquam tem-  
pore corpore carere, atque item manifestam asseri migrationem. cuius qui-  
dem causam, vt obiter hoc adnotemus, aut propter se ipsam inquit esse, (puro  
fortasse intelligi, vt ipsa quæ peccauerit anima suorum flagitiorum pœnas  
luat) aut propter aliam, scilicet, vt altera suum corpus, veluti in carcerem, al-  
teri animæ cedat, illud subeunti suorum scelerum pœnas daturæ. Quod si ani-  
mus prius extra corpus productus est, deinde vero corpori immixtus, id qui-  
dem aut melioris gratia fuisse a Deo factum dices, aut peioris: quorum illud  
certe non est cogitandum, quod contra suppositum dirigitur, neque hoc, quia  
bonus erat Deus: concludendum igitur animos statim productos cælesti quo-  
dam corpore fuisse indutos. Verum, cum Platonicis apud quos hæc frequēs  
est quæstio, duplicis atherei vehiculi mentionem faciant, quorum alterū stel-  
la sit quædam, cuius apertus sit sermo in Timæo, alterum vero etsi atheræa cu-  
iusdam, non tamē stellaris corporis substantiæ: hoc, inquam, cum nusquam ab  
anima seiunctum ostendatur, quomodo aliud sit ab ipsa, & cur aliud ab anima  
esse negent, in Platone vix habent, neque etiam sui sectatores id ostendere sa-  
tagunt. Amplius, vt ad rem redeam, Talis multiplicitas motus, simul diuersita-  
tem aut repugnantiam in subiecto, in quo sunt, ostendit, vt pote quorum alterū  
hoc velit, & hoc idē recuset alterū. ex hoc enim recte Peripatetici animalis in  
se mouendo lassitudinē cōprehendunt. quasi duæ sint quædā in eo partes, qua-  
rū elementaris a prædominio deorsū inclinēt, anima vero, quæ & altera pars  
est, motum illū ferre recuset, vnde mixti anima præditi sese mouēdi labor oria-  
tur, atq. lassitudo. haud ab simile Platonicis animis in cælis degentibus accidit, ne-  
pe quibus & inclinatio prius innascatur, & inde in hæc inferiora descendendi  
volūtas, mox labor, atque sudor multus, quorū tale aliquid nullus cælestis ani-  
mus pateretur, si mixtione vacaret. Porro, quoniā, cū in cælis degunt, nihil eis  
addere possumus, nisi atheræum quippiam fuerit, corporeumue, propterea ex  
cognitione corporis ad corpus quod non habet, talem descendendi sensum  
animos pari dicendum est. His addo, si quidem vera ferunt Platonicis, ather-  
reum vehiculum animæ adiunctum, & ab alijs separatum, tale quid animal cō-  
stitueret, vt sensu sit quodam communi præditum, qui a reliquorum vehiculo-  
rum sensu hoc differat quod hic cum passione quadam sentiat, atheræus autē  
passionis omnis sit expertus. Quid igitur dicent nunc iidem Platonicis, cum ex  
Phædro, quin anima sudet, atque laboret, tunc cum in cælis est, negare nō pos-  
sint? aut igitur atheræum vehiculum cum passione fuerit, aut, si anima ipsa cor-  
pus est, passibilis etiam in cælo, aut denique medium illud vehiculum, siue ex  
elementari spiritu, siue ex igne constet, in cælum ascendet, & animam ipsam  
perpetuo comitabitur. Sed & nunc eadē aliter, nec minus valide, confirmo,  
animos tamen e cælis descendentes, aut descendere cupientes ponam; & in-  
terim sciscitabor, descensus iste præter naturam ne ipsis accidat? quod tamen  
falsum esse, propria Cautione patebit, an potius naturalis fuerit? & hoc cum  
Platonicis fateantur, ad idem concludendum ita mihi auxiliari videntur, vt  
addant, extremum hunc e cælo in terris descensum, nisi per media quædam  
fieri non posse; talia autem corporea esse vehicula, illis impellentibus, non  
modo non negantibus, asserere cogor. Vterius adde, huc deduci animi illam  
diuisionem, qua ex diuidua, & indiuidua natura constare iidem volunt: huc  
etiam trahi animi currum difficulter gradiri, grauari enim eum, gravita-  
tisque participem ad terram vergere, & ipso pondere inclinare: itemque  
cuicumque equus fuerit ab aurigis non bene innutritus: tunc nimirum laborē,  
& cer-

Atheræum ve-  
hiculum du-  
plex.

Noua ratio a  
multiplicitate  
motus.

Lassitudo in  
animali atque  
labor vnde  
Cælestium ani-  
marum labor  
vnde

Alia ratio.  
Atheræum ve-  
hiculum quale  
animal consti-  
tuat.

Idē aliter ex-  
plicatum.

Animorum e  
cælo descensū  
per media cor-  
pora fieri.

& certamen animæ proponi: quo loco Platonicos ipsos rogatos esse cupierim, ut, si quocumque sensu Platonem locutum fuisse velint, hoc enim nihil moror, at saltem meminerint, animos, cum hæc faciunt, & patiuntur, in cælis degere. ut interim eorundem Platoniorum sit labor, quid sudor ille sit, quid labor extremus, quidue longarum hæc meta viarum? denique, quid certamen declarare, an imperfectionis cuiusdam semina, & ea quidem corporea ne sint in cælis, quocumque sensu adhibito possint euellere.

Phædrus. 246. Sed, ne pluribus in re manifesta immorer, quæ leguntur in Phædro, reliqua ipsis exponenda relinquo. ecquid illud sit *animam omnem totius animati curam habere, totumque percurrere cælum, alias videlicet alias sortiri species*, an ex ijs possint animi multiplicem naturam variam, atque mutabilem, & quod maius est, in cælo non comprehendere, quis etiam ad illa conuiebit, si Deos, & animas habere currus alatos, & aurigas legerit, & vtrorumque naturam vel corpoream esse, vel corporeo vti vehiculo negauerit? certe in eo Deorum labor minor est, quod illorum equi, atque aurigæ boni sint, atque ex bonis, aliorum vero promiscui.

audis ne *animarum currus promiscuos*? sed, si audis, eisdem in cælis esse minime obliuiscaris. Adde, peius equorum alterum bonum, & pulchrum esse, & ex talibus constantem alterum contrarium, & ex contrarijs, & inde fieri, ut grauior, & difficilis sarcina existat, & si non eum me esse profitear, qui tales sensus nimis religiose venari studeam, tamen facere non possum, quin ab illis interrogem, qualem sensum ex huiusmodi verbis eliciant, ne currus, & alas, & sudor, atque tumultum, immo vero ne equos in cælis collocemus? quod si nullus huiusmodi verborum sensus tradi possit, quid est, quod tantopere Platonis lectio mortales quosdam ad sui admirationem rapere possit? si vero alium quendam sensum habeant, & ab eo, quem modo tetigimus, distineat, age, quælo, explacent, nec diu mortales remorentur; & Deos ipsos simplici vitæ puræ asserant, neue animæ in cælum redeunti, curæ sit equos præsepe alligare, & ambrosia (ut etiam Poetæ ferunt) atque nectare pascere. nam, etsi ex eodem Socrate in Phædro, audiam, animum tunc mente sola ibi vti, tamen solam mentem ita intelligo, ut sensus quosdam non deserat, & si ipsis non vtatur, haud secus ac sapienti cuidam hic in terris euenire consuevit: vel ut clarius a contrario sensu explicem, si quis ventri, ac voluptati deditus in hac vita fuerit, cum totus in Venere & Baccho est, non propterea mente carere secundum essentiam dicitur, etiam si Arist. 1. de Anima non omnibus hominibus intellectum concesserit, sed illam tamen qui sit secundum prudentiam ibidem audiit. haud secus si mente sola in cælis anima vtatur, non ob id tamen suo sensu carebit. Quid igitur, veri ne sunt tumultus isti in cælo? vera aurigarum prauitas? claudicatio? pennarum confractio? laborum obuolutio? & irritus exitus? & si vera ista non sint, quid tandem illud opinabile alimentum fuerit, quo animæ in cælis potiuntur? Vnde illis animis tot tantarumque huius mortalis vitæ prauarum electionum desiderium innaescitur? ut non modo in Reges, in Gymnasticos, in Sophistas, Artifices, Populares, Tyrannos, verum etiam in aues, puta olores, accipitres, immo etiam in vulpes abire exoptent? ut merito cum magno Marone possim exclamare:

*Quæ lucis miseris tam dira cupido?*

Sane, cum, ni fallor, abunde satis ex Platone ostensum sit, quod cauendum desideramus, vnum addam, cum Ioanne Grammatico, ut, si possem, eundem suo sermone conuincam. ipse enim in suo proœmio cōmentationum primi de Anima Aristotelis, propterea inquit *intelligibiles species cōgenitas in nobis esse, quod accidat nobis, ut intelligamus aliquos, qui præter naturam differunt, cum tamen naturam*

Animorum currus promiscui quid? Celestium Animarum. Equorum ingenium.

De fabulosis Platonis conuenerit Auctor, non de superioribus.

Phædrus 247. C. D. Anima in cælo an sola mente vtatur, & quo modo?

Conueniens rei exemplum.

Maro Æneidos. 6.

Ioannes Grammaticus. proœm. li. de anima. Col. 3. & 4.

A quam antea illius conclusionis theses, aut hypotheses intellexerimus. Hæc ille. Cuius verba si conuertantur, species etiam sensibiles, & sensus vestigia nobis apud inferos vel in cælis commorantibus inesse ostendent. Conuersionis ratio est, eo quod Platone iubente tunc temporis cum in cælis commoramur, in hæc sensibilia inclinamus. Sed, vnde hæc illius lucis dira cupido, nisi nobis sensibilibus species fuissent inditæ? Sed, quonam modo in puro intellectu intelligibiles simul cum sensibilibus speciebus stare possunt, nisi nobis illic vita quædam mixta, sicut istic concedatur? hoc tamen pro eorum humanitate nobis concedunt Platonici, qui cælestem animam æthereo corpori admiscentes, vnum inde animal consurgere ostendunt, adeo, ut, cum tria sint ab illis constituta vehicula, triplex dari animal minime negent. Sed præstat nunc Platoniorum placita de vehiculis recensere. nam, quid Plato, sese ipse exponens, senserit, satis hucusque vidimus. Ijs autem positis, si quid in vtroque sit arguendum, posterius aggrediemur.

### De Animorum Vehiculis digressio.

Haecenus itaque cōmuni quodam inuestigationis modo probatū a nobis est, rationalem animam Platoni, aut numquam carere corpore, aut etiā feminalem quandam corpoream rationem obtinere, aut ipsamet omnino esse corpoream. Nunc vero, distinctione quadam, eaque accuratiore adhibita, de singularibus corporibus est differendū, quæ vehicula Platonis dicta sunt. Quoniā aut de vehiculis quæstio multis implicata est difficultatibus, & grauissimum Academicorū sententia exagitata, nostri quidem laboris in præsentia fuerit, non omnes, quæ moueri possunt, difficultates in medium asferre, sed eas, quæ cum vno Platone quæri possunt, discutere. immo vero præsentis Commentarij munus fuerit, illam tantum cum Platone inquirere, quæ more logico, prior antecedit quæstiones omnes: An scilicet vehicula, & qua ratione in eiusdem viri doctrina concedi possint. cuius rei gratia pauca quædam de eorundem vehiculorum numero prælibanda duximus. Vtrum autem Aristoteles cum Præceptore in vehiculis asserendis consentiat, & aliquo temporis intervallo omnis anima olim, omne vehiculum præcesserit, & de ipsorum nominibus, natura, ordine, & de triplici sensu suo vniuscuiusque corpori respondente. Amplius, de diuersa animi potestate, quam cum in vno vel alio consistit, obtineat, quidue tunc agat cōtempleturæ, & omnino de triplici vita, & denique, de triplici homine cuique vehiculo insidente. itē, de cuiusque vehiculi forma, figura, augeaturne, aut decreseat illorū aliquod, & quonā modo animæ suis sese ingerant, aut quibus agentibus, aut impellentibus, & vtrū cælestes animæ vehiculo careant, & cū ab vno in alterū transeūt, quid de vetere remaneat, cuius munere nouum in vetus fungatur, vtrum purgationem, ecquam subire, quodue sit aptum vehiculum talia pati, & motum, & vitam, & si quid aliud his accidat, plenius considerare, ad librum de motibus animæ, non modo cum Platone, verum etiam cum omni Academicorum interuentu diligentius discutere pertinebit. Vnam interim nobis in præsentia Cautione disputationem relinquentes, ut puta de vehiculorum, secundum solam Platonis mentem, necessitate, cuius gratia de eorundem numero pauca quædam, ut diximus, verba facere oportet. Ut vero ordine quodam procedamus, Academicorum omnem conatum primo explicabimus, quo ipsi vehicula asserere contendunt, tantum abest, ut negent, tum deinde, si quid ultra secundū Platonis mentē addi, atque asseri

Commoda in verbis Philosophi antitrophæ.

Triplex animal Platonis concedunt.

De quibus agendum.

De vehiculis quid querendum nunc sit.

De vehiculis quæ nunc taceant & in aliud tempus differenda.

De vehiculorum necessitate & numero proponitur inquirendum.



afferri verius possit, nostro labore tentabimus: a quo tandem ad Cautionis munus deveniemus.

Vehiculorum necessitas a Platonis extigitur. Entium gradus triplex. Mens. Anima. Natura.

Animæ latitudo.

Vehiculorum usus vnde introductus.

Eorundem numerus. Terreum.

Æthereum. Stellare.

Celestis spiritus. Immaterialium substantiarum gradus Triplex.

Vehiculorum figura. Qualitas. Usus.

Ætherei usus in hac vita quod præstare possit, quibus contigerit? Zoroaster. Platonis testimonia fide vehiculis æthereis. Timæus. De Rep. X. Phædrus.

Quod igitur ad primum attinet, labor est, Platonicos inhibere, ne dicant, non autem ab ipsis extorquere, quasi dixisse noluerint. si quidem illi primum vehiculorum necessitatem ita ostendere conantur: Triplicem naturarum, siue, ut ipsis inuitis dicam, entium gradum constituentes, mentem scilicet, & Naturam tamquam extrema quædam, at vero Animam tamquam in medio collo cantem. Mentem etenim sua & inuisibili luce puram, sed Naturam sua impuritate obscuram, tenebricosamque, & omnino omnis crassitiei corporeæ compositionem, ut quæ materiæ numquam sit impers. Animam autem inter vtrumque medium tenere, & modo ad superiora conuerti, modo ad inferiora conuersam demergi, habere tamen latitudinem quandam, cum ad corpoream naturam conuertitur, quandoquidem tale quid intercedere inter corporis crassitudinem, & animæ substantiam volunt, ut illo secluso extremorum coniunctione, animæ scilicet, atque corporis, numquam habere, aut imaginari valeamus.

Denique de extremo ad extremum fieri non posse, ut aliqua natura sine medio transeat, necessariam esse, propositionem, & natura, & ratione dictante, testantur, quo cū etiam ad superiora conuersi ducantur. Hinc totidem vehicula illi ponunt, quos quidem pro transitu necessitate danda esse comprehendunt. Sane, si ab æthereis sedibus, & a sua Mente primo delabi animam intelligant, tunc medio quodam vti corpore, alio tamen quam eo, quo tunc vti deberet, cum materiæ facibus destituta hinc profilit, quam dum e cælo huc aduolabat. ex quo ab eisdem factum est, ut præter hoc terreum, tætrum, ostreaceum, elementare vehiculum, duo alia sibi vehicula, suisque adiunxerint animis, quorum primum tale sit Animæ, ut ei tunc e cælo primum descendenti debite respōdeat, erat autem tunc tota intellectus, igitur totum æthereum, vehiculum esse debuerat. hoc autē quamuis æthereum, aut tale quid ex æthere, igneum tamen, duplex, modo etiam triplex esse volunt: namque & stellam animi vehiculum statuant in cælis tamen degentis; & corpus aliud quiddam æthereum, siue celestem spiritum in hæc inferiora descendenti adiungunt. rursus iisdem, qui substantiarum immaterialium gradum triplicem dari concedebant, eiusdem perfectionis vehicula illis impartiri non poterant. nam & sphaerarum animas esse, & a Dæmonibus differentes, a quibus, cum infimo gradu rationales distare viderent, totidem vehiculis easdem donare consentaneum esse putarunt, primis quidem substantijs, purissimum vehiculum, secundis purius, tertijs autem purum & ex vna eademque celesti, æthereaque substantia illa data esse contendunt.

Hæc de vehiculorum materia. quærisne figuram? rotundam esse, respondēt. qualitatem scire cupis? perspicuam, puram. vis usum? in animis visui atque auditui tamquā purioribus subministrantur sensibus, & si talem ostreaceus quispiam homo duxerit vitam, siue sapientia, siue purgatorijs, ut aiunt, virtutibus expolitam; fieri posse inquirunt, ut æthereo solo sese exercente, atque sibi iuuante, possit nullo negotio cælestium sphaerarum concentum percipere, cum Dæmonibus colloquia habere, & si quid ultra dari possit, obtinere minime desperant. Tale quid Mercurio, Pythagoræ, & Apollonio accidisse ferunt. de eodem intellexisse Zoroastrum, cum *spiritum non esse inquinandum* monuerit, quasi terreum æthereum non esse immiscendum. si vero Platonis auctoritates, atque loca ad hoc idem conformandum ab illis exigas, Timæum proferunt, quo loco stellam visus est vehiculi munere donasse: & ro. de Repub. animam ex Lethæo tamquam stellam ad generationem ascendere. in Phædro autem sub

A sub nomine currus eadem asseruisse. Denique Maronem *æthereum* appellasse *sensum, & Animi simplicis ignem*, in promptu est. Tale igitur est primum illud vehiculum, in quod animæ in terris delabentes descendunt. Sed, priusquam elementaris vehiculi antrum ingrediantur, secundum quoddam a primo dari oportuit: hoc alij æreum, alij quid crassius fingunt, & e sanguinis substantia tenuissimum, vel denique spiritum talem esse, qui per nostra corpora se se diffundat, sed ab eiusdem nostri corporis elementaribus confusis partibus exoritur, atque confurgat. hinc alij æreum, quidam elementare igneum, alij aqueum, & pro naturæ prædominantis temperamento dari posse concessere. huius si efficiens causam spectes, dicunt Deos esse secundos; si usum, vitam totam dimetiuntur, & post hanc vitam animis causam esse, ut delictorum pœnam luat. si tempus, in hac vita tantum, & apud inferos, in cælum vero ascendentem animam nequaquam comitatur. ut ipso carere Deos inde colligas, si sensum quaeras, communem inesse, sed cum passione, absque tamen instrumentis. constitui ex eo etiā vñ quoddam animal, adeo, ut tria in vno reperiri animalia non negent. De tertio autem vehiculo terreum, nihil est, quod pluribus immoremur: quandoquidem non est præsentis inquisitionis de illo aliquid quaerere, præter ea, quæ ad ad alias disputationes pertinet. de quarto etiam imaginatio, quod Simplicius excogitasse visus est, minus etiam: cum simplex & vna tantum de vehiculis quaestio a nobis proposita sit.

C His Platoniorum dictis non vna, sed multiplex præbetur occasio in eos arguendi: ut labor sit, multiplices, quæ occurrunt, dubitationes huc afferre: idque vitare studebimus, si vnam, aut alteram illis obijciemus. itaque ponamus, animam ipsam mediæ cuiusdam esse naturæ; eamque in cælo tamquam descendere volentem collochemus, & ne ad extrema faciat absque medio transitum. hæc enim nequaquam precario exposcimus, sed a Platonis data accipimus. tunc sumat anima corpus nobilissimum æthereum, quod quidem vel a Deo quopiam sumptum, vel a se possideat: insuper illo eodem moueatur, & in aliud sese ingerat descendendo; & denique ostreaceum hoc ingrediatur, in quo simul tria reperiri corpora dicunt Platonici; immo vero tunc temporis tria (ut antea diximus) in vnum esse animalia non negant. Positis ergo tribus ijs corporeis substantijs, ab illis sciscitandum est, an diuisæ remaneant loco, atque subiecto. quod certe in Platone reperire oportebit: & si reperiretur, dignanda certe esset responsione Aristotelis interrogatio, cum harum trium vnicens aliquod sibi dari & merito quidem petit, de quo propria Cautio curam habet. vniantur ergo inuicem: sed, si ita res efferit, dignum declaratione putamus, an illæ totæ in se totis per se ipsa permeent, an potius per minima quædam inuicem immisceantur. nam, si primum corporum penetrationem admittens, Philosophis alioqui omnibus, non modo ipsi naturæ inuisam, quamuis naturaliter nunc intelligi velim, super naturaliter enim fieri potest. si vero alterum

E tunc mihi concedi petierim, ut minimum corporis huius e tribus illis corporibus constitutum sumere possum, de eo ita quaeram, an gratia exempli æthereæ quæ in ipso inest particula sit totius animalis ætherei forma? & tunc mixtum illud vnica tantum ætherei forma constabit, in quo tamen formæ tres inerant substantiales, & in eadem materia. aut dicendum, in eadem particula nullam neque ætherei, & similiter, neque mediij vehiculi, neque etiam tertij materiam, corporis formam reperiri, quod terreum est. quidquid enim de vno intelligitur, idem etiam de ceteris audire par est: ut, si cut æthereum corpus in toto, sic & in nulla parte, & de ceteris eodem modo. Amplius ita, si perfectam fieri admixtionem concedas, indignum est, terreum, & ip-

Maro l. 6. æneid.

Medium vehiculum quid est vnde.

Medij vehiculi materia.

Efficiens. Usus. Tempus. Sensus.

Terreum vehic.

Simplicius excogitauit Imaginatio. Quæritur vehiculū. DICTORVM euerfio.

Argumentatio. Arist. 1. de Anima contra Plat.

Q

& ipsius qualitates prædominari, et si quælibet pars mixti haud fuerit mixta: igitur neque tale compositum similes unde quæque partes possidebit. adhuc etiã cum de medio vehiculo verba faciunt ipsum post terreæ admixtionem consurgere dicunt, ut primo sit elementorum inuicem connexio, unde vel aer, vel aqua, vel ignis dominetur, aut, quod vero similis, spiritus quidam inde consurgat: itaq. adhuc animus sine medio e cælo descendat, & cum æthereo in eo, quod penitus terreum est, se complicabit. Addam insuper, quod de animo alibi differenter diximus, mundum olim ita Platoni interitum, ut rerum generatio penitus cesset, & anima omnis (de rationalibus loquor) apud inferos simul cum illa cæli substantia tamquam pœnis supposita, atque carceribus sit commoratura. nunc autem addo, totam cæli substantiam olim absumendam. quod enim corpus est æqualium sui ablatione partium tandem cõsumi necessesse est. modo vero ex Platone animam omnem, quæ de cælo descendit, æthereo corpore indutam imaginemur. Addamus etiam, nonnullas animas ita peccare, ut æternorum suppliciorum tormentis dignæ sint, dantur enim: cum vero multæ sint in eodem Platone circulationes, & animarum præfixus existat numerus, verisimile est, tam multas, atque multas singulis quibusque circulationibus animas peccare, ut illarum vniuersus numerus ad inferos æternas soluturus pœnas proficiscatur. quoniam autem æthereo corpore indutæ sunt, tunc cælum vel contractum remaneat, vel penitus absumptum necesse est; & denique corpus æternum violentiam æternam passum iri; nec item imaginari possum, quomodo cælum, corpus cum sit, & sui corporis substantiam cuique animæ descendenti subministrat, & ipsum illæsum, & multa in parte diminutū permaneat. ut omitam nunc, quomodo distractio hæc cælo passionem non inferat? Ridebunt certe Platonicæ. sed ego (ut prouerbio utar) ridentibus adsum, dolentibus autem non item.

Validum in  
Platonem ar-  
gumentum.

In alios quos-  
dam Platoni-  
cos argumen-  
tatio.

Validum in  
Platonem Ar-  
gumentum.

Horatius Car-  
mil. 3. od. 3.

Nunc ad alios me conuertam Platonicos, qui, cum ex ijs modo positis difficile esse darinaturam pure intellectualem inspicerent, atque etiam haud facile speciem sine phantasmate puram in cælo cõcedi posse, responderunt, animos adhuc in æthereo vehiculo positos simpliciter esse intelligibiles nihil prohibere. esse enim assistentes formas nequaquam informantes: unde sit, ut nihil a corpore impediatur: sed, an ita sit, videamus, eundem tamen intellectū paululum ad hæc inferiora reuoco, & tunc a Platónico illo quæro, si, propterea quod intellectus assistens forma sit, potest ille libere, vehiculo nihil impediendo, intelligere. igitur nullam prorsus passurum apud inferos pœnam libere inferre nihil prohibet, & in hoc corpore nullo nocente obiecto permurari. Certum est enim, illam eandem animam in hoc corpore peccare, quæ de foris nobis accessit, & eandem inferorum pœnas subire, & ex ijs, quæ antecessere, eandem illam talibus sese erroribus in hac vita immiscuisse, unde tales pœnas sibi lucrifaceret. Quorsum hæc? nempe ut inferamus, quod, si corpus æthereum intellectiõnem non impedit, cum illud idem apud inferos obtineat, licet alteri vehiculo admixtum, non video, cur ab illis pœnis sua intellectiõne sese eximere nequeat; fieri autem posse, ita a minori persuadere liceat. Animus enim idem qui in cælis est, & apud inferos, si ita in hac mortali vita degerit, ut sibi suisq. sensibus dominetur, etiam si mille tormentis affligi se, suumq. corpus sentiat, illæsum tamen peruadere multis experimentis omnium ætas comprobauit, immo, etiam si fractus illabatur orbis, impavidum (de iusto loquens inquit Horatius) ferient ruinæ, ut Anaxarchos, & alios huius generis reticeam, quos, & alios priores, inanis gloriæ atque immortalis nominis falsa cupiditas hæc per-

A perferre compulsi. nisi dicere maluerimus, hæc non suo, sed diuino potius auxilio ab illis perfecta fuisse, ad ostensionem alicuius virtutis. quo quidem modo Christi, quia Christi martyres sunt, diuino alioqui auxilio adiutos silentio obuoluam. hoc autem, quod modo dictum est, ad Platonis aures esse dictum, inde patet, quod sapiens apud ipsum neq. voluptate corporea, neq. dolore tangi videatur. quomodo igitur apud inferos patietur, difficile dictum est, si tunc hoc terreo exlitus animus liberior cum æthereo percurrere potest; nec, quoniam modo aereo affligi possit, intelligam, si terreo sapiens minime affligebatur. Adde voluntatis illam libertatem maximam, (cum Platonicis modo loquor) cum alioqui sciam, & firmissima fide teneam, quod Deus noster (quemadmodum in fornacis igne trium Puerorum, ita operatus est, ut ignis ille non ageret, ita etiam apud inferos, quamuis incorporeum a corpore sua natura tangi non possit) tamen diuina sua immensaq. virtute ita causatus sit, ut ignis agat, nec tollit illius rationes formales, si ita fecerit ille, sine quo nihil est, non modo nihil operatur. nec præcidit Deus patientis voluntatem, sed nolentis potestatem potius pœnis implicat. nam vult quidem Anima non pati, sed posse non pati in sua voluntate nequaquam est repositum. porro illud sui liberi arbitrij, hoc autem imperantis est Dei. Cetera ad sacros Theologos.

Nunc, ad Platone cõuersus, nihil tale in ipso video. a quo possim similia expiscari, neq. ite suspicari. quomodo animus in cælis intelligibilis purã vitã traducere possit. quæ si ita sibi eueniret, videbis inde necessario sequi, secundum ipsius doctrinã, ut nullius animi villo vnquam tẽpore fiat in hæc inferiora descensus. nã, si, cur animi descēdāt, a Platonicis quaras, ita ferme cūcti respōdebūt: id ex pullulatione quadã, & imperfecti cuiusdã desiderii lapsu in cęlestib' inditi fieri quod in Cautione de animorum descensu, vno Plotino paullo secius exponente, vidimus. hoc autem a pura intellectualem natura euenire non posse, multoties dictum est. quam autem habeat admixtionẽ, difficile est asserere, si aliã ab æthereo corpore asserueris, quamuis promptã nobis dubitandi ansam præbeat Philoponus, qui loco superius citato non differre inquit aereũ vehiculũ a terreo, nisi quod, cū vtrumq. sit ex quattuor elemētis cõpositum, terreũ a terreno prædominium, aereum vero ab aere obtinere, nec ob id vnũ in alterũ trãfire putauerim, ne incorruptibile fieret, quod sua natura corruptioni est obnoxium, ne formã, & materiã confundã, actionemq. item, atque passionem in eodẽ dare cogat, & cum Platonicis sexcentis implicet incommodis. quidam aut Timæi expositores verba Plotini rursus afferunt, & quamobrẽ descendat anima, ita respondēt, nempe, quia in diuinis vltra consistere nequit: vere quidẽ ex illis, at secundũ veritatẽ nequaquã. quærendũ enim fuerat, unde est, quod in diuinis cõsistere nõ possit, an suimet subiecti, an potius obiecti ratione: hoc quidẽ modo nequaquã. eo quod animæ obiectũ ibi intelligibile quoddam est, ad quod illa feratur, & illud quidẽ maximũ. scimus aut etiã ex Aristotele intellectu ab intelligibili perfici semper, & eo magis, quo maius illud fuerit: non igitur ratione obiecti tale fastidium animo innasce dicendum est. quod si ratione subiecti fuerit, videndũ profecto, unde sibi melioris vitæ fastidium innascat, an ex sola animi natura? hoc autem modo quin maximum suæ corruptionis signũ præbeat, effugi non potest, vel quod sua natura non sit intelligibilis, si tãta animi propensione descendere exoptet. quod si ex aliquo sibi adiuncto vehiculo dimanabit, difficile fuerit cum illis respondere, qui vehiculorum discrimen haud quidẽ ab essentia, sed ab elemēti prædominio sumunt. hi. n. corruptibile in cælo collocare videntur, & sua natura violẽter ab incorruptibili detineri, & si solũ cętherũ animẽ in cęlo adnexũ dixerimus, poterit ne fieri, ut a cęlesti cor-

Platonicus.  
Sapiens Ani-  
mus numquid  
apud inferos  
angi possit.

Quid ex fide  
dicendum de  
ignis apud in-  
feros actione  
in animã alio-  
qui corporeã?

Animi cur e  
cælo descen-  
dant.

Philoponus  
vbi supra. quo-  
modo aereum  
atque terreum  
vehiculum dif-  
ferant.

Cur descendat  
Ani. secundum  
expositoris Ti-  
mæi sententiã.  
Consultatio.

Vehiculorum  
motus inuesti-  
gatio.

pore sua natura incorruptibili ingeratur animo descendendi fastidiū, quod in se non habet. Est enim difficile, caelestis corporis partem recta, eaq. deorsum deferri cupere, & quod maius est, in locum præter naturam sibi accedere, & ibidem commorari. dico autem hoc, eo quod magis concederem, caelesti cuidam particulæ, vt a loco præter naturam secundum rectam tantisper deferatur, donec ad sibi naturalem locum peruenerit, quam contra, quod ex elementorum natura mihi non magna difficultate persuadeo. horum enim particula, vt aliter sentientium pace dixerim, si extra locum totius posita fuerit, recta quidem a medio vel ad medium feretur, donec illuc peruenerit, vbi cum suo toto vel stet, vel secundum circulum deferatur sed contra vehicula ex latiorum ratione arguere, ad librum de motibus animæ pertinebit, ne nunc multarum interrogationum coaceruatione confundamur. eadem etiam de causa, & in eundem locum arduam illā quæstionem remitto, quam in Platonem habet, frustra, vt puto, recusantibus omnibus, suo primo de Anima Aristoteles: quo loco multis argumentationibus in Præceptorem insurgit, quasi ille voluerit, animam corpus esse, vt inde non mediocriter admirer Tertullianum, qui nam potuerit hos duos viros eiusdem existimasse fuisse sententia, & vtrumque animam incorpoream esse voluisse.

In Tertullia-  
num.

Grammaticus  
pag. 47. col. 2.

Sententia  
Gramm. confu-  
tatio.

Et, vt ceteros etiam Aristotelis expositores omittam, in ipsum falso insurgentes, vnum quoddam, aut alterum, quod habet Ioannes Grammaticus sua ibidem digressione, præterire non possum. ipse enim super contextu quadragesimo quinto, prope digressionis finem, *quæcumque* (inquit) *veluti de animæ magnitudine a Platone dicuntur, per allegoriam dici.* quod vero ex Platonis mente anima non sit corpus, probat ex eo, quod in eodem Timæo cum ponatur anima veluti media substantia inter indiuidua, & ea, quæ circa corpora diuidua sunt, ex ijs etiam indiuidua velut esse animam. ratio est, quia, *quæ sunt diuidua circa corpora, sunt per accidens diuidua, per se vero indiuidua: anima igitur inter duo indiuidua est: quod autem est inter duo indiuidua, & ipsum est indiuiduum: anima igitur incorporea est: ergo nec magnitudo, nec superficies, nec linea.* Sed, pace tanti viri dixerim, reliqua maligne subtraxisse, ex ijs, quæ sequebantur, quænam sint diuidua circa corpora. nam talia per accidens esse diuidua profecto concederem. sed tamen omnium Academicorum consensu, & Aristotelis potissimum doctrina comprobante, accidentia sunt: & illa quidem in qualitatis prædicamento reperiuntur: nouimus enim, diuisionis rationem in sola quæritate reperiiri. quidquid autem cum quantitatis extensione in subiecto se diffundere potest, diuisionem etiam patiatur necesse est. quamobrem recte in Prædicamentis Aristoteles, Tantam dixeris, inquit, albedinem quantam dixeris superficiem. sed, si animam ita per accidens indiuiduam appellaueris, adhuc etiam ab accidentium prædicamentis non eximes. vt, si, cum Aristotele, an illa sit quantitas, ignorabam, modo, cū Philopono, ne sit qualitas, admodum vereri cogar. amplius, neque talem fuisse alicubi descriptam a Platone animam, vt ex accidenti diuiduam ostenderet, neque talem fuisse Socratis mentem in Timæo puto in præcepto videri posse. cuius quidem rei cum Plotino, atque Simplicio præ ceteris futura erit nobis alibi quæstio, adeo dum ad parandam mihi cautionem satis esse putauerim ab Aristotele ita accipi potuisse, vt multis argumentis illam confutare aggredere-  
retur. quis igitur non caueat, dum hæc totius fere orbis ingenia maxima, & animis, & viribus æquis diglantur? Ad hæc addam insuper, quæ super contextu quadragesimo sexto idem pro Platone infert Grammaticus. *Sed, inquit, Platoni, Anima corpus est, non poterat ipsam postea accipere corpus Mundi, & e converso, ne sint duo corpora in eodem loco.* Et vere quidem timuit Philoponus: sed timo-  
ris

Cautionis la-  
bor recte susce-  
pit

Idem Gram-  
mat. ex alibi  
dicto confuta-  
tur.

Aris suspensionem nequaquam sustulit. proinde timor hic, aut suspicio multo antea in animorum motibus mihi oriebatur, iam inde scilicet ab illo tempore, a quo Deus illos produxerat, & curribus vniuersitatis eosdem imposuerat, & singulos singulis stellis assignauerat. quo tempore dubitandi suspensionem mihi non eam quidem Plato, quam Platonici dederant. ille enim, vt video, nullam alterius vehiculi, nisi stellæ, mentionem facere videtur. ij vero æthereum aliud quoddam esse a tota quidem caelesti substantia, sed a stella separatam dari volunt, & siue vnum, siue alterum prius suscipiat, siue vtrisque retentis animus ad æreum, & inde ad terreum transeat, tunc quadruplo mihi augeri suspensionem video, ne confusior sit multorum corporum penetratio, quam antea dubitabam. Sed hæc cum Philopono hætenus. nam, vt manifeste circa quæstionem de vehiculis sibi contradicat, suo loco videbimus.

Vt vero finem disputationi imponamus, illud vel apertissime in Platonis doctrina patet, animum suum corporeum subsistere, quemadmodum ei tribuit Aristoteles, vel nunquam sine aliquo corpore saltem æthereo reperiiri, idq. Platoniorum omnium consensu, discrepante penitus nemine, a nobis assertum est. Quid autem sit tale corpus, & an, vt ipsorum nonnulli quasi incorporeum esse velint, certe risu dignos illos existimo, qui talia inculcent, qui nobis corpoream naturam obijciant volentibus, at vero argumentibus incorpoream eandem respondeant, & corpus incorporeum magna animi securitate audeant affirmare, quorum qui velint vanitatem admirari, eam quæstionem videant, quæ de visiois modo inter Aristotelem, & Platonem vtrunque vexata est, & adhuc dubia.

Consequens igitur est, vt, quod extremæ huius disputationis munus fuerit, eas explicemus auctoritates, atque rationes, quibus Platonici, atque Tertullianus pro Platone potissimum ad incorpoream animam asserendam ducebatur, & demum eiusdem Tertulliani responsiones euertere, atque ita deinceps Cautiones adhibere, & ne multum in adductis auctoritatibus explanandis immoremur, (quæ vnicuique verbo explicari possunt) vnum illud respondebo, scilicet, Platonem, vbiicumque corporis fugam ille monet, imperfectionem explicat. odium suadet, carcerem auersatur, atque vinculum timet, non de æthereo corpore, sed de hoc terreo elementari corruptibili loqui dicimus. sine æthereo autem corpore nusquam esse animam (ni tamen ipsa Platoni tale sit corpus.) Nunc vero in rationibus, quæ a Tertulliano in se ipsum adductæ sunt, paululum est immorandum. Omne, inquiunt Platonici, (Tertulliano referente) corpus, aut animale sit, necesse est, aut inanimale; & si quidem animale est, extrinsecus mouebitur; si vero animale, intrinsecus. anima autem nec extrinsecus mouetur, vt quæ non sit inanimalis, nec intrinsecus, vt quæ ipsa potius moueat corpus: itaque non videri eam corpus esse, quæ non corporalium forma ex aliqua regione moueatur. Hæc illi. Sed, prius quam vltius procedamus, animaduertendum est, vt recte adnotat ibidem ex Nyseno Pammelius, præfens argumentum minime Platonis, sed Platoniorum, vt puta Ammonij, Plotini, & Numenij Præceptoris existisse, haberi autem ex Plotino enneade quarta, libro septimo, capite secundo, quamquam paulo secius recitatum: sed ex Platonis Phædro in promptu elici posse manifestum est ex Claudiano Mamerti, qui libro secundo de statu animæ contra Faustum simile quiddam protulit, Animam inquam semper a se ipsa moueri, corpus autem per se non moueri: animam igitur non esse corpus. Tertullianus autem argumento primis verbis posito ita respondet, vt ad responsionem quæ sita antecedentis se teneri neget, quo corpus omne, animale ne sit, an inanimale, quæritur, responsionis autem excusa-  
tionem

Quicquid incorporeum ponunt ridendi sunt.

Aduersus Platonis auctoritatibus sitatis.

Quid prænotandum in hac quæstione.

Eadem quæstio ad Tertullianum deferatur. quocirca noua habetur argumentorum tributio. Primum argumentum.

Plotinus enneade 4. lib. 7. c. 2. Claudianus l. 2. de statu animæ c. 87. Tertulliani responsio ad Argumentum.

Tertullianus corporea tue sur animam.

tionē adhibet, quod anima sit, quæ tale faciat corpus, quod est anima, hoc est, cum anima ipsa sit corpus, non recte ab illis dici animam esse corpus animale, aut inanimale, quasi, dum postea faciat corpus animale, si addit, & in animale si absit, interim tamen animam substantiæ suæ nomine dici, id est, ni fallor, dici, ipsam corpus esse. Hæc ille. Quæ quidem ratione frustra niti Tertullianum inquit loco citato Nysenus. Ego vero, si quid inter vtrumque inferendum videretur, Aristotelis verbis uterer, & neutrum dicerem, neque verum, neque necessarium. Sane Platonicis responderem, argumentum non de omni corpore esse intelligendum, sed de illo tantum, quod ostrea eum vltimo loco appellabamus, & illud solum excludi. Adde etiam, & secundum vehiculum, sed æthereum, quo excluderet non haberent argumenta vero, quantacunque, aut

Nysenus c. 1.

Quomodo Platonicis sic respondendum.

qualia fuerint, semper eo modo dissoluemus, quo ipsi Aristotelica rejiciunt, cum de oculorum extra missis radiis, & corporibus ab eis de habitis loquitur subtilia aut ætherea quædam corpora dari concedentes. Amplius, si quis eam, quæ est in Phædro, rationem obijciat, huic sane respondebo, videre me contradictionē, sed tamē ab eisde conciliationē expectare, quæ vero ad Tertulliani responsionē at tinet re vera vidit ille interrogata diuisione falli se potuisse, cui respondere se non teneri inquit, cum dicitur, omne corpus aut animatum esse, aut inanimatum, quorum neutrum esse animam adhuc enim haberi posse tertium quoddam, quod ipsa sit anima, non tamquam quod in alio sit & ita animatum facere si addit, & inanimatum si absit. Verum talia dicenti grauius quid imminet. nam, si anima tota fuerit in toto, & tota in parte, si verò etiam forma fuerit, tunc admittet illud, quod natura ratione fieri esset impossibile, duo scilicet corpora esse simul. quod si duo sint simul ita recte addidit Aristoteles nihil etiam prohibet, quin infinita simul corpora esse possint. hoc tamen inueniens penitus nō intellexisse Tertullianū, paulo mox patebit, eū ex eo se illud effugere & vanum reddere putat, quod multi in vtero fetus reperiunt, tamquam ita intellexerit Aristoteles, duo corpora esse simul, vnde corporum penetrationem ex incommodo deducebat, quod certe puerile est. Nunc ad eundem Tertullianum, labefactat vir iste alteram partem aduersæ propositionis, qua dicebatur, corporis esse hoc proprium, quod moueatur extrinsecus ab aliquo. Si hoc, inquit, verum est, ostendimus autem supra moueri animam, & ab alio, cum vaticinatur, cum furit, vtiq, extrinsecus cum ab alio, merito, quod mouebitur extrinsecus ab alio secundum exempli propositionem corpus agnoscat. Enimuero, si ab alio moueri corpus est, quanto magis mouere aliud? anima autem mouet corpus, & conatus eius extrinsecus foris patet. Ab illa est enim impingi, & pedes in incessum, & manus in contactum, & oculos in conspectum, & linguam in effatum, velut sigillatim motu superficiem intus agitante: vnde hæc visio incorporali animæ vnde vacuæ rei solida propellere? Sed, quomodo diuisi videntur in homine sensus corporales, & intellectuales? Hæc ille cum asserat, videtur omnia confun-

Tertulliani sic.

In Tertullianū incommoda. Si duo corpora simul sunt, infinita etiam simul esse posse ex Arist.

Altera Tertulliani responsio ad nouum argumentum.

Responsio ad Tertullianum.

dere, de plerisq, etiam non recte sentire. confundit quidem veros motus, atq, reales, sed cum ijs, qui non veri sunt, quibus exempli gratia vaticinatur, atq, furit. haud etiam de Dei, & reliquorum super cælestium substantia incorporea sentire videtur, si tantum suo argumento tribuat. Sed Platonicis mouere se aliter in anima accipiunt, atq, Tertullianus: nec illud ab esse ad agere excitari, quo animam se mouere intelligebant Platonicis, posset vniquam corporea naturæ a Tertulliano tribui, nam, vt cetera in proprium differam locum, ipsemet Tertullianus, quod mox videbimus, incorporeas quasdam qualitates esse concedit, vt puta sonum, & alia huiusmodi, quæ tamen infra animæ

A animæ naturam, dignitatem, atq. gradum existunt, vt, quamobrem sublimiorem essentiam ipsi animæ inuideat, nullam reperire excusationem valeat, cur etiam moueri extrinsecus vaticinando, & impellendo, trahendo, vehendo idem ille faciat, quorum hæc corporum sunt, illud autem animæ nulla ratio est frustra insuper timere videtur, vt si anima in incessum mouet corpus, & oculos in conspectum, & alia huiusmodi, ne anima corpus sit. quandoquidem præiudicata est hæc sibi sententia ex in corporeis qualitatibus a se concessis. demum, dum quærit, quomodo diuisi videantur in homine sensus corporales & intellectuales, si id dubitet ego interim eius responsionem commorabor. video enim, atq. experior intellectus & sensus differentiam. quorum altero ea semper tracto, quæ hic & nunc sunt, & condiciones omnes corporeas retineant, altero vero ea contemplor, quæ condiciones huiusmodi exsunt, atq. respunt, vnde intelligibilium, atq. sensibilibium naturam mihi satis tute paro.

Tert. qualitates quasdam incorporeas concedit. animam vero incorpoream inuicem negat. Alia Tertulliani redargutio.

Intellectus a sensu diffinit.

Secundum argumentum a Tert. dissolutum propositum.

Plutinus l. 7. Ennead. 4. c. 8. Arist. c. 5. 1. de Anima. Tert. responsio ad argumentum.

Confutatur Tertullianus.

Sensibilium specierum gradus.

Tertium argumentum a Tertull. propositum.

Nunc vero ad secundum argumentum accedamus. erat autem, quo veluti ad ea verba respondet, quæ modo ab eodem ex illorum sententia dicta sunt, corporaliū scilicet rerum qualitates, vt terra, vt ignis, corporaliū sensibus renuntiare, vt tactui, visui. Incorporaliū vero intellectualibus conueniri, vt benignitas, & malignitas. itaq. incorporalem esse animam constat, cuius qualitates non corporaliū, sed intellectualibus sensibus comprehendantur. Hæc contra se Tertullianus, fortasse ex Plorino. Pammelius etiam putat, nec frustra ex Aristotele colligi posse. Hæc autem ita infirmat Tertullianus, falsum esse incorporeas qualitates intellectualibus conueniri. Ecce enim, inquit, incorporealia ostendo corporaliū subijci sensibus, sonum auditui, colorem aspectui, odorem odorariū quorum exemplo etiam anima corpori accedit. Nec dicas, iccirco ea per corporales renuntiare sensus, quia corporaliū accedant. igitur, si constat incorporealia quoq. a corporaliū comprehendendi, cur non & anima, quæ corporalis, ab incorporaliū renuntiat. Hæc ille, sane multa simul inculcans, quandoquidem primo sibi sumit, quod maxime est controuersum, sensibiles scilicet species penitus incorporeas esse. quod certe falsum est. decipitur autem ob diuersitatem gradus ipsarum sensibilibium specierum, de quibus omnibus eandem facere legem falsum est: quandoquidem a visibili specie ab ea quæ in anima per tactum imprimitur multi sunt gradus, per quos species aliqua immititur: & vt omittam operationes omnes quorumcumq. sensuum exteriorum duabus subijci conditionibus, vt puta hic vt aiunt, & nunc, quæ, tempus, & motum, atq. adeo materiam consequuntur, habent etiam adhuc aliquid præter hæc, quibus cum materialiter quodammodo obiecta ad potentias deferantur. & (vt modum visionis omittam, ne difficilem quæstionem legis loco sumere videar, & in id ipsum peccem, in quod modo Tertullianus incidit) ad ipsum auditum deuenio, qui etsi spiritalis adeo apparet, includit tamen acris talem modum, atq. distantiam, ultra quam sonus euanescat, & sui speciem interius imprimere nequeat, odoratus autem fumidam exigit exhalationem, at gustus humidam, tactus vero materialis penitus est. quæ omnia cunctis notissima esse puto. sed, vt illa respuam, & cum Tertulliano incorporea faciam cuncta, quæ ad exteriores sensus pertinent, nescio tamen adhuc, vnde fiat, vt si sonus, color, odor, incorporealia altoqui Tertulliano, sensum corporeum tangere possint, cur, si incorporea esset anima, ab incorporaliū speciebus imprimi non possit. vt vero etiam hoc illi concedatur, cur, quæso dum species incorporeas admittit, animam alioqui præstantiorem corpoream reddat? Præstat nunc ad tertium accedere argumentum, quod sibi ex Platonicis oppo-

**F**icinus l. 8. Theolog. Plat. c. 22. Claud. l. 2. c. 9. Tertulliani responsio ex Sorano, quodam medico.

opponit idem Tertullianus. Omne, inquit, corpus corporalibus ali iudicant. Animam vero ut incorpoream, incorporealibus, sapientiæ scilicet studijs, & hæc argumentationem de insignioribus inquit esse, quam eandem pro anima incorporea ex Ammonio habet. Gregorius Nyfenus atq. item Ficinus, animam incorporea & æterna veritate pasci, & proinde incorpoream esse, idem etiam Claudianus libro suo de statu animæ ex Gregorio Nazianzeno citat. cui quidem argumento Tertullianus quendam Soranum respondentem inducit. is medicus Ephesus fuit, qui, teste Suida, Traiani, & Hadriani temporibus Romæ claruit, & eodem Tertulliano teste, verissime super anima quattuor voluminibus commentatus est. Ait itaque. *Sed nec hic gradus stabit, etiam Sorano Methodice medicinæ instructissimo auctore respondente. animam corporalibus quoque ali, denique deficientem a cibo plexumque fulciri. Quid nisi quo adempto in totum dilabitur ex corpore. Ita etiam ipse Soranus plenissime super anima commetatur quattuor voluminibus. & cum omnibus Philosophorum sententijs expertus, corporalem animæ substantiam vindicat, etsi illam immortalitate fraudavit. non enim omnium est credere, quod Christianorum est. Sicut ergo Soranus ipse. rebus ostendit animam corporalibus ali, proinde & Philosophus exhibeat illam incorporealibus pasci. sed nemo unquam cunctanti de exitu anima multam aquam de eloquio Platonis infudit, aut micæ de minutiloquio Aristotelis inserit. Quid autem facient tot ac tante anime Ruricum & Barbarorum, quibus alimenta sapientiæ defunt, tamen indocta prudentia polent, & sine Academijs & porticibus Atticis, & carceribus Socratis, denique ieiunantes a Philosophia nihilominus vivunt. non enim substantia ipsi alimenta proficiunt studiorum, sed a disciplina, quia nec opimiam animam efficiunt, sed ornatiorem.* Hæc suis verbis Tertullianus. Hoc tamen idem retorquet Ficinus in eos, qui dicebant, animam cibis corporalibus nutriri. quia alioqui, inquit, sicut corpus, ita & anima opimior redderetur. Nos autem, quemadmodum vanum existimamus, scientiam, aut quamlibet cognitionem ad animæ nutritionem pertinere, ita & animæ cibum quandam corporalem quippiam ad eandem conferre inane esse hoc credere dicimus. &, quamvis idem Tertullianus, septimo eiusdem libri capite, ex his quæ de Lazaro in euangelio leguntur, animæ corporalitatem prober, tamen contra ipsum inuehit Augustinus libro suo de animæ origine quarto, dum ad Vincentium Victorem in eodem luto se volutantem scriberet, & animam corpoream esse putaret. Idem etiam negat Claudianus libro suo de statu animæ aduersus Faustum. Quod vero ad membra illa pertinet, quæ in Euangelio animæ tribui videntur, nequaquam secundum corpus, verum secundum spiritum intelligenda esse, contendit etiam hoc idem Nyfenus exponere suo de anima & resurrectione Commentario. quamvis, ut inquit Pammelius, nō desint, qui existiment, qui quid in illo Euangelio scriptum est, ad historiam pertinere. e quorum numero fuit Euthymius: sed Epiphanius modo parabolam, modo historiam nuncupat: contra vero B. Iustinus Martyr in libro suo quæstionum, & responsonum, neq. parabolam esse, neq. historiam, sed mixtū quid, neq. propterea quidquam inde consequi, ut oculos, linguam, digitū tamquā proprie dictū accipere debeamus. Sanctus autē Pater Iulianus Episcopus Toleranus, in libro de origine humanæ mortis multa habet de æterna pœna Inferni, & quod anima non sit ibi priuata sensu. Sed hæc alias. Amplius, ad hæc quartam addit Platonicorum argumentationem, quam etiam referendo confutat Tertullianus: Tale (inquit) aliquid opinor ei accidit, cum duo in unum corpora negavit, alienata a prospectu & recogitatu pregnantum, quæ non singula quotidie corpora, sed & bina, & terna in unius uteri ambitu perferunt. Quæ cum diceret, ex numerosis probat partibus. sed ipse pace dixerim videtur Aristotelem

Ficinus l. 8. c. 2. Theol. Plat. Responsio ad Tertullianum.

Lucæ. 16. Aug. ad Victorem.

Claudianus l. 33. c. 9.

Nyfenus l. de anima & Resurr. Euthymius. Epiphanius. Iustinus Mart. yr. quæst. 9.

S. P. Iulianus.

Quartum Platonicorum argumentum a Terr. confutatum.

**A** telem non intelligere, dum aduersus Aristotelem, dum contra Empedoclem primo suo de anima, & alibi, circa hanc materiam arguit. sed fortasse, ut recte inquit Augustinus, *Tertullianus non ob aliud corpus esse animam credidit, nisi quod eam incorpoream credere non potuit, & ideo timuit, ne nihil esset, si corpus non esset.* Hæc quidem benignius agens cum Tertulliano dixit Augustinus. sed sub fine ibidem hæc addidit: *Quis hunc crederet cum isto corde tam disertum esse potuisse. sed tremenda sunt ista, non videnda. ad hoc enim numquam cogere, si aliquid cogitare posset, quod sit, & quod corpus non sit.* Multis etiam alijs in locis Augustinus de Tertulliano conqueritur. sed nobis cum Platone res est, haud vero cum alio quopiam in præfenti labore. Demum, illud non est prætereundum, Tertullianum libro nono ibidem effigiatam voluisse animam, & interim Platonem deridere tanquam secus sentientem, in Phædro, ut puto. quem etiam locum ob eandem occasionem citat Clemens Alexandrinus quinto Stromatum. Sed Tertulliani verba transcribere minime pigebit. *Quid, inquit, nunc quod effigiem anime damus Platone nolente, quasi periclitetur de anime immortalitate, omne enim effigiatum compositum, & structile affirmat, sed animam immortalem, igitur indissolubilem, quam immortalem, & ineffigiatam, quam indissolubilem. ceterum compositam, & structilem, si effigiatam tanquam aliam eam modo effigians intellectualibus formis pulchram iustitia & disciplinis Philosophiæ, deformem vero contrarijs artibus.* Postremo vnum ex eodem Tertulliano addidero, quod ex principio decimi capitis habetur, cum inquit, *pertinere ad statum fidei, simplicem animam determinare, secundum Platonem, id est uniformem duntaxat substantiæ nomine.* Summa autem illius capitis est, *vnam esse animam & spiritum.* In quam sententiam it Augustinus, & auctor libri de dogmatibus Ecclesiasticis, putantes, se aliquid contra Aristotelem, & Hippocratem dicere. Cuius rei gratia Tertullianus modo Platonem citauit, tanquam senserit animam non esse compositam ex spiritu & animâ cuius rei gratia Pammelius ibidem Timæum teitatur, tanquam in eo clare dixerit confundi respirationem cum perspiratione. Sed hæc nihil ad quæstionem. Et hæcenus de anima corporea, vel non sine corpore. Nunc ad hærefes, & cautiones deueniendum.

Tertulliani confutatio. August. 10. de Genes. ad lit.

Anima effigiatam Tertulliano Clemens Alex. 5. Stromatum

Animam simplicem determinare pertinere ad statum fidei. Auctor lib. de dog. Eccles.

## H A E R E S E S Tertullianistæ.

**E**x ijs, quæ toto disputationis progressu dicta sunt, satis comprehendisse arbitror, Tertullianum in hac hæresi asserenda, sui erroris Platonem aduersarium sibi constituisse, tantum abest, ut ipsum tanquam auctorem agnouerit. nos vero, qui id minime profitemur, ut inuitos auctores, atque repugnantes concordare faciamus, suis sententijs illos similes dicimus, similes inquit, sed impariter tales, desideramus ut quos animarum corporis originē ad diuersa principia resolvere videamus. Tertullianus. n. etiā D. August. asserente in lib. de hæresibus, atq. Isidoro, cū animam immortalē faciat, atq. corporeā, illam tamen per traducem, ut aiunt, ab anima patris, quemadmodum corpus a corpore propagari volebat. Plato vero, etsi tantundem de animæ immortalitate senserit, eam tamen vel æternam antea, vel in cælo productam asseruit, & e cælo descendentem introducit: e femine vero per tradacem minime rursus, quantum probando niti potuimus, anima, si corpus est arthe-rcum,

Aug. l. de hæres. c. 86.

LUCIFERIA  
NI.

reum, Platoni magis fuerit. qua quidem in re a Tertulliano dissentiet, magis etiam a Luciferanis, qui Anno 365. animam hominis de carnis substantia propagatam contendebant Constantio Imperante, sedente vero Liberio Romano Pontifice. Proinde, si Aristoteli credimus, eadem erit Tertullianæ animæ, atq. Platonicæ natura. omnino tamen cauendam nobis vtriusq. opinionem, & falsitatem, haud certe dubia fide videor exclamasse. dolebo etiam interim cum D. Hieronymo, vnum Tertullianum tanto ingenij acumine, & omnifaria eruditione doctissimum, quiq. vno Apologetico libro, quem aduersus Gentes conscripsit, cunctam sæculi disciplinam amplecti potuerit, cum multos ex errorum tenebris ad veram lucem reuocasset, ipsum postea nescio quo malo genio afflatum in fœdos, ac pudendos errores prolapsum, dum in Montani vœsanam doctrinam ita libens ierit, qui se paraclerum a patre missum esse fingebat. Fuit Tertullianus Patria Carthaginiensis, & Alexandrini Seueti Imperatoris, & Pontiani maximi Romanorum Pontificis temporibus: floruit circa Annum Domini 228. de quo videndus Nicephorus, Hieronymus, Augustinus, Prateolus.

## ARCHONTICI.

Debueram Tertullianistis Archonticos anteferre, quos ætate superiores fuisse constat, nempe Antonini Pij, & Pij huius nominis Primi temporibus. Verum, cum disputatio esset ex Tertulliani placitis fere tota deducta, ab illis prius sumus aspiciati: cum tamen Archontici quidam delicatius, & ad Platonis aures quid propius dixerint, hi enim, a Simone Mago ducentes originem, multa de octonario, & septenario cæli commenti, quibus cum multos principes assignarent ordines, nescio quos alios & matres lucidas, & ministeria, & comedere quidem, ciboq. indigere dicebant suos Principatus, & potestates, quarum cibum dicunt animam esse, sine qua illas viuere posse negabant, propterea quod animam ex humore superno esse credebant, vnde vires potestatis sufficerentur. Hæc illi. Quid autem sit humor ille supernus, ni ex ætherea substantia prodeat, diuinare omnino mihi plane non est integrum. si vero ad Platonica me referam, suspicabor, cælum ex elementis esse. diuinabo etiam roris quandam ætheream purissimam instillari substantiam, qua bonis a quibus fruuntur animiuoræ potestates.

## ENTHVSIASTAE.

Nec cedent Platonicis figmentis Enthusiastæ, si illis tamquam Antesignanis animorum creationem, tamquam a Dijs Iunioribus factam referant. nam animas hominum & ab Angelis productas, & ex igne & spiritu factas esse proteruebant. hi, cum Valens Imperator, & Damasus Pontifex in viuis agerent, sub Annum 380. se se mundo indignos esse manifestauere.

## SELEVCIANI.

Cum Seleuciani sub idem tempus emerferint, iisdemq. regnantibus, sunt tamen, qui duplicem simul ab eisdem asertam fuisse sententiam arbitrantur, nempe, spiritum hominis, id est animam, non a Deo factam per filium, sed de terra ortam asseruisse, nec non eandem hominum animas ex igne, & spiritui consistere, ideoq. aqua in baptisinate minime vti, propter verbum illud

A illud Ioannis Baptistæ, Ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & igne. De his multa Philastrius, & Augustinus lib. de hæresibus, cap. 89.

## CAUTIONES.

Innocentius Tertius in Concilio Lateran. & habetur extra de summa Trinitate

INNOCENTIUS.

&amp; fide Catholica.

B Firmiter credimus, quod Deus de nihilo condidit creaturam spiritualem, & corporalem, Angelicam videlicet, & mundanam, ac deinde humanam, quasi communem ex spiritu & corpore constitutam. Et infra: Credendum est, non solum corporeas creaturas ex nihilo conditas.

CONC. LATER.

Clemens Constitutionum Apostolicarum libro septimo cap. II.

CLEMENS.

Animam in nobis confitemur expertem corporis, & immortalitate præditam, ne interitu deleri sicuti corpora, sed immortalem esse, vtpote rationis participem, & sui compotem.

## PATRES.

D Difficilis sane est quæstionis huius apud Patres nonnullos determinatio, adeo, vt temerarium quid obuenciat cuiquam inter tot viros hincere audenti. quid enim dicendum esset D. Augustino, qui tot locis, & apertis quidem verbis, naturam Angelicam corpoream facit. Quid etiam auctori de Ecclesiasticis dogmatibus, qui nihil esse incorporeum, præter Deum, constantissime affirmat. immo vero & alios omittam, quorum in disputationibus de Dijs secundis meminero. Porro, quamuis nec desint e Iunioribus sane doctissimis, qui D. Bernardi auctoritate persuasi, nihil certi determinare audeant, nos tamen D. Dionysij Areopagita, & aliorum, vt videbimus, Patrum, & Theologorum sententiæ & Synodo Nicænæ secundæ insistendum arbitramur, vt non modo Deum, verum etiam cælestes omnes virtutes, & rationalē ipsā animā spirituales esse, & corporis omnis expertes asserimus.

AVGVST.

Ecclesiast. dog.  
Iuniores ex D. Bernardo quid audeant.

E D. Dionysius Areopagita in lib. de diuinis nominibus. cap. 6.

DIONYS. AREOP.

Ac primum quidem vita ipsa, & vniuersæ vitæ dat, vt sit vita, & vnicuique, vt sit pro modo suo. quod vt sit, vim habet a natura: cælestibus etiam vitis materie expertem diuinā, immutabilemque. concedit. Et post pauca: Atq. etiā (inquit) hominibus Angelorum

rum vitam largitur, quam concreti ex multis partibus adipisci possunt: ac pro summa A  
humanitate sua nos etiam auersos, & abduetos ad se conuertit, & renocat. Quodq.  
multo est diuinius, nos etiam totos, animos dico, & parua corpora, se ad perfectam, absolu-  
tamq. vitam & immortalitatem traducturum esse promisit.

## D. Gregorius Nyfenus.

GREG. NYS.  
Anima definitio.

Multis quidem Diuus Nyfenus in libro de anima & resurrectione naturam  
animæ incorpoream asserit, eamq. proposita sibi definitione profequitur. Ani-  
ma, inquit, est essentia generata, essentia viuens, intellectuæ, corporeis sensuum instru- B  
mentis viuendi, atq. ea, quæ cadunt, sub sensus, percipiendi facultatem, ac vim per se  
se suggerens, & immittens, quam diu capax earum rerum natura consistere videatur.

Anima quomo-  
do Dei imago,  
& quid inde  
colligitur.

Hæc de ipsius definitione Diuus ille, a qua probationem aggreditur, & quid  
mentis essentiam oporteat putare, sensibilem vero non esse, sed diuinam natu-  
ram incorpoream, informem, indiuisibilem habere, licet non modo diuino,  
sed, quemadmodum a diuina voce docemur, similem hanc illi eo quod secun-  
dum imaginem & similitudinem facta sit. quo quidem modo habebit sane intel-  
lectualem incorpoream, & incorporei ad suum exemplar similitudinem,  
sed erit aliud, atq. aliud quod ad naturæ attinet proprietatem. non enim am-  
plius imago fuerit, si per omnia cum illo esset, sed per quæ in natura non crea- C  
ta illud percipitur, per eadem natura creata hoc ostendit. cuius rei pulcher-  
rimum adhibet exemplum. Et quemadmodum, inquit, in paruo saepe frusto vitri,  
cum ad radium expositum iacet, totus solis orbis conspicitur, non pro sua magnitudine  
in eo asserens, sed prout breuitas frustri circuli simulacrum atq. representationem capit,  
& admittit, sic in exiguitate nostræ naturæ inexplicabilium illarum Deitatis proprie-  
tatum imagines elucet: atq. ita inquit in huius questionis examine corporalem pro-  
rietatem esse excernendam. Sed post multa tandem ita suis verbis profequitur

Pulchrum D.  
Nyf. exemplum.

D. Nyfenus, quo loco, vt penitus corporis suspicionem ab anima remoueat,  
de irascibili & concupiscibili, & quod animæ essentiam minime constituent,  
pauca quædam antea præfatus fuerat. Nam quod hæc quidem, inquit, in anima  
cernantur, ex æquo constat inter oēs: quid aut de eis existimare oporteat, nondum plane, atq.  
perfecte ratio assecta est, vt firmam de his habeat opinionem, sed vulgus etiam nunc vagis,  
falsiq. ac diuersis opinionibus de his ambigit, nobis vero si quidem sufficiens esset ad de-  
monstrationem veritatis externa Philosophia, atq. de his rebus artificiose disputauit,  
atq. tractauit, supernacaneum forsitan esset illorum commentationi de anima adicere  
sermonem, sed quoniam ab illis quidem, pro vt consequens, & consentaneum visum  
esset, ex licentia atq. ad arbitrium prodita est de anima commentatio, nos autem huius  
licentiæ expertes sumus, dicendi inquam que volumus, quippe qui regula prorsus diuina  
doctrinæ & pro lege vtimur facta scriptura, atq. ad hanc necessario respicimus, & ap-  
probamus quodcumq. cum scripturis conuenit, & concordauerit intentio. Igitur, omisso E  
Platonis curru, eiq. subiunctis bijugis pullis equorum, non eadem inter se affectione &  
impetu proditis, usq. præfæcto Auriga, quibus omnibus ille per enigma atq. inuolucru  
ralia de anima philosophatur: omittis item ijs que tradit is qui post cum Philosophus  
fuit, qui res apparentes artificiose persequitur, eaq. que nunc nobis proposita sunt, di-  
ligenter examinans, ac tractans, mortalem per hæc animam esse censuit, atq. pronuntia-  
uit, relictis item omnibus ijs, qui & ante, & post hos fuerunt, qui vel profa, solutaque,  
vel numero quodam ac mensura adstricta, ratione res philosophicas tradiderunt, diuini-  
tus proditam scripturam, quo spectet, & intendat, orationi proponamus. que diuina  
scriptura statuit, vt nihil in anima esse putemus eximium & insigne, quod non etiam  
diuina

Externa Philo-  
sophia.

D. Nyfenus, quo loco, vt penitus corporis suspicionem ab anima remoueat,  
de irascibili & concupiscibili, & quod animæ essentiam minime constituent,  
pauca quædam antea præfatus fuerat. Nam quod hæc quidem, inquit, in anima  
cernantur, ex æquo constat inter oēs: quid aut de eis existimare oporteat, nondum plane, atq.  
perfecte ratio assecta est, vt firmam de his habeat opinionem, sed vulgus etiam nunc vagis,  
falsiq. ac diuersis opinionibus de his ambigit, nobis vero si quidem sufficiens esset ad de-  
monstrationem veritatis externa Philosophia, atq. de his rebus artificiose disputauit,  
atq. tractauit, supernacaneum forsitan esset illorum commentationi de anima adicere  
sermonem, sed quoniam ab illis quidem, pro vt consequens, & consentaneum visum  
esset, ex licentia atq. ad arbitrium prodita est de anima commentatio, nos autem huius  
licentiæ expertes sumus, dicendi inquam que volumus, quippe qui regula prorsus diuina  
doctrinæ & pro lege vtimur facta scriptura, atq. ad hanc necessario respicimus, & ap-  
probamus quodcumq. cum scripturis conuenit, & concordauerit intentio. Igitur, omisso E  
Platonis curru, eiq. subiunctis bijugis pullis equorum, non eadem inter se affectione &  
impetu proditis, usq. præfæcto Auriga, quibus omnibus ille per enigma atq. inuolucru  
ralia de anima philosophatur: omittis item ijs que tradit is qui post cum Philosophus  
fuit, qui res apparentes artificiose persequitur, eaq. que nunc nobis proposita sunt, di-  
ligenter examinans, ac tractans, mortalem per hæc animam esse censuit, atq. pronuntia-  
uit, relictis item omnibus ijs, qui & ante, & post hos fuerunt, qui vel profa, solutaque,  
vel numero quodam ac mensura adstricta, ratione res philosophicas tradiderunt, diuini-  
tus proditam scripturam, quo spectet, & intendat, orationi proponamus. que diuina  
scriptura statuit, vt nihil in anima esse putemus eximium & insigne, quod non etiam  
diuina

Platonis cur-  
rus & reliqui  
deridentur.

Arist. intelli-  
git.

D. Nyfenus, quo loco, vt penitus corporis suspicionem ab anima remoueat,  
de irascibili & concupiscibili, & quod animæ essentiam minime constituent,  
pauca quædam antea præfatus fuerat. Nam quod hæc quidem, inquit, in anima  
cernantur, ex æquo constat inter oēs: quid aut de eis existimare oporteat, nondum plane, atq.  
perfecte ratio assecta est, vt firmam de his habeat opinionem, sed vulgus etiam nunc vagis,  
falsiq. ac diuersis opinionibus de his ambigit, nobis vero si quidem sufficiens esset ad de-  
monstrationem veritatis externa Philosophia, atq. de his rebus artificiose disputauit,  
atq. tractauit, supernacaneum forsitan esset illorum commentationi de anima adicere  
sermonem, sed quoniam ab illis quidem, pro vt consequens, & consentaneum visum  
esset, ex licentia atq. ad arbitrium prodita est de anima commentatio, nos autem huius  
licentiæ expertes sumus, dicendi inquam que volumus, quippe qui regula prorsus diuina  
doctrinæ & pro lege vtimur facta scriptura, atq. ad hanc necessario respicimus, & ap-  
probamus quodcumq. cum scripturis conuenit, & concordauerit intentio. Igitur, omisso E  
Platonis curru, eiq. subiunctis bijugis pullis equorum, non eadem inter se affectione &  
impetu proditis, usq. præfæcto Auriga, quibus omnibus ille per enigma atq. inuolucru  
ralia de anima philosophatur: omittis item ijs que tradit is qui post cum Philosophus  
fuit, qui res apparentes artificiose persequitur, eaq. que nunc nobis proposita sunt, di-  
ligenter examinans, ac tractans, mortalem per hæc animam esse censuit, atq. pronuntia-  
uit, relictis item omnibus ijs, qui & ante, & post hos fuerunt, qui vel profa, solutaque,  
vel numero quodam ac mensura adstricta, ratione res philosophicas tradiderunt, diuini-  
tus proditam scripturam, quo spectet, & intendat, orationi proponamus. que diuina  
scriptura statuit, vt nihil in anima esse putemus eximium & insigne, quod non etiam  
diuina

A diuina natura proprium sit. Qui enim similitudinem Dei animam esse dixit, quidquid  
a Deo alienum est, extra definitionem animæ esse declarauit. etenim in diuersis, ac disse-  
rentibus similitudo conseruari non possit. ergo, quoniam eiusmodi nihil cum diuina  
cernitur natura, ne animæ quidem hæc insita, & quasi coesentiata esse recte quis existi-  
mauerit. Hæc suis verbis Nyfenus, quæq. ad præsentem disputationem con-  
ducunt. nam post pauca probationem aggreditur, vt irascendi, & concupi-  
scendi vim, tum rationali, tum etiam irrationali naturæ commune esse osten-  
dat. quidquid autem commune est, non idem cum peculiari esse: vnde quis  
non recte definitionem animæ datam impugnet, cum dicebat ipsam intelli-  
gibilem, esse naturæ. Cetera vero, & si non extra præsentis disputationis sco-  
pum, tamen, ne longius digrediamur, consulto omittenda duximus. Habes  
B etiam pleraq. ab eodem Nyfeno in lib. de opificio hominis.

Anima quomo-  
do Dei simili-  
tudo?

## D. Martialis, dictus Apostolus, Episcopus Lemouicensis, in Epistola ad Bur- degalenses cap. 8.

D. MARTIA-  
LIS.

Cum ibi de suprema Iudicis resurrectione multa habeat: his tandem clau-  
dit sermonem: Nunc morimur per Adam, & tunc resurgetur per Christum: nunc  
fragilitate circumdamur, tunc virtute induemur. est enim morimur corpore, sed tamen  
numquam moriemur spiritu, spiritus enim sine morte creatus est.

## Arnobius aduersus gentes libro secundo. ARNOBIUS.

Illustris est admodum apud hunc pium æque ac disertissimum virum locus,  
in quo animorum reminiscenciam contra Platonem funditus delet. sed præ-  
ceteris incommodis hoc etiam secuturum probat, quod anima corporea  
D videri poterit. Sunt autem e multis pauca hæc, nam integra de reminiscencia  
disputatio, suo loco est asserita. Sed ego (inquit) cum audio nescio quid præstans  
animæ dici, Deo vicinū & proximū scientem huc omnia superioribus aduocare de seculis:  
nolo illam discere, sed docere: nec ex docta (vt dicitur) elementariam fieri: sed re-  
tinentem res suas, corporibus semet circumligare terrenis. nisi enim sese habuerit res  
ita, discerni qui poterit, vtrum ne illud, quod audit, reminiscatur, an discat? cum  
multo facilius credere, discere illam quod nesciat, quam oblitam, quod paullo ante  
sciebat: & oppositu corporis amitti repentiam priorum. Et vbi est illud, quod dicitur  
incorporalis anima substantiam non habere? quod enim nullus est corporis, oppositione  
alterius non impeditur: nec potest aliquid suaderi perdere id, quod non potest tactum  
E rei oppositæ sustinere. Vt enim numerus in corporibus constitutus (quamuis mille corpo-  
ribus obruatur) intactus, & inuolabilis constat, ita necesse est, animas, si sunt (vt per-  
hibetur) incorporeæ, obliuionem priorum nullam pati: quamuis eas solidissimæ corpo-  
rum circumligauerint inneliones. Quid? quod eadem ratio non tantum incorporeas in-  
dicat eas non esse, verum etiam priuat immortalitate has omni, & ad fines applicat,  
quibus vita consuea est terminari. Quidquid enim causa ingruente nonnulla, ita muta-  
tur, & vertitur, vt integritatem suam retinere non possit, id necesse est iudicari natu-  
ra esse passiuum. Quod autem est promptum, atq. expositum passioni, corruptibile  
esse ipsa passibilitate interueniente denuntiat. Ergo, si & animæ perdunt omne quod  
R nouerant,

Anima si remi-  
niscatur corpo-  
rea, ne sit ti-  
met Arnob.

*ponerant, corporalibus vinculis occupata, patiantur necesse est aliquid, quod eas efficiat oblivioni induere cecitatem. Neq. enim nihil omnino perpeffe, aut integritatem conseruantes suam, possunt rerum scientiam ponere, aut in alios habitus sine sui mutabilitate transire. Atqui nos arbitramur, quod est vnum, quod immortale, quod simplex, quacumq. in re fuerit, necessario semper suam retinere naturam: nec debere, aut posse aliquid perpeti, si modo esse perpetuum cogitat, & in finibus propria immortalitatis herere. Omnis enim passio, serbi, atq. interitus ianua est, ad mortem ducons via, & inenitabilem rebus afferens functionem: quam si sentiunt anima, & tactui eius, atq. incursonibus cedunt, vsu & illis est vita non mancipio tradita, quamuis aliter quidam inferant, & rei tantæ fidem suis in argumentationibus ponant,*

Quod simplex est atque vnu, semper suam retinere naturam.

**D. Gregorius Nazianzenus in Oratione 42. quæ est secunda in Pascha.**

**D. GREG. NAZ.** *Enimvero mens iam & sensus, sic inter se discreta finibus suis se continebant, effectorisq. verbi maiestatem in se ipsis ferebant taciti laudatores insignis opificij, & celebres præcones. Nondum autem vtriusq. temperatio vlla erat, aut contrariorum mixtura, que sublimioris sapientia, ac circa naturarum creationem varietatis, & excellentie specimen exhiberet, nec omnes bonitatis diuitie nota, atque spectate erant. Hoc igitur cum artificij verbo ostendere placuisset, animal vnum ex vtroq. hoc est, ex inuisibili ac visibili natura hominem fabricatur, atque a materia que prius iam creata erat, corpus accipiens, a se autem in spiraculum inserens, (quod quidem intellectualem animam Deiq. imaginem Scriptura vocat) velut alterum quendam mundum, in paruo magnam in terra collocat, angelum alium, mixtum adoratorem, visibilis nature spectatorem, intellectibilis mysten, eorum quidem, que in terra sunt, regem, superis autem subditum, terrenum & celestem, caducum & immortalem, visibilem & intelligibilem, medium inter magnitudinem, & humilitatem, eundem spiritum & carnem, spiritum propter gratiam, carnem ob superbiam, illud, ut maneat, ac benefacturis gloriam prædicet, hoc, ut vexetur, ac per vexationes admonatur, & ob magnitudinem glorians erudiat, atque castigetur. animal hic gubernatum, atque alio demigrans, & quod a mysterij extremum est, per animi ad Deum propensionem, Diuinitatem consequens. Eo enim mihi veritatis ille splendor, quem hic exique haurimus, tendit, ut Dei claritatem & videam, & sentiam, dignam eo, qui & con-*

**D. CYRILLVS.**

*strinxit, & dissoluet, ac rursum sublimius colligabit.*  
Vide etiam D. Cyrillum lib. vj. Commentariorum super Ioannem, capite decimo: Vbi de duplici morte, & de animæ a corpore separatione loquitur.

**T H E O L O G I.**

**D. THOM. D. Thomas prima parte q. 75. art. primo.**

*Manifestum est, quod non quodcumque vitalis operationis principium est anima: sic enim oculus esset anima, cum sit quoddam principium visionis, & idem esset di-*

*Animam ut principium vi-  
tu, corpus esse  
non posse.* *cendum de alijs anime instrumentis: sed primum principium vite dicimus esse animam, quamuis autem aliquod corpus possit esse quoddam principium vite, sicut cor est principium vite in animali: tamen non potest esse primum princi-*

*pium*

**A** *pium vite, aliquod corpus. Manifestum est enim, quod esse principium vite, vel viuens non conuenit corpori ex hoc quod est corpus, alioquin omne corpus esset viuens, aut principium vite. Conuenit igitur alicui corpori, quod sit viuens, vel etiam principium vite, per hoc, quod est tale corpus. Quod autem est actu tale, habet hoc ab aliquo principio, quod dicitur actus eius. Anima igitur, quæ est primum principium vite, non est corpus, sed corporis actus: sicut calor, qui est principium calefactionis, non est corpus, sed quidam corporis actus.*

**Beda Tom. 2.**

**B In lib. de Mundi Cælestis Terrestrisq. constitutione, capite de Origine animarum.**

*Generatam autem Plato ideo innuit, (de anima loquebatur Beda) quod secundum multos præiacentem materiam hylem habuerit. Quod licet nusquam Plato testetur, nusquam tamen contradicit. hyle quidem in puro suo statu considerata non differt a materia anima in puro suo statu considerata, id est sine ratione, ira, & concupiscentia, quibus informatur, id est que in ea fundantur. Hæc ibi venerabilis Beda, qui, & item de eodem Platone ibidem paullo ante retulerat, Platonem dixisse, animas humanas compositas esse de reliquiis mundanæ animæ. idque ex Timæo habere potuit, cum Deum illum, postquam Iuniores Deos allocutus est, ad superiorem craterem conuersum viderit, & animorum massam versantem, non ita, ut pridem, perfectam, dum ex eadem deos a se genitos fatebatur.*

**BEDA,**


**Alter Bedæ locus.**

**FINIS SECVNDI LIBRI.**



*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

NON OMNEM  
**A N I M A M**  
ESSE  
IMMORTALEM  
DISPUTATIONVM  
IN PLATONEM  
ATQVE CAUTIONVM  
DISTRIBUTIONIS SECUNDAE.  
LIBER TERTIVS.



NON OMNEM  
ANIMAM  
ESSE  
IMMORTALEM.  
IN PLATONEM

Quæstio, & Cautio.



LIBER TERTIVS.

**D** AMQVE adeo poterã præsentẽ quæstionem proxime futu-  
ræ Cautioni adnectere, ad eandemq. me referre, si quando  
idem fuerit Platoni animam rationalem eiusdem esse cum  
brutis speciei, & omnem animam immortalem esse asseue-  
rare. vt, quemadmodum posita reali migratione in brutorum  
corpora, non multum absit, quin inde rationalem, & irra-  
tionalem animam specie non differre consequatur, ita, hac eadem specie-  
rum vnitate posita, euidentius quis deinde colligat, animam omnem immor-  
talem eidem Platoni futuram. quo loco verum, humanumq. Philosophum  
& hortari, & iam vehementer rogare non desistam, vt præsentis commenta-  
rij argumentum simul, ac nomen memoria repetat, meq. tum Christianas,  
tum etiam philosophicas, & ingenuo animo dignas cautiones inquirentem  
excuset, vnde non tam Platonem accusatum, quam verum Philosophum in  
hoc negotio præmonitum velim. Animam itaq. omnem immortalem Platoni  
asserero. Sunt, qui contra verius sentiant. quin ego ita rem cessuram vel ma-  
xime exopto. Sed, cur ego cautionem dissimulem, quo loco doctissimos vi-  
ros deceptos esse compererim? Multus est Platonicus quisque in huius sen-  
tentia euerfione: vnde facile suspicari quis possit, complures in contrariam  
abiisse sententiam: e quorum numero nequaquam dissimulandus auctor est  
D. Thomas, qui prima parte Summæ, & secundo contra gentes, vt in præ-  
senti videbimus, hoc idem de Platonis mente referens, eundem confutauit.  
ceterum

Quam ob cau-  
sam præsentẽ  
quæstionem  
seorsum exagt-  
rat.

Libri argumẽ-  
tum philoso-  
phis in memo-  
riam reuocat.

Quæstionis sta-  
tus.

Animam om-  
nem esse im-  
mortalem qui  
viri ex Plato-  
ne asseruerint.  
D. Thomas p.  
qu. 75. artic.  
3. & 2. contra  
gent. c. 82.

Cautiois Leges.

Genesis 1 X.

ANIMA ILLIVS IN SANGVINE EST.

*Idest, vt D. Thomas exponit, ex sanguinis permanentia, esse illius dependet, secundo contra gentiles, capite 8 2.*

*Lib. De Ecclesiasticis dogmatibus.*

Solum hominem dicimus Animam substantiuam habere; *id est, per se vita-  
lem* Brutorum vero animas cum corporibus interire.

Hæreses.

Ex Gnosticis  
Manichæis } Delirantibus, vt qui rationem  
Brutis inesse crediderint. Vide  
post Platonem.

D. Thomam in Platonem EX THEOLOGIS. Vide suo etiam loco.

Porphyrus, Plotinus, Iamblicus, Numenius, Simplicius sit per 8. Phys. cont. 44.

Alcinous in I. de doctrina Plat. cap. 18.

Plotinus.

Auerroes dub. 8. 1. disp. in Alg.

Joann. Gram. in Platonis de- fensionem.

Sentientis ani- ma umbra po- tius animæ Platonis di- citur.

Platonis Phæ- drum omnem animam im- mortalem asse- rere videri. Phædrus 245. C. D. E.

cæterum esto, nihil sit aduerfarij curæ, an D. Thomas in Platone non satis A  
 versatus errauerit: quid, quæso, dicet de Platónico Porphyrio, Plotino, Iamblico, & de Numenio, quem Philoponus tamquam idem sentientem in proœmio primi de Anima inducit? ait enim ipse, *errasse Numenium in verbis Platonis in Phædro, dicentis, omnem esse animam immortalem*. Hoc idem ancipitem detinuit Magnum illum (nam sic cognomento dicunt) Simplicium, qui octa- uo Physico, dum Aristotelis contextum quadragesimum quartum explanaret, velletq. Aristotelem cum Præceptore concordem reddere, circa *id quod est per se mobile*, postquam ex eodem Aristotele dixit, *animal esse primo & proprie per se mobile, constans ex anima, & corpore*, ex quibus corpus quidem moueri, animam vero mouere immobilem, de Platone sic ait; *Plato autem primo quidem, & proprie, vult, omnem animam esse per se mobilem, aut, ut præstantioribus videtur interpretibus, eam, quæ est rationis particeps*. Hæc Simplicius, Porro nec minus anceps videtur fuisse Alcinous in libro de doctrina Platonis, tamen si in eam partem inclinet, quam saniores Platonici, ex Præceptoris mente, sustineri cupiunt: quamuis non ratione, sed probabilitate quadam, duci se fatetur. Ait enim, *Vtrum vero etiam rationis expertes* (asseruerat enim antea, animos rationis particeps, secundum Platonis mentem, immortales esse) *hoc ex ijs est, quæ in controuersiam cadunt. Probabile tamen est, rationis expertes, sola imaginatione ductos, neq. ratione, neq. iudicio utentes, neque perceptis, neq. horum collectione, neq. ratiocinando deductis summptionibus vniuersis, omnino autem mentis expertes, & non intelligente natura præditos, non esse eiusdem essentiae, cum ijs, qui ratione utuntur, ideoq. illos mortales esse, & interitui obnoxios*. an vero etiam Plotinus immortalitatem vel plantis ipsis tribuat, proprijs in illum animaduersionibus explicabimus. Perpendendum insuper, quid Auerroes prima disputatione contra Algazelem afferat. nam de multis alijs in Cautione de migratione dictum est. Quibus quidem grauissimis viris ita habitibus, non est, cur ceteri præsentem admonitionem intelligere dedignentur, & magis periculofam sententiam auersari negligant. Cum autem iuniorum quidam doctissimi, qui Platonem uti nos defensum esse cupiunt, non alia vtantur defensione, quam ea, quam Ioannes Grammaticus in Proœmio primi de Anima protulit, age nos eandem resumentes, an ita fieri possit, vt de Platone credamus, inuestigare reptabimus: nec id ante faciendum præsumo, quam eosdem viros rogatos velim, vt, ad huius veritatis inquisitionem accedentes, planius quid, & verius nobiscum de anima qualibet pronuncient, vt specierum, aut partium, & substantiarum nomina vltro citroq. conferantur, an hæc, aut illa vere substantia, ac cuius substantiæ species, aut pars plane dicatur: namq. sentientem animam, non animam, sed vmbra ipsius animæ appellare, & si quid tale aliud aures permulcens de sentiente dici possit, id certe videtur esse potius Philosophi, verborum lenocinio delicias agentis, quam veritatem pro sua dignitate curantis. Sed, age nunc ad rem,

Qui omnem animam immortalem esse de Platonis sententia tuentur, ijs ferme verbis ex Phædro adductis vtuntur: *Omnis animus est immortalis quod enim semper mouetur, immortale est: quod autem motum asserit alicui, quodq. ipsum agitur aliunde, quandoquidem finem habet motus, viuendi quoq. finem habeat necesse est. solum igitur, quod se ipsum mouet, quia numquã deseritur, ne moueri quidem vquam desinit: quin etiam cæteris, quæ mouentur, hic fons, hoc principium est mouendi. Principijs autem nulla est origo nam ex principio oriuntur omnia ipsum autem nulla alia ex re nasci potest; nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. quod si numquam oritur, nec occidere quidem vquam ipsum necesse est nam principium extinctum neque*

A neque ipsum ab alio renascetur, nec a ase aliud creabit: siquidem necesse est a principio oriri omnia. Ita fit, vt motus principium ex eo sit, quod ipsum a se mouetur. id autem nec nasci potest, nec mori. vel concidat omne calum, omnisq. natura eodem casu collapsa consistat, necesse est, nec vni nullam nascatur, que primo impulsu moueatur. Cum pateat igitur, æternum id esse, quod se ipsum moueat, ecquis est, qui propriam hanc naturam animis esse attributam neget? inanimum est enim omne corpus, quod pulso agitur externo: quod autem est animatum, id motu cietur & interiore, & suo. Hæc mirum est natura animi, atque vis: quæ si est vna ex omnibus, quæ se ipsam semper moueat, neque nata certe est, & æterna est. Hæc Plato. Quem locum magnificere videntur ij, qui contrariam tuentur sententiam, tamquam primis verbis aperte de omni anima immortalitatem pronuntiauerit demonstrandam, in vltimis vero animalia omnia innuat propterea se mouere, quod in se tale principium internum habeant suæ motionis, quo tamen inanimata carere deprehendimus.

Sed ob alterâ persuasionē ex decimo de Legibus locum illum sibi opponunt celebrem, tamquam in illo multi animi motus enumerentur, quorum magna pars ad sentientis animæ affectus pertineat. Cuius verba hæc sunt, Atheniense referent: *Omnia igitur, quæ vniuersæ nature, Cæli videlicet, Terræ, Maris, ambitu continentur, suis motibus animus ducit, atque impellit. quorum motuum hæc sunt nomina, velle, considerare, curare, deliberare, recte, & falso opinari, dolere, Caudere, metuere, odisse, diligere, & ceteris præterea motibus omnibus, qui horum affines & principes sunt, & primum agentes, tum vero secundo efficaces corporum motus suscipiunt, omnia in incrementum, decrementum perducunt, concretionem, vel condensationem, vel discretionem, vel rarefactionem, & in ea, quæ ista sequuntur, caliditates, frigiditates, grauitates, leuitates, durum, molle, album, nigrum, austerrum, dulce, amarum, & denique omnibus, quibus anima usa, si mentem deam, de ipsa semper assumat, recta, felicitiaq. constanter omnia dirigit, atq. perducit. at, si cum demencia coniuncta fuerit, omnia his contraria præstat.*

Tertia vero ex Phædone sumitur a contrariorum lege, quorum alterum non suscipit alterum, atque adeo, cum vita sit morti contraria, sitq. etiam animæ propria, & propterea immortalis. Sed eius verba hæc sunt: *Responde ergo, ecquidnam illud est, quod si in corpore est, corpus viuum est? Anima, inquit. Nonne id semper ita habetur? Quid ni, inquit, Anima ergo, quidquid illud sit, quod ipsa complectatur, semper ei ipsa uitam asserit? Asserit, inquit. Est ne aliquid uitæ contrarium, nec ne? Est, ait. Quid? Mors. Anima igitur contrarium illius, quod ipsa semper inducit, numquam suscipiet, quemadmodum ex superioribus concessum est? Maxime vero, ait Cebes.*

Quarta autem ex Philæbo habetur, animam omnem esse partem animæ mundi, sicut & corpus partem corporis mundi: quorum vtrumq. cum participemus & nos, & animalia Bruta, inde fieri, vt eodem immortalitatis gradu illa, quo & nos potiantur. nam sic ait Socrates: *Hocime uero, quodmodo dicam? Prot. Quid nam? Soc. Nonne affirmabimus nostrum corpus habere animam? Prot. Perspicuum sane est. Soc. Vnde uero, mi Protarche, aliunde suscepit, nisi illud vniuersi corpus animatum sit, quippe quod hæc eadem ipsa habeat, quæ corpus nostrum, & præstantiora etiam. Prot. Aliunde nequaquam.*

Quinta demum Persuasio ex eo sumitur, quod animorum migrationem non femel asseruerit: de qua seorsum a nobis dicendum est.

His quidem persuasionibus ducuntur, qui talem sententiam Platoniatam esse tuentur: contra vero, qui secus sentiunt, alias aliunde sibi deesse minime putant: quibus oppositum veri us de eodem Philosopho haberi

X. de Legibus 896. E.

Phædo 105.

Philæbus 29. B

Qui secus de Platonis mente assument.

beri possit. & quoniam res est a grauissimis viris oppido quam diligenter tractata, nos etiam noua rerum exordia resumamus, non vt certi aliquid inter tot celebres viros comprehendisse videamur, quin potius, vt incertæ sententiæ inconstantiam sceptico potius more ad cautionis vtilitatem manifestemus.

**A** Qui igitur secus a prioribus de Platone sentiunt, statim Timæi locum afferunt: e quorum numero primus est Ioannes Grammaticus: omnes vero Timæi se tuentur auctoritate, quæ est huiusmodi: *Diuinorum vero ipse est opifex: mortalium rerum generationem Dijs a se genitis efficiendam demandauit: illi igitur, suam parentem imitantes, accepto immortalis animæ primordio, deinceps corpus mortale ipsi circumtornarunt, & corpus animæ veluti vehiculum, atq. in eo aliam animæ speciem, nimirum mortalem, insuper fabricauerunt, quæ graues, ac necessarias affectiones in se ipsa haberet.* Hæc cum habeat Plato, eadem non multo post repetit, cum ait: *Quo circa, cum vererentur diuinum commaculare, nisi quantum summa videret necessitas, seorsim ab illo mortale illud in alia quapiam corporis sede collocauerunt.*

**B** Quibus quidem positis, ne Plato sibi pugnantia dixisse videretur, respondent, cum Philopono, Bessario, & alijs, animam proprie de rationali dici, eamque ita nuncupari debere: reliquas vero improprie & dici, & esse animas, immortales esse, & a materia pendere. ijs addunt, veram mouendi rationem, mouendi, inquam se ipsam, in sola rationali esse positam, nam reliqua inferius a nobis videbuntur. Nunc ad locum Timæi: cui (priusquam illum perpendam) pleraque addere cupio (quamuis alibi sint circa idem dicta) nam, præterquam quod idem repetit infra: adhuc etiam in eadem sententia persistit, quarto de Republica libro, & item sexto, & nono item de Republica, & in Timæo. Quæ loca in Caurione de tribus animis loco & subiecto distinctis ad verbum transscripta sunt, & diligenter exposita.

**C** Primum ergo, qui huiusmodi auctoritatibus vtuntur, vt priorem sententiam infirmant, huic interrogationi respondere coguntur, quonam modo non erunt in homine tres animæ species Platoni? A qua sane interrogatione nullo modo sese explicabunt, ne quidem si cum Galeno respondebunt, qui sexto libro de Hippocratis, & Platonis placitis inquit, se *doctum a Platone, quod, quæcumq. fuerit species, hæc pars nominari etiam possit:* adeo, vt non retro vicissim commeet: cum non quælibet pars species dici mereatur. nam, quomodo cum inspexerit Galenus ratiocinatricem a Deo factam, irascibilem vero a Dijs iunioribus, non animaduertit etiam, ex ijs animis totum quoddam specificum, aut genericum fieri non posse? Hæc enim argumentatio, contrariorum contrarias, & diuersorum diuersas causas, atq. item e conuerso, contrariorum, & diuersarum causarum, contrarios, aut diuersos esse effectus, vel cuiuslibet, vt occurrat, est in promptu. nec posse fieri, nisi vt totum veluti eterogeneum sit, quod a diuersis causis dependet, idq. in animæ constructione vel maxime eueniret, cuius partem fecerat Deus, & propterea immortalem partem Dij iuniores, adeoq. propterea mortalem effecere. sequeretur etiam, totius cuiusdam indiuisibilis partes, esse non modo diuisibiles, verum etiam diuisas, & loco, & subiecto distinctas. maius insuper incommodum consequi posset, si partes huiusmodi, rationes, aut facultates, potestatesue appellabimus. quasi vero Deus ille animi essentiam sine facultatibus constituisset, vt, postquam sensitiuam ille produxerit, sentiendi deinde potestatem Dij iuniores eidem indiderint. quod si in animali consurrexisset ope Deorum sentiendi potestatem dixerimus, recte quidem habebimus: non animæ talem speciem produxisse Deos illos, sed talem actum confluxere fecisse, de quo paullo

Ioann. Gram.

Timæus, 41. 42.

Ibidem. D. E.

Animam proprie rationalem dici. Philop. & Bessario.

Timæus. 89. E. Ex lib. de Rep. 436. & 437. 504. A. 61. In posteriore sententiæ exercitatio.

Galenus 6. de Hipp. & Plat. placitis.

Galeni locus perpenditur, & vniuersa questio excutitur.

**A** paullo mox dicemus, interim Platoni hæret difficultas, an vnã voluerit esse animam, an tres potius: & si vnã, tunc animam omnem fateri immortalem: & si plures, Aristoteli respondeat necesse est, quærenti, quid sit vnies in illis tribus. quam quidem rationem in propria Cautione videbimus: & nunc latere nos non debet, ab eodem Platone, si recte recole, fuisse in Timæo adductam ad vnitatem cæli comprobandam. Sed nunc rem cominus agamus, Deus ille Deorum, post conuocatos ad se Deos, dixerat superesse adhuc sibi tria genera reliqua producenda, ad hoc, vt mundi constitutio perfecta euadat. quæ tamen tria genera, homine excepto, silet potius: vt inde inducar, quod vis aliud esse, quam Brutorum genus, non modo quia generis Demonum productio ipsum Platonem deteruerit, & producendi modum enarrare desperauerit, verum etiam quia Bruta non a Dijs facta videntur, sed potius diuersum illud sentientis genus in homine tantum constructum, in Brutis vero nequaquam &. præterquam quod dubium est de eo, quod iuniores Dij fecerint in homine, & an sit species animæ distincta non sine Platonis implicatione manifesta, adhuc etiam integrum Timæum legenti patere quidem arbitror, post mortale illud animæ genus a Dijs in homine productum, nihil præterea factum ab eisdem Dijs, quod ad reliqua Bruta pertineat. nam inde vsque ad calcem fere Timæi, totam hominis structuram explicuit, & cum denique de reliquorum animantium generatione sibi differendum statuisset, mirum quidem, in qua & quomodo monstrum eruperit, vt seclusis Dijs secluso etiam ipsomet Deo (nam quomodo secus intelligam verba illa?) & feminam in humano genere, & aues, & gressibilem ferarum genus, atq. aquatiliam, ex homine in vitia corrupto nescio quo fato produxerit. etenim feminam ex iniustis, & timidis viris, aues ex simplicibus innocentibus, & leuibus, gressibilia ex alienis a Philosophia, & denique aquatile genus ex imperitissimis, atq. stolidissimis procreauit, vbi igitur, aut vnde Deorum, vel Dei opus in hac generatione colligatur? quam potius ex putri generatione, non ex Deorum manibus, rectius in Timæo colligeres. De Putri tamen, verbum nullum Platoni. fortasse, quia casu fit. cuius sicuti nulla est Dijs Platonis, ita etiam neque Philosophis cura, casu igitur animantium genera omnia præter hominem producta. Adde etiam, quod in generatione secunda illa progenita sunt. cum vero temporis interitium nos lateat, & quantum inter primam, & secundam generationem intercesserit, intercessit tamen omnino vnus vitæ hominis tempus, aut etiam plurius, ex quorum diuersis vitæ cetera produci debuissent; non potuit ergo maior Deus in prima generatione Deos alloqui, vt reliquam generationem, & hominem præsertim perficerent, sed, vel prius a Deo factam fuisse animam, & etiam hominem sine Dijs oportuit, & longo post tempore Deos aliquid fecisse decuit; quod tamen nescio quid: non enim tria illa genera, quia ex vitæ nata sunt. Adde etiam, quia in eiusdem Timæi extremo, quartum genus enumeratur, vt auium, gressibilem, & aquatiliam, Addas etiam femineum: quæ si a Dijs fuerint, & non a vitæ facta; femineum certe genus etiam a Dijs factum est: atque, cum nil nisi in mortale a Dijs factum fuisset, erit certe animæ genus, quod in femina est, in mortalium genere reponendum, & ab hominum anima specie distabit. Sed tot vanas confectiones inde prorumpentes persequi, omnino superfluum sit, dum interim ad nostras in Platonem contradictiones lectorem remittimus. Cum igitur iuniores Dij tamquam ceterorum animalium conditores re vera aperte non appareant, quantum ex illo Dei iussu videri debuerant, (iusserat enim ita, *For autem, quod vestri reliquum est muneris, immortalis partem attexitote mortalem. ita afficitote,*

Timæus 41. B

Demonum generatio Platonem deterruit. Neque etiam Bruta a Dijs facta videri.

Femina, aues, feræ, aquatilia, ex homine in vitia corrupto, Platoni.

De genitis ex putri nequaquam a Plat.

De generatione secunda facta quadam apud Plat.

Auctoris commentarius contradictionum Platonis, atq. exercitatio. Timæus. 41. C. D.

*citote, generatote animalia, & tribus alimentis nutritote, atq. amplificatote.* patet (inquam) Deos reuera progignendi animal potestatem accepisse, partes vero nequaquam. Platonis quippe Deus Iunioribus Dijs inisit, vt immortalis partem attexerent mortalem, animæ scilicet rationali propriam, corruptibilemque materiam, non illam certe primam, (quam nequidem Platonis Deus ille produxit, sed coæternam habuit) verum vltimi compositi ex Elementis dispositam rationem.

Nova in eandem quaestio- nem argumen- ratio.

Idq. quo clarius intelligamus, addendum hoc etiam puto, Deum suum totam simul animarum massam concreasse, & comparibus stellis coæquasse, ad quas vnaquæq. post modum rediret, nisi quantum erret quomodolibet inuisa, quod si dices tunc de rationali genere esse intelligendum, ceteras vero animas umbras potius appellari, & ex superius citatis locis in genere mortalia a Platone fuisse repositas, hoc certe fiduciarie admodum dictum est, nec vllam habet instantiam rationali philosopho dignam. vt verius, quam per umbras, ita sane intelligi possit, hoc ex vnione corporis, & animæ, præterea nihil a Dijs factum, hoc inquam coniunctum, conglutinatumque, illorum ope confur- rexisse, & ad mixtionem reuocatum fuisse, adeo, vt tertium quoddam fecisse videri possint, qui duo inuicem perfecte coniungere. vt cum, gratia exempli, cor ipsum fabricauerint, irascibile animæ genus cordi dedisse visi fuerint. quo certe modo vitari possent multa, quæ laboriosa nimis ingruunt: sed illud præ-

Quid a dijs factum, verior sensus.

Augustin. x. de Civ. Dei C. XXVI.

cipue Augustini decimo de Ciuitate Dei effugi nullo modo potest: *Et si Deus* (inquit) *(quod assidue Plato commemorat) sicuti vniversi mundi, ita cunctorum animalium species æterna intelligentia continebat, quomodo non ipse cuncta condebat? an aliquorum esse artifex nollet, quorum afficiendorum artem ineffabilis eius, & ineffabiliter laudabilis mens haberet? merito igitur vera est religio, quæ mundi vniversi cum, animalium quoque, vniversorum, hoc est, & animarum, & corporum conditorem agno-*

Alia argumen- ratio.

*scit, & prædicat.* Hæc ille. Ad hæc perpendamus oportet, Deos Iuniores cum totum humanum corpus fabricassent, amplius etiam & cerebrum animalis facultatis propriam sedem condidisse: & quemadmodum, cum illud producebant, rationalem animam nequaquam producere dicebantur, (alioquin a Deo creatam) sed dispositionem tantum illi præstitam, qua potius rationalis potentia munia exequi posset, ita etiam, cum ceteras animarum sedes perficiebant, non animas tunc produxisse, sed talium animarum potentias ex proportionata materia ab eisdem condita manifestasse. secus nulla ratio reperiri vnquam possit, quamobrem Dij Iuniores in cerebri structura, Deus vero in multarum corporis partium fabrica, & præcipue in iecore condendo sese insinuasset. cui etiam, quod peius, diuinandi vim commiscuit. de quo tamen in Contradictionibus dictum est satis. an igitur dicendum, nec Deum iecori fabricando præfuisse, nec Deos Iuniores cerebro a se fabricato animam dedisse immortalem, sed vnde quaque corpus illud physicum, organicum, potentia viuum, vni rationali animæ in homine producto subtrauisset? quæ quidem multis facultatibus esset prædita, & sentiendi, & vegetandi, & secundum locum mouendi, tum actu, tum etiam potestate esset donata. Et hæc verius de hominis, de quo ipsius animæ productione intelligi apud Platonem vessim. nam de Brutorum animalium generatione nihil moror, quin adhuc stent, hæreantque in Platone complicationes illæ, ex medio & vltimo Timæi prænarata.

Platonici Io- uis digna con- sideratione in- constantia.

De Brute animæ motu. Nova eadē in re disputatio. Platonicoorum opinio.

Nunc illud explicatione dignum esse censo, quod ad motum irrationalis animæ pertinet. dicunt enim, Brutorum animas non ob id se mouere, quasi prima principia motus existant, quin potius eatenus motum illis conuenire, quatenus

A quatenus animæ rationalis vel mundi, vel suæ sphaeræ vestigia sint quædam, aut potius umbræ. nam vtroque modo loquuntur. itaque, ratione sui primi principij esse etiam immortales. Verum sententia hæc in vltimis verbis plus nimio lassat habenas, vt, cum ratione primi principij Brutorum animas immortalitate donet, nullum eorum, quæ sunt entium, eadem immortalitate priuare possit. etenim, si omnia ad suum primum principium deferantur, quid quæso, prohibet, immortalia cuncta sic appellare? si modo cuncta, quæ sunt, ad vnum primum, & non in infinitum abire fateantur? nihil igitur in hoc est immorandum, cum a communibus ducatur eorum sermo. quamobrem animæ solius immortalitas querenda est in præsentia, & illa quidem ex motu, atque demum in Brutis: An ergo Brutorum animæ vere se mouere dici possint? Possem hoc ex vtriusque Academia dogmate facile quidem comprobare: sed, priusquam id ago, præstiterit ab ipso sensu rationes elicere. nam, posita localis motus definitione, video Bruta secundum locum moueri: video etiam ad terminum tamquam ad finem quendam, & tendere, & etiam peruenire: amplius, dum consecutionis appetitum, aut fugam, in eisdem deprehendo, (feruntur enim ad pastum, noxia deuitant, iuuantia cupiunt, eisdemque acquirendis insudant, & immorantur in eo quod sibi præfuturum præsentiant, immo vero, multis antea propositis medijs, videntur concupitum finem affectare, nidificando, proli nutriendæ incumbendo, longinquas regiones peragrando, frigidam declinando, apricas perquirendo, & quod de Grubis Maro,

*Illas ducit Amor trans Gargara transq. sonantem,  
Ascanium.*

Facere aliter non possum; quin verum localem motum illis concedam. nec talia commemoro nunc, quod secus sentiam; atque alias contra Celsum cum Origene me dicturum præuideam: cum satis pateat, Bruta omnia non modo externo sensu, & ad id, quod adest, se se accommodare, verum etiam & interno quodam impetu moueri, paullulum admodum præteritum, atque futurum præsentiendo. vt talem motum, non minus a vita quam a vera vita, æque, & bene prouenire fateri cogar, atque illum qui ex rationali vita dimanat. at qui vrgeant alij, asserentes, nec vitam veram, nec veram animam in Brutis dari: nam, si iocari noluerint, qui, quæso, insitari poterunt, vbi cumque motus sit localis, sine proposito & consecutione, vel fuga succedente; ibidem veram animam ita mouentem, & quippiam cupientem, vel fugientem inesse debere? hoc enim tantummodo, nec aliud cupio; non enim cum Celso rationalia illa esse contendo sed anima carere eadem nolo. nec latuit hoc Aristotelem: cuius vt multa loca silentio præteream, vna satis auctoritas proprio de animalium motione commentario esse debet. *Monetur, (inquit) & ingreditur animal ex appetitione, & selectione, alteratione tamen facta per sensum, phantasiam, & ex hoc principio in omnibus fit motus in animali.* Quibus adde aut nunc, cum hoc principium non sit in homine, quatenus homo, (tunc enim solus homo moueretur) itemque eadem ratione non in Brutis, quatenus Bruta inesse possit (ne sola illa moueri videantur) consequi inde necesse est, vt cognoscenti communi potentia deferatur quæ cum ad obiectum cognitum dirigatur, vel per sensum, aut phantasiam interposita

Euerfo.

Bruta vero motu locali se mouere.

Bruta vero motu locali se mouere.

Motus localis sine proposito veram animam arguit, & contra.

Aristoteles lib. de Animalium motione.

S volun-

voluntatis electione, si homo est, aut, si Brutum, appetitione quadam, A  
id faciat.

Argumentum  
ad idem pro-  
bandum.

Practici intel-  
lectus conclu-  
sio operatio  
est.

Sed frustra in his immoror: ut potius ita mihi sit arguendum: quan-  
doquidem in quacumque re, quæ per motum acquiritur, siue in Bru-  
tis, siue in rationalibus, finis, est aliquod opus reale, etiam principium,  
reale quid esse debet: immo ex Aristotele (quamvis frustra paullo se-  
cius quidam sentiant expositores) duabus propositionibus ab intellectu pra-  
ctico fabricatis, conclusio sit operatio necesse est. (vt, gratia exem-  
pli, verbis Aristotelis utar) cum nouit intellectus, quoniam omni deambu-  
landum est homini, ipse autem homo illico deambulat, si autem quod nulli nunc in-  
cedendum est homini, ipse autem homo, confestim quiescit: vt conclusio ope- B  
ratio sit; sed ne id quidem curabunt, qui de animarum vmbri loquun-  
tur, quandoquidem nec veram in Brutis cognitionem admittunt. ego  
vero interim verum, realemque motum vmbra concedere non possum:  
nec, si non cognoscat vt homo, nec incedat vt homo, propterea spa-  
rium motus localis transgredabitur. sed, si liceret ulterius hinc egre-  
di, & a motu cognitionem perfectiorem, aut minus perfectam in ani-  
mantibus cunctis coniectari; cum in motibus illorum, quæ ad vitæ in-  
columitatem quomodolibet exerceant, numquam a suo fine aberrare vi-  
deantur; cogere certe quodammodo in eisdem aliquid ratione pra-  
stantius confiteri, nisi nos summa veritas Christus præmonuisset, vt vola- C  
tilia celi respiceremus, quæ neq. ferunt, neq. metunt, sed Deum patrem nostrum celestem  
illa pascere. quod de ceteris viuientium omnium operibus est existimandum.

Localis motus  
instrumenta se-  
re eadem in  
homine, atque  
in Brutis.

Nunc ad rem. Quorsum ij vmbra in motionibus introducunt, quæ  
tot instrumentis suffulta sunt? quæque adeo nihil ab illis mouentibus dif-  
ferunt, instrumentis quæ in homine reperiuntur? vt in nonnullis pene ead-  
dem esse videantur? quæ res fortasse multos, eosque grauißimos viros  
in dissectionibus anatomicis fefellit, vt, cum alias etiam partes interius  
in homine constructas cognoscere cuperent, quoniam humani corporis  
diffecandi sibi non erat integrum, a Simia, quippe quam simili, (vt ait  
ille) turpissima bestia, nobis, non omnino dissectionis veritatem fuerint D  
assecuti. quo modo ergo Bruta se mouere dicent, sed tamquam primis  
motus principijs carere contendent, si Bruta æque ac rationalia ab esse ad  
agere excitantur? hoc enim est vltimum, ad quod illi ascendendo per-  
ueniunt; qui animæ motum inuestigare cum Platone se putant. nec dic-  
cet quis, recte in eo Bruta differre, quod mortalia sint, si hoc idem nos  
querere meminerit. minus etiam vmbra nomen, atque vestigij debe-  
rent introducere ij, qui veritatis amore tot adeo nobilissimis contempla-  
tionibus vacare se profitentur: aut nobis tandem aperiant, quid consti-  
tuant inesse vmbra tales? hæc vitæ vestigia quid faciant? cum enim  
priuationes omnino priuent, quonam modo aliquid posituum ab eisdem E  
prouenire poterit? Rectius ergo in hunc ferme modum quis arguat. nam-  
que corpus magis ab anima, quam anima ab anima proculdubio differ-  
ret. quod equidem probare, esset delirare. atqui motus, qui animæ  
tribuitur, (Platonis testibus) ille idem est, qui & corpori conceditur:  
(de locali enim loquor potissimum), ad quem deducuntur non modo ex  
Aristotele motus omnes, verum etiam ex Platone, quotquot decimo  
de Legibus sunt ab eodem connumerati) nec aliquo localem ani-  
mæ motum Platonici a corporeo locali motu differre dicunt, nisi  
penes

Validum in  
Platonem ar-  
gumentum.

A penes id quod illius immaterialis est, & ei substantiæ similis, a qua pro-  
cedit. Huius vero materialis, vt qui a corporea substantia fluat, cetera  
similia, & in terminis scilicet, atque in medio: magis ergo idem atque vnus  
poterit esse motus, qui vterque ab anima prouenire potest. sed dicent for-  
tasse, hoc argumentum ipsis prodese magis, quam vt nocere possit.  
si enim motus similitudo (dixerim etiam barbæ, motus identitas) mi-  
nus facit, vt duo genera sint vnum, (non enim anima, & corpus, eo  
quod vtraque locali motione agitentur, idem sunt specie, immo etiam  
neque idem genere proxime) ideo neque aliter de anima, & anima ef-  
se censendum. possent enim rationalis, & ea quæ ratione caret, eun-  
dem habere motum, ipsis tamen in suis substantijs aut diuersis, aut  
contrarijs, aut denique non isdem persistentibus. Quæ quidem si asse-  
rent aduersarii, tunc motum omnem ex Platonis doctrina ab anima  
prouenire ita intelligant velim. corpus enim non nisi secundum quod  
motum recipit, & ab illo patitur, moueri dicitur; ita, vt neque prior,  
neque posterior argumentatio satis multum e loco nos dimoueat, nisi  
hæc addiderimus. animam, quatenus anima, Platoni, motionis esse  
principium, & omnem motum ad vniocationem efficientis referri, ita,  
vt impossibile sit, secundum motum localem æquiuocum principium da-  
ri. immo vero intimius cum Platonis nonnullis perferuari liceat: mo-  
tum omnem ad vnâ mundi animam tutius deducemus, vt ipsa non  
diuisa, nec alias producens animas, veluti totum formale, sed efficienter  
moueat omnia, quæ sententia Auerroicæ quid, ne dicam Platonian-  
am, aut Simplicianam dogma subolere videtur.

Motus vniuo-  
catio ad Mun-  
di animam re-  
ducitur, Plato-  
ni.

Sed, ne aliorum commentariorum labores compilasse videamur, pe-  
dem hinc referre præstat, & in his, quæ ulterius addunt aduersarij, in-  
sistemus. Dicunt enim, solam omnino rationalem animam vere, &  
primo se mouere, quippe quam solam liberam, & primo rationibus præ-  
ditam, & per se subsistere potentem faciunt; admittenda quidem to-  
tidem repetita responsio videretur: verum, si cui aliter sentire placet, u-  
deat? Num sola ra-  
tionalis anima  
vere se mo-  
ueat?

D & eandem animalium omnium animam Platoni fore existimare, certe di-  
ceret, illam eandem, dum supremum sui gradum exercet, plus liber-  
tatis præ se ferre, quam dum in brutis sese insinuat, nec ultra differre.  
in quibus liberam propterea non esse negabit quispiam ex Platone, nam  
adhuc, si species (nulla posita analogia) tamquam numeri, (vt cer-  
te vult Aristoteles) existunt, in hoc re vera vnus speciei gradus ad al-  
teram alterius fuerit conferendus, & adhuc animam leonis ad quadru-  
pedum, & aquilæ ad auium genus in perfectione esse comparandum. im-  
mo vero ex eodem Platone animas, quæ de cælo descendunt, cum se  
sponte Brutis insinuant, censendum quidem est, libertatis priuationem  
E non omnino prætere, addo insuper non deesse nonnullos, qui ani-  
mam ex hoc terreo vehiculo solutam, si aliqua infecta labe sese hinc di-  
scedens cognouerit, existiment illi quidem pœnas non aliquo iubente,  
sed suæ voluntatis interno motu sumere, in quam sententiam multum  
quantum a veritate aberrans Philoponus, iuisse in proœmio libri de A-  
nima visus est; cum etiam soli rationali primo rationes inducunt, ne-  
gare quidem non possent, quin postmodum easdem Brutis concedant,  
Brutis dicens tunc, olim vero rationalibus hominibus, nam illud primo  
veluti in circulum peragrare esset intelligendum, dicerent ij, qui, quin af-  
firmant

Impugnatio.

To. Philoponi  
lapis.

Num sola rationalis sit subsistens.

firmant omnem animam esse immortalem, nulla adhuc ratione conuincuntur. **A** Quod denique addant, solam rationalem esse subsistentem, id est a materia independentem, id profecto a Platone non habent, nec aliud nos in toto hoc Commentario quaerimus, nisi, ut, illam veritatem a profano contagio secernentes, ad suum fontem liberam, puramque & a gentiliū errore secretam redigamus, & omnino (ni petitionem committere voluerimus) ad quaestionem, An omnis anima sit immortalis? respondere nequaquam possumus, solum rationalem esse subsistentem, ni prius rationibus veluti oppositam conclusionem confirmemus. proinde, cum locus nos moneat, ut de animi motu pauca tamen attingamus, age, ita exordiri liceat.

B

## De Animæ motu quædam.

Localis motus quo modo animæ insit, ex Platoniorum sententia.

**C** Non sum equidem nescius, Platonis sectatores illis motibus minime esse contentos, in animæ natura assignanda, quibus met ipse Plato Legum decimo ipsam eandem insigniuit, sed adhuc motum localem, qui a termino procedit ad terminum, quasi eidem animæ peculiarem tribuere, & id quidem vsque adeo illos velle, ut corpore moto, anima prius per se moueri dicatur, & si sit licet vterque motus in tempore, non ideo vnum vtriusque motum esse fatentur, si quidem anima seipsam mouet natura prius, haud vero tempore, cum ipsum corpus mouet, quam obrem duas illas esse motiones non insitiantur, adeo tamen, ut motiones illæ contiguae sint: ita enim loquuntur quamuis improprie, quod quidem apposito de duplici calorū motu exemplo nobis aperiunt, motum enim raptus & naturalem eodem tempore fieri comprehendimus: & interim, dum singuli mouentur etiam commoueri eosdem simul nos intelligimus, sed, si ita modo dixerimus, ne id quidem Brutorum animis deesse inspiciamus, nec nobis defuturum Aristotelem pollicebimur, quippe qui voluerit animam in actu primo, non autem secundo constituere, addideritque insuper, esse principium sentiendi, immo vero Commentarium de animalium motione inspicienti, non obscure patebit, animam in illo primo suæ naturæ actu consideratam (si modo de motu locali intellexerimus) ne quidem mouere corpus: quamuis etiam per animum viuum illud sit: nondum enim ad localem motum exsequendum ea, quæ in illo requiruntur, nactam fuisse videmus. requiruntur autem extrinsecus mouentia, siue per sensum, siue per phantasiam illa moueant quæ moueat, mouens enim non debet esse pars mobilis, sed extrinsecum, & immobile constitui. quæ quidem doctrina etsi plurimi sit apud veros philosophantes momenti, & planæ veritatis, Platoni tamen difficultatis non nihil ingerit, si ea, quæ Platonici de motu animæ loquuntur, diligentius tractare voluerimus, namque animam efficientis naturam retinere inquirunt, & ita motus esse causam, ut efficiens illa sit motus, priusquam eiusdem patiens, atque adeo mouere magis, quam moueri animæ munus esse.

An idem mouendi modus Brutis animis debeat?

Nota in Platonios & digni consideratione argumentatio.

Mouens non debet esse pars mobilis.

Si An. sit efficiens motum quæ sequatur.

Nunc

**A** Nunc autem, si moueri aliud esset, quam a se excitari ab esse ad agere, id est ab actu primo ad secundum accedere, fore video, ut anima nunquam prius moueat, quin moueatur. ipsa enim est, quæ facit, & suscipit motum: & si illud excitari est mouere, quoniam modo non idem, idque eiusdem respectu moueret, & moueretur? & si mouere esset in aliud motum transfundere, moueri autem esset excitare se, quomodo effugimus, quin fateamur, animæ prius passionem competere, quam actionem? si vero amplius mouere (quod prius natura competit animæ) esset mouere se interne, hoc certe idem esset, quod moueri. Frustra igitur agunt, qui in animæ natura ipsius mouere, & moueri differentiam quaerere laborant. cum tamen Aristoteles ne id quidem neget. quandoquidem & ipse, cum animam vim cognoscentem habere fateatur, hoc ipsum admittere non recusat.

**B** Noui etiam ab eisdem, animam aliis quibusdam motibus insigniri: nam & generari, & corrumpi, & alterari, & augeri, itemque minui, & circumduci illam dicunt, & denique simili potissimum modo corporum commoueri: ceterum non illepidis sensibus hæc eadem ab illis explanantur. generari namque dicunt, dum diuinorum contemplationi insitit; contra vero, corrumpi, dum ab eisdem excidit, ad mortalia se conuertens, alterari cum variis affectibus trahitur; sed, augeri, cum reminiscendi actus exercet; contra vero, minui, cum longæ obliuia potat; & tandem, progredi, cum per extrema decurrens recto incelsu ad illa feratur; circumduci autem, dum effectus in proprias resoluit causas, aut etiam dum componit. Pulchrum quidem verborum apparatus mortalium auribus, nequaquam vero mentibus offerunt, sed quo tamen neque sibi ipsis satisfaciunt. si quidem, cum quid vere de anima loqui student, moueri tunc quidem illam dicunt, cum simili modo corporum pulsū agitetur suo, nullo externo adhibito, immo etiam hoc motu humanam diuinis animis antecellere confitentur, quo migrare, atque remigrare possit, ire item, atque redire, & compari sese queat stellæ coniungere, rursus & incipiat in corpora velle reuerti.

**C** Quæ cum asserant, nobis etiam aliud quid addendi libertatem largiuntur. nam, si bruta hoc idem, vel simile facere ex Phædro est compertum, negari non potest, quin si identitas, ut ita dicam, non inexistat, at saltem maior Brutorum ad rationalia, quam rationalium ad diuinas mentes proportio reperiat, quorum enim similis est egressus, atque regressus, cur non & illa magis similia sint, quam cum iis, quibus nulla intercedit actus similitudo? dico nunc similitudinem, adeo, dum paullo mox inferius locum Phædri de Brutorum in homines migratione explanaturus, similitudinem omnem, identitate posita, de medio tollam. Cum igitur ut ad rem redeam, si quis verus sermo de animæ motu inter illos conuenit, de eo, qui secundum locum sit, cuius causa vel interna per reminiscenciam, vel externa a sensu existat; cum nondum satis Platoni sit manifestum, patet, nihil certe adhuc inde colligi posse, quo Brutorum motiones vmbrales faciamus, & Brutis animas constituamus. quoue magis rationalium esse propriam vitam morti impermixtam, & oppositi incapacem, Brutorum vero vtriusque oppositi esse capacem, cum autem illi auctoritati occurrere volunt, qua ex Philæbo sumpta animam esse partem animæ mundi asserunt, ita ferme dicunt, ut, quemadmodum corpus nostrum pars quidem est vniuersitatis corporum, adeo tamen, ut ab alijs sit illud numero distinctum, ita inquirunt, vnamquamque animam esse, non animæ mundi, sed vniuersitatis animarum partem. sed, pace huius accuratissima proportionis, dixerim, in eo illam deficere, in quo ipsius veritas ma-

Anima quibus alijs motibus a Platonis insigniatur? Animam generari quomodo intelligant. Corrupti. Alterari. Augeri. Minui. Progredi. Circumduci. Diolorum vanitas.

Platonici etiam motus omnes ad realem localemque redigunt.

Brutorum ad rationales animas maior proportio, quæ rationali ad celestes Plato.

Philæb. a Platonis expositus.

Expositionis confutatio.

gis desiderabatur. quandoquidem corpus hoc quodcumque mixtum, esse pars vniuersitatis corporum Mundi recte dicitur, cuius materia vna tum Aristoreli, tum etiam Platoni defendi potest: cōtra vero, hæc anima, aut illa, totius, quod non constituunt, partes, nullo modo dici possunt. nam de toto formali adhuc inter illos est controuersum. sed sit liceat pars vniuersitatis animarum anima quæque, non tamen adhuc Brutalis anima exclusa videtur, nisi ad umbras, & animarum vestigia iterum non sine nausea redeamus. Quod vero Aueroem dicant illum errasse, nihil moror, & ita ab illo erratum esse cupio: identidem de Manichæis fateor, qui animam nostram partem esse Dei existimabant. nec secus de Stoicis: & hoc idem de Platone intelligendum esse doleo, simul & caueo, utpote in quem libri argumentum inuitus, ut vides, instituo.

Aueroes ab eisdem exponitur. Manichæi.

Platonum de migratione sententia.

Iam tandem ad illud de Migratione multiplices afferunt expositiones. Fatentur enim, illam partim quidem allegoricam, partim vero moralem, quæ scelerum animos deterreat. sed tamen partim esse apud Platonem veram, ex nonnullorum sanctorum Patrum consensu non negant, quatenus tamen diuersa animarum loca ob earundem purgationem, in hoc mundo etiam dari credant. quod quidem nec Maronem latuisse constat, si non etiam sub alio Sole, alijsque sideribus hæc suis animis euenire, inquit:

Virgilius 6. Æneid.

Ergo exercentur pœnis: veterumq; malorum  
Supplicia expendunt: alia panduntur inanes  
Suspensæ ad ventos: alijs sub gurgite vasto  
Insectum eluitur scelus, aut exurit igni.  
Quisq; suos patimur manes, &c.

In moralem Metempsychosim quædam.

In realem metempsychosim.

Verum, quod ad transitum in Bruta pertinet, ita illi intelligunt, ut, dum brutis adsint, nequaquam insint. quamobrem Brutorum animas tunc non esse: si quidem eodem vitæ curriculo Bruta adhuc propriam retinere animam existimant. Sed ad hæc breuiter (nam integro Commentario satis dicendum est) aio, nunc moralem migrationem. Platoni vix asseri, quam quidem a Timæo Loco habere potuerat. illam tamen nescio quo fato aut vidisse diffimulauit, vel, quod peius, ibi asseri non animaduertit, ut in tot errorum ambagibus nos incertos desereret. Quod vero migrationem partim esse veram illo modo fateantur, ne id quidem in Platone assequi valebunt. namque, etsi alias de his animis dicendum fuerit, de ijs vero, qui e cælo descendunt, tale quod respondere non possant. ex. n. dæmonē sibi nanciscentes, quo intelligamus libertari illas asseri, ut toties diximus, Brutorum vitā sponte sua pleraq; eligunt: ut nefas quidem sit cogitare, quomodo sibi e cælo descendentes tam dirū exoptare possint. nam, ut illas descendentes ponamus, quibus etiam sit integrum, si velint, Brutorum corporibus assistere, aut eadem informare, idq; melius certe cuiq; animæ cessurum putarim, si scilicet corpus illud informantis munere ingrederentur, & ibi proprios suos actus, suas proprias dispositiones, propriam etiam vitam, atq; motus organo conuenientes distribuant: assistentes vero nihil ex se operarentur. sed in omnibus viliori veluti pedisse quæ tam longum frustra, & (quod maius est) sponte seruirent.

Phædr. 249. B. ἐν τῇ αὐτῇ εἰς τὸ βέλους ἀπὸ τῆς ἀνθρώπου ψυχῆς ἀφικνεῖται, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἀπὸ τῆς ἀνθρώπου ψυχῆς ἀφικνεῖται.

Nunc ad locum, qui est apud Phædrum, accedamus. ait enim: *Hinc & in Belluæ vitam humanus animus comigrat, & ex Belluæ rursus in hominem, si modo is animus quandoq; prius fuerit hominis. nā is qui nunquam veritatem inspexit in hanc figuram venire minime poterit.* Hæc Plato. Vnde, qui migrationem insitiantur, ferarum animarum ab ea, quæ est hominis, distinctionem eliciunt, nec mu-

tuo

A tuo illas hominum corpora permeare. Hoc loco (aut ego fallor) claram Platonis litteram extorquere videntur. nam primum non negat quidem Plato, in ijs, quæ antecedunt, verbis, mutuam esse vltro citroq; rationalium, & irrationalium migrationem, quippe qui propositionem in hunc propemodum conuertat. *Hinc & in Belluæ vitam humana anima transit, & ex belluæ rursus in hominem.* cum vero dicti correctionem addit, *si modo anima prius quandoq; fuerit hominis*, non id facit, quo conuertenti propositioni derogat quidquam, quin potius, quo ipsius veritati indignetur. namq; anima, quæ illiusmodi vitam elegit, aut quæ in brutum utcumq; abiit, veritatis iam inde oblita reputatur, siue volens, siue diuinæ iustitiæ obediens ita degat adeo, ut non amplius rationalis illa dici mereatur. In qua quidem sententia perstitisse Platonem, ex eodem Phædro fit manifestum, cum non alio tendant alarum illi defluxus, habemus enim (præter illum animum, qui semper veritatem inspexit, & ad superiora conuersus iugiter permanit) alios etiam gradus illorum, qui ab equis exturbati, vix ea conspicati sunt, quæ vere existunt, alios vero, qui modo caput extulerint, & modo demiserint, & equis violenter agentibus quædam aspexerint, quædam non aspexerint, item alios, qui, superiorem locum affectantes, eo etiam aspirent, sed, quæ, impotentia submergi, atq; circumferri & alios ab alijs calcari in se inuicem incumbentes, & alios alijs præire molientes. & tandem ita inquit Plato: *Tumultus igitur, & certamen, & sudor extremus inde existit, ubi nimirum aurigarum paucitate multi quidem claudicant, multorum pennæ confringuntur. Omnes vero obuoluti labore, & ita irriti exitu descendunt, eius quod vere est contemplationis expertes, & ubi discesserunt opinabili alimento viuuntur, cuius quidem gratia multus adest coratus, ut nimirum videant, ubinam sit veritatis campus. nam ex huiusmodi prato optima vis animi consentaneum pabulum capit, alarumq; natura, qua animus lenior redditur, ut expeditus in loca sublimia contendat, hoc cibi genere etiam nutritur.* Hæc sunt verba Platonis, quæ locum illum de Belluarum in homine migratione antecedunt. præit etiam Adrastæ decretum, quo vltimus gradus illis animis indicitur, qui in veritate dignoscenda, atq; cupienda ita alucinantur. huc alludit gressibilium genus in Timæo,

Ibidem. 248. A. B.

D ex his natum hominibus, qui a philosophia penitus alieni ad cælestia nunquam oculos exererunt, ex eo, quod volutionibus illis, quæ in capite peragi solent, vix nunquam sunt, sed illas animæ partes secuti, quæ in ventre, & pectore dominantur. In hos inquam indignatur Plato, & id quidem facit eleganter, suo modo oratorio, ut solet fortasse etiam poetico, ut alijs placet, munere fungens, cum pulchram illam correctionem adhibet, quæ frequens apud Oratores, atq; Poetas adhiberi solet, quorumq; præceptorum obseruantissimus vbiq; suorum operum idem Plato inspicitur. eiusmodi etiam correctiones accuratæ propemodū sunt suo more complurimæ a sapientissimo nostro Marone explicatæ. nec e multis vnā aut alteram silentio præteribo: cuiusmodi est dira illa Priami execratio

Timæus. 91. D

Plato semper orator in suis dialogis, non raro autē Poeta, ex nonnullorum sententia.

Vir. 2. Æneid.

E Aeneid. secundo, cum ait.

At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis,  
Dij si qua est cælo pietas, quæ talia curet,  
Persoluant grates digna, & præmia reddant  
Debita, qui nati coram me cernere letum  
Fecisti, &c.

Nec tamen Priamus, nec enarrator Aeneas dictam corrigens Deorum pietatem, aliquid impium de Dijs vterq; sensit. Sed & illustrior locus in tertio

cx



ex Heleni persona sese offert, cum ille Aeneæ responsa dabat, & in orationis medio renouans quasi exordium, ita pulchre iterat attentionem parenthesis:

*Præterea, (si qua est Heleno prudentia vati.  
Si qua fides, animum si veris implet Apollo)  
Vnum illud tibi, nate Dea, præq. omnibus vnum  
Prædicam.*

Cum tamen recte nouisset Aeneas, neq. prudentiam neq. spiritus fatidici veritatem in Heleno desiderari, nam modo Heleni diuinitate fretus, his vatem aggressus est dictis, ac talia quæsiuit:

*Troingena interpres Diuum, qui numina Phoebi,  
Qui Tripodas, Claræ lauros, qui sidera sentis,  
Et volucrum linguas, & præpetis omnia penna,  
Fare age.*

Non obscura igitur diuinationis expectatio ab Heleno apud Aeneam, quinimo certa fides, cum inquit, *Fare age*: quam tamen fidem pius Helenus & artificiosissimus poeta in orationis medio ideo diminuit, vt augeter. Nec aliter sonant verba illa Platonis.

Nouū quoddā  
considerandū  
proponitur.

Quæ nam ani-  
ma Brutorum  
capitibus in-  
sit.

Quorundam  
responsio.

Alteræ eorum-  
dem responsio.

Responsionū  
iustificatio.

Est autem & aliud postremum scitu non indignum, de quo non semel hæsi-  
taui. Cum enim Platoni tres sint animæ loco distinctæ, quoniam eadem ra-  
tione, qua hominibus tres; in Brutis tamen duas esse ponit, cum ipsius ratio-  
nalis locum capiti assignauerit; quid, quæso, Brutorum capitibus alioqui ra-  
tionali anima carentibus inhabitabit? scio, eos, qui eandem in Brutis animam,  
atq. in hominibus faciunt, a præsentis dubitatione facile se exsoluere, nam  
eadem, quæ rationis munus anima in hominis capite exercebat, in Brutis ra-  
tione feriatâ, sensuum officijs tantum inuigilat, alioqui brutorum capita fru-  
stra a natura facta esse dicendum est, modo nec locum sine locato, sicuti nec  
calceamentum sine calceatione Aristoteles, & cum eo philolophantes om-  
nes vniquam concessere. Non desunt tamen Academicorum quidam, qui  
dubitationi satisfactum hoc modo iri putant, si dixerint, rationalem  
animam residere quidem in capite: at vero vicissim retro commeare ne-  
gant: vt falsum sit asserere, omne residens in capite esse animam ratio-  
nalem, adeoque in brutis sentiendi vim solam capiti impositam esse,  
saltem ratione instrumentorum inquirunt, quibus illa vtitur, aut omnino ca-  
pit, & cerebrum æquiuoce de rationalibus, atq. brutis dici, secunda veluti  
responsione asseuerandum iubent. illis verum in esse cerebrum, in ijs vero  
nequaquam fateantur. Sed talium virorum pace dixerim, eos ad fiduciarium  
responsionem rursus recurrere, dum omne, quod est in capite, esse rationa-  
lem animam negant. nam, etsi sciam hoc esse verissimum, id tamen Platoni  
probatum non video, immo vero, nec auctoritate sua placitum, nam si (quod  
ex Cautione prænuntiatum est) irascibilem de Platonis mente, loco, & subie-  
cto corde: vti concessum fuerit, qui nunc fieri potest, vt capite, tanquam loco  
proprio, vtiatur? Respondens id, ratione instrumentorum euenire. quasi vero  
nunc in capite tota sentiens audiendo, videndo, olfaciendo, gustando, etiam  
tangendo, se exerceat. dum ipsa tamen secundum essentiam in corde resideat,  
tanquam insuper ipsa sese instrumentis ipsis veluti ita cogentibus applicet,  
& animæ sentientis munia cuncta quidem ad caput trahat, vix ira in corde  
remanente.

A remanente. Ceterum, si eiusdem animæ essentia eadem & in corde, & in ca-  
pite fuerit, cur, quæso, has animas loco & subiecto differre toties affirmavit  
Plato? aut etiam, quando vniquam apud Platonem caput, & cerebrum æqui-  
uoce de rationalibus dici, atq. brutis apparuit? vel denique, vbinam sensuum  
actus, & operationes in vtrisque æquiuocare suspicatus est? cum tantum penes  
perfectum, aut imperfectum rectius Plato responderet. quo quidem modo,  
nec speciem certe mutare valeret; & cum vix apud Platonem tres animas  
specie inter se differre efficaci argumento probari possit, quomodo satis vni-  
quam æquiuocatio ostendatur? sed, etsi contraria sententia Platoni proberetur,  
neq. adhuc fatebimur æquiuoce aliquid dici de duobus, eo quod specie diffe-  
rent, deinde, quod mihi ex Platonis sententia, immo vero ex omni Philo-  
sophia nouum est, ijdem ceteras animas ab anima rationali produci respon-  
dent, eo quod gradus inferior a superiore pendeat, certe ex Auicenna simi-  
lem quandam intelligentiarum inferarum a superis productionem audieram,  
eamq. satis a Metaphysicis, atq. Theologis profiguram: hanc tamen Ani-  
mæ rationalis efficientiam in illius crateris inuersione, post primam productio-  
nem mihi deprehendere non licuit; immo vero, neq. inde rationalem ab  
anima Mundi pendere animaduerto; vt eo minus suspicari possum, brutorum  
animas rationalium efficietia demandari; si enim, quod superius est, in inferiori  
re quidquam minime potest, neq. etiam inferior in magis inferiorem tantam  
potestatem obtinebit; vt omittam nunc quod, si rationalis, brutas producat  
animas, easq. per proprias producat ideas, erit illa quidem Deus Menti æqualis;  
si vero per extraneas, tunc irrationalis potius, & tamquã minime cognoscens  
inferiores cognoscetes procreabit, vilior scilicet, perfectior. Sequar nunc Au-  
gustini sensum, qui cū minime concessisset, vt Dij iuniores Platonici, hominis  
corpus producerent, eo quod producendorū omnium idea in Deo sit tantum,  
igitur neq. nunc in anima rationali irrationalium producendarum animarum  
rationem concederet. Magnus etiam ab eisdem viris tangitur animalium pro-  
ducendorum, & productorum ordo, vt fortasse in quadrupedum genere t le-  
phantem producere leonem sentiant; aut, si leonis anima perfectior est, con-  
tra fieri, & ita deinceps a perfectiori ad imperfectius vsque ad minimum in  
quadrupedum genere. ita a Cete in aquatilibus, vsq. ad Apuam, tantundem  
ab Aquila vsq. ad Passerem Troglodytem, siue ad Trochylum deueniri: non  
ergo Dij secundi sui Iouis mandato paruere apud Platonem. iusserat autem  
ille, vt reliquam generationem perficerent, supererant vero producenda  
quattuor reliqua animantium genera. nunc autem secus rerum productio se  
habere videtur, nempe id, quod minus perfectum est, a perfectiori posse ge-  
nerari: deniq. dum hoc mihi pariter inauditum, atq. Platoni denunciant, si  
qui sunt adeo emunctæ naris, qui hoc ex eodem auctore ostendant, facturos  
illos quidem puto subtilissime: sed interim in eam sententiam Cautionem pa-  
rare mihi concedent.

Hæc itaq. a me dicta sunt, non quod ita de Platonis mente affirmandum  
esse sentiam, sed quod non ita probata esse velim: quemadmodum neq. con-  
trarias rationes satis roboris habere putem, quin ex Platonis Phædro, vbi  
omnis anima immortalis asseritur, adeo talem conclusionem probari existi-  
mo, vt putem, & quidem verissime, inde omnem animam, præter Deum, si  
tamen hoc nomine dignandus est, mortalem esse, apertissime colligi. extra-  
neum certe: sed tamen prima disputatione non nihil in planiorem sensum  
redactum. Locus autem, quia magni est momenti rectius in ijs, quæ de Mo-  
tibus animæ, veritati assignabitur, ob eandemq. rationem illam, quæ est de-  
cimo

Brutas Ani-  
mas a Ratio-  
nali produci,  
Platoni eorum  
plurimæque.

Auicenna.  
Fallitatis euer-  
sio.

Augustinus.

Producendorū  
atq. producto-  
rum animan-  
tium ordo, qua-  
lis Platonis.  
Dictionum im-  
pugnatio.

Ex Phædro lo-  
co de Animæ  
immortalitate  
quid colligi  
possit.

cimo de Legibus, auctoritatem silentio obuoluam. cum libri huius argumen- **A**  
 tum satis ex ijs, quæ dicta sunt, & præfens Cautio ex prænarratis habeat ve-  
 ritatem. Vt autem eam disputationem omittam, quæ est apud Origenem lib. **A**  
 4. contra Celsum, ubi, An omnis anima sit opus Dei, differitur, ad Eccle-  
 siastica dogmata non ante me conferam, quam præcipuum quendam & irri-  
 sione dignum locum in Platone detegam, qui ex decimo de Republica nobis  
 se offert, roties a nobis integrum citatum: nunc vero videbis non illas modo  
 animas, quæ olim humana incoluerunt corpora, e cælo descendere, & va-  
 ria siue brutorum, siue hominum corpora ingredi cupere. Verum etiam bru-  
 torum animas, & eas quidem in eodem cælo cum alijs cælestibus degentes, **B**  
 & inferiores alias vitas pro arbitratu suo eligentes, etiam simul cum alijs de-  
 scendentes. inquit enim rediuius ille Erus, postquam Orphei animam in cy-  
 gnum abiisse viderit, cygnum etiam conspexisse ad humanæ vitæ electionem  
 conuersum, & alia multa animalia eodem modo, vt consentaneum est.  
 Nonne vides nunc Brutorum animas & cælo dignari, atq. electionis potestate do-  
 nari & iam donatas in alia transire corpora? Vt vero Aiæ & Agamemnonis  
 Atlantis Epei Panopenfis, item Vlyssis, atq. Therfitis electiones descensus  
 ac etiam transitus præteream, (nam huiusmodi conuersiones ad commenta-  
 rium de Migratione referemus) sola illa, postremaque, verba audire licebit,  
 quibus Brutorum in meliorem vitam conuersio cum rationali electione præ-  
 monstratur. Ex feris item alijs in homines trāsire animas assererat, & vicissim **C**  
 commutari. iniustus quidem in immanes, & agrestes, iustas vero in cicuras:  
 atq. eo modo varias, multiplicisque mixtiones existere. quæ nam, quæso, istæ  
 in cælis brutorum electio, aut quoniam modo cælo dignantur Brutorum animæ,  
 ni ipsæ immortales existierint, Platonicis defensionem relinquo, Christianis  
 vero Philosophis Cautioem paro. Quamobrem ad Manichæos conuerto  
 reprehensionem.

## H A E R E T I C I.

### Manichæi.

Dicebant, bestias omnes rationes esse capaces, rationales autem, ex Dei  
 esse substantia, ideoque immortales esse omnes fatebantur.

### G N O S T I C I.

In Idem cum Manichæis inciderunt. De vtriusque satis alibi a nobis dictum **E**  
 esse arbitror.

CAV-

## C A V T I O.

### Augustinus XII. lib. de Ciuit. Dei Cap. XXIII.

*Fecit ergo Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam. Talem quippe illi **AVGVSTI**  
 animam creauit, qua per rationem, atq. intelligentiam omnibus esset præstantior ani- **N V S.**  
 malibus terrestribus, & natatilibus, & volatilibus, quæ mentem huiusmodi non haberent.*

### D. Thomas secundo contra Genti- **D. T. HOMA** les, c. lxxxii.

**C** D. Thomas quattuor probat rationibus, animas Brutorum non esse immor-  
 tales: quarum prima est, eo quod nulla operatio sensitiua possit esse sine cor-  
 pore; altera, quod omnis forma separata a materia est intellecta in actu, atq.  
 adeo sentiens esset huiusmodi; tertia, quod in brutis nullus insit appetitus  
 ad esse perpetuum, nisi secundum speciem tantum; denique, nullam in Brutis  
 delectationem excedere sui corporis conseruationem. Post autem adductas  
 ex Genesi atq. Ecclesiasticis dogmatibus auctoritates, a nobis in fronte Cau-  
 tionis positas, atq. item Aristotelis ex vndecimo contextu secundi de Anima  
 sententiam, ubi solam intellectiuam inquit esse mortis expertem, & ab alijs  
 tamquam perpetuum a corruptibili separari, tandem hæc suis verbis inquit:  
*Per hoc autem excluditur positio Platonis, qui posuit etiam brutorum animas esse immor- **Platonis pos-**  
 tales. Quomodo autem deceptus fuerit Plato, qui dixerit, animam esse **tio quo exclu-**  
**D** mouentem seipsam, vnde effugere non potuerit, quin animas bru- **datur.**  
 torum seipsas mouentes fecerit, grauiter, vt solet, vir fan-  
 ctus in sententiam, & auctorem insurgit. quorum exam-  
 en, & si quid aliud esset in Platone dicen-  
 dum, ad eundem Librum lecto-  
 rem remitto.*


### F I N I S T E R T I I L I B R I.



*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

**RATIONALIVM  
BRVTORVMQ.  
ANIMAS  
PLATONI  
SPECIE NEQVAQVAM  
DIFFERRE VIDERI.  
DISPVATIONVM  
IN PLATONEM  
ATQVE CAVTIONVM  
DISTRIBVTIONIS SECVNDAE.  
LIBER QVARTVS.**

**I**



## Cautionis Leges.

*Genesis 1.*

*Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, ut prae sit piscibus maris, volatilibus caeli, & bestiis, uniuersaq. Terrae, & omni reptili, quod mouetur in Terra.*

*Dauid 31.*

NOLITE FIERI SICVT EQVVS, ET MVLVS, QVIBVS NON EST INTELLECTVS.

Hæreses ex { Manichæis }  
                  { Celso }           *Suo loco.*

Cautiones ex { Genesi }  
                  { Dauide }  
                  { Origene }  
                  { Ecclesiasticis dogmatibus }  
                  { D. Thoma. }           *Ibidem.*



# RATIONALIUM BRUTORVM Q ANIMAS PLATONI SPECIE NON DIFFERRE VIDERI. IN PLATONEM Quæstio, & Cautio.



## LIBER QVARTVS.

**D**IVAM aperte in hanc sententiam cedat Plato, ex ijs patere potest, quæ suis verbis in quæstione de Migratione dicenda sunt: si quidem, illa posita, difficile est, ne dicam fieri non posse, quin brutorum & rationalium animas, eiusdem faciamus esse substantiæ, atq. essentiæ. Nec me latet, eundem Platonem longe aliter videri locutum, cum in multis locis, tum maxime in Timæo. ibi enim efficientis causæ ratione multarum variarumq. rerum induxit productiones, præcipue tamen, cum rationalem animam Deus ipse produxisset: quandoquidem animalium reliqua genera erant producenda. In minoribus Dijs ab eodem primo, huiusce munus delegatum est, & quamuis huius Cautionis argumentum maiori ex parte in ea patet, qua differimus, atque cauemus animas tres esse in homine, distinctas loco, atq. subiecto, huc tamen ad Platonis inconstantiam pauca quædam e multis transferam, e quibus clare haberi possit, sentientem animam, non alterius a rationali esse substantiæ, nãq. Deus ille, qui omnia genuit, postquam Deos a se factos allocutus est, dixeritq. tria animalium genera superesse, vt producerentur, & ad Mundi perfectionem constituerentur, addidit insuper, se illa tamquam a se solo producere non posse.

*Migrationem, essentiã animarum confundere videtur.*

*Timæus 41. A*

*Ibidem A. B.*

222 RAT. BRVT. Q. AN. SPEC. NON DIFF. IN PLAT.

Ibidem. C. fe, aut debere, ne Dijs adæquarentur. quamobrem illos hortari, vt ex naturæ A legibus, animalium procreationem exsequeretur, & vim suam imitarentur. Cū vero sequentibus ibidem verbis, tetigisset hominis primam generationem ab eisdem, se iubente, esse machinandam, seq. ipsis daturum partem immortalem, cui postmodum mortalem partem attexerent, ita (inquit) efficitote, generatore ani-

Ibidem. D. malia. Quæ cum dixisset, ad superiorem craterem reuersus, in quo omnem animi vni- uersa natura temperans permiscebat, & superioris permixtionis reliquias fundens equa- bat, eodem ferme modo, nisi quod non ita incorrupta, vt ea, quæ semper idem, sed a Dijs secundum sumebat, atque tertium. cum hæc inquam dixisset Plato, fecissetq. Pla- tonis Deus; aspicias interim nullam animalium distinctionem fuisse factam in

Animalium hanc Dei ad Iuniores Deos confabulatione, sed tantum, inquit, tria animalium ge- nera esse absoluenda, & mortali conditione producenda. vt, quamuis statim hominis ge- nerationem exsequendam ijs verbis aperuerit. Quatenus vero tales creaturæ, vt

Ibidem. C. Deorum immortalium quasi gentiles esse debeant, diuini generis appellentur, teneantq. omnium animantium principatum, vobisq. & iuri vltimo pareant. Ego vobis semen, & pri- mordium statum dabo. quamuis inquam hæc dixerit, & statim deinde ex illo, cra- tere gradum quendam animorum a Dijs secundum, atque tertium sumpsit, nondum tamen apparet discriminis suspicio, qua ab homine in brutorum alte- rum gradum deueniamus, nam, præterquam quod non ita de illo secundo a Dijs gradu, atq. tertio possumus de brutis exponere, quin Dæmonum, & homi- num animas magis intelligamus, ijs tamen omissis, de quibus alibi, vnum illud C

Ibidem. E. dicam, post rationalis animalis productionem, toto Timæo nullam aliam reli- quorum animantium generationem ab eodem fuisse commemoratam, nisi il- lam, quam postremis verbis eiusdem Timæi commemorat: quæ etsi longo ver- borum interuallo ab hominis generatione distare videntur, (interposuerat. n. elementorum disputationem, partium humani corporis structuram, materiæ primæ atq. formæ probationem, assertionemq. elementorum rursus actiones, Meteororum, metallorum, reliquorumq. terrestrium, ortum, corporum anima- torum temperationes, sensuum functiones, corporis, & animi morbos) ad re- liquorum tamen animantium ortum explicandum suis verbis ita se connectit.

De quibus aga- tur in Timæo a pag. 48. vsq. ad calcem eius- dem.

Ibidem 90. D. Sed iam disputatio illa de vniuerso, vsque ad generationem hominum nobis proposita, si- E. nem pene suū adepta videtur. Ceterorum vero animantium generationem, quatenus du- taxat necessitas postulat, paucis perstringemus. Quibus dictis, statim accingit se ad

Femina ex quibus genere- tur, Timæo. Animum gentis vnde? Tim. 91. D. feminæ productionem, quam ex viris iniustis, & timidis genitam proprio iam loco perpendemus. deinde animum genus ex simplicibus, & innocentibus hominibus, atque item ex leuibus & frustra in rebus sublimibus curiosis, & denique ex fatuis produxit, & ex ijs, qui, oculorum iudicio confisi, altissi- ma quæque firmiter illo demonstrari posse non dubitent. itemque gressibilibus

Gressibilibus ferarum genus ex ijs natum hominibus, qui, a philosophia penitus alieni, ad caelestia numquam oculos erexerunt: quartum tandem genus ex illis natum, qui stolidissimi, & imperitissimi fuerat, vnde piscium, & ostricarum, & denique aquatiliū omnium inquit C

Ibidem 92. A. esse, ortā multitudinē, quæ certe, extremas sedes nacta, extremas quoq. inscitia det pœnas Vides igitur, quomodo nobiscū delicias agere videatur Plato, qui post homi- nis ortum, post animæ e crateri deductionem, nullam cuiusque gradus fa- ciat mentionem, nisi illius secundi, atque tertij, inter quos an rationa- lem, & Dæmonis animam intelligat, incertum est, an vero brutorum ani- mam comprehendat, si illa mortalis sit, incommodum quidem admodum fuerit ex illo crateri, hoc est (communi Platoniorum consensu) ex vitæ ratio- nalis Idæa, brutam, & mortalem animam depromi posse, aut debuisse. Quod si

Platonis verba, & mentē inspiciamus, ita rationaliū, & irrationaliū productio- nem

A nē coniunctam viderimus, vt hæc ab illa non ex producta rei, sed ex temporis differentia tantum discernantur. immo etiam analogica quadam argumenta- tione ita probare liceat, quod volumus. vt, quemadmodum non obstat Platoni, quin feminæ generatio, etsi secunda sit. cum viri generatione, qui pri- mus productus est, eiusdem sit speciei, atque naturæ; ita etiam minus offi- ciat, quin aues, aut gressibilia, aut pisces eiusdem sint cum homine naturæ consortes. non enim video, vt, si homo iniustum, & timidum abiens, femi- nam tamen eiusdem naturæ producat, cur non etiam, dum idem homo, simplex, & innocens, aues, & a caelestibus pronus gressibilia, & stolidissimus aquatilia producat, non eiusdem sint, quæ producat, speciei, atq. naturæ. ma- gnum quidem incommodum. sed ipse videat, magis etiam inspiciat, quomodo in eodem Timæo de corporum animatorum temperatione dicitur, ita rem ag- grediatur. Principio igitur necesse est, ijs, quas diximus, affectionibus sentiendi facul- tatem inesse. Carnis vero, earumq. rerum quæ circa carnem versantur generationem, & animæ id quod mortale est nondum explicauimus. De quo quidem mortali ipsius ani- mæ nos in alia præcautione videbimus. diximus enim, hæc, de quib. agimus, loca multum ab alijs differre, in quibus tres animæ species ponit, quæ omnia ad contradictionem referemus. sed omnino idem Plato in magna summet, atq. nostri confusione mortales reliquit. nam, cum in Phædone dixisset, animas impuras circumuolare sepulcra, inde vero, si purgatæ non fuerint, in Bruta moribus illis similia transire, dubium nobis reliquit, an præextiterint bruta, an tum genita fuerint, quorum ipsa anima debuerit esse forma quadam, quæ- admodum in prima generatione animalium suspicari quis posset? An vero as- sistens tantum ad Brutum accedat, in quo aliam animam sane formam inue- niat, & cuius nam tunc debuerit esse pœna maior, Assistentis, an Informantis? quippe quam tunc vexari, atque grauari ab ea, quæ assistit, credendum est. si- militer etiam, quandoquidem in Phædone transitus in bestias ob pœnam iu- betur, decimo autem de Rep. sponte illum fieri legimus, debuerat certe assi- stendi, aut informandi modus hic ab illo etiam esse diuersus; ne pœna scele- storum, gaudio beatorum comparetur. nam secus, quamobrem Orpheus in Cygnum sponte euadat, & e cælo sibi corpus illud eligat, & alia quædam ani- ma ex impuro corpore nondum satis purgata in eundem exempli gratia Cy- gnum abeat, nulla persuasio demonstrat. Hæc & alia multa possunt a Pla- tone quæri. quorum pleraque a nobis alijs in locis dicta sunt, multa vero cu- riosus speculator poterit, ijs non acquiescens, ex se ipso inuestigare.

B in eodem Timæo de corporum animatorum temperatione dicitur, ita rem ag- grediatur. Principio igitur necesse est, ijs, quas diximus, affectionibus sentiendi facul- tatem inesse. Carnis vero, earumq. rerum quæ circa carnem versantur generationem, & animæ id quod mortale est nondum explicauimus. De quo quidem mortali ipsius ani- mæ nos in alia præcautione videbimus. diximus enim, hæc, de quib. agimus, loca multum ab alijs differre, in quibus tres animæ species ponit, quæ omnia ad contradictionem referemus. sed omnino idem Plato in magna summet, atq. nostri confusione mortales reliquit. nam, cum in Phædone dixisset, animas impuras circumuolare sepulcra, inde vero, si purgatæ non fuerint, in Bruta moribus illis similia transire, dubium nobis reliquit, an præextiterint bruta, an tum genita fuerint, quorum ipsa anima debuerit esse forma quadam, quæ- admodum in prima generatione animalium suspicari quis posset? An vero as- sistens tantum ad Brutum accedat, in quo aliam animam sane formam inue- niat, & cuius nam tunc debuerit esse pœna maior, Assistentis, an Informantis? quippe quam tunc vexari, atque grauari ab ea, quæ assistit, credendum est. si- militer etiam, quandoquidem in Phædone transitus in bestias ob pœnam iu- betur, decimo autem de Rep. sponte illum fieri legimus, debuerat certe assi- stendi, aut informandi modus hic ab illo etiam esse diuersus; ne pœna scele- storum, gaudio beatorum comparetur. nam secus, quamobrem Orpheus in Cygnum sponte euadat, & e cælo sibi corpus illud eligat, & alia quædam ani- ma ex impuro corpore nondum satis purgata in eundem exempli gratia Cy- gnum abeat, nulla persuasio demonstrat. Hæc & alia multa possunt a Pla- tone quæri. quorum pleraque a nobis alijs in locis dicta sunt, multa vero cu- riosus speculator poterit, ijs non acquiescens, ex se ipso inuestigare.

C Cygnum sponte euadat, & e cælo sibi corpus illud eligat, & alia quædam ani- ma ex impuro corpore nondum satis purgata in eundem exempli gratia Cy- gnum abeat, nulla persuasio demonstrat. Hæc & alia multa possunt a Pla- tone quæri. quorum pleraque a nobis alijs in locis dicta sunt, multa vero cu- riosus speculator poterit, ijs non acquiescens, ex se ipso inuestigare.

D Vtrum autem Platoniorum aliquis colligat differentiam sentientis a ra- tionali apud Platonem, eo quod in Timæo illam fluuio perenniter mananti comparauerit, & quod inferius sensuum sine corpore esse non posse dixerit, quippe cuius vires a corpore non separentur, an potius responderi possit eo modo, quo de rationalis essentia dicitur, cuius potentia est quædam sentiens, & vegetans, videat interim ipsemet Plato, qui sensum mixtis vsque lapidi- bus mineralibus inseruit, cum loco proxime citato ita dixit: Principio igitur necesse est, ijs, quas diximus, affectionibus sentiendi facultatem inesse. Locutus au- tem fuerat ibi de gemmis, & lapidibus, atque de nonnullorum liquorum, suc- corumque naturis. sed omnino Sensus nomen tam latum est apud Platonicos, quam apud Platonem nullibi satis explicatum. de quo alias.

E Mirum quantum distat hæc sententia ab ea, quam habet Psellus, cum in- quit, omnem animam ab omni anima secundum speciem differre, totq. adeo esse species animarū, quot sunt animæ, cū tamen a veritatis lance, æque ac Pla- tonica, decidat. quamuis Psellus (quod sciam) solus, & sine rivali, illā opinionē

Rationalium, Brutorumque productionem penes tempus tantum differre, Argumentum.

Timæus 61. C.

Phædo 81. D.

Phædo 81. E. X. de Rep. 619. & 620.

Timæus 43. C. Ibidem 61. D.

Sensus etiam lapidibus da- tus a Plat. in Tim.

Psellus indiu- duas animas specie differre asseruit.

Erroris presen-  
tis fontem su-  
periozem esse  
quam ut a Pia-  
tonē dimanet.

Auctor de My-  
stica Egyptio-  
rum philos.  
Idem l. 13. c. 8.

Idem l. 10. c. 7.

Galenus.

Anaxagoras,  
Plutarchus.

Porphyrius.

Brutorum ex-  
terior sermo  
aut a nobis nō  
percipiatur, ex  
Porphyri.

Melampus, Ti-  
resias Thales,  
& Tyaneus,  
Brutorum in-  
terpretes.  
Apollonij  
Tyanei fabula  
de passere.

adamauerit, & Plato multos habuit antesignanos, affeclas vero, & sequaces pæ-  
ne innumeros, e quorum virorum numero fuere Anaxagoras, Melampus,  
Tiresias, Thales, Apollonius, Tyaneus, Empedocles, Democritus Porphyrius,  
Plutarchus, Aelianus, Homerus, & fortasse Galenus sunt etiam, qui Aristot-  
elem ex eorundem numero non eximant, si tamen Aristotelis est liber, qui  
de mystica Aegyptiorum philosophia inscribitur. nam, ut ab hoc exordiar, li-  
bro primo, capite tertio, inquit, *animas brutorum, quamuis peccando recesserint a*  
*Mundo superiori, non tamen corrumpi penes substantiam, sed penes accidentia.* im-  
mo vero addit libro decimo tertio, capite octauo, *animam sensualem in bruto,*  
*quando illud corrumpitur, peruenire ad mundum intellectualem, cum intellectus ille*  
*receptius sit anima, a quo nunquam abibit: alioqui fore, ut anima non sit alicubi.* idem  
etiam, inquit, capite septimo, libri decimi quarti, *animalium irrationalium*  
*brutorum multitudinem in orbe esse intellectualem.* quippe quod auctor ipsorum unus est.  
& quæ deinceps ibidem leguntur. Sed, quantum hæc repugnent vniuersæ  
Aristotelis doctrinæ, tam in Acroamaticis, quam in Exotericis libris ab eo  
descriptæ, tonforibus puto, & lippis esse manifestum, & quod mens sola extrin-  
secus adueniat, (si modo recte sententiam illam faniores philosophantes in-  
telligunt) sin minus, de omni anima actum esse puro apud eundem philoso-  
phum: tantum abest, ut sentiens immortalis esse credatur. Galenus vero in  
triuio esse videtur. nam in exhortatione ad bonas artes discendas, & si ne-  
get ille quidem brutis rationem, illam tamen negat, quæ enuntiatiua, & ser-  
mocinatrix est, qua nos ipsi præditi sumus: eam vero, quæ secundum animam  
intelligitur, quam *ἰνδραβήτης* vocant, siue dicatur *ἰνδραβήτης λόγος*, quod nos rati-  
onem intus delitescentem diceremus, fortasse, inquit ipse, *nobiscum habent om-*  
*nia communem.* Anaxagoras ex eo animalia omnia rationem participare vo-  
luit, quod actiuam habeant rationem, licet non intellectum. Quid vero sen-  
serit Plutarchus testis est eiusdem commentarius, qui ab eo inscribitur, *An*  
*Bruta rationem habeant*, in quo Gryllus quidam in brutum a Circe conuersus  
affirmatiuas sustinet partes, etiam Vlyse abnuente. De Porphyrio quid sit  
dicendum, iam est in promptu, ut qui iusto fere commentario disputationem  
absoluisset visus fuerit. in quam quidem sententiam venisse videtur, tum quia  
bruta inter se sua significant, tum quia diligenti solertia sua consulunt, vsui-  
que futuro prouident, & insuper, quia discant, & a se inuicem, & ab homini-  
bus multa, & mutuo se ipsa doceant: idque communi consensu affirmare se  
credit. nam omnes, inquit, qui veritatem de animalibus percunctati sunt,  
rationis participationem in animalibus inuenere. Fuit etiam Porphyrius in  
hoc erga bruta, Galeno liberalior, quod (præter interiorem) amplius etiam  
exteriorem rationem ipsis tribuit, qua inter se loquerentur. quorum verba  
etsi nos discernere non valemus, nihil inquit esse mirum, quando neque multarum  
*gentium sermonem licet humana lingua prolatum, interpretari possumus. immo etiam*  
*nonnullorum sermonem adeo indistinctum nostris auribus accedere, ut ij, qui illo lo-*  
*quuntur, nobis audientibus, nociferatio quædam, aut potius murmur uideatur.* nec  
defuere apud antiquos, qui sermonis animalium interpretationem Melam-  
po, Tiresiæ, ac Thaleri dicant fuisse cognitam: & si Philostrati fidem  
non infirmabimus, hominis alioqui mendacissimi, ridiculum est, quod de  
Apollonio Tyaneo perhibet, qui, cum in amicorum quodam coetu repe-  
rretur, audiretque passerem modo quodam singulari pippientem, vocem il-  
lam interpretari ausus, amicis aperuit, passerem illum alijs denuntiasse, A sinu  
frumento onustum prope Urbem cecidisse, & triticum ibidem effusum fuisse,  
& ita dictum euentu comprobatum. sed huius rei fidem apud auctorem ma-  
nere

Anere iubemus. Fuit tamen actionum animalium, & præcipue auium antiqui-  
tas mirum quantum studiosa: quippe quæ vocibus ipsarum, & volatui, &  
pastui sacerdotes præficiat. immo vero antiquorum religio fere omnis, &  
Romanorum præcipue, in hu iuscemodi augurijs captandis, tota fere euane-  
scebat. cuius rei non ignarus doctissimus Maro, Aeneam his dictis Vatem He-  
lenum aggredientem introducit.

*Troiuena, interpres Diuum, qui numina Phæbi:*  
*Qui Tripodus, Clarij lauros, qui sidera sentis,*  
*Et volucrum linguas, & præpetis omnia penne.*

Quibus verbis præcipuam augurandi scientiam, etsi non omnem, tetigit  
B Maro, ut quidam doctissimi interpretari videntur, sumebatur enim augurium  
ab auium genere, a garritu, & cantu, & volatu: & hinc præpetes, inde osci-  
næ dicebantur. sumebatur etiam a pastu in pullis gallinaccis e cauea produ-  
ctis, qui, si porrectum cibum non caperent, calamitatem portendebant. Hu-  
iusmodi auguriorum Caras quidam inuentor celebratur, quemadmodum au-  
spiciorum Tiresias Thebanus, & Aruspiciozum Delphus, in quorum numero  
maxime floruit Calchas, Mopsus, Amphiarus, & hic Apollonius, de quo  
quidem, modo passerum Apologum enarrauimus. Ut vero omittam eos, qui  
de augurandi arte scripsere, inter quos eruditissimus habitus est Hylas qui-  
dam, ut etiam silentio præteream auium genera quædam, e quorum triplici  
C illa operatione auguria captabantur, quorumq. præcipua fuere, Noctua, Bu-  
bo, Cornix, Coruus, Trigon, Cygnus, Picus, ad vniuersalem historiam  
me referam.

Theophrastus Eressius, uti refert Laertius, scripsit librum vnum inter  
multos de animalibus commentarios, in quo de diuersitate vocis animalium  
eiusdem generis diserebat. An autem fuerit talis argumenti, vnde vana gen-  
tilitas illa, interpretandi scientiam fictam ediscere potuit, quam præstigiolo  
Apollonio antiquitas tribuit, an non nisi ex Dæmone, diuinare non licet. ut  
cumq. tamen, magnum in brutis omnibus, cum ex voce, tum etiam ex gestu,  
& deniq. quibuscumq. eorum actionibus, cæli fauorem experimur, ut eorum  
D sollertibus ad vitam actionibus, ad nostram prudentiam magna in dies fiat  
accessio, quam obrem, cum ij, quos supra citauimus, tot magnas, itemq. præ-  
claras actiones in eisdem admirarentur, eo deuenere, ut & prudentiam, & ob-  
id rationem in brutis reperiri affirmauerint, nota enim sunt, quæ de Apibus,  
de Formicis, de Araneis, passim circumspicuntur, patent etiam veluti di-  
sciplinæ semina quædam, & quo modo medijs quibusdam ad finē contendere  
videantur, & futuri euentus certitudine quadam, cum pleraq. ventura pro-  
nuntient, sibi tamen ut plurimum aduersa caueant, & commoda prosequan-  
tur, quorum historias longum esset recensere, nec nostri est operis secus face-  
re, quam ad Cautiones redire.

## HAERETICI.

### Manichæi & Gnostici.

Dicebant, bruta omnia rationis esse capacia, & æque atq. hominem sen-  
tire, ac intelligere. quamuis, cum hæc Philastrius Manichæis, & Gnosticis  
impigisset, Alphonius tamen de Castro, eo quod Augustinus in libro de hæ-  
reticibus,

Philastrius, & Alphonfus de Castro dissentiunt circa Manichæorum hæresim.

Epiphanius. **A** resibus, & Irenæus nihil tale de illis meminerit, videatur non Gnosticos, aut Manichæos, sed hæresim cuiuscumq. fuerit accusare, libro quarto cap. ultimo. Sed Epiphanius contra hæreses libro primo, tomo tertio, in scholio vigesimo quarto, inquit, ipsum docere animatis non vefci, ne animas edant. quod inquit, idem stultum est. non enim carnes anima, sed in carnibus anima. & neq. animarum in animalibus dicimus esse eam dignitatem, quæ in hominibus est, sed animam, ad hoc solum, ut animal vivat. Putat autem miser ille una cum alijs idem sententibus, quod eam anima, & in hominibus, & in brutis est. Hoc ipsum enim multæ erroneæ hæreses frustra sentiunt. Nam & Valentinus, & Colorbasus, Gnosticiq. omnes, ac Manichæi, transitum animarum de corporibus ad corpora esse pronuntiant, in hominibus cognitionem non habentibus, velut ipsi ex confabulamento quodam consurgunt. **B** Has enim dicunt peruari, & singulorum animantium corpora pertransire, donec cognitionem assecute fuerint, atq. sic purgate, ac resolute, ad celestia transmigrarint. Et primum quidem redarguitur tota ipsius vana fabula confirmatio. Horum enim certitudinem nemo alius nosse potest præter Dominum nostrum Iesum Christum, qui propter omnem deperditam venit, hoc est, propter hominum animas. Qui carundem curam habens, & animaliter, & corporaliter corporis, atq. anima dominium obtinet, & hanc vitam, futuram exhibet, ut qui mortuum Lazarum, & filium Viduæ, & filium Principis Synagoga a mortuis suscitavit, non in malum ipsos ferens, velut illi corpus carcerem esse docent, sed bonum faciens, ac sciens, quod & perseverantia hic in carne ab ipso decreta est. & futura carnis & anima resurrectio. Et si rursus novisset, quod una anima in brutis, & hominibus est: venire autem, ut anima salutem procuraret, non oportebat ipsum, ubi unum mundasset a Dæmonio vexatum, **C**

Valentini, Colorbasij, & Gnosticorum confabulationem.

Nostrum Iesu Christi dominium, atq. potestas.

### Sextus Empiricus libro primo hypotyposeon.

Empiricus nihil non in seclatus est.

Ipsius error, vel vnius Canis exemplo manifestatur. Canis sensus, Sermo intrinsecus. Cognitio. Perceptio. Virtus.

Dialectica etiam canis, ex Chryssippo, atq. Aliano tribuitur. Canis medicina. Sermo enuntiatius cur non in seclatus est.

Quamuis homo ille, qui nihil ex dogmaticis non infestatus est, multa serio de incertitudine, & varietate in animalibus phantasiae asseruerit, cum tamen ad individua illorum devenire tentasset, (& si ludens) multa vnius canis exemplo suscepto, in medium affert, quo quis brutum illud homini longe præstare persuaderi possit. nam & sensu nos antecellere inquit, ut odoratu feras, quas non videt, captare possit. & visu celerius, quam nos, eas inspiciat, & auditu sentiat: & cum duplicem sibi constituat sermonem, intrinsece quidem illum pollere in eligendis, & fugiendis ijs, quæ sunt ad naturam nostram accommodata, atq. propriam tum cognitione, tum etiam perceptione in esculentis, & poculentis proficuis, atq. noxijs ut intentato flagello, redeat, ut artem habeat venatoriam, nec virtutis sit expertus. nam iustitia familiaribus distribuit, quod suum est, & absentatione, ijs qui de ipso bene merentur, quibus etiam excubias agit, externos ulciscens. Quod si virtutes inuicem sunt connectæ, reliquas etiam habere concludit, ut magnanimus sit, atque prudens. Adde Dialecticæ particeps, quod etiam ex Chryssippo, & ex Aliano testatur. Sic etiam Medicus, (si ut idem inquit) Hippocratis præceptum, in pede curando obseruat, quiete addita, & cum humoribus infestatur, herba vefcitur, cuius ope illos egerens, valétudinem recuperat. De sermone uero enuntiativo, sibi inquit non esse curæ. nam, etsi fingamus hominem aliquem esse mutuum, non eum propterea quisquam irrationalem dicit: quin, canes audimus aliam edentes nocem, cum aliquos persequuntur; aliam, cum ululant; aliam, cum uapulant, & aliam, cum cauent: & si quis attente considerauerit, magnum comperiet discrimen esse nocis, non in

**A** in hoc animal solum, sed & in alijs, prout diuersa contingunt. Hæc Sextus libro primo, qui Hypotyposeon inscribitur. Quæ quoniam eadem sunt cum ijs, quæ Celsus paulo fufus, plurimorum animalium exemplo, sibi persuasit, cum eodem etiam ab Origene doctissime mox confutentur: cum exponeret vexatum illum, videlicet, qui a monumentis egrediebatur, iubere, ut Dæmones discederent, & duo millia porcorum occiderent sed si æquales essent animæ hominum, ac porcorum. quomodo enim vnius curam gerens bis mille perdidisset? si vero rursus velut serpens oblique incedens comminiscitur, ac dicit, quod dissoluit ipsos a corporibus ut sursum scanderent, oportebat Lazarum solum a corpore non rursus reuerti in corpus, immo etiam illud ipsum a Dæmonio vexatum soluere vincula corporis. At non sic fecit, sed potius preuidit, sic corporis utilitatis gnarus.

Origenis expositio in Sextum & Celsum dirigitur.

#### CELSVS.

Hic ille est Celsus, in quem strenue se gessit Origenes: a quo quidem cum multis in locis esset peruersus ille veluti a fulmine percussus, in hac etiam prauiditate, qua multis irrationalium experimentis, & præcipue formicarum, & Apum operibus credidit bruta illa eiusdem esse rationis cum homine participia; adeo insudauit in eo confutando Pater ille, quantum re vera necessitas exposulabat. cuius disputatio & si pluribus verbis ab eo deducta sit, statui tamen, quod ab illo fonte in nostras præcautiones deduci posset, nihil quidquam prætermittere, quo Celsi peruersitates appendicibus manifestentur. Origenis autem verba vel integra transcribam, quæ in libro sunt quarto contra Celsum:

Celsus ab Origene vexatus vnde quæque.

### Origenes lib. III. contra Celsum.

#### CELSVS. I.

**D** In eo libro, in quo, referente Origene, pollicitus est Celsus se redditurum rationem pro vniuersa rerum natura, incusat nos, dicentes, Deum cuncta propter hominem fecisse, eo quod nihilo magis propter homines, quam propter bruta, facta sint omnia. quod ex animalium historia, & solertia conatur ostendere.

Dei in cuncta propter hominem fecisse, negat Celsus.

#### ORIGENES.

**E** Mibi sane videtur, quemadmodum in Urbibus ædilis curam habet fori, venaliumq. rerum, fruuntur tamen ea copia canes quoq. & alia bruta; sic a prouidentia præcipue curari animal rationale, bruta uero consequenter etiam ipsa frui paratis in usum hominum: & sicut peccat, quicumq. dicit, ædiles non magis gerere curam hominum, quam canum, quia & canes cum hominibus fruuntur copia venalium: sic Celsus; & qui eadem sentiunt, magis sunt in Deum rationali creaturæ prouidentem impy, dicendo, cum homines non magis, quam stirpes, arbores, herbasq. & sentes alere.

A Diuina Prouidentia Hominem præcipue gubernari, Bruta uero consequenter.

#### CELSVS II.

Detrahit prouidentia diuinæ, quam voluerit non magis nobis fecisse quæ terra fert, quam feris immanissimis, eo quod nos magnis laboribus ægre victum quarimus, illis cuncta nascuntur, nullis seminibus iactis, & nullo aratu.

Nobis cuncta laboribus parata, brutis uero sponte nasci cõqueritur.

ORIGENES.

ORIGENES;

Inopia homini data veluti comes ad intellectum exercendum, & artes inueniendas.

Non videt Celsus, quod Deus, volens undecumq; materiam intellectus exercendi praeberet homini; ne sterilis maneret, rudisq; artium, inopiam ei comitem addidit, ut cogeretur cas inuenire, alias ad victum, alias ad amictum parandum necessarias. unde artes complurimas idem recenset Origenes.

CELSVS, III.

Soles & noctes aequo brutis ac hominibus seruire.

Falso dixisse inquit Euripidem, solesq; & noctes seruire mortalibus, cum non magis nobis seruiant, quam formicis, & muscis. nam & illis nox quietem praebet, dies vero videndi facultatem, & operandi.

ORIGENES.

Nobis primu soles & noctes seruire, brutis autem consequenter occidere & recidire.

Hinc apparet, quod non solum Iudaorum, & Christianorum sententia sit, seruire nobis Solem, & caelestia, sed etiam scenicis Philosophis idem dicat auditor quondam Anaxagorae Physiologi. Ergo, cum dies, tum nox seruit mortalibus, facta propter rationalia. quod si formica quoq; & musca nobiscum us fruuntur, operantes interdum, noctu interquiescentes, non statim dicendum, diem & noctem, in rebus esse propter formicas, & muscas, sed ut prouisum esset hominum usibus.

CELSVS IIII.

Homines eo quod inermes sunt, brutis alloqui armatis principatu cedere.

Homines non ideo Principes animalium dici debere, quia venantur, & visceribus captorum epulas instruant, quin potius illos propter illa factos; quandoquidem ab eis intercipiuntur, & deuorantur, & illis opus est casibus, armis, complurium hominum, canumq; opera ad feras captandas, ipsa vero a natura armata sunt armis, quibus facile conficiant.

ORIGENES.

Intellectus homini datus quouis armorum genere potior est.

Atqui vel hinc perspicis, quanto praesidio nobis intellectus datus est quouis armorum genere potior, quibus fere praesunt muneri vacare. Itaq; cum simus multo inualidiore corpore, quam animalia, quibusdam etiam magnitudine impares, ratione vincimus bestias, & tanta molis Elephantos venatu capimus, mansuescimus etiam, quae cicurari possunt, a nobis doctas mitius degere. Et cetera vide ibidem.

CELSVS V.

Bruta vrbes condere, bella gerere nec ea hominibus cedere.

Si hac ratione antestare brutis videantur homines, quia conditis Vrribus socialiter inter se degant, & per magistratus administrant Respublicas, hoc nihil ad rem facere. nam idem in formicis spectari: & Apibus suos reges esse regijs cultos obsequijs, quorum ductu praerentur, esse etiam Ciuitates, & pomeria, niceq; operum, iudicia, ac poenas ignauiae.

ORI-

ORIGENES.

Sed ne hic quidem uideatur, quantum intersit inter rationis opera, & natura solius, quorum causa est nonnulla ratio, (nullam enim habent animantes quae haec faciunt) sed antiquus ille Dei quidem Filius, rerum autem vniuersitatis Rex, naturam irrationalem condidit adiutantem sine ratione haec, quibus non est dignatus rationem indere. Itaq; Ciuitates hominum multis constant legum praescriptis, multis artibus, regunturq; ac gubernantur, per Potestates, Magistratus, & Principes, hoc est viros probos, & industrios, si loquamur proprie, quales nihil inter bruta inuenies, quorum nihil in Formicas, aut Apes cadit, cum ratione careant, & proinde nihil rationis ductu faciant: sed potius admiranda est Dei benignitas, usq; ad bruta se extendens, in tantum, ut exemplo possint esse hominibus, eisq; pudorem incurrere, quo animaduertente formicas, magis fiant industrij, minusq; prodigi. Apes item considerando discant parere magistratibus, & ad publicam incolumitatem conseruandam dispensare inter Ciues functiones, & operas. fortassis etiam earum bella doceant nos iuste bellum gerere, si res ita postulet. Nec Ciuitates & pomeria habent, sed caluearia, mellificiaq; quibus per vices operantur in varios usus hominum, tam in cibis mundioribus, quam in remedijs: sic neq; animaduersiones earum in fucos conferende sunt iudicij, & poenis, ignaues, ac malos in Ciuitate coercitibus. sed, ut iam dixi, miranda est natura in talibus: homo vero contemplator omnium, & moderator existimandus est minister prouidentiae, ut non diuina tantum, sed suae quoq; prouidentiae subseruiens.

CELSVS VI.

Facta sollertia formicarum venturae hieui mature prospicientium: quasi nihil sit praestantius hac irrationali prouidentia, & quod inuicem onere presse subleuantur, & quod fruges arrosas condunt, ne rursus enascantur, sed per annum alimento sint.

Irrationalem solentiam rationali prouidentiae praefert.

ORIGENES.

Quem autem simplicium, & naturam negotiorum nescientium introspicere non aucterit Celsus, quantum in se est a subleuandis pressis onere, & laboris parte subeunda, quando de formicis dicit, quod alia alijs sub onere sefsis succurrant, qui si fuisset philosophus, deberat sociali iure a natura hominibus insito tangi, & ad imitationem Christianorum non detrectare vita munia, ac pro sua virili praerocinari eorum virtutibus, praesertim ijs, quas communes habent cum alijs. quod vero fruges, ac rosas condunt, non ratiocinationem formicarum in causa debemus credere, sed aliam matrem naturam, bruta quoq; sic ornantem, ut etiam minimis addit sua quaedam ingenia. nisi forte Celsus per haec subindicat, sicut plerumq; Platonem sequitur, unam esse omnium animarum speciem, nec differre ab humana, formicae, apisque animam, quod quidem est deducendum animam a caeli connexis non solum in humana, verum etiam reliquorum animalium corpora, id vero Christianis non sit verisimile, quibus persuasum est, hominis animam factam ad imaginem Dei, esseq; impossibile, ut eius imaginis lineamenta semel impressa nunquam in totum omnino deleantur ex anima, & alia succedant nescio quam aliam imaginem referentia post migrationem eius in corpus bruti alicuius.

Hoc ipsum Celsus obijcit Origenes, & in suspicionem Platonice migrationis eundem inducit.

CELSVS VII.

Defunctis formicis, uiuas ait proprium quandam locum secernere, illumq; his esse monumenta patria: & deniq; nec formicas inter bruta recenset: nam & colloqui eas inter se in occurso, quo fit, ut non aberrant a uia.

Sepulture curam a tq; sermone inter se formicis tribuit, eademq; brutorum numero eximit.

ORI-



ORIGENES.

*Haec omnia in laudem operis conditoris cedunt, & hominis gloriae augent.* **Quanto pluribus bruta ornat laudibus, tanto magis velit nolit, extollit opus conditoris, & ornatoris rerum omnium, indicatq. quanta sit hominum dexteritas, quae in brutis etiam ornare verbis dona natura valeat.**

CELSVS. VIII.

*Magias artes bruta callere, ut easdemq. ab ipfis homines discere.* **Quibusdam brutis artes etiam inesse magicas, ne quid sibi homo hoc nomine placeat, ut praestantior: immo vero hac parte sapientiores eo esse serpentes, & aquilas, vorunt enim multa aduersus morbos, ceteraq. mala remedia, & lapillorum quorundam virtutes, quos pro amuleto nidis inserunt ad tuendam pullorum incolumitatem: quos lapillos homines nacti putant non parum accessisse suis facultatibus.**

ORIGENES.

*Et si Magice nomine abuta tur Celsus, at tamen plures esse in homine artium cultura per usum, & disciplinam qua in brutis inditos impetusa tura dicantur.* **Primum nescio quomodo naturalium remediorum scientiam quam animalia, siue per experientiam, siue suapte ingenio consequuntur, magiam nominet. vulgo enim in deteriorem partem hoc nomen accipitur, nisi forte, ut Epicureus latenter calumniari vult, totum hoc genus, & omnes, qui utuntur talibus quae ad Diagorum professionem pertinent, vere videntur: verumtamen concedatur ei, homines placere sibi cognitione rerum rationem, & diuinitatem, siue hi Magi sint, siue non, quomodo hic serpentes potiores sunt hominibus? an ideo quod acute cernendi facultatem, & totius corporis agilitatem petunt a fenculo, non excogitato remedio utentes, sed parato, & passim obvio, ut quod natura porrigat. ac homines non instinctu natura, ut serpentes, tractant remedia, sed partim usu experientur, partim ratiocinatione colligunt, partim discunt ab eius scientia professoribus. similiter & Aquila, tametsi aeternam, quem uocant, lapidem inuentum in nidum ad tutelam pullorum deferunt: ideo ne sapientes sunt magis etiam, quam homines, qui, usu rationeque adiuti, occultas naturae vires scrutantur? Esto: habeant & aliae animantes remediorum notitiam: non statim sequitur, ut eorum inuentionem rationi potius, quam innata sagacitati, debeant. Nam si ea inuenissent rationis beneficio, non contentae fuissent uno tantum, aut altero, nec alio serpentes, Aquilae alio, & sic de ceteris, sed tam multa inuenissent, quam homines. Nunc, quando uidemus singulis animalibus naturam attribuisse certa quaedam remedia, satis apparet, non esse id rationis, nec sapientiae, sed naturam, ingeniosam parentem, sic eorum incolumitati prospexisse.**

CELSVS. IX.

*Bruta Deum intelligere, futura praenoscere, atque haec eadem ab illis edicere homines secundum Celsum.* **Quod si ideo praestantior putatur homo ceteris animalibus, quia Deum intelligit, & agnoscit, ne hic quidem cessura sunt ei multa animalia: & merito. Quid enim diuinitus, quam praescire futura, praemonstrareque? At istam praescientiam homines ab alijs animalibus discunt, praesertim Avibus. Et, quotquot intendunt earum significationibus, hi diuini sunt. Quod si aues, & similia, quidquid ex Deo praecognoscunt, nobis per signa indicant, apparet, tanto maiorem familiaritatem his intercedere cum superis, tantoque sapientiora esse, & Deo carissima.**

ORI-

ORIGENES.

*Autum diuinationem partim Demonum esse inuentum, partim non esse, sed hominis gratia esse.* **Vide hic, quomodo Celsus multa, quae ad diuinationem ex auibus, alijsq. animalibus attinent, siue ea hominum inuenta sint, siue Demonum, de quibus tamen nec inter Graecos philosophos, nec inter barbaros conuenit, ipse pro confessis arripit. Primum enim queritur, sit ne ars auguralis, sed esto, aliquam esse artem augurum, ut, qui hoc credunt, discant etiam, hoc concesso, longe praestantioribus brutis esse hominem etiam his, quae consuluntur ab Auguribus, adeo, ut ne conferenda quidem sint. Dicendum igitur, si tantam haberent diuinitatem futurorum consciam, ut ex eo, quod sibi super sit, possint etiam hominibus consulere, sine dubio primum omnium sibi prospicerent, cauteque uolarent, nec inciderent in laqueos, aut retia, quae sibi tenduntur ab hominibus, ne ne seopus fierent iaculatoribus: & Aquilae praecedentes serpentum insidias, vel hominum, ad lusus, aut in usum aliquem pullos suos captantium, nunquam ibi nidificarent, ubi non putarent tutos ab insidijs. deniq. nullum ex his animalibus capi posset ab homine, ut diuinitus ipsum, & sapientius. Deinde, qui concedunt, esse diuinationem per aues, de causa eius non consentiunt: quoniam alij per Demones, aut Deos artis huius praesides aiunt moueri, aues quidem ad uolatus varios, uocesue, reliquis uero animantes ad motus tales, aut tales. Alij putant, ipsas brutorum animas suapte quadam diuinitate ad hoc idoneas: id si uerum est, quod est incredibile, aues melius de Deo quam Celsus sentiunt. Nec mirum, cum Celsus tantopere hominem exrenuet. Nam ipsius opinione aues habent sublimiores ac diuinitates cogitationes, non modo quam nos Christiani, & eiusdem scripturis uentes Iudaei, sed quam Graecorum Theologi. Nostra autem opinio est, malos quosdam Demones Titanicos, ut sic dicam, & Giganteos, per impietatem descivisse a Deo uero, eiusq. Angelis. Itaq. precipitatos e caelo uolitari humi circa crassiora & impuriora corpora, perspicaces tamen in rebus maximis, quod nudi sint, terrenis corporibus: hi, talibus negotijs occupati, ut humanum genus abducant a uero Deo, insinuanti se animalibus feris rapacitate notis & asperitate, eaq. mouent ad quidlibet arbitratu suo: aut spectra quaedam horum ipsorum animalium oculis humanis obiciunt uolantia uel aliter se mouentia: ut homines praecognati huiusmodi diuinationibus non querant Deum, rerum omnium Dominum, ne ueram pietatem examinent, mentemq. suam in terram deiciant ad alites, dracones, uulpes, & lupos. Obseruatum est enim a talium peritis, euidentiora praesagia per huiusmodi animantes fieri, quod Demones non possint in mansuetioribus uim suam exercere aeque, atq. in illis propter similitudinem malitiam, quae tamen in animalibus non est propriae malitia, sed quiddam simile. Vnde hoc quoque si quid aliud, in Mose admiratione dignum existimo, quod, consideratis animalium differentijs, siue diuinitus edoctus, quid cognationes cum quibus Demonibus habeant singula animalia, siue suapte sapientia peruestigatis eorum ordinibus, omnia pronuntiauit impura, e quibus praesagia sumunt Aegyptij, ceteriq. homines, reliqua uero, quae non sunt huius generis, pura fere omnia: & in ordine impurorum censentur apud eum Lupus, Vulpes, Draco, Accipiter, Aquila, & his similia. Et maxima ex parte non solum in lege, sed & in Prophetis inuenire licet. id genus animalium exempla proponit ceu pessimorum nec umquam in bonam partem Lupum, aut Vulpem accipi. Itaq. uidetur quaeque Demonum species habere inter animalia quampiam speciem sibi similem &c. Et paullo infra ita: Sciendum autem praescientiam futurorum non esse rem omnino diuinam. Est enim per se indifferens ut quae cadat in malos aeque ac bonos. Itaque etiam Medici ex arte sua praecedunt quaedam, etiam si malis sint moribus: gubernatorem item, etiam si nequam sint, habent: sua prognostica, unde futuras tempestatum mutationes colligunt experientia docti, & diuinitus observationibus, nec tamen ideo pro diuinitus habentur, si sint impuris moribus. Falsum est igitur, quod Celsus dicit.**

Causa diuinationis per aues varia.

Origenis opinio circa haec.

Demones in quibus animalibus uim suam exercere magis possint: Moses ob quem praecipue ad imitationem sic dignus? Animalia impura quae apud Mosem.

Medici Nauae.

V

*dicir. quid prescientia prauentioneque futurorum diuini? Falsum item multa brutorum conari cogitare de Deo: nullum enim brutum de Deo quidquam intelligit. Falsum & illud, bruta maximam familiaritatem habere cum Deo, quando etiam homines alioquin excellentes, si mali sint, longissime absunt a consuetudine cum Deo, que solis vere sapientibus, & sincere pijs conceditur: quales nobis sunt Prophete, & in his Moses, de cuius magna puritate Scriptura testatur, dicens: Moses solum accedat ad Deum propius: reliqui non accedunt.*

*Brutum nullum de Deo quidquam intelligere. Quibus hominibus concedatur ad Deum accessus.*

CELSVS. X.

*Aues se ipsas intelligere. Aiunt viri prudentes, etiam colloquia inter bruta illa fieri dubio procul sanctiora nostris, eaq. se intelligere satis declarare ipsa re indicando hoc autem illud facturas aues aut abituras aliquo, ut predixerant.*

ORIGENES.

*Si veritatem consideremus, hoc nemo dixit sapiens, nemo prudens putauit, sanctiora brutorum colloquia, quam hominum. Sed esto, esse aliquos, qui, ex inarticulata voce auium discunt, pradicant: abituras aliquo, facturas hoc aut illud dicemus, hoc quoque Demonas indicasse hominibus, non in aliud, quam ut eos decipiant, eorumq. mentem alienent a Deo, abstractam a celo ad terram, aut etiam inferius.*

*Commentum hoc est conce datur, at tam Demone decipiente cogniti esse.*

CELSVS. XI.

*Elephantorum iururandum. Elephantos iururando stare, quod accipiunt,*

ORIGENES.

*Nescio, ubinam Celsus iuramentum eorum audierit, esseq. hoc nobis religiosiores erga celeste numen, Deumq. noscere. equidem memini, narrari multa miranda de huius animalis natura, & mansuetudine. nemo tamen, quod sciam, de Elephantorum iururando prodidit, nisi fortasse foedus cum homine semel initium, perpetuoq. seruatum intelligi vult hoc nomine. quod ne ipsum quidem virum est. nam, si raro, nonnumquam tam eos eos oblitos consuetudinis efferatos contra homines legimus, & ob id e dominorum sententia necatos, ut inutiles.*

*Figmentum profus a veritate alienum.*

CELSVS. XII.

*In argumentum pietatis, qua nos brutis inferiores uideri uult, adducit Ciconias nutritionis uicem reddentes suis parentibus.*

*Ciconiam pietate pollicere.*

ORIGENES.

*Ne hoc quidem ex reputatione officij Ciconia hoc faciunt, aut ratione aliqua, sed instinctu nature in brutis exemplum prebentis hominibus, ut paleat eos gratiam auctoribus uita sue non referre. quod si Celsus sciret, quantum interit,*

*Ratione hęc fiant in brutis an natura quatum interit, ignorauit Celsus.*

*Arterit, ratione hęc fiant, an natura, numquam in laude pietatis Ciconias anteferre hominibus.*

CELSVS XIII.

*Arabicam Alitem Phœnicem post multorum annorum interualla in Aegyptum euolare, eoque deferre patrem suum defunctum in globo Myrrha sepeliendum in Fano Solis.*

*Phœnix Arabum.*

ORIGENES.

*Id narratur quidem, sed naturale potest esse, si tamen verum est, & foreasse diuina prouidentia largitatem suam hominibus commendare uoluit tam numerosa uarietate animalium, quibus ornauit mundum hunc, adeo, ut non desit quod in suo genere sit unicum, non ut ipsam auem miremur, sed eius conditorem potius.*

*Quod in suo quoque genere sit aliquod unicum, id conditoris prouidentie est tribuendum.*

CELSVS XIII.

*Ergo concludens, inquit, non homini facta sunt, sicut nec Leoni, nec Aquile, nec Delphino, sed quo mundus hic ita ut opus Dei decet esse integer, & modis omnibus absolutissimus, constans ex rebus omnibus, ideo diuersa sunt omnia non ut inter se, sed ut uniuersitati congruant. nam hęc Deo cura est, hanc numquam destituit prouidentia, nec detrimentum sinit capere: hanc nec post certa seculorum interualla interuisit, nec iratus hominibus, quibus non magis indignatur, quam simijs, aut muribus, nec alicui operum suorum minatur, ut que singula ordine suo distributa sint.*

*Suo quoque ordine cuncta gaudere & Dei prouidentiam sibi non autem homini deferre. inquit Celsus.*

ORIGENES.

*Age, saltem paucis ei respondeamus. Puto autem iam ex antedictis satis ostensum, quod homini & rationali natura facta sint omnia, potissimum enim propter rationale animal omnia creata sunt. Neget igitur Celsus, facta uel homini, uel Leoni, uel cuicumque horum, que enumerat. nos dicemus, non Leoni quidem, neque Aquila, neque Delphino rerum opifex hęc condidit, sed uniuersa propter rationale animal, & ut Dei hoc opus integrum absolueretur partibus omnibus. nam huic ut recte dicto assentiendum est. sed non solam uniuersitatem Deus curat, ut Celsus opinatur, immo pręter eam quidquid rationis est particeps, nec unquam curare desinet. nam, etiamsi detrimenti aliquid capiat rerum uniuersitas propter uitiatam naturam rationalem, non cessat tamen prouidentia, quo minus peccatum expiet, & post interuallum temporum ad se conuertat omnia. Nec simijs irascitur, aut muribus, sed homines legum nature transgressores pœnis castigat, eisq. per prophetas minatur, atque etiam per eum, qui aduentu suo seruauit genus hominum, ut territi ad bonam mentem se uertant, contemptores autem sermonis emendatorij, pœnas, ut par est, luant meritas, quemadmodum Deum decet punire noxios in ipsorum utilitatem, quibus emendatione talis opus est.*

*Cuncta homini facta esse.*

*Dei cura circa que.*

Laurentius Valla

Valla heresis. Capite nono libri sui de Dialectica brutis rationem, & discursum tribuit.

CAUTIONES.

Genesis I.

Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & preest piscibus maris, volatilibus caeli & bestiis, vniuersaq. terrae & omni reptibili, quod mouetur in terra. Quae verba exponunt Theologi de anima intellectiua, quae vere dat esse homini, in brutis vero inest naturale, atq. vmbatile quoddam esse estimatio- nis quatenus illis assimilari videmur, quae in homine vndeque perfecta sunt, vt, gratia exempli, prudentiae, iustitiae, & aliarum virtutum, & denique intellectualium omnium plenissimi actus, in animalibus vero per similitudinem quandam. Sed haec ad Theologos, qui animalia cuncta naturaliter homini subijci affirmant ex naturae ordine ab imperfecto ad perfectum tendentis, donec in singulis causarum generibus ad finem perductis facile quis inueniat in naturalibus mixtis, & animatis, & perfectis ad hominem peruenisse, qui iure quodammodo Finis omnium ab Aristotele dictus est. Ad- dunt etiam, hoc ex ordine diuinæ prouidentiae prouenire, adeo, vt inferiora semper a superioribus gubernentur. Vide D. Thomam parte prima quaestione nonagesima sexta, articulo primo.

Dauid 48.

Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Similitudo autem tunc inducta videtur a Propheta, cum hominem non intellexisse dixerit.

In Ecclesiasticis dogmatibus cap. 16.

Solum hominem credimus habere animam substantiuam, animalium vero animae non sunt substantiuae.

ATHA-

ATHANASIVS.

In libro de definitionibus de Anima & Mente.

Dupliciter dicitur anima, Altera quidem est irrationalis, quae bestiarum est; altera vero rationalis, quae est hominum. Atque ea quidem quae bestiarum est, opificium suum ex terra accipit iuxta mandatum Dei, quemadmodum diuina dicit Scriptura: Et dixit Deus, Producat terra reptilia animarum uiuentium. Ergo animalia bruta ex terra acceperunt animam suam. Ideoq. ad terrena solummodo habent affectionem, & omnem appetitum, nec est illis rerum caelestium cura. Quomodo vero anima bestiarum ex terra facta sit, dicemus. Dedit terra iuxta praecceptum Dei bestiis carnem. Caro sanguinem est operata. Sanguis autem animalis, anima facta est animali irrationali. Quare mortuo rursus animali, sanguis concretus & congelatus, in carnem transmutatur: caro autem corrupta & resoluta, terra fit rursus. Atque eam ob causam ignorant animalia bruta, neque curant res caelestes. Sed homo ex inspiratione diuina suam animam accepit, ideo res diuinas agnoscit, superna persequitur, & res caelestes intelligit: estque rationalis, & mente praeditus. Vide plura ex eodem in oratione contra idola, quae praecipue contra Celsi doctrinam dirigi posse videntur.

D. BASILIVS.

In Hexameron homil. 8.

Producat terra animam uiuentem. Cur terra animam uiuentem educit? ut differentiam discas animae pecoris, & animae hominis: quandoquidem iuxta id quod scriptum est omnis animalis anima sanguis ipsius est. Sanguis autem concretus in carnem transmutari solet, caro autem corrupta in terram resoluitur. mortuum quid merito brutorum anima existit. Producat terra animam uiuentem. Vide consequentiam animae ad sanguinem, sanguinis ad carnem, carnis ad terram, & rursus resolutione facta per eadem reuertere a terra ad carnem, a carne ad sanguinem, a sanguine ad animam, & inuenies quod terra est anima Brutorum.

D. GREGORIVS NYSSENSVS.

Multa habet Gregorius, quae in libro de opificio hominis huc spectare possent. quae si omnia transcriberentur diligentiam nostram accusarent verius. itaque libenter omitimus.

D. Thomas par. p. quaest. 75. art. 3.

Antiqui philosophi nullam distinctionem ponebant inter sensum & intellectum, & utrumq. corporeo principio attribuebant, ut dictum est. Plato autem distinxit inter intellectum, & sensum: utrumque tamen attribuit principio incorporeo, ponens, quod, scilicet, intelligere, ita & sentire conuenit animae, secundum seipsam, & ex hoc sequebatur, quod etiam animae brutorum animalium sint subsistentes.

FINIS QVARTI LIBRI. V 3

ANIMALIVM

ATQVE HOMINIS

GENERATIO PLATONI

LVBRICA INCONSTANS FABVLOSA

IMPOSSIBILIS

DISPVATIONVM

IN PLATONEM

ATQVE CAVTIONVM

DISTRIBVTIONIS SECVNDAE

LIBER QVINTVS.

## Cautiois Leges.

Efficiens hominis causa .

*Gen. 2.*

∴

*Quæ ordine causa-  
rum in homine di-  
stribuuntur hoc  
modo.*

FECIT DEVS HOMINEM.

Materia

*Ibidem.*

∴

DE LIMO TERRÆ.

Forma

*Ibidem.*

ET INSPIRAVIT IN FACIEM EIVS SPIRACVLVM VITÆ.

Dignitas

*Ibidem.*

VT PRÆSIT PISCIBVS MARIS ET VOLATILIBVS.

Finis.

*Iob.*


ET VIDEBO DEVM SALVATOREM MEVM.

Hæreses ex { Baso  
Valentinianis }

Concil. { Lateranense. }

Patres { August.  
Lact. } *Sparsim in Quæstione.*

Theologi { D. Thom. } *Suo loco .*



# ANIMALIUM GENERATIO PLATONI INCONSTANS, FALSA, IMPOSSIBILIS IN PLATONEM

Quæstio, & Cautio.



LIBER QVINTVS.

PLATO.

**A**NIMALIS nomine, si nos non luserit Plato, tam lato si-  
gnificationis ambitu vsus est, vt, cum reuera, quibus conta-  
ret animal, vidisset in Phædro, puta *totum illud, quod animæ & 246.*  
*corporis connexionem ligatur, vt mortalis appellationem habet, tamē*  
*Deum esse quoddam animal & corpore & animo constans* ibidem  
pronunciavit, & perpetuam esse illarum rerum coniunctionem ip-  
sius nature vi, & efficacia. Vnde postmodum Xenocrates, Dei  
definitionem colligens, in suas definitiones transtulit, ita, vt mirum minime  
videri possit, si animalia nos esse, atque Deos Porphyrius docuerit, *sed addito ra-* in Predicab.  
*men rationali, factum esse, vt nos ab illis sciungeremur.* Plato vero, postquam Deū  
E animalis nomine donauerat, non potuit postmodum secus facere, quin de to-  
to caelesti confesso quippiam pronuntiaret, quod sub animalis ambitu conti-  
neri intelligamus. nam, in Epinomide animalium diuisionem aggrediens, il-  
lorum genera duo esse docuit, quorum alterum ex igne totum, *veluti vt videri possit, vt* Epinom. 967.  
*caeleste alterum ex terra terreum in confusione, igneumq. omni ordinis ratione moueri,*  
*quod vero confuse mouetur, despiens putandum esse, quod plerumque animalia apud nos*  
*faciunt, quod vero in ordine, & caelo progressionem habet magnum sapientia sua in-*  
*dicium exhibere, dum secundum eadem & eodem modo semper progreditur, & facit,*  
*& patitur.* Huic non absimile aliquid tetigit in Timæo, animalia (inquiens)  
*quacumque non vaga astra facta sunt ea cum diuina sint, propterea in eodem verti, &*  
*semper*

*semper manere, quæ vero mutantur, & ita vagantur, ea secundum illa facta esse.*

Animalia Ide-  
alia.  
Enneade 4.  
c. 8. lib. 1.  
Animalium  
preffior confi-  
deratio. Tri-  
plex.

Cælestia.  
Bruta.  
Homines.  
Dæmones.

Ut autem Idealia omittā animalia, quorum genera quot esse in mundo intel-  
ligibili totidē & similia esse in mūdo sensibili docuit Plotinus, & quod Ficinus  
item aperuit cap. 20. esse animalium genera in hoc mundo præscripta in ipsis pri-  
mæ vitæ, mentisq. Idæis: Ad animalium exactiorem diuisionem deuenio, qua  
ijsdem etiam vti solent. Etenim inquirunt animalium tria esse genera: subin-  
telligunt autem, animal omne ex corpore & anima constare, vt dictum est.  
aut igitur ex vtroq. immortalis factum est, vnde cælestia resultabunt; aut ex  
vtroq. mortali, vnde bruta prodibunt; aut ex mortali quidem corpore, anima  
vero immortalis in quorum serie homines, & Dæmones aqueos, atque terre-  
nos collocant, ita, vt animæ illæ immortales, quæ ætherem, igneum, vel  
aereum fortitæ sunt corpus, in mortalium animantium numero amplius recen-  
feri non debeant. itaque, vt rem colligam, quod initio sermonis dicebamus,  
Animalis nomen multum adeo Platoni late patens est, quorum omnium ge-  
nerationem nos minime quærimus, sed illorum tantum, quæ ex vsu commu-  
ni sensui obuia sunt, quæ ve animam quidem habent: nam talia docuerat esse  
debere in Euthydemo, animal vero proprie dicatur secundum naturam, cum  
vna animæ & corporis constitutio vnā formam suo congressu constituit. ita  
enim in Epinomide nos docuit.

Sed, quoniam præsens circumscriptio adhuc cælestia continere videtur ani-  
malia, tam age & sermonis, & animalis naturam simul coerceamus. Et qui-  
dem illa intelligamus esse animalia, quæ vel ex corpore mortali, immortali  
vero anima constent, quo quidem modo in Phædro post probatam animi im-  
mortalitatem de duplici animali pauca quædam inserit, mortali scilicet, &  
immortali, de illo quidem ita, *totum illud, animus nimirum, & corpus, animal  
vocatur, & mortalis etiam appellationem habet,* & mox de immortalis animali profe-  
quitur, vel item quæ ex vtroq. mortali constituantur, vt horum altero homi-  
nem, altero vero pecundum genus, & reliqua comprehendamus. Horum igitur  
animalium generatio nobis inuestiganda proponatur, eaq. secundum Pla-  
tonis dicta examinanda. In quibus quidem quid cauendum sit, facilius pate-  
bit, quam quid retinendum, non ex illa modo latissima animalium ab eo sum-  
pta appellatione, de qua suis locis futura est quæstio; verum ex infimorum  
animalium generationis modo, dum ad fabulas nescio quas ipsam retulit,  
dum ad metaphoricos sensus dicta redegit; & deniq. quod, dum veriorem  
tangere exoptat, moralem generationem vix bene ex Pythagoræ doctrina ex-  
cerptam inseruit, tandem, quod, etsi naturalem inspexerit generationem,  
inde tamen quin in migrationem caderet, eamq. incertam referret, aufuge-  
re minime potuit. quod pleno huius nominis Commentario in hoc eodem  
opere legenti patere potest. vt taceam etiam, quot generationes, vt puta  
quasdam primas, alias secundas intulerit, vt in hoc etiam posteris ansam ob-  
tulerit errandi. Sed præstat nunc singulas ab eo dictas generationes ad exa-  
nimis trutinam expendere. ac de fabulosa quidem, cum satis multa in Con-  
uiuio habeantur, quandoquidem circa maris, feminæq. rationalis naturam  
multa verba teruntur, & ex Androgini famosa illa dissectione vterq. sexus pro-  
ducitur, propterea ad eam quæstionem illa referenda censemus, in qua de  
feminæ generatione multa cauenda differentur, donec interim, aliam aggre-  
dientes viam, ad alias ipsius fabulas accedemus.

Phædr. 246.  
Animalia quæ  
intelligantur  
sub quæstione  
cadere.

Plato quot  
quibus ve mo-  
dis fuerit de-  
ceptus.

De fabulosa  
animal. gene-  
ratione vbi a-  
gendum.

Primum itaque, de animalium in vniuersum, & hominis generatione lo-  
quentes, mirum equidem est, Platonem nullibi fabulosius fuisse locutum,  
quam vbi naturalem sermonem, atque veritatem se asseruisse putauerit.

Contra

- A. Contra vero, nullibi ad veritatem propius accessisse videri potest, quam  
vbi fabulosa de eadem generatione se dixisse crediderit. quorum hæc in Pro-  
tagora, atque Politico leguntur: illa vero in Timæo satis multis explicantur.  
In Protagora enim, atque Politico, ad Epimethei fabulam, & hominum e  
terra generationem cuncta retulisse iam iam videbimus. At vero in Timæo,  
vbi de rerum naturalium generatione data opera disputat, ita cuncta pertur-  
bat, vt nec locum priorem interpretetur, nec seipsum explicet: utrobique  
tamen nihilo rectius se gerit, quam si Philosophiam, & disserendi artem igno-  
rasset: & vtrifque locis inuicem collatis, ita varius, ita inconstans, adeoq. pla-  
ne fabulosus videri voluit, vt vix certe philosophicam correctionem, non  
modo Christianam effugiat. Sed a fabulis nunc exordiri præstiterit. Quid igitur,  
inquit in Protagora? *incundius sibi videri. ad rem, de qua agebatur, fabulam  
commemorare, olim nempe fuisse tempus, cum Dij quidem erant, nondum tamen erant  
mortalium genera, postquam vero his constitutum destinatumq. fatum decreto gene-  
rationis tempus aduenit, Deos nimirum intra ipsa terra uiscera e terra, & igne permix-  
tim copulatis illa creare, atq. efformare, & ex his, quæ igni, & terra miscentur,  
atque temperantur, cum vero illa in lucem educturi essent, Prometheo, Epimetheoq.  
imperasse, ut illa, distributis singulatim, quæ consentanea essent, uiribus, exornarent,  
atque ordine componerent. Epimetheum enixe Prometheus rogasse, ut illud distribuendi  
munus sibi cederet, seq. distribuentem spectaret, ita exorasse illum distribuisse, sic  
uero in illo distribuendi munere fuisse uersatum, ut alijs quidem uires sine celeritate  
accommodarit &c.* Postquam deinceps multa ipsorum arma, & adminicula re-  
censuit, quibus a natura donata sunt ad vitam tuendam, producendam, ge-  
nerandamq. *Prometheus Epimetheum cum non satis esse circumspexit aduertisset,  
se omnes facultates in brutas, & ratione carentes animantes absumpsisse &c.* alia ple-  
raque, licet pauca, de hominis productione, quæ cum nostræ veritatis simili-  
tudinem quandam præferant, haud tamen ita similia Christiano Philosopho  
videri velim, vt dissimilia colligere inde spernat. Nam, etsi commendem  
quidem in Protagora primæ cuiusdam vniuersalis generationis initium, mo-  
dum tamen nequaquam approbo. laudo item illud, quo facit, vt suspicer,  
bruta, priusquam esset homo fuisse producta, & suis quæque dotibus fuisse  
donata. Amplector etiam, hominem postremo loco genitum, in quo etiam  
gignendo quædam veluti naturæ instantia inspicere possint: quorum altero in  
ipsius materiam descendo, dum quasi lutum, aut ex luto factum, sed nequa-  
quam tamen tamquam brutum eundem considero cui postmodum aduenit  
efficientis Dei, atque creantis inspiratio, sed ita, vt in eo quo factus est, ho-  
mo in animam uiuentem, tamquam tertium quoddam instans seorsum sumi  
possit, in quo scilicet sit idem homo ad Deum conuersus. quem vt creatorem  
suum agnouerit, eundemq. sibi colendum sanxerit. Faucat etiam Platoni dies  
quintus, in quo iusserit Deus, *vt aquæ producant reptile animæ uiuentis, & vola-  
tile, & cetera grandia, & omnem denique animam uiuentem in speciem suam, & omne  
volatile secundum genus suum.* Nec secus in gratiam Platonis cedat dies sextus,  
dum reptilia, & bestia terra producta sunt. quæ tamen adeo Platoni fauere  
velim, dum brutorum productionem ei, quæ est de homine, generationi tem-  
poris ordine antetulerit.

Hæc si quis a me Platonis exigat, nihil morabor. si vero iisdem ille me  
donare uoluerit, profecto Calabri (vt inquit proverbum) hospitis xenia  
mihi donari crediderim, vt, quemadmodum inquit Horatius, *tam teneat dono,  
quam si dimittat onustus.* quorum enim tot lapides mouere & veluti pro-  
fundissimos terebrare montes, vt aurum nueniam, inuentum, longo labore  
depurem,

Protagoras.  
320. D.

Plato est præ-  
cipue cauendus  
eum pjs dog-  
matibus ma-  
gis videtur  
esse similis.

Platonizantiū  
indign' labor.

Platoni  
falsa temporis  
significatio.

Promethei &  
Epimethei si-  
gnificatio di-  
scutitur.  
Eugub. l. 9. c. 4.

Dæmonum in  
inferiorum offi-  
ciū in Timæo  
nullum repeti-  
tur.  
Neque etiam  
generatio.

depurem, depuratum autem vix illi æquale deprehendam quod verum, pu-  
tum, purum ex Christi elaborata officina, & e sacrorum commentariorum hi-  
storij colligo? quas tamen historias, tamquam aurifodinas, tunc Plato im-  
puras reddidit, cum fabulas esse existimauit, & tamquam fabulas narrandas  
proposuit. *nam iucundius igitur* (inquit) *mibi videtur fabulam vobis commemorare*  
deinde vero mundi tempus secum ipse, ac nobiscum inculcat: secum quidem,  
vt qui minime sit passurus, vt olim tempus exstiterit, cum Dij erant, nondum  
tamen mortalium genera. nam reclamabit suus Timæus, quo loco *tempus vna*  
*cum celo factum esse* testatur, ac Deos ante tempus, & Cælū, exstitisse plane con-  
stat. quando igitur fuit illud tempus, cum Dij erant, sed nondum homines?  
dixerint fortasse æternitatem, temporis nomine subauditam, non recuso. sed  
interim Ecclesiæ veritas illum condemnet, quippe quæ ex nihilo cūcta a Deo  
creari crediderit, cum nondum esset neque motus, neque tempus.

Cum vero etiam hæc clara sint, ad animalium genitorem accedamus, ec-  
quid tandem Epimetheus ille portendat, inquiramus, nempe, respondebit  
Ficinus in eodem Protagora, Dæmonum inferiorum exercitum significare:  
quid autem Prometheus? scilicet, Dæmonum sublimium ordinem innuere.  
Esto etiam, vt alijs placet, animæ vniuersalis prouidentia. Cum vero distri-  
butio hæc Epimetheo absolueda data fuerit, qua & animalia cuncta suis  
quæque muneribus, atque officijs donentur, videndum tamen fuerat, quo-  
nammodo hoc potissimum prouidentia munus peragendum illis dari pote-  
rat, qui nondum facti esse perhibentur? Nam, præterquam quod Prometheus  
hoc est vniuersalis animæ prouidentia singulari tantum distributionis mune-  
re fungitur, cum distributioni iam ab Epimetheo absolute accesserit, dum ani-  
malia decora viderit, homine adhuc nudo, inermi, vnde Vulcani, & Mineruæ  
sapientiam, ignemq. clam sibi suffurandum, & homini inserendū censuerit:  
cum hæc, inquam, non recte satis secundum vniuersalem prouidentiam se ha-  
beant, ex eo magis infirmari possunt, quod nullum in Timæo inferiorum Dæ-  
monum officium introduxerit, neque vero etiam introducere potuit, cum il-  
los tunc productos esse nequaquam meminerit: quin etiam de illorum genera-  
tione aliquid dicere plane desperauit. vt hinc palam sit omnibus, Dæmo-  
num apud Platonem, atque Deorum diuersam esse generationem. nam, si  
hæc ab illa non differat, iam non oportebat ab illorum generatione alseue-  
randa desperare: quandoquidem, vnde prius Iuniores Deos expresserat, in-  
de etiam Dæmones deriuare quid prohibebat? &, si re vera quocumque iac-  
ter se discrimine distinentur, re etiam vera ad animalium, & hominis genera-  
tionem frustra nunc vocentur, ne cum Timæi Dijs male congruant, qui tam-  
quam Dij Deorum appellati, & in eorundem animalium generationem acci-  
ti, male nunc cum Dæmonibus habeant, si cælestibus Dijs cedere reculent.  
non enim ita confundēda sunt hæc munera, quasi nihil referat, Dij ne, an Dæ-  
mones opere in tanto conuocarentur, eiq. absoluedo a summo Deo præfice-  
rentur: præterquam quod neque Epimetheus, neque Prometheus ad homi-  
nem generandum quidquam essent profuturi: quos non aliter medio in ope-  
re inturbat Timæi Iuppiter ille ad brutorum hominisq. fabricam se accin-  
gens, quam nunc Prometheus Epimetheo adueniens ipsum tollere cuncta,  
cœptosq. iubet auferre labores. idq. haud quidem timens, ne in posterum  
erret, sed quod animalibus ab illo fabrefactis plus nimio tribuerit. Itaque  
homini, quamuis tunc etiam edito; præclarioribus donis consulendum existi-  
mavit.

Vt vero Promethei, & Epimethei interpretatio de medio tollatur, quate-  
nus

Anus Dæmones ipsi esse intelligantur, & rebus producendis adueniant, vna  
vel altera Platonis inconstantia demonstratur. primum, ex his, quæ in Ti-  
mæo de immediato Deorum munere leguntur, dum & a Deo potestatem  
acceperint, & subministratis rerum feminibus nullo intermedio operi se  
accinxerint: deinde, ex eo, quod nunc in Protagora legimus, cum Dij  
nullis auxiliantibus animalia creauerint. nam (inquit) *postquam vero his*  
*constitutum, destinatumque futorum decreto generationis tempus aduenit, Dij*  
*nimirum intra ipsa terræ viscera e terra & igne permixtim copulatis illa creant,*  
*atque efformant.* Quæ hæcenus recte se habuissent, & veritati magis,  
quam fabulæ, similia, nisi, quæ de Prometheo, & Epimetheo sequun-  
tur, prorsus vacarent. Quid enim animalibus efformandis post ead-  
em iam a Dijs producta Prometheus, & Epimetheus addere poterant,  
quatenus horum alter ad prouidentiam, alter ad Dæmonis officium al-  
legorizantes Platonici deserant. Quid enim? num prouidentia non iam  
faciendis, sed ipsis plane perficiendis accedere debuerat? Cum au-  
tem vera sit in natura propositio, quod, qui dat formam, ea insu-  
per dare intelligatur, quæ formam consequuntur, fieri non potest, vt  
nunc a Dijs animalia producta intelligamus, & prouidentiam secundo  
loco, Dæmones vero tertio ipsis perficiendis accedant: aut saltem  
vnum respondeant fabulosi Platonici, ecquid animalia illa esse debue-  
rant infra terræ viscera a Dijs producta sine viribus, sine celeritate,  
sine armis, aut alia quadam salutis ratione? denique, absque magni-  
tudine, aut paruitate, neque pennata, neque etiam sine pennis, de-  
nique omni præsidio destituta, villis, pedibusque, atque vngulis ca-  
rentia. nam, quod Epimetheus iisdem omnibus alimenta suppeditaue-  
rit, herbam, fructus, radices, carnes, pateret tantisper, adeo, dum  
extra terræ viscera, vbi creabantur, deducta non fuerant. possem  
certe subodorari hoc loco materiæ primæ potestatem. sed, vtrum  
hoc Platonici sustinere possint, alibi viderint. nunc autem Ceruum, Bo-  
uem, Capram, Elephantum, Leonem, & id genus, quot quot creata  
sunt sine cornibus, sine vngulis, absque proboscide, immo vero sine au-  
dacia, atque viribus, nullo prorsus modo intelligere possum.

Quod vero omnino minime capio, illud est, quod Prometheus homi-  
nem nudum viderit, & calcamentorum, & stragulorum, & armorum ex-  
pertem esse indignatus fuerat. adde, quod de Vulcani, & Mineruæ igne,  
& sapientia dicitur, si quid ad intellectum, & rationem attinet. quasi  
vero illis Dij, non adhuc homines donassent, dum intra terræ viscera  
degerent. dictum quidem esset prorsus insanum, ita, vt nihil impruden-  
tius, nihil malignius, denique nihil insulsius a Dijs fieri potuerit. quan-  
doquidem ne quidem ipsi respondere possent, in quo gloriantur, cum ho-  
minem fecissent, igne tantum & terra compactum, vt vel vrsæ partui cedere  
possit, si Prometheus non accessisset. Video Hesiodi fabulam Platonici  
scriptis insertam, inspicio primigenia nostræ veritatis vestigia, & ho-  
minem e Terra formatum animaduerto. Ceterum memoria teneo, vnum  
Deum hæc omnia fecisse, & hominem, puluerem de terra suscitasse, eiq.  
spiraculum vitæ inspirasse, adeo, vt neque Dijs in homine perfecte in-  
tus & extra efformando, neque Dæmonibus cooperantibus indiguerit.  
Sed proprijs manibus, hoc est sui interni consilij prouidentia, & infinita  
potestate, facta sunt. nec impari consilij præstantia cetera animalia pro-  
duxit, nisi quantum in illis creandis terræ iusserit, atque etiam aquæ,  
X vt talia

In Promethei  
& Epimethei  
notationes ite-  
rum.

Qui dat for-  
mam, dat etiā  
cuncta que for-  
mam conse-  
quuntur.

In eorundem  
Nominā iterū.

Hesiodi Fab.

vt talia molirentur, quæ mortali anima contenta esse voluit. homo vero, & a se productus, & immortalis anima donatus est. nunc vero in Platone vna est animantium omnium, & hominis massa, efformatio vna, nisi quantum Epimetheus aliqua addit, sine quibus quomodo antea & quænam existerint animalia bruta, nullus intellectus capere potest, adeo, vt solus Plato fere separare videatur formæ essentiam ab ipsa forma, & operationes formas easdem proxime consequentes a formæ potentia seiungere. nam, si materiam intelligere velint, in cuius gremio sint, & potestate omnia, tunc certe in brutis efformandis, exornandisq. nullus erit temeritati, hoc est Epimetheo locus, nam Ficinus Epimetheum pro Temeritate sumit, cum locum istum interpretatur in Plotino super primo de Dubijs Animæ, cap. suæ Interpretationis ultimo. Concedo etiam, temeritatem in gremio materię posse intelligi, sed, cum animalia cuncta exornentur, homine excepto exornantur, nullus est temeritati locus: nisi velis etiam tunc Deum tamquam temerarium reprehendere, cum brutis creandis & exornandis vacat; aut non prouidentem illum existimare, cum cetera omnia præter hominem creauerit, quod quidem vnum eorum est, quæ fieri non possunt, non modo in his, quæ secundum naturam, verum etiam in illis, quæ secundum diuiniorum potentiam fieri credimus.

Animantium, & hominis massa vna, Platoni.

Plato inseparabilia seiungere videtur.

Epimetheus, Temeritas, Ficinus.

Aug. cap. 22.

Si vero quis dicat, cum ijs quorum D. Aug. meminit tertio super Gen. ad litt. hominem interiorem etiam a Deo prius factum, corpus autem hominis postea, cum ait Scriptura, Et finxit Deus hominem de limo Terræ, vt, quod dictum est, Fecit, ad spiritum pertineat; quod autem, Finxit, ad corpus; atque de homine, deq. ceteris animalibus infra terræ viscera creatis, simile quippiam in Platone intelligat; equidem fatebor similitudinem, quam initio fueram pollicitus. quamobrem nullibi dicebam Platonem ad veritatem propius accessisse, quam vbi fabulose locutum se fuisse existimauerit. Sed hæc, vt veritatis nucleo repugnant, multo etiam magis eidem Platoni obstant. Veritati quidem, quam ibidem contra illos aperit Augustinus. *Nec attendunt* (contra illos inquit) *masculum & feminam non nisi secundum corpus fieri potuisse*; Platoni vero præ ceteris ob illud obstat, quod interior homo totus homo ipse est, vt videbimus; totus autem homo, qui siue ratio, siue intellectus est, nullo Mineruæ artificio, aut Vuleani igne indigebat. dicerem enim illi cum Poeta, *Quod petis, intus habes*. Sed, quæ in hæc pulchre habet Aug. post disputationem videbimus. Amplius quendam alium sensum nostræ scripturæ similem fabulæ Platonice littera habere possit, vt in hoc etiam veritatem ille somnians æmuletur. nam D. Augustinus sexto super Gen. ad litt. quærit ille quidem, quando factus sit homo, *An vero tunc quidem cum fecit omnia simul, in his etiam latenter hominem fecit, sicuti fenum terra antequam esset exortum, ut eo modo & ipse cum iam esset in secreta quodam natura aliter factus*. Vide, quæso, quo nunc se propiciant fabulæ illius verba; *Dij intra terræ viscera, & igne permixtam copulatis illa creant, atque efformant, & ex ijs, quæ igni & terra miscentur, atque temperantur, cum vero illa in lucem educturi essent, Prometheo, Epimetheoq. imperarunt*. Vt cumque tamen fabulæ narretur, dubitatio illa, quam ipse ego, fabulæ inconstantia ductus, moueram, ipsummet Augustinum multo antea in Adami creatione mouerat, atque adeo, vt positis illis iam adductis verbis, quæ primo cap. habentur, vix nouem sequentibus capitibus potuerit se explicare, & eum ad alia transire pergeret. rursus dubitationem præ manibus quasi nouam

Aug. e. 1. quando factus sit homo.

**A** nouam sumit, eandemq. identidem soluere tentans, tandem in fine noni capitis aliud ex alio deducens, ad eandem dub. reuertitur, quo fufius non modo vnum, vel alterum sequens caput, sed integrum fermelibrum consumeret. Ait itaque postremis verbis: *In illa prima conditione mundi, cum Deus omnia simul creauit, homo factus est, qui esset futurus ratio creandi hominis, non actio creati*. Quorum quidem verborum sensus tantum, non verbis idem est cum fabula illa, qua homo in terræ visceribus a Dijs conditur, & postmodum a Prometheo proprijs donatur actionibus. Libet tamen Augustini sequentia decimi cap. apponere, & eorum partem, quæ vndecimo habentur, non tam, vt Platonem Augustino similem faciamus. **B** quam vt illi & sibimet contrarium, & veri voti nesciam ostendamus quod curamus. Scimus enim, quæ in Protagora sunt, tamquam fabulosa fuisse proposita. nam ea, quibus magis ipse credidit, in Timæo sunt exarata, & nos paullo mox, an fabulosa sint, ostendemus.

Ait itaque Augustinus: *Sed hæc aliter in verbo Dei, vbi ista non facta, sed æterna sunt. Aliter in elementis mundi, vbi omnia simul facta futura sunt. Aliter in rebus, quæ secundum causas simul creatas, non iam simul, sed suo quoque tempore creantur: in quibus Adam iam formatus ex limo, & Dei statu animatus, sicut fenum exortum. Aliter in seminibus, in quibus rursus quasi primordiales causa repetuntur, de rebus ductæ, quæ secundum causas, quas primum condidit, existerant, velut herba ex terra, semen ex herba. In quibus omnibus ea iam facta modis, & actus sui temporis acceperunt, quæ ex occultis, atque inuisibilibus rationibus, quæ in creatura causaliter latent, in manifestas formas, naturasque proderunt. sicut herba exorta super terram, & homo factus in animam viuam, & cetera huiusmodi, siue fructeta, siue animantia, ad illam operationem Dei pertinentia, quæ usque nunc operatur. Sed etiam ista secum gerunt tamquam iterum se ipsa inuisibiliter in occulta quadam vi generandi, quam extraxerunt de illis primordijs causarum suarum, in quibus creato mundo cum factus est dies, antequam in manifestam speciem sui generis exorirentur, exorta sunt.*

Lib. 6. de Gen. ad lit. c. 10.

**D** Si enim prima illa opera Dei, cum simul omnia creauit, in suo modo perfecta non essent, ea proculdubio post adderentur, quæ illis perficiendis defuissent, vt quædam vniuersitatis perfectio ex utrisque constaret singulis quasi seminis: velut alicuius totius partes essent, quarum coniunctione ipsum totum, cuius partes fuerant, completeretur. Rursus, si ita essent illa perfecta, sicut perficiuntur, cum suis quoque temporibus in manifestas formas, actusque procreantur, profecto aut nihil ex eis postea per tempora fieret: aut hoc fieret, quod ex istis, quæ suo quoque iam tempore oriuntur, Deus non cessat operari. Nunc autem, quia iam & consummata quodammodo, & quodammodo inchoata sunt ea ipsa, quæ consequentibus euoluenda temporibus primitus Deus omnia simul creauit, cum faceret mundum, consummata quidem, quoniam nihil habent illa in naturis proprijs, quibus suorum temporum cursus agunt, quod non in istis causaliter factum sit: inchoata vero, quoniam quædam erant quasi semina futurorum per seculi tractum ex occulto in manifestum locis congruis exerenda: ipsius etiam Scripturæ verba satis ad hoc admonendum insigniter vigent, si quis in eis euigilet. Nam & consummata ea dicit, & inchoata. Nisi enim consummata essent, non scriptum esset: *Et consummata sunt calum & terra, & omnis compositio illorum, & consummauit Deus die sexta omnia opera sua, quæ fecit, & requieuit Deus in die septimo ab omnibus operibus suis, quæ fecit, & benedixit Deus diem septimum, & sanctificauit eum.* Rur-

X 2 susque,



susque, nisi inchoata esset, non ita sequeretur, quia illa die requieuit ab A omnibus operibus suis, quae inchoauit Deus facere. Hic igitur, si quis inquirat, quomodo consummavit, & quomodo inchoauit, neque enim alia consummavit, alia inchoauit, sed eadem ipsa, utique a quibus in die septimo requieuit: ex his, quae supra diximus, clarum est, consummasse quippe ista intelligimus Deum, cum creauit omnia simul, ita perfecte, ut nihil ei adhuc in ordine temporum creandum esset, quod non hic ab eo iam in ordine causarum creatum esset. Inchoasse autem, ut, quod hic praefixerat causis, post impleter effectis. Proinde formauit hominem Deus puluerem terrae, uel limum terrae, hoc est de puluere, uel limo terrae, & inspirauit, siue sufflauit in eius faciem spiritum uitae, & factus est homo in animam uiuam. Non tunc praedestinatus, hoc enim ante seculum in praescientia Creatoris: neque tunc causaliter, uel consummate inchoatus, uel inchoate consummatus, hoc enim e seculo in rationibus primordialibus, cum simul omnia crearentur: sed creatus in tempore suo, nihiliter in corpore, inuisibiliter in anima, constans ex anima & corpore. Quoniam uero paullo mox parallela quaedam sacrorum scriptorum Platonice dictis opponam, in quibus de animalium, & hominis, generatione quippiam tetigit. Monet autem nos Politicus, ut se prius perpendendum praemanibus sumamus, nam & hic etiam fabulam hospes pollicetur Socrati Iuniori, immo uero iocum appellat, & e prolixa fabula magnam partem se explicaturum. nam ita narrationi se accingit hospes: Sed iam fabellam, ut pueri solent, percipe attento animo. neque enim a puerilibus annis procul abes, nos uero ex eadem magna fabulae parte minimam, quatenus poterimus, desumemus, quae ad hominis, ceterorumque animalium generationem ex Platone expediendam conducatur, sed ita, ut, cum sensum exprimere cupio, magnam eiusdem uerborum partem non deferam, Primum igitur de Saturni Regno, hoc est de tempore, quo Saturnus regnabat, se dicturum enuntiat: cuius gratia varias mundi circumuolutiones innuit. Et, cum multas dotes a parentis suo accepisset, quia tamen corporis est participans, expertus omnino mutationis cuiuslibet esse non potuisse; nihilominus tamen, quatenus potest in eodem, & secundum eadem, & uno motu mouetur, quocirca huiusmodi circuitum est nactus, in quo minima agitationis suae fit permutatio. Vniuersitatem denique hanc ita, ut nunc uolui aliquando, aliquando in contrarium, & tunc maximas circa nos, qui intra ipsum mundum habitamus, mutationes contingere, quas egre animalium natura patitur, quando scilicet Caelum contra quam nunc flectitur, quo quidem tempore animalium omnium magne tunc existunt deletiones, tum etiam hominum genus exiguum superest. tunc demum tam animas, quam corpora habitum inducere puerorum, & omne animal relinquere quicquid mortale est. Cadavera praeterea illorum sub illud tempus subito idem ipsum patiuntur, & intra paucos dies putredine obsoleta euanescent. Sed interroganti Socrati, Ecquae tunc erat Animalium generatio, quouo modo ex se inuicem generabantur, ita respondet Hospes: Constat, Socrates, illis temporibus genus hoc nihil ex sese procreare solitum. Quod autem dicitur quandoque genus ortum ex terra fuisse ea tempestate id ex terra rediuinum emergebat. Tradiderunt haec nobis primi illi maiorum nostrorum, qui statim post primam reuolutionem orti sunt. hi sane testes horum sermonum, praeconesque existerunt: quibus minime uulgo quidem nunc habetur fides: nec recte profecto. (cum sint testes omni exceptione digni) Quid uero hinc sequatur, perspicendum censo. huic enim, quod dicitur, Senes in naturam abire puerorum, congruit

Platonis alia  
loca discentium  
sur, ex Polit.

Polit. 269.D.

270.B.

F.

271.A.B.C.D.  
E.

A congruit illud: Ex mortuis nimirum, sed terra conditis, illos iterum tum restitutos, & in nouam uitam restauratos, quosdam sequi rationem generatione in contrarium reuoluta. ac proinde terrigenas hac ratione necessario natos, sic & re, & uerbo eos appellari, quoscumque Deus ipsorum in aliam sortem non traduxit. Socrat. Hoc profecto cum superioribus maxime coheret. At ea uita, quam sub Saturni regno tum fuisse dicis, utrum sub illis cali conuersionibus, an sub his existit? mutationem quippe Solis, reliquarumque Stellarum in utrisque reuolutionibus contingere, certum est. Hosp. Optime sermonem assecutus es. Quod autem rogas de eo, quod sponte omnia hominibus nascebantur, ei, quae nunc est, conuersioni minime quadrat, sed superiori potius conueniebat. Tunc sane toti illic circuitui Princeps inuigilabat summa Cura Deus: ut tunc per uarias mundi plagas singulae ipsius partes a Dys Principibus distribute sunt, Animalium quoque genera gregatim distincta, Daemones quidam tanquam diuini pastores sortiti sunt: quorum cuiusque muneri suo obeundo cum satis ualeret, singuli singulis, sicuti ille uoluit, praesciebantur, quibus praerat ipse. Quocirca nihil erat ferum, neque alia alias se uorabant animantes: aberat bellum penitus, atque seditio: cetera insuper, quae condicionem temporum illorum sequebantur, infinitum esset recensere. quod uero de humane uitae facilitate fertur, ob id commemoratur: Deus nimirum illos pascebat, ipse erat illorum Pastor, & custos, quemadmodum homines nunc, quorum natura diuinior ceterarum animantium, quae ipsis inferiores sunt, genera pascent. Deo igitur homines regente, Ciuitatum Constitutiones nullae erant, neque marium, feminarumque ad filios procreandos coniugia. Omnes enim ex terra rediuini nascebantur, rerum praeteritarum immemores: aberant uidelicet eiusmodi omnia, fructus uero illis, & poma, & fruges abunde, arbores, & fertile solum sponte sua absque agriculturae opera sumministrabat: nudi quin etiam, & expediti, nullis stragulis operi, sub dio, ut plurimum pascebant: temperius illis montium innoxia, mollia quoque passim parata cubilia copiose ex terra herba nascente. Ac uitam, Socrates, hominum, qui sub Saturno uiuebant, audis: nostram uero hanc, quam Io is esse aiunt, praesens ipse sentis. Vtra uero felicior &c. Vides primum, quomodo circa primam ueritatem deliraret Plato, quam tangere ille quidem uideatur cum de Prophetis nescio quid balbutiat, immo uero ad unum Mosem cuncta, quae hic dicta sunt referre. Etenim solus ille Moses de mundi ortu uaticinatus est; nec alios homines testes adhibere Plato ipse potuit, & illos quidem omni exceptione dignos, quasi post primam reuolutionem ortos. quae autem immixta fallis uera deturpat, facile cuiuslibet patere possunt, si cum nostra illa conferantur. quamobrem nos huiusmodi quandam comparationem hinc alio facto principio persequemur.

Plato in Pro-  
phetarum do-  
ctrina.

A

## Hominis causa efficiens.

# FORMAVIT DEVS HOMINEM

Gen. I.

P L A T O.

Si Animam spectes, ad illam causam referas animæ auctorem, ad quam mundi uniuersi constitutio spectat. illam autem non esse primam, pluribus in locis huius Quinarij dictum est. sed tandem in proprias Cautiones, siue de mundo, siue de ipsius efficiente causa integram disputationem remittimus.

Corporis efficiens causa Platoni dubia.

Quod si animalis corporis profanum efficiens scire cupias, cum in multis anxius stet Plato, in eo tamen minime vereri videbitur, quod Deos quosdam Iuniores, numquam Deum vnum, sit quicumque, ipsius esse sortem, fabricatoremque constituit. nam & in Timæo quattuor animalia superesse fabricanda Deus ille suis Iunioribus Dijs aperuit: præ ceteris autem de vno homine monuit, tanti animalis encomio præposito, de quo nos alibi. In Protogora vero, siue soli Dij intra terræ viscera quidquam de hominis fabrica non admodum intellectu facile effinxerint; siue post ipsos Epimetheus in illo non nihil peccauerit; siue tandem Prometheus aliquid perfecterit; numquam tamen hominis opus, vel Deorum, vel cooperantium Dæmonum manibus extorqueas. At vero in Politico, post tot implicatas mundi reuolutiones, homines omnes e terra procreari solitos asserit, idque nulla Deorum cura adhibita, quamuis Dæmones quosdam fortasse post genitos tamquam diuinos pastores homines fortiti sint. Sed hæc satis, nam, verum Dij Iuniores potuerint hominem generare, ibi quaeritur, vbi de Iuniorum Deorum creandi potestate habebitur sermo. quod suo Quinario absoluitur. Nunc ergo ex Aug. Cautio hæc satis sit.

Prot. 320. D.

Polit. 270. 271.

## August. de Genesi ad litteram lib. IX, cap. XV.

AVGVST.

Angeli autem nullam omnino possunt creare naturam: solus enim vnus cuiuslibet nature, seu magna, seu minima, creator est Deus, id est ipsa Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Aliter ergo queritur, quemadmodum sit soporatus Adam, costaque eius sine illo doloris sensu à corporis compage detracta sit. Hæc enim fortasse dicantur potuisse per Angelos fieri: formare autem, vel adificare costam, ut mulier esset, usque adeo non potuit, nisi Deus, a quo vniuersa natura subsistit, ut ne illud quidem carnis supplementum in corpore viri, quod in illius costâ successit locum, ab Angelis factum esse crediderim: sicut nec ipsum hominem de terra & puluere: non quod nulla sit Angelorum opera, ut aliquid creetur, sed non ideo creatores sunt: quia nec Agricolas creatores segetum, atque arborum dicimus. Non enim, qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum

1. Cor. 3.

A incrementum dat Deus. Ad hoc incrementum pertinet etiam in corpore humano, quod, ossè dempto, locus carne suppletus est: illo scilicet opere Dei, quo naturas substituit, ut sint, quo ipsos quoque Angelos creauit. Opus itaque Agricola est, ut aquam ducat, cum rigat: non autem opus eius est, ut aqua per decliniam prolatur, sed illius qui omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit. Item opus Agricola est, ut furculus auellatur ex arbore, terræque mandetur: at non opus eius est, ut succum imbibat, ut germen emittat, ut aliud eius solo figat, quo radicem stabilizat; aliud in arvas promoueat, quo robur nutriat, ramosque diffundat; sed illius, qui dat incrementum. Medicus etiam egro corpori alimentum adhibet, & vulnerato medicamentum. Primum, non de rebus, quas creauit, sed quas creatas opere creatoris inuenit. Deinde, cibum, vel potum preparare potuit, & ministrare, & emplastrum formare, & medicamenta illico apponere: num etiam ex his, quæ adhibet, operari, & creare vires, vel carnem potest? Natura id agit interiore motu, nobisque occultissimo. Cui tamen si Deus subtrahat operationem intimam, qua eam substituit, & facit, & continuo, tamquam extincta, nulla remanebit. Quapropter, cum Deus vniuersam creaturam suam bipertito quodammodo opere providentia, de quo in superiore libro locuti sumus, & in naturalibus, & in voluntarijs motibus administraret, creare naturam tam nullus Angelus potest, quam nec seipsum. Volumus vero Angelica obedienter Deo subdita, eiusque exsecuta in fisionem naturalibus motibus de rebus subiectis tamquam materie ministrare, ut secundum illas principales in verbo Dei non creatas, vel secundum illas in primis sex dierum operibus casualiter creatas rationes aliquid in tempore creetur more agricolandi, vel medendi potest.

C

## Hominis materia

### Ecclesia

# DE LIMOTERRAE

## Genesis I.

P L A T O.

In huiusmodi arenam sponte descensuros prouocat nos, non Lucretius, aut Ovidius, vel etiam Virgilius, aut ex posteriorum numero Auicenna, quo cum singulare quoddam certamen nobis erit ineundum: sed superiores fontes, unde ipsi hauserunt, modo sunt inuestigandi, quos vel Plato nobis aperuit, vel, si Hesiodus prior exstitit, tamen idem Plato veluti in Oceanum e paruo fonte se profudit. neque verum est, si Platoni credimus, quod nonnulli referunt, Prometheum compegisse corpus hominis ex terra, postmodum vero furatum fuisse ignem caelestem a Dijs, quem in corpus humanum animæ officium præstiturum indiderit. namque in Protogora, ut dictum est, Dij intra terræ viscera e terra & igne permixtum copulatis illa creant, & ex his, quæ igni, & terra miscentur. Ut duplici nomine peccet quorundam antiquorum sententia; primo, quod non Prometheus effinxerit hominem, etiam si Prouidentia ille fuerit, sed Dij; altero, quod non solum ex terra, verum ex igne admixto illum fabricauerint, quibus

Communishie error cui defendendus.

Protogoras 320. D.

quibus peractis, Pro metheo, Epimetheoq. postmodum Dij imperarunt, ut illa, **A**  
*distributis singulatim, quæ consentaneæ essent, viribus exornarent, atque ordine compo-*  
*nerent.* nam reliqua a superius dicta sunt. Quod si Promethei nomen alio traxe-  
 ris, ut ad providentiam, sagacitatem, & sapientiam eiusdem nominis signifi-  
 catum referas, certe neque Epimetheus allegoria defraudari debuerit: at ve-  
 ro tunc non ita indistincte interpretemur, ut per Epimetheum Dæmonum in-  
 ferorum exercitum intelligamus, quin potius ad superioris prudentiæ, siue pro-  
 uidentia vim vna cum Prometheo recurramus, & prudentiæ partes omnes  
 percurramus. quæ etsi sub illo stent nomine, quæ vñs dicitur apud Græcos, nos  
 tamen intelligentiam practicam diceremus. & cum vñs exactam quandam sin-  
 gularium cognitionem præferat, debet pro recta singularium tractandorum **B**  
 executione sibi sollicitiam vindicare, quæ *Ἀγχινοία*. quæritur etiam acumen  
 quoddam ingenii, quod alio nomine perspicacitas, Græcis vero *ἀνεως* dicta  
 est. neque etiam me præterit, quod mens illa sententiam rectam possidere de-  
 beat, quæ e superioribus, tamquam fructus e radicibus, & ramis, carpitur: ea  
*ὑπόμνη* Græcis dicitur. Quibus positis, sequatur præelectio necesse est. Vide igitur  
 nunc, quid inter hæc actiones peccet Epimetheus, quidue corrigat Pro-  
 metheus, e quo modo in fine illius Dialogi, qui Protagoras inscribitur, Socra-  
 tes fateatur, sibi Prometheum magis, quam Epimetheum, placuisse. *Cuius* (in-  
 quit) *exempli ductu, & auspicijs uniuersæ vitæ meæ providens, atque prospiciens in hanc*  
*rem omni animi contentione incumbo, & in his omnibus omni studio, & labore uersor.* **C**  
 nimirum nil aliud curiosus quidquam curauit Socrates, nisi mentem suam al-  
 tero mentis habitu induere, quam vñs modo appellabamus. dixerat etiam ali-  
 cubi, *festinationem esse consiliorum noueram*. Epimetheus autem festinans pec-  
 cauerat, ita, ut in illa distributione, cura hominis abiecta, negligencius se gef-  
 ferit, quam obré Prometheus Socrati magis arriserit, minus vero Epimetheus,  
 ob festinationem, siue sollicitiam peccante, siue perspicacitate, siue etiam illa,  
 quam omisimus, *δευόμνη* Aristoteli, nobis vero facilitas est, atque vis, ad ea  
 peragenda, quæ ad finem assequendum apprime conducunt.

Sed nos iam pridem interpretationibus huiusmodi Vale diximus. Itaque ex  
 fabulosa interpretatione ad historiam me refero, qua cum non video, cur per-  
 fectissima tunc non fuerit prudentia, cum homines intra terræ viscera conditi **D**  
 sint. Sed hæc etiam antea iam vexata sunt, dum Ficinus Epimetheum Temerita-  
 ti adscribebat. modo ad ordinem causarum redeundum est, homines etiam  
 in Politico, ex terra nascebantur. Ut autem omnes illas reuolutionum amba-  
 ges omittam, vnum illud, saluo tamen meliore iudicio, ex loco illo perpenden-  
 dum exoptauerim, ne Plato non de priore quadam hominis, & omnium ani-  
 mantium generatione ibi loquatur, quemadmodum in Timæo loqui visus est,  
 sed de sua vltima reuolutione, in qua ipse reperiebatur. nam certum est, non  
 modo dari hosce circuitus Platoni, quod alibi ostendimus; verum etiam in Po-  
 litico clare describi, in quorum extremo dicat ille homines e Terra procrea-  
 ri solitos: quamuis anceps ad fabulam omnia retulit, & deinde, meliore actus  
 spiritu, bis repetit quidquid a se dicitur, & ex superiorum traditione, & cum  
 spe quadam melioris olim innotescendæ veritatis ita loquitur: *Tradiderunt hæc*  
*nobis primi illi maiorum nostrorum, qui statim post primam reuolutionem orti sunt. hi*  
*sane testes horum sermonum, præconesq. extiterunt, quibus minime quidem vulgo nunc*  
*habetur fides, nec recte profecto, cum sint testes omni exceptione digni.* Quæ quidem  
 verba, alicui nostrorum Patrum non ignota, digna visa sunt, ut ad Prophetarum  
 lectionem referri posse videantur. Quod vero spe quadam, obscura licet,  
 ac imperfecta, alium quempiam e cælo venturum somniauerit, ex his intelligi  
 potest, **E**

Allegoria quo-  
modo in hac  
fabula Plato-  
nicis fuerat  
persequenda.

Protagoras  
361. D.

Festinatio, cō-  
silio nouer-  
ea.

Platoni duplex  
reuolutio.

Timæus;

Politicus.

Polit. 271. A

Prophetas a  
Platone lectos  
videri.

**A** potest, quæ paullo inferius ibidem habentur. *Sed hæc inquit omittamus, donec*  
*aliquis horum idoneus appareat nuntius, qui nobis referat, utrum homines illi scientijs,*  
*& consabulationibus operam dederint.* Quorsum hæc, o Plato? vrinam, vrinam nūc  
 obscuritatis verum lumen de superno lumine firme, ac inconculse sperare  
 potuisses.

## DE LIMOTERRAE.

### Genesis. I.

### Hominis materia rursus expenditur.

Repetenda sunt hæc mihi iterum, atque tertio, si fuerit opus, ut omnem fa-  
 bulosæ similitudinis, & veritatis Ecclesiasticæ dubitationem de medio tollam.  
 si quidem tollendam ipsam monent variæ in nostram Genesim interpretan-  
 tium sententiæ. Etenim timent quidam, ne, si Deus limum tantum tractauerit  
 in homine producendo, homo ipse non ex omnibus constet elementis. Sed fru-  
 stra timent hoc de homine, quod in productis aquatilibus antea dubitare de-  
 buerant: cum nec ibi de terra, sicuti neque hic de aqua, fiat vlla mentio. & ta-  
 men vtraque animalia constant ex quattuor elementis. Nec etiam pro limo lu-  
 rum ex terra & aqua tantum exponendum fuerat, cum sola terra tunc haud cer-  
 te simplex id præstare potuisset. nam, etsi Deus elementorum essentias seorsum  
 inuicem separatas inspexit, tamen vel illas mixtas inuicem produxit, vel sta-  
 tim ex aliorum particulis temperatas esse voluit. ut argumento sit, quod  
 Dei bonitas, qua mundum produxit, vberius progredi debuisset, scilicet  
 ad animantium, & hominis potissimum generationem, & propter superi-  
 ores etiam causas Theologis nostris satis exploratas. Cum itaque nullum  
 simplex possit aliquid producere, neque aqua pisces, neque terra plantas, &  
 animalia generare potuerat, nisi mixta fuissent. censendum tamen est, primæ-  
 uam illam mixturam verbo Dei tunc simplicem, mox talem productam, tantæ  
 fuisse præstantiæ, quantæ Theologi intueri videntur. illam itaque præstantif-  
 simam terram tractauit Deus, cui paullo antea iusserat, *ut produceret animam ui-*  
*uentem in genere suo, & reptilia, & bestias terre secundum species suas, & inuenta, &*  
*omne reptile in genere suo, sicuti antea idem Deus iussit aquis, ut producant reptile*  
*animæ uiuentis, & volatile super terram sub firmamento celi, creauitq. cete grandia, &*  
*omnem animam uiuentem, atque motabilem, quam produxerant aque in species suas, &*  
*omne volatile secundum genus suum.* sic itaque simplicibus elementis iussisse vius  
 est Deus, cum tamen eisdem compositis a prædominanti imperitauerit. minus  
 etiam intelligere possum Deum elementa ob hominis fabricam tractantem,  
 & nihil præstantius in illis præparantem, in quibus mox rationalis anima suo  
 spiritu efflata inspirari debuerat. Etenim hoc humani corporis præstantia ma-  
 nifestat: ut recte admodum doctissimus P. Benedictus Pererius, locum Gene-  
 seos exponens, hominem non speciem sicuti cetera vocet animalia, sed gra-  
 dum quendam medium inter penitus corruptibilia, atque omnino immortalia  
 verius appellari iubeat.

Ex his dictis patet iam, quomodo Caietani sententia vacet, cum hominem  
 ex puluere factum esse legat, quasi hominis corpus non ex crassa, & impura ter-  
 ra sit

Ex quibus ma-  
terialibus fa-  
ctus sit homo.

In rebus natu-  
ralibus sim-  
plex nihil.

Homini præ-  
stantiam per  
Gradus potius  
quam per spe-  
cies intelligi.  
P. Benedictus  
Pererius lib. 4.  
in Gen.  
Caietanus.

Vt utique con-  
futatio.

ra sit coagmentatum, sed ex tenui; & pura, qualis vocabulo Pulueris denota-  
tur. Vana suspicio, quæ maiorem relinquit nobis suspensionē, vt puta, quomodo  
sicus puluis non ita magis ad terræ qualitates vergat, siccitatem scilicet, at-  
que frigiditatem, naturæ alioqui inimicissimas, & animariæ potissimum, vt nul-  
la alia materia ad animam recipiendam possit ineptior excogitari. ac, quam-  
uis, qui expositioni auxiliantur, magna (inquiunt) terræ tenuitate propterea  
opus fuisse, quia corpus hominis probe mixtum esse oportuerat, atque exqui-  
site temperatum, itemq. excelsum, & erectum: hoc inquam nihilo plus terræ  
tenuitati, quam aliorum elementorum puritati fauet, quibus datis non ob id so-  
lus terræ puluis est admittendus: cum sub illo commodius cetera, vt diximus,  
intelligantur. nec impedit ita admixta terra, quo minus calor virtus in illa  
promixta debeat proceritatem corporibus inferre, quam quidem & plantis  
innumeris, & orno, & cupressis, alijsq. ad stuporem vsque proceribus dederat  
arboribus, quas tamen non ita purioribus elementorum mixturis constare cer-  
tissimum est.

## P L A T O.

Protogoras.  
Vulcani ignis  
quid Platoni  
Minerua.

Polit. 273. E.

Dei officium  
in homine quo  
modo admiran-  
dum.  
P. Benedictus  
Pererius super  
Gen. lib. 4. di-  
sp. p. de forma-  
tione & præ-  
stantia huma-  
ni corporis.

Cum hæc apud nostros illæsa veritate sint periuicunda inquisitione pensita-  
ta, nihilo secius apud Platonem controuersa leguntur. Etenim in Protogora  
ignem & terram Dij admiscuerunt homini fabricando, vt vidimus. nam suffu-  
ratus ille ex Vulcani officina ignis ad ingenij sollertiam ob inuentionem ar-  
tium dirigebatur: ingenium autem ex Minerua suffuratum illuc tendebat. ra-  
tionabilis certe mixtura, quæ calor efficiantiam in debita materia subindi-  
cat, quorum illud ignis est, quantum in natura conijcimus, hoc vero terra quid-  
quid in compositorum prædominio spectamus. At in Politico, non modo ho-  
mines ex terra, verum etiam cuncta produxit animalia, vt iterum in terra mo-  
rientia reciderent. at vero in Timæo, quanto ludibrio spectandum se dederit  
Plato, in multis huius Quinarij locis conclamatum est. De homine tamen, &  
ipsius partibus omnibus, tum homogeneis, tum eterogeneis, perfectissima ibi-  
dem indicata elementorum commixtio curam habet.

Quod vero paullo antea dixerim aliquid præstātius in hominis fabrica de-  
prehendi, quam in ceteris animantibus, id ita velim intelligas, vt, si non minus  
diuinæ prouidentia potestatem vel in culice admirer, nunc tamen in hominis  
structuram non perinde commendem, quasi cæli quandam particulam in ipso  
includerit. nam, quomodo ad mixtionem venire poterit id, quod incorruptibi-  
le est, quodq. ex mixtionis vi alterari debuerat. Sed hæc & alia oculatissimus  
Pererius vt vidit, ita ex hominum mentibus profus deleuit. vir equidem do-  
ctæ & elaboratæ eruditionis atque scientiæ, & in rebus expendendis emun-  
dissimæ paris.

HO-

A  
H O M I N I S F O R M AEt inspirauit in faciem eius spira-  
culum vitæ.B  
Gen. i.

Si Formæ nomine animam intelligas, integer fere præfens Quinarij expur-  
gationis curam sibi vindicat. quod tamen bona Platonis venia dictum sit, cum  
apud ipsum anima minime forma existat. Si vero totum formatum ex anima,  
& corpore intelligas, rursus, Platonis pace, (qui animam solam putat esse ho-  
minem) illius pauca quædam cum nostris conferamus. Atque duo vtriusque  
loca huc afferre libeat: quorum alter ex Protogora est, alter vero ex Lactantio  
Firmiano desumptus: quibus collatis, sentiat Christianus Philosophus, quam  
fabulosa figura cum Platone exterius decoremur, quam periculosa forma in-  
formemur interius; contra vero, quam decentiore vtriusque hominis præstan-  
tia cum pijs doctisq. viris decoremur. Sed a Platone præstitit exordia sume-  
re, & Epimethei emendatam a Prometheo distributionem inspicere.

Comparatio-  
nis modus inter  
Plat. & Eccle-  
siam.

## P L A T O.

Sic vero in illo distribuendi munere versatur, vt alijs quidem vires sine celeritate ac-  
commodarit, infirmiores vero celeritate exornarit, quasdam res armis instruxerit, quibus  
vero inermem tribuisset naturam, is aliam quandam salutis rationem, facultatemq. ex-  
quisito studio architectatus est. Quæ enim ex igno quodam corpore vestierat, circumde-  
deratque, his aut volatili fugam, aut subterraneam habitationem assignauit; quæ vero ad  
iustæ magnitudinis molem auerant, eo ipso magnitudinis præsidio illa conseruauit; alijs  
vero rebus singulis aquas, parsq. facultatum rationes distribuit, illasq. inter se hunc in  
modum adæquauit. hoc vero sollerter moliebatur, atque cauebat, ne quod ge-  
nus deleri posset. Postquam hæc ipsis præsidia subministravit, vt mutuum pestem,  
perniciemque inter se euitarent, tum vero rationes expediebat, quibus aeris incom-  
moda pro varijs anni tempestatibus facilius tolerare possent, ipsaque animalia den-  
sis villis circumuestiuit, & solidis, compactisq. pellibus, quæ & frigoris iniuriam, &  
caloris vim propulsare valerent: & vti, dum somno se dant hæc ipse pelles propriam, & na-  
tina quadam, genuinamq. vitæ naturam essent stragulum vnicuique animantium. Pedibus ve-  
ro, alijs quidem animantibus ungulas, alijs præduras, & ex sanguine cutes, callisq. substra-  
uit, pedisq. plantam compacta ossium articulatione firmavit. His ita prouisis, alia alijs  
animantibus alimenta suppeditauit, alijs quidem e terra herbam, alijs vero arborum fru-  
ctus, alijs radices: sunt etiam, quibus tribuit, vt ex aliorum animantium laniena vitæ im-  
tolerarent, & illi quidem rapacium animantium generi exiguam quandam seminis pro-  
pagandi tribuit facultatem; eorum vero, quæ ipsorum violentiæ subiectæ varie attereren-  
tur, atque insumerentur, copiosæ sobolis efficaciam, ad ipsorum genus tuendum, conseruan-  
dumq. dedit. Itaq. Epimethens, cum non satis esset circumspiciens, minime animaduertit  
se omnes facultates in brutas, & ratione carentes animantes absumpsisse. Restabat illi  
adhuc

P L A T O.  
in Protog. pro-  
prietatum in  
Brucis distribu-  
tio.  
Virium.

Tegminum.

Calceamento-  
rum.  
Pabulorum.Epimethens  
in quo lapsus.

**Prometheus** que præstitit. **Vulcanus** & **Minerva**. **Iouis domicilium**, & custodit.

adhuc hominum genus ornatus expers: & quid hac de re statueret, dubitabundus hærebat. Illo hunc in modum dubitationibus animi pendente, venit Prometheus, distributionem illam inspecturus: & quidem cetera animalia vidit decora, & consentanea, ratione comparata, atque constituta; hominem vero, & nudum, & calceamentorum, & stragularum, & armorum expers. Tam vero, & fato destinata aderat dies, qua hominem e terra in lucem egredi oporteret. Cui igitur anxia, & perplexa animi cogitatione Prometheus distineretur, ecquam salutis viam homini inueniret, Vulcani, & Minervæ artificiosam sapientiam cum igne suffuratur, (sieri enim nullo modo poterat, ut quisquam illam sapientiam aut sibi vindicaret, aut ad suum usum revocaret) & ita illam homini largitur. Atque hunc quidem in modum homo victus comparandi rationem consecutus est, civilem autem facultatem (id est vitæ componendæ, atque conformandæ) minime habebat. erat enim apud Iouem. Prometheus vero in summam arcem, quod constitutum erat Iouis domicilium, non adhuc ingredi licebat. præterea & formidolosa erant Iouis custodia: in communem autem Minervæ, & Vulcani officinam, in qua artibus suis administrandis versabantur, clam ingreditur, illamque Vulcani artē ignis ministerio utentem suffuratus, & aliam, quæ Minervæ peculiaris est, homini tribuit, atque ex eo vitæ commode traducendæ ratio, atque opportunitas homini existit.

**Lactantius libro de opificio Dei, capite secundo.**

**LACTANTIUS.** Dedit, inquit, homini artifex ille noster, ac parens Deus sensum, atque rationem; ut ex eo apparet, nos ab eo esse generatos: quia ipse intelligentia, ipse sensus, ac ratio est. Ceteris animantibus quoniam rationalem istam vitam non attribuit, quemadmodum tamē vita eorum tutior esset, ante pronidit. Omnes enim suis ex se pellibus texit, quo facilius possent vim pruinarum, ac frigora sustinere, singulis autem generibus ad propulsandos impetus externos sua propria munimenta constituit; ut aut naturalibus telis repugnent fortioribus; aut, quæ sunt imbecilliora, subtrahant se periculis pernitate fugiendi; aut, quæ simul & viribus, & celeritate indigent, astu se protegant, aut latibulis sepiant. Itaque alia eorum vel plumis leuibus in sublime suspensa sunt, vel suffulta unguibus, vel instructa cornibus. quibusdam in ore arma sunt dentes, aut in pedibus adunci ungues; nullique munimentum ad tutelam sui deest. Si qua vero in prædam maioribus cedunt; ne tamen stirps eorum funditus interiret) aut in ea sunt relegata regione, ubi maiora esse non possunt; aut acceperunt uberem generandi fecunditatem, ut & bestias, quæ sanguine aluntur, ut etus suppetere ex illis; & illatam tamen cladem, ad conservationem generis multitudo ipsa superaret. Hominem autem, ratione concessa, & virtute sentiendi, atque eloquendi data, eorum, quæ ceteris animantibus attributa sunt, fecit expertem; quia sapientia reddere poterat, quæ illi naturæ condicio denegasset; statuit nudum, & inermem; quia & ingenio poterat armari, & ratione uestiri. Ea vero ipsa, quæ mutis data, & homini denegata sunt, quam mirabiliter homini ad pulchritudinem faciunt, exprimi non potest. Nam, si homini se: inos dentes, aut cornua, aut ungues, aut unguilas, aut caudam, aut varij coloris pilos addidisset; quis non sentit, quam turpe animal esset futurum, sicut muta, si nuda, & inermiaingerentur? Quibus si detrabas vel naturalem sui corporis uestem, vel ea, quibus ex se armantur; nec speciosa poterunt esse, nec tuta; ut mirabiliter, si utilitatem cogites, instructa; si speciem, ornata videantur. adeo miro modo consentit utilitas cum decore. Hominem vero, quoniam æternum animal, atque immortale sorgebat, non forissecus, ut ce-

**A**ut cetera, sed interius armavit, nec munimentum eius in corpore, sed in animo posuit quoniam supervacuuum fuit, cum illi, quod erat maximum, tribuisset, corporalibus cum tegeere munimentis; cum præsertim pulchritudinem humani corporis impedirent. Et capite secundo: Denique cum & corporis non magni homo, & exiguarum virium, & valetudinis sit infirmus; tamen, quoniam id, quod est maius, accepit; & instructior est ceteris animalibus, & ornatio. Nam, cum fragilis, imbecillisque nascatur; tamen & a mutis animalibus tutus est; & ea omnia, quæ firmiora nascuntur, etiam si vim cali fortiter patiuntur, ab homine tamen tuta esse non possunt. Ita fit, ut plus homini conferat ratio, quam natura mutis; quoniam in illis nec magnitudo virium, neque firmitas corporis efficere potest, quominus aut opprimantur a nobis, aut nostræ subiecta sint potestati. Potest ne igitur aliquis, cum videat etiam boues, & vaccas, aut equos cum immani simis corporibus seruire homini, queri de opifice rerum Deo, quod modicas vires, quod paruum corpus accepit? nec beneficia in se diuina pro merito æstimat? quod est ingrati, aut (ut verius loquamur) insani. Melius igitur Plato, ut hos, credo, ingratos refelleret, naturæ gratias egit, quod homo natus esset. quod & ipsum quale sit, non est huius materie ponderare. Quanto melius, & sanius, qui sentit condicionem hominis esse meliorem; quam isti, qui se pecudes natos esse maluerint. Quos si Deus in ea forte conuerterit animalia, quorum sortem præferunt suæ, iam profecto cupiant remigrare; magnisque clamoribus condicionem præstantiam flagitent; quia non est tanti robur, ac firmitas corporis, ut officio linguæ careas; aut animum per acrem libera discursatio, ut manibus indigeas, plus enim manus præstant, quam leuitas, ususque pennarum; plus lingua, quam totius corporis fortitudo. Quæ igitur amentia est, ea præferre, quæ, si data sint, accipere detrectes? Hæc Lactantius.

**HOMINIS FINIS.**

**Et videbo Deum Salvatorem meum.**

**D** Multa sunt apud Sacram Scripturam, immo vero tota ipsa, tota Christi vita hoc ipsum manifestat. ut inde hoc appareat, a quo factus est homo in animam uiuentem, & cum inspirasset in eum spiraculum vitæ, iam plane ostendat supremum ipsius finem, quod pulchris verbis ostendit D. Bernardus lib. de Anima, siue, ut alij testantur, in Meditationibus de humanæ cognitionis conditione. Ad imaginem Dei facti sumus, hoc est, ad intellectum, & notitiam filij; per quem intelligimus, & cognoscimus patrem, & accessum habemus ad eum, tanta cognatio est inter nos, & Dei filium, quod ipse imago Dei est, & nos ad imaginem eius facti sumus. quam cognationem etiam ipsa similitudo testatur: quoniam non solum ad imaginem, sed ad similitudinem eius facti sumus. Oportet itaque, id, quod ad imaginem est, cum imagine conuenire, & non in vacuum nomen Imaginis participare. Representemus ergo in nobis imaginem eius in appetitu pacis, in intuitu veritatis, & in amore caritatis. Tenemus eum in memoria, portemus in conscientia, & ubique presentem veneremur. Mens si quidem nostra eo ipso eius imago est, quo eius capax est, eiusque particeps esse potest. Non propterea eius imago est, quia sui meminit mens, seque intelligit, ac diligit, sed quia potest memi-

Mentis rationalis munera. *meminisse, intelligere, ac diligere a quo facta est. Quod cum facit, sapiens ipsa fit. nihil enim est tam simile illi summe sapientia, quam mens rationalis, quae per memoriam, intelligentiam, & voluntatem in illa Trinitate ineffabili consistit: consistere autem in illa non potest, nisi eius meminerit, eamque intelligat, ac diligat. Meminerit itaque Dei sui, ad cuius imaginem facta est, eumque intelligat, diligat, atque colat, cum quo potest semper esse beata.*

## P L A T O.

PLATO. Quae hoc loco de hominis fine dici possent, ad totam felicitatem pertinerent. Sed alius locus vocat nos, ut de illa cum Platone differamus. Dicam itaque de vno aut altero Platonis loco, in quo aliquid caeleste praesetulerit, quo ipse homo dirigi deberet. Illud vero, quod in Theaeteto legitur, non admodum a Diui Bernardi verbis abluat. Deo (inquit Plato) nihil similius est, quam cum ex nobis hominibus aliquis quam iustissimus est: in hoc nimirum & vera hominis praestantia versatur: quantum vero inde abscedit, nullitas & huiusmodi inertia, atque imbecillitas, ut hominis nomen amittat, certe existit. huius enim cognitio, & sapientia, & vera virtus est. ignorantia contra, inscitia, & manifesta improbitas. Ita Plato in Theaeteto hominem non esse mensuram rerum omnium contra Protagoram differit, nisi sapiens fuerit: tunc autem & Deo amicum atque similem euasurum non semel fatetur. In Timaeo autem, postquam vniuersum Deus constituit, Tria fatetur esse reliqua animantium genera, eaque genita, atque mortalia, quibus praetermissis, caeli absolutio perfecta non erit. Omnia enim animalium genera complexu non tenebit. Teneat autem oportet, si est mundus perfectus omnino futurus. Itaque ad hominum generationem his verbis Deus ille Deos Iuniores excitauit, qui illos mortali conditione generauerunt.

Idem ibidem. *Quatenus vero tales creantur, ut Deorum immortalium quasi gentiles esse debeant, diuini generis appellentur, teneantque omnium animantium principatum. Cum autem haec dixisset, animos ferens, & illis vltro citroque e caelo remeandi potestatem tradens, hoc addit: Satis autem & quasi sparsis animis fore, uti certis temporum intervallis oriretur animal, quod esset ad Dei cultum aptissimum, religiosissimum, & pietati deditissimum. Neque vero silendum est, quod in Protagora de eodem homine protulit, deque ipsius ad Deos conuersione, postquam, Promethei munere exornatus, ex antro prodijt. Postquam vero homo diuinae sortis participans effectus esset, primum quidem propter illam Dei cognationem animantium ceterorum solus Deos esse censuit, & altaria, statuasque Deorum ponere instituit. Atque alia complurima his similia ex Platone decerpere non esset difficile, nisi quod ad finem censuit, non ita Deum perfecte statuit, ut voluit, quippe qui, cum ad ipsum perduxisset animos, eos quidem in sempiternum secum stare vetuit, innumeris circuitibus, immo vero absque dubio infinitis implicitus. de quo alias partim in hoc Quinario dictum, partim dicendum in altero.*

De

## A De hominis imperio in Brutis animantibus.

## Genesis. II.

Praesit piscibus maris &amp; volatilibus caeli.

Gen. 2.

## Psalm. VIII.

B Gloria, & honore coronasti eum, & constituisti super opera manuum tuarum: omnia subiecisti sub pedibus eius.

## Eccles. XVII.

Dedit illi potestatem eorum, quae sunt super terram: posuit timorem illius super omnem carnem; & dominatus est bestiarum & volatilium.

Eccles. 17.

## C Plato in Timaeo.

Timaeus. 41. C.

*Quatenus vero tales creantur, ut Deorum immortalium quasi gentiles esse debeant, diuini generis appellentur, teneantque omnium animalium principatum, vobisque, & in vltro parcant. Ego vobis semen, & primordij statum dabo. Quo loco, vides, quam proxima sint etiam reliqua Prophetarum verba: Paullo minus minusi eum ab Angelis. Proinde non lateat nos, duplicem statum ab Ecclesiasticis scriptoribus fuisse confideratum, quatenus hominis praestantiam dimetiri debeamus. eorum alter, hominis est ante lapsum; alter vero, postquam in peccatum se dedit praecipitem; atque tunc, priore quidem tempore, plenissimum, ut vocat, exstitisse imperij sui in omnes bestias usum, quippe cum illud ita sibi debitum fuisse ex ipsius naturae humanae excellentia asseruerit, adeoque a peccato naturalia minime omisisse, quae ne Daemones quidem ipsi exsuerere potuerunt, ac, quemadmodum nulla tunc exstitisset inter rationem, & sensum in eodem homine repugnantia, ita eidem suis vtrisque potentijs integro bruta tamquam sensu inferiora paruissent, nunc vero peccato factum esse ut homo tum sibi ipsi tum etiam brutis dissidens redderetur; ac, quemadmodum nunc ratio sensui interdum, aut saepe, non semper dominatur, ita homo ipsis brutis vel in plurimis vel etiam in ferocissimis imperium obtinere interdum possit. ut, quo non peruatat collapsa natura illuc eiusdem penetret solertia.*

Hominis status duplex.

## P L A T O.

In Protagora Triplicia hominis tempora est inuenire, quibuscumque varios hominis status, inaequalemque potestatem comprehendas.

Nam primis quidem temporibus, homines & animalia, intra Terrae viscera producta sunt, viribus tamen & ornamentis destituta, sequentibus vero temporibus, Epimetheo vices Promethei, atque Deorum gerente, hominibus animantibus diuisa tempora.

Prot. 320. D. Platoni status primi hominis &amp; reliquorum animantium diuisa tempora.

Y 2

mantibus præter hominem consultum est, quo proprie salutis tum externis iniurijs, quas sibi inuicem illa inferre possent, tum etiam, quo ad partem attinet, propriæ salutis præuideretur. ita, ut non quasi hominem, vel timuerint, vel illi obedientiam præstare debuerint. Tertius vero temporibus, neque postremis, ex Epimethei notoria erga homines negligentia, humanæ salutis consulendum ratus adfuit præsto operi, cui iam perficiendo ingenium, & industriam ex Mineræ, Vulcanique officinis suffuratum indidit, quibus quidem temporibus homo præclaras certe dotes in se esse sensit. nam, & diuinæ fortis particeps est factus, & Deos esse sensit; immo vero solus ex omnibus animantibus id percepit, & eisdem altaria crexit, atque statuas; immo vero tunc vocem in articulos soluit, & ædificiorum, atriorumque denique omnium rationem inuenit, atque exercuit.

Sed quid tandem hæc inuenisse profuerat, si in illo primæuæ vitæ statu, in quo Ecclesia hominis merum, mixtumque in bruta imperium rationabilis affue rat in eodem tantum abest, ut Plato quidquam imperij hominis in bruta recog noscat, ut, nisi tunc homines se munissent, ut ab illis feris cauerent, pessime cum illis actum fuisset, quippe qui feris se deuorandos præbuisent. namque vrbes hæc tantum, nec alia de causa illos condidisse testatur. *eo quod feris imbecilliores tunc erant homines.* Sed modo loquatur Plato, qui post acceptum rationis usum in omnes artes, Hunc (inquit) in modum homines instruiti, atque comparati, principio dissipati varijs in locis sparsim habitabant: necdum vrbes existebant. Fera igitur illis, quod imbecilliores essent, passim perniciem importabant. operariæ nimirum artis huiusce ratio ad victum quidem illis suppeditandum satis idonea adiumenta afferebat, minus tamen valebat propulsando aduersus ferarum immanitatem bello. Ciuis cuius artis facultatem, cuius pars est belligerendi ratio, nondum erant consecuti. ut igitur aduersus hæc incommoda pararent remedia, suæque salutis prospicerent, quærebant. & in unum congregari, & vrbes cæteribus excipiendis condere. nullus itaque vel innocentia, vel præstantia prioris vitæ status in homine tunc reperiebatur, immo vero, nisi cæteribus congregati fuissent, brutorum iniurias vix deuitare valuisent, quæ vero prosequitur ibidem Plato, eo pertinent, ut etiam conditis vrbus ferociores euasuri fuissent inter se, nisi quarto veluti temporum gradu non iam Promethei, sed Iouis ipsius ope Mercurio pudorem, & Iustitiam hominibus mitteret. Insiliant nunc de tempore allegorici, & nobiscum transuersis agant præliis quasi homines intra Terræ viscera primæuo tempore constitutum Innocentiæ statum possidentes considerent, postmodum vero e Terra egredientis, alia illis contigerint, hoc enim modo potius brutum hominem, quam innocentem considerarent, cum nondum nec ornamenta exteriora, nec interiora fuerit adeptus.

## Animantium omnium communia quædam ex Plat.

Plato.  
Epinomis Po-  
liticus 271. A.

Vniuersam animantium generationem, Terræ, & Igni defert Plato in Epinomis. In Politico vero spontaneam quandam Terræ putridæ productionem innuit. nam ex terra inquit viuum emergebat. in Timæo vero nihil monstruosius de rationalis feminæ, & reliquorum brutorum generatione dici potuit. quæ

A quæ omnia migrationi assignauit, ut suo de migratione Commentario videbimus. in Protagora idem asseruit, nisi quod in Epinomis elementorum prædominia posuit, ut, quæ plurimum terræ contineant, sint illa quidem homines animalia multipeda, pedibus item carentia, gressibilia, quæque stant, quæue etiam radicibus firmantur. Hæc itaque Terræ solidam naturam sortita sunt. At vero cælestium astrorum genus ignem prædominantem habere voluit Plato, cum tamen ceterorum elementorum particulis minime careat. En itaque Deos (nam alibi Deos astra vocat) terreos, aqueos, aereosque, sed ab ignis prædominio igneos: ut hinc habeas quo speculari possis, quo nam beatissimo animo iisdem frui possint, Sed hæc alias. In conuiuio autem Aristophanes ma- res ex Sole, feminas ex Terra genuit, tanta admixta æquiocatione, ut vel ibi Sol materiam, vel hic Terra efficientiam præstet. secus enim quomodo prohibet vtrumque ex utroque posse produci, ut Sol efficientis munere vtatur, Terra vero materiam vicem præstet? nam de Timæo seorsum paullo mox. vel dicendum rursus hominis ortum inspicientes in tempore fuisse. quod quidem, Timæus, Protagoras, Conuiuium, & Epinomis satis clare ostendunt. Cum tamen sexto de Legibus in principio, *hominum inquit ortus aut nullum principium habuisse, neque unquam finem habiturum, sed fuisse semper, & penitus semper futurum, aut immensam quandam temporis longitudinem intercessisse, ex quo principium inceperit.* ita Plato doctrinæ inconstantia nos cautos de se legendo reddere voluit. nec minus incerta sunt, quæ de hominis restauratione balbutit, cum de legibus tertio *homines ex diluuijs quamuis exiguis remansisse* asseruerit: quos tamen magnis illis circuitibus saluare vix potuit. quidquid in Atlantico, & Timæi principio voluisse visus sit. de quo nos alibi. quæ vero in Protagora de brutorum viribus, industria, celeritate, armis, inermique natura, eorundemque inter se salutis causa, compensatione longum esset recensere, & quomodo robustiora viribus, infirmiora vero celeritate exornauerit, quo modo item ple- raque armis instruxerit, inermibus vero aliam dedit salutis rationem, quo modo item exiguis volatilem fugam, aut subterraneam dedit habitationem, mediocri vero magnitudine præditis ipsam tantum magnitudinem sat esse vo- luit, ut ita compensatis rebus mutuam perniciem inter se cuitarent: hæc inquam supra commemorauimus: & nunc illud non præteribimus, quod non modo fortia æque fortibus & paria paribus contraria sit inuenire, verum ut grandibus parua etiam sæpe insurgant: quod ex multis animalium historijs habere quis possit. Nam circa iniurias ab aëre iisdem illatas, vera quidem existimo animalia ob id densis esse vestita villis atque solidis pellibus circumdata, ut non modo varias anni Tempestates facile tergiuersarentur, quin etiam ut prostragulo quoque illæ forent dormientibus. pulchra etiam cum natura Plato de vngulis excogitauit, & insuper utilia de cute atque pelle compactis, atque ossium articulatione præditis commemorauit. verum, quod ad hominis alimen- tum spectat in Timæo hominibus quidem a Deo fructus, & herbas creatas esse nos docuit: in Protagora vero Brutis hæc distribuit, alijs nempe herbam, alijs arborum fructus, radices alijs, plerisque autem ut ex aliorum animantium la- niens vitam tolerarent, quam eandem olim hominibus fuisse peculiarem do- cet in Epinomis, ut sapientiæ nomen illis tributum sit, qui priscos illos an- thropophagos ab huiusmodi flagitio abstinere docuerint. Demum, quo modo rapacibus exiguam sui seminis propagandi dedit facultatem, illis vero, qui ab illorum violentia atteruntur, copiosæ sobolis efficaciam tribuerit, multum hæc ab illis differunt, quæ in Politico habentur, cum temporibus illis primæ- uis nihil tale productum fuisset. inquit enim: *Quocirca nihil erat ferum, neque*

Protagoras.  
Epinomis.  
Terræ prædo-  
minium in Ani-  
mal.

Cælestia a præ-  
dominio ignea  
Plat.

Conuiuium  
190. B.

Legum sexto.  
78. E.  
Plat. aperta in  
constantia.

Legi tertio in  
principio.  
Atlantico.  
Protagoras.

Hominis ali-  
mentum variū  
Plat.  
Timæus.  
Protagoras.

Rapacium se-  
mina.

Politico 271.  
D.

alia alias se vorabant animantes, aberat bellum penitus, atque seditio. frustra igitur illa distributio in Protagora, qua tanta providentia fera mansuetis, fortia imbellibus, armata inerimibus compensabantur. quæ quidem si audire volueris, repetendus est tibi locus paullo supra integer ex Protagora citatus, & cum simili Lactantii sententia ibidem collatus. Vidisti iam ibi quam prudenter, animalium feritati, & mansuetudini consultum sit: quod tamen fieri non oportuit, si Politici verba inspiciamus. repetenda itaque illa sunt, quæ ex eodem paullo supra Protagoræ locum transcripsimus, & nunc pauca quædam resumere oportet, ut alia pleraque illis consequentia connectamus. *Tunc sane inquit toti illi circuitui Princeps innigilabat summa cura Deus: ut nunc per varias mundi plagas singula ipsius partes a Dijs principibus distributæ sunt. Animalium quoque genera gregatim distincta, Dæmones quidam tamquam divini pastores sortiti sunt: quorum quisque muneri suo obediendo cum satis valeret, singuli singulis, sicut ille voluit, præficiantur, quibus præerat ipse. quocirca nihil erat ferum, neque alia alias se vorabant animantes, aberat bellum penitus, atque seditio.* Quibus quidem verbis non id asserit, tamquam illa ex ipsius ore exciderit, sed causam videtur ad præfectos Dæmones deferre. Quid vero etiam de homine, & ipsius productionis tempore est dicendum? nempe in Politico, cum e terra orta sint omnia animalia, simul vnumquodque secundum speciem suam prodijt, simul inquam nullo ordine inspecto, omne enim quod generabatur id ex terra viuum emergebat, quod dixerat, & ibidem paullo post ita repetit: *Deo igitur homines regente Civitatum Constitutiones nullæ erant; neque marinum seminarumque ad filios procreandos coniugia. omnes enim ex terra rediitini nascebantur, rerum præteritarum immemores. aberant quidem licet eiusmodi omnia, fructus vero illis & poma, & fruge, abunde, arbores, & fertile solum sponte sua absque agricultura opera, subministrabant, nudi quin etiam, & expeditis nullis stragulis operiti, sub dio ut plurimum pascebant: temperies illis mentium innoxia, mollia quoque passim parata cubilia copiose ex terra herba nascente. talis erat vita hominum, qui sub Saturno vivebant: eorum vero, qui sub Iove, non ita præstans ibidem describitur. ad nos autem illud tantum pertineat, animalia cuncta, homine etiam haud excepto, ex terra fuisse genita, in qua quidem generatione equalis quidem temporis productio inspicitur.*

Comprehendas itaque primum ex his, hominem, cum sua ornamenta sibi destinarentur, nondum existitisse. nam, cum illa cogitaret Prometheusiam adesse, inquit Plato *diem qua hominem e terra in lucem egredi oportuerat.* vnde postmodum Vulcani & Mineruæ artificium sapientiam cum igne suffuratur. & ita certe defendi posset. quippe cuius antea non fuerat forma, si per ignem, & Mineruam intellectum, & rectam corporis constructionem intellexerimus. Cum tamen in Timæo hominem, & illum quidem virum, non mulierem, in prima generatione producat, femina vero, & reliquorum animantium generationem ex intemperantibus viris, iniustis, atque timidis prodire faciat. de quo propria inferius exstabit inconstantia, atque Cautio. Ut omittam, nunc quam variis dicta sunt verbis, quæ de Promethei, Vulcani, & Mineruæ muneribus, & aliis ad ipsos pertinentibus dicuntur: ne, cum nimis pluribus Platonis fabulas persequar, fabulosus plane ipse videar. ideoque consulto etiam Coniuiui locum prætereo, quem in quæstione de femina generatione discutiendum relinquo. Hactenus itaque de animalium generatione in prima generatione.

De

## De Animalium generatione secunda Platonis asserta.

Secundæ generationis, nescio tamen cuius, aut qualis meminisse Platonem clarissime in eius scriptis deprehendimus. quare autem secundæ, & non tertiæ, & sic deinceps, non video. Poterat enim hoc ille dicere, qui nullam ponit perpetuam felicitatem, aut rerum statum nisi infernalem, & illum quidem qui poenæ additus est. in reliquo nulla æternitas. Sed, cum de circuitibus varijs multa sint in fine huius animarij dogmatis differenda, cumque de migratione animorum multis etiam differatur inferius, nunc vtrumque leuiter attingemus. Nulli dubium est, illum animorum e cælo descensum, qui decimo de Rep. habetur, atque item illum, qui in Phædro, alium esse ab eo, qui in Timæo describitur, hic enim primam generationem statim attingit, & post primam secundæ alterius meminit, atque etiam in eodem Timæo, ut ex supra citatis verbis apparet, & postremis Cautionibus explanabimus. decimo vero de Rep. habemus non modo nominatas quorundam hominum electiones, qui olim hic vixerunt, verum etiam brutarum quarundam animarum quasi in cælis degentium, & vtrarumque novam electionem alterius animalis ab eo, sub quo primo vitæ circuitu vixerant. hoc autem indicat prius in hac ostrea vita existitisse, deinde ad cælum euolasse, vnde iterum huc aduentasse, vel peruenire cupiisse. quoniã vero eosdem animos præteritæ vitæ pertæfos viderat, propterea alterius corporis formam sponte affectasse, vnde Orpheus in Cygnum abierit, & simile aliquid de alijs contigisse.

Plerique vero in eam sententiam abierunt, ut dicerent, migrationem Platonem eo trahi posse, ut non poenalis, sed spontanea dici debeat. quod si corporis etymon ex Cratylo audiant, quasi *σπίρα* sepulcrum significet; id ad Orphei gratiam dictum esse volunt, cum præcipue nullibi appareat apud Platonem migrationem poenæ loco assignari animis. quasi vero in Cratylo illorum mens Platoni sequenda fuerat, qui nomina instituebant. locum autem illum in Phædro aliter interpretantur. postquam dixerat *animas illorum, qui sine dolo philosophari fuerint, vel cum sapientie studio pueros amauerint, post tria annorum millia, si ter hanc vitam elegerint, recuperaturos alas, & ad eundem locum, vnde profecti sunt, euolaturos.* & cum deinde subdit, alias animas, cum primæ vitæ finem fuerint consecutæ, iudicari, *Iudicatas autem alias sub terras in Iudicis locum ex iudicij formula eleuatas ita degere ut dignum est ea vita, quam in hominis vitam vixerunt, millenario autem anno redeutes electionem secundæ vitæ suscipere, & vitam, quam quisque velit, deligere.* Vnde, quod alibi nos adnotauimus, patet, electionem habere animas. modo poena ab electione plurimum differt, similiter ex x. de Rep. toties a nobis dicitur, & in Gorgia, a proprio Dæmone deferri ad Iudicium, & malas animas ad Tartarum proficisci, bonas vero ad beatorum Insulas: idemque in Phædone habetur. Ex quibus certe concluditur, migrationem penalem non esse. Verum, quoniam hic de generatione tantum loquimur, & loca propria de migratione, & animæ descensu nos manent; propterea hic adnotandum duxi varium animalium generandi modum apud Platonem. nam, præter fabulosos etiam alios numeratos, & suis locis recensendos, colliges, migrationem posse generationem quandam dici, non modo quia in generationem venturæ animæ euocantur in cælis, verum etiam quod eligat vnaquæque

Felicitas nulla  
perpetua Platonis  
cui tamē  
æterna miseria.

De Rep. l. X.

Bruta electio-  
nē habere Platonis.

Cratylus d.

Phædro.

Rep. l. x.  
Gorgias.

Quid per Mineruam & Vulcanum rectius intelligi possit secundum Platonem.



que vitam, quam velit. Sed hæc hæctenus, quæ suis locis sunt vexata. Quem-  
admodum etiam multa in Commentario de Migratione dicemus, ut vere ap-  
pareat, neque hominis corpus integrum, neque Brutorum, immo vero neque  
mulieris a Deo fuisse factum. non primū, quia Diis in faciendo homine sapius  
superuenit Deus ille; atque item Deo in eodem fabricando succedere Dij. ali-  
cubi etiam Dæmones nescio quid agant. de quo alibi. non secundum, quia vel  
Dij Bruta produxere, vel etiam mille alijs modis facta sunt. non tertium, quia  
ex intemperantibus viris, & si quid peius, feminas constare, alibi etiam est pro-  
batum ex eodem Platone. An autem Dij illi produxerint alia Brutorum cor-  
pora, in quæ non abierint per migrationem prauis homines, hoc quidem non  
apparet ex toto Timæo. An vero, eo quod a Deo iussu fuerint, ut aliud animæ

An quæ a Diis  
facta sunt ani-  
malia, & quæ  
per migratio-  
nem, eiusdem  
dicantur esse  
speciei.  
iuxta Platonis  
opinionem.  
Tim. 92. A. B.

genus inserat, possit quis dubitare, utrum illa sint vere bruta, an, quæ per migra-  
tionem facta sunt, eiusdem sint inuicem speciei, alijs perpendendum relinquo.  
Videtur enim dari posse duplex piscis, quorum alter tunc factus sit, cum Dijs a  
Deo id iussum fuerit, ut Bruta producerent, illisq. aliud animæ genus inserue-  
rint. Alter vero in fine Timæi exspectabat adeo dum genus hominum stolidif-  
simum, & imperitissimum. *Et idcirco extenui, ac pura aeris illa respiratione in qua respi-  
ratione profundâ turbidamq. merferunt, unde pisciū, & ostrearum, ac denique aquatiliū  
oium orta est multitudo, quæ certe extremas sedes nocte extremas quoq. inscitie dant pæ-  
nas.* Hæc in quâ nō ab re vereri nos faciūt, ne Platoni aliquis piscis sit rationalis,  
aut ex genere rationali trahat originem; aliquis vero sit irrationalis; atque ita  
etiam duo equi, duæ aquilæ, immo vero vna fortassis aquila, quæ bruta fuerit,  
multis rationalibus auibus imperitabit; atque vnus pariter leo, siue rationalis,  
siue irrationalis, utcumque tunc fors tulerit, in multis rationalibus, vel vtriusq.  
fortis leonibus imperium obtinebit: neque ipsi nouerint, an tamquam rationa-  
lia pareant, aut imperent; neque etiam nos ex illo nouimus, nos inquam, quip-  
pe qui cum ex illius mente post multas generationes orti ignoremus, utrum si-  
mus animæ rationales, eo quod non sumus leones, aut aquilæ, aut pisces, an eo  
quod sumus homines, & cum equum aliquem possidemus, utrum in eo aliquam  
aunorum nostrorum animam suppeditamus, & ut doctissimi Theologi, Gugliel-  
mi Parisiensis, verbis utar, *nefarium erit unicuiq. hominum, uti seruitute brutorum,  
& affligere illa, ne forte stimulan do boues, aut equos urgendo calcaribus, aut affligendo  
alijs varijs laboribus grassetur in animas parentum suorum, aut fratrum, aut cognatorum,*  
Sed, quoniam hæc fati quinque alijs libris vexata sunt, ideo hæctenus.

Guliel. Paris.  
parte secunda  
partis primæ  
de vniuerso c.  
14.

Platon.  
Cur non me-  
lius quam ho-  
mines abstra-  
cta contem-  
plentur?  
Argumentum.

Nunc paullo secius arguamus. nisi tamen aliquibus ridiculum videatur,  
quod certe ita videri cupimus, adeo non recusamus. Quod inquam, quæso, est  
quod Brutorum animæ, id est rationales illæ, quidem Brutorum corporibus tan-  
tum infidentes, nullum formæ munus præstantes, ut hoc illis concedatur, quo-  
modo inquam prohiberi possunt, quin abstracta melius quam nos contem-  
plentur, & ad cælestem felicitatem magis quam homines accedant? immo vero,  
cur non diuinent, aut vaticinentur? hæc certe aut mira, aut ludicra videbuntur,  
si probatu facilia fuerint. Etenim intellectus noster inorganicus est, & propterea  
nihil cum eo communicat actio corporalis cum tamen secundum omnes  
suas potentias eundem formam esse credimus, immo etiam naturali ratione  
probare possumus. Igitur, si in brutis idem, & tamquam assidens tantum immit-  
tatur, planum fuerit tunc ab actionibus quæ ad formæ munus spectant, fore ma-  
gis liberum, & cum neq. etiam intelligendi munus eidem Bruto præstet, cui in  
est, fuerit omnino adeo assidens, ut penitus etiam abstractus dici possit, nisi  
quantum Bruto corpore circumscriptus, sed hoc modo tam in Bruto fuerit,  
quam alicubi, immo etiam hoc modo esse posset in cælo, ut non magis a Bruti  
corpore

A corpore impediatur, quam si in cælo suas actiones exsequi vellet. Non enim d-  
ci posset, ipsum, cū in bruto est, ab organo læso, vel inepto impedi, quominus  
sua exerceat contemplandi munera. hoc autem duplici persuasione probatur,  
quarum altera ex natura, altera vero ex Platone sumitur: priore quidem, quia  
Intellectus in bruto nullis bruti sensibus vitur, Immo vero haud scio, an bruto  
motum saltem præstaret, immo vero neque præstat eo quod videremus in illo  
ordinatiorem motum, quem in sapientioribus exigit Plato in Epinomide. Po-  
steriore vero persuasione urgetur etiam Plato, cuius Intellectus innatas ha-  
bet species quas reminiscatur, eademq. si in se expergisci ex se queat, liberius  
in bruto id efficiet, cui nullum officium præstat, quo impedi possit: vnde liber-  
rior in se manebit, quam tunc cum in homine infidet. An vero dices impedi  
ab huiusmodi corpore, eo quod ope sensuum debeat ad superiora expergisci?  
nam, etsi ope sensus id faciat, multa tunc accidere posset deceptio, ut cum, gra-  
tia exempli, Intellectus per oculorum sensum aliquid intrmittere in se cupit  
non secus visio illi accidit quam iuueni, si senum vitreis orbiculis ad viden-  
dum uti vellet; aut contra senu iuuenem eadem specularia admitteret. Vtroq.  
enim modo visibiles species minus sese oculis offerre possunt aut grandiores,  
aut obtusiores, aut omnino ita ut falsum nobis de visibilibus iudicium expergi-  
scantur? quodq. de visibilibus, tantūdem de cæteris reliquorum sensuum esset  
dicendum. Recte id quidem, sed, cum necesse sit dari semper aliquam speciem  
mouentem, quid interim versabit intellectus ipse secum? an ne superiora? an in-  
feriora? si quidem illa, tunc purius versabit, quod erat probandum: si inferiora,  
certe impurius. Itaque semper in mendacio stabit. at saltem hoc inde colligi-  
tur, quod ad migrationem penalem pertineat, sed cōtra illud est quod commu-  
ni consensu bruta habent perfectiores sensus, quam homines aut saltem in sim-  
plici apprehensione, cum nondum iudicium est adhibitum, certius quid habet.  
Si itaque certior est simplex apprehensio, certissimum etiam fuerit iudicium,  
quod inde consequitur. patet hoc, quia iudicium fit ex interiore potentia. hæc  
autem in brutis constat esse Intellectum inorganicum, alioqui igitur perfectior  
in brutis fuerit reminiscendi potestas. de perfectione autē sensuum in brutis cō-  
sensu est Aristotelis, & Philosophorum omnium, atque adeo, ut plus nimio  
propter hoc brutis tribuerint cum vidissent illorum actiones vique ad præla-  
gia quædam naturalia se extendere. nam, quia de multis alibi huius operis di-  
ctum est, vnum illud de apibus cum Virgilio dicam.

*Regem non sic Aegyptus, & ingens  
Lydia, nec Populi Parthorum, aut Medus Hydaspes  
Observant. Rego incolumi, mens omnibus vna est  
Amisso, rupere fidem, constructaq. mella  
Diripere ipsa, & crates soluere fauorum.  
Ille operum custos: illum admirantur, & omnes  
Circumstant fremitu denso, stipantq. frequentes.  
Et sepe attollunt humeris; & corpora bello  
Obiectant, pulchramq. petunt per vulnera mortem  
His quidam signis, atque hæc exempla secuti,  
Esse apibus partem diuinae mentis, & haustus  
Aethereos discrete.*

Virgilius.  
Georg. 4.

E An etiam ob id Platonis Cygnus siue Socratis consolatio in Phædone præ-  
ualeat, quod ut inquit Ouid. Carmina iam moriens canit exsequialia. Cygnus,  
& Martialis alibi.  
*Dulcia defectu modulator carmina lingua.*

Ouid. 14. Met.  
Martialis. in Xe-  
nijs.

Can-

*Cantator Cygnus funeris ipse sui  
Quaue etiam intelligentia prædita aquila, cum  
Protinus implumes conuertit ad æthera nidus,  
Et reſto flammæ imperat ore pati,  
Conſulit ardentis radios, & luce magiſtra  
Natorum vires, ingeniumq. probat.*

An potius naturæ id tribuendum, eo quidem modo, quo proprijs in locis  
a nobis dictum est. Sic enim, vt rectius Manilius,

Manilius. 2.

*Pecudes, & muta animalia Terris  
Cum mancant ignara ſui, legisq. per æuum  
Natura tamen ad mundum reuocante parentem  
Attollunt animos, cælumq. ad ſidera ſeruant.  
Corporaq. ad Lunæ naſcentis cornua luſtrant.  
Venturasq. vident hiemes, reditura ſerena.*

Sed fortasse ne quidem naturæ fauore erunt contenti ij, qui se brutis pares faciunt, & vnus animæ agnatione propinquos, quorum errores fatiſ alibi vexauimus. Vtrum vero brutorū ſenſus ad expurganda altiora intelligibilia fat eſſe poſſint, nondum compertum habent ijdem, qui ſe brutis inſinuunt: ſed, cum viderent bruta inductione quadam ſe iuuantia, & veluti, vt ipſi aiunt, ex præmiſſis conſuſionem agnoſcentia; inde ab eiſdem ſuſpicatum eſt, ne fortasse

Vniuerſale nū  
a Brutis cogno  
ſcatur?

ratione interiōre, vt errant, potiuntur. contra quos fatiſ dictum eſt, dum cum Origene in Cæſum talia meditantem loquebamur. nunc vero ad eos loquor, & in eo tantum, cur: ſi conſuſionem vniuerſalem agnoſcunt, non & quodlibet agnoſcere valeant, cum præcipue quidquid nos per ſenſus exteriores quærimus, ſpecies omnes acquirere procuantes, bruta intus habeant, bruta inquam Platonica, quorum quippe animæ de cælo lapſæ, ſpeciebus inditis, aut etiam innatis potiri volunt. an, vt diximus, intellectus neſcit ſe ibi eſſe, & ſi non ignoret, illud tamen neſciat ob pœnam? an ob electionem tale corpus ſibi contigerit? Sed animæ Platonicæ iam eligentes de cælo delapſæ varia brutorum corpora eligebant, & Cygnus hinc migraturus meliorem ſibi vitam præfagiens canebat. immo vero, addas tale huiuſmodi deſideriū (de deſcendentibus e cælo animis loquor) fruſtra fieret, ſi ſponte exoptent in peius ruere, & retro ſublapſi referri. Si vero, vt falſo inquit Grammat. animus ipſe ſibi laqueos neſcit, præterquam quod nemo nocens ſe Iudice abſoluitur, vt alias a nobis dictum eſt, non vidit deſcenſum datum illi fuiſſe, ad hoc vt finem adipiſceretur, ſiſis autem fuerat corpori inſinuari. non itaque ſiſis in pœnam ſuccedit, aut alio cogente id exſequitur. ſed nos, neque pœnæ id animis cedere volumus, neque electioni, quarum cauſas, alibi expendimus. nunc autem eatenus hæc dicta ſint, quatenus de generatione animalium loquentes, ſecus facere minime potuimus, quin pleraque alibi dicenda præoccuparemus. Tempus igitur fuerit exuberantes hæreticorum riuulos ad ſuos fontes referre, & reliqua, quorum gratia ſuſceptus eſt labor, cum Eccleſia ſubindicare.

Contra Io. Græ  
matieum.

A

B

D

E

HAE-

## H A E R E S E S.

De Vniuerſi ab alio, quam a Deo, creatione, vnde etiam & quomodo ab inferiore quodam animalia, tum & ipſe homo ſit generatus, locus eſt opportunus in Cautionibus de Mundo, ſiue de Mundi effectore. nunc vero eas hæreſes perſequimur, quæ hominis, & animantium reliquorum generationem inferioribus poteſtatibus acceptam ferunt.

B

## Baſſus.

Baſſus.

Equarum numero illa eſt Platonicis dictis ſimillima, quæ pridem a Baſſo hæretico aſſerta eſt. hic enim, cum circa Annum Domini centeſimum trigetiſimum prodijſſet, dum Antoninus Pius imperaret, & Hyginus Pontificis geſtaret inſignia, & Corinthi, Ebionis, & Valerini hæreticorum eſſet diſcipulus, & ſucceſſor, vt inquit Philaſtrius, quem etiam teſtatur Prateolus, in viginti quattuor litteris, & ſeptem aſtris, rerum omnium perfectionem, vitam denique, & generationem omnium hominum conſiſtere, haud vero in Chriſti in uicinate, & potentia. quod autem viginti quattuor litteris tantum detulerit, haud ſcio, an a ſe, an ab alio didicerit. quod vero ſeptem aſtris generationem hominum tribuerit, Totum certe Platonicum eſt. non modo ex eo, quod in Timæo apparet Deorum Iuniorum opere; verum etiam ex pluribus alijs locis, & Epinomide potiffimum, vbi Dijs viſibilibus cuncta tribuere videtur. Ita enim Solem, & Lunam appellat, & cetera ex errantium numero ſidera, quæ cum ne quidem enumerare ſciuiſſet ob ſæculi culpam, tantum de illis pronunciauit, vt tamquam bonorum omnium auctores eadem ſidera appellauerit.

Iuniorib' Dijs  
quantum tri-  
buerit Plato.

D

## Valentiniani.

Hic, vt Philaſtrij ſimul, & Prateoli verbis utar, cum Platonicus eſſet (quem admodum Tertullianus in lib. de hæreſibus ait) Platonis ſectam Religionem Chriſtianæ miſcens, multa ſigmenta fabuloſa docuit. Is enim duo rerum omnium principia eſſe dixit, quæ appellauit Profundum, & Silentium: & Profundum quidem dixit eſſe patrem, & ex coniugio profundi, & ſilentij prodijſſe intellectum, & veritatem, & protuliſſe in honorem patris Aeonas octo, id eſt, octo ſæcula. De intellectu autem, & veritate proceſſiſſe verbum, & vitam, & protuliſſe Aeonas decem. De verbo, & vita proceſſiſſe hominem, & Eccleſiã, & protuliſſe Aeonas duodecim, quæ omnes ſimul ſunt triginta, id eſt triginta ſæcula. De Trigetiſimo ſæculo dicit Diabolum genitum, & a Diabolo alios natos, qui fecerunt hunc mundum. Itaque omnia proceſſiſſe ex illis duobus principijs, Profundo videlicet, & Silentio. Quæ omnia ſunt mera ſigmenta, & mera fabulæ, quæ nulla proſus ratione fulciri poſſunt, ſed ex cerebro delirantis, & ſomniantis hominis deriuata. Has fabulas indoctas ſecuti ſunt poſtea Secundus quidam, a quo Secundiani, Ptolemæus, & Marcus, huius Valentini ſectatores: de quibus vide locis ſuis. Emerſerunt Antonini Pii Imperatoris Temporibus, circa Annum Domini 150. ſedente Hygino ſummo Pontifice.

Valentiniani.  
Tertullianus.

Profundum &  
Silentium.

CON-

260 ANIM. GENER. PLAT. INC. FAL. IMPOSS.

**C O N C I L I A.**

**Concil. Later. De summa Trinitate  
& fide Catholica.**

Firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quod vnus solus Deus verum est, vnus vniuersorum principium, creator omnium visibilium, & inuisibilium, spiritualium, & corporalium; qui omnipotenti sua virtute condidit creaturam angelicam, & mundanam, ac humanam, quasi communem ex spiritu, & corpore constitutam.

**P A T R E S.**

Augustini, & Lactantii auctoritatibus paulo superius vsi sumus, cum de hominis, & animalium generatione loquentes, causarum vtrorumq. animalium genera Platonica nostris verioribus infirmabamus, & cum prima Dei opera factis sint vbiq. & ex Genesi, eiusq. summis Interpretibus asserta, illis tamquam notissimis contenti esse poterimus.


**Theologi:**

D.Th.p.p.q.lxv.art.primo. Vtrum creatura corporalis sit a Deo. Idem p.p.q. xc.art. 2. Vtrum corpus humanum sit immediate à Deo productum.

**F I N I S Q V I N T I L I B R I.**



**D E  
A N I M O R V M  
R E M I N I S C E N T I A  
D I S P U T A T I O N V M  
I N P L A T O N E M  
A T Q V E C A V T I O N V M  
D I S T R I B V T I O N I S S E C V N D A E  
L I B E R S E X T V S.**



D E  
**A N I M O R V M**  
 REMINISCENTIA,  
 I N P L A T O N E M  
 Quæstio, & Cautio,



L I B E R S E X T V S .

P L A T O .

**C**ANTVS est, tamq. late patens apud Platonē de Ani-  
 morū reminiscētia dicendi campus, vt, si vñquam in  
 alia quapiam Cautione asserenda præ argumēti exigui-  
 tate verborum Platonis copia indigentes, in eo, de quo  
 esset dicendū, laborauerimus, in hac tamen patefacien-  
 da longe secus nobis accidat, quippe cū non minus de  
 tacendis, quam de dicendis labor incumbat. &, cum  
 vtrinq. multa sint in præfens silentio prætereunda, eo q̄  
 quæstionem multā habeant, sane in præfens ijs erimus contenti, quæ siue re-  
 ferenda, siue discutiēda, historicam potius quandam discussonē continere vi-  
 deantur. nec illā quidem historiā, quam primo de Anima pollicitus Aristote-  
 les, profundissima postmodū, vt si qua alia, Theoria exsecutus est: verū aliam  
 leuioris in Platonē momenti, dū multa hinc inde sparsa de reminiscētia loca  
 ad auctoris inconstantiam, quantum fieri potest, referemus. dum varios, multi-  
 plicesq. reminiscētiæ modos apud ipsum inuenimus: cuius multiplicis no-  
 minis gratia, nostram in promptu excusationem asserimus, cur scilicet, si quis  
 a nobis reminiscētiæ definitionē exigat, illā ex Platonis mente dare minime  
 possimus? nā, & si in Menone eam *rationationē quandam esse colligimus, certarum  
 causarū nexu firmatā*, dum inter rectā opinionē, atque scientiā discrimen inueni-  
 re nititur; at tamen, cū hæc sola siue descriptio, siue definitio suis omnibus re-  
 miniscētiæ modis alibi a se positis minime respondeat, neq. per eā, alterius vi-  
 tæ reminiscētiā admittere cogamur, propterea fusius, atq. altius omnia quot-  
 quot in Platone loca haberi possent, huc reuocanda simul, atq. perpendenda  
 duxi. &, ne in vado hæere videar, ab eo Dialogo sermonē auspicabor, q̄ pri-  
 mus se se offert. is autē est Phædrus, qui forte fortuna nobis, nec certe impor-  
 tune, e cōplurimis primus occurrit: vbi cū multa de animi natura, eamq. con-  
 sequentibus proprietatibus, habeantur, de illius circuitu etiam agitur, cum e

Dicendū in  
 hac disputatio-  
 ne, tacendū  
 ve æquus vter-  
 que labor.

Arist. r. de An.  
 Tex. r.

Reminiscētiæ  
 modus multi-  
 plex Platoni.

Meno 98. A.  
 ὅσπερ οὐ πολλὰ  
 αἴτια εἰσὶν ἕως  
 ἀπ' τῆς αὐτῆς δὴ  
 τῆς αἰτίας λογ-  
 σμῶν. πῶς δ' εἴ-  
 πὶ Μένων ἐταῖ-  
 ρε ἀνάμνησις.

**Cautiois Leges**

*Habebis ex Legibus Cautionum libri quinti & sexti Distributionis Primæ.*

Errores ex { Origene:  
 Ioanne Grammatico: } *Suo loco.*

Nām D. Augustinus feliciter Palinodiam cecinit.

Cautiones ex { D. August.  
 D. Irenæo  
 D. Iustino  
 Tertuliano  
 Arnobio  
 D. Thoma. } *Suo loco.*

L 3

Descendentem e celo Animi que comitantur, quid dicitur Plato ni portedanti

Alarum significatio Reminiscenz adscripta

Phaedrus 249. B.C. Hominis species in Intellectu

Phaedrus 249. E. 250. A.B.

Hominis animi alax qua do & quo modo incipiant pullulare. pulchritudinis influxus per oculos.

Deum colere. ubi autem pulchritudinis influxum per oculos accepit, calescit quatenus pennarum natura irrigatur; postquam vero incaluit, emollescere ea, que enasce gliscibant, & ramentum prae duritie iam pridem compacta constringebantur, ne germinaret. At, ubi alimonia influxerit, pennarum germina, iam ab ipsis radicibus tumescunt, impetu quodam per totam animae speciem niti erumpere. tota enim erat olim pennis suffulta anima. fernet igitur in hac eruptione tota, & profilit: atque, ut infantes, cum dentes emittunt, pruritu, & dolore gingiva-

caelo huc adueniens, & istinc illuc proficiscatur, & quam multa interim eidem traduntur, quo comodius ad profectioem talem sese expedire possit, e quorum numero sunt, Vehiculū, Equi, Auriga, Fatum, deniq. Ala, quibus geminis geminum instinctum prætexunt Platonici, locū illum exponentes; adeoq. illud duplex menti induunt, vnde intellectus, & voluntatis præferat potentiā, vt, cum ad superna sese hinc eleuare cupit, habeat sane, ad quē, puta ad intellectus instinctum, confugiat, si diuinū verum inquirat. sed, si ad diuinum bonū sese conuertere cupiat, ad instinctū voluntatis recta recurrat. Omitto nunc duplicem Equorum significationem, quo rationalē, & irrationalem appetitū significari ijdem volunt. nam, præterquam quod nimis in eorum Sireneis scopulis delusa veritate immoraremur, satis nobis abunde duplicium Alarum interpretationē esse censemus, vnde ad reminiscenzæ propositum illis ducentibus manuduci valeamus. Sint itaque Alæ ingentium illud, duplexq. instinctum, quis, quæso, post animorum e celo descensum, aut quonam modo illud recuperat? de modo certe respondet prius, cum inquit per inductionē, a singularibus ad vniuersalē quandā ratiocinationem deuenire. licet verba obscura sint illa, quorum interpretationem ex versione Serrani, atq. Cornarij eandem esse constat. Oportet autē

hominē intelligere secundum speciem, quæ ex multis rebus singularibus sub sensum cadentibus in vno quiddam ratiocinatione conceptū, vno quodā ambitu concluditur. Et mox concludit hoc esse illarū rerum recordationē, quas olim vidit animus noster cū Deo profectus. Et illa despiciens, quæ nūc esse dicimus, & ad id, quod vere est, rursus oculorū aciem conuertēs. Quocirca sola philosophi cogitatio recuperat alas. Nā, vt statim ibidē subdit, in illis, quantum fieri potest, memoria semper obuersatur. in quibus, ut diuinis, nimirū ille, qui versatur, diuinus est. Ex quibus colligas, Philosophū memorantem inductione duci ad illarū rerum reminiscenzā, quas in altera vita viderit, aut contemplatus fuerit. vnde postmodū hanc mentis alienationem ibidem laudat, tamq. omnium optimā, vt, qui huius insanix particeps sit, nempe cum amer pulchra, Amator vocetur. Sed in vno Amatore deinceps reminiscendi modū latius explicat. Omnis enim (inquit) hominis animus, quemadmodū dictum est, res ipsas re vera contemplatus est: (alioqui in hoc animal minime venisset) recordari vero ex his, quæ hic sunt, illorū, non facile est cuiuslibet animo, neq. quodcumq. ex illis breue tempus illic inspererit, neq. quicumq. huc illapsi ea infelicitate obuoluti sunt, vt, in paruis quasdam consuetudines cōuersi, sacrorū, quæ aliquādo conspexerant, obliuionē sibi induxerint, quamobrē pauci restāt, qui sibi satis memoria supersit. Hi uero, cū earū rerū, quas ibi suspexerāt, similitudinē hic vidēt, obstupescūt, & quasi extra se sunt; eoque tamē si illa passio, ignorat, quæ nō satis res persentiūt. Et concludit, tam iustitiæ, q. veræ pulchritudinis speciem nobis cōtingere: vt videamus ibi, hic vero nequaquā. Sane, cum multa præclara habeat ibidem de pulchritudine, & quo modo talem ipsa sortita sit dignitatē, vt omnī rerū illustriſſima, & amabilis maxime existat, addit etiā, quo modo iuuatē pulchritudine eleuetur animus ad diuina contēplanda, atque itē quo modo primū alæ incipiūt pullulare, si modo sacris illis perfecte fuerit initiatus. adeoq. præcipue qui aliquid quando plurima fuerit contemplatus, quando vultum quendam diuina quadā forma illustrē intuebitur, vel aliquam corporis formā incorpoream illā recte imitantē, tunc fremedum colere. ubi autē pulchritudinis influxum per oculos accepit, calescit quatenus pennarū natura irrigatur; postquam vero incaluit, emollescere ea, que enasce gliscibant, & ramentum prae duritie iam pridem compacta constringebantur, ne germinaret. At, ubi alimonia influxerit, pennarū germina, iam ab ipsis radicibus tumescunt, impetu quodam per totam animae speciem niti erumpere. tota enim erat olim pennis suffulta anima. fernet igitur in hac eruptione tota, & profilit: atque, ut infantes, cum dentes emittunt, pruritu, & dolore

gingiva-

Aginguarū vexantur, ita & eius animus, qui pennas gēstis emittere, & fernet, & titillatio ne, molestiaq. afficitur. Hęc Plato, tā mollibus, tamq. a sensu ductis verbis ad Reminiscenzæ cognitionē adhibet, vt, si aliter, quā per veritatis, & rationabilioris philosophiæ semitam reminiscenzia esset admittēda, fere inuidi esset, atq. importuni, alijs, quā modo dictis, verbis vti velle. at vero, quoniā duo nobis peragenda incumbunt, quorum alterū est, vt Platonis sensum ad veram philosophiā expendamus, alterū vero, vt eius verba suis alibi a se assertis verbis conferamus; hinc prius initū faciendū duximus. quamobrē alia eiisdē verba prius, q. illa expendā, recensebo. deinde vero ad eorundē disquisitionē me colligā.

Celebris est locus ille in Menone, qui, & si prior esse debuerat, eo quod ibi potissimū Reminiscenzia confirmatur, illū tamen præcedenti postposuimus, eo quod pulcherrime in Phædro Reminiscenzia fundamenta iaci videbātur. Sed nunc ad præsentē accedamus. Cū enim toto hoc Dialogo quærat, utrū Virtus doceri possit, an vero animis nostris potius ita insit, quasi ingenta illa sit; post varias Virtutis definitiones a Menone traditas, eisdēq. a Socrate confutatas, eo tandē vtriusq. vltro citroq. illo sermone deuentū est, vt, cū Meno se a Socrate delusum esse agnosceret, suas de virtute definitiones falsas esse inuitus fatē retur; hoc tamē pacto, vt falsitatis illarū causā Socraticis dubitationū inuolueris adscriberet, quibus se deceptū, haud tamē victū, non negaret. cōtra vero, Socrates, cōmendans, quā sit vtile, de singulis dubitare, hinc ad verā rerū inquisitionē tute pueniri demonstrat, qua tamē haud noua inuestigemus, sed q. in animis nostris lateat aperiamus. Hinc (epifodice tamē) de Reminiscenzia oritur sermo, quæ quidē quo modo animis nostris insit, & ex ijs, quæ latent, ibidē rerū seminibus coalescat, atque confurgat, eccuius industria, quo ve nā extrinsecus mouente, sese manifestet, & vnde sibi notiones comparauerit, claris ex Platonis verbis intelligēda, atque vtilius fore arbitrator. Cum itaq. ex indignatione quadā commendatī Socratici dubitationes in rebus singulis, Meno negasset id fieri posse, quasi non sit fas quoq. inuestigare, neq. q. nouit, neque q. non nouit, quoniā videlicet id minime inuestigauerit q. iam nouit, (id enim nouit, atq. adeo huiusmodi in re nihil esse opus disquisitione) neq. vero id inuestigauerit, q. minime nouerit, nō enim, q. inuestigaturus sit, nouit: conatur tandē Socrates, Reminiscenzia posita, Sophisma soluere. Porro, quandoquidē Socrati videbatur haud satis tute Reminiscenzia introducere posse, ni prius animi immortalitatē affereret: hinc ille quidē a communi & sacrificorū, & Pindari, & Poetarum plerisque, qui diuini sunt, consensu immortalem animum asserit, & nulla adhibita probatione, (fortasse, quia locus non erat hic proprius) ita Reminiscenziam fieri in illo hinc inde remeante.

Cum enim animus sit immortalis, & sepe numero rediuitus exstiterit, eaque, quæ hic sunt, & apud inferos viderit, nihil usquā rerū est, quæ nō didicerit, vt quidē minimus mirū debeat videri, ipsum & de virtute, & de alijs rebus, ea, quæ prius viderat, in memoriā posse reuocare. Cū enim vniuersa natura vno quodā cognatoq. genere contineatur, & omnia Animus didicerit, nihil impedit hominē, vno quodā in memoriā reuocato, quod disciplinā uocant, illiusq. semine exsuscitato, omnia cetera inuenire, si quis virili animo fuerit, nec inuestigādo, desatiscat. nā inuestigare, & discere, omnino est reminiscenzia. Hęc Socrates. Ex qbus inquit, nō esse adhibendā fidē contentioſa illi sententiæ, qua Meno nihil seiri posse inuestigādo dubitauerat, vt quæ faciat homines inertes, Quod si p reminiscenzia ad ea se conuertat animus, quæ prius apud inferos viderat, industrius, atq. diligēs reddetur, & ad res disquirēdas sagax, atq. follers. Deinde, pducto puero, quē de quadrati dimēſione multa interrogat, eo vsque illū interrogādo versat, vt videatur nō noua puero indi, sed vetera ab illius ani-

Duo peragēda præmittuntur.

Meno.

Menonis scopus in toto Dialogo.

Meno 81. C.

Meno ibidem 81. 82. 83. 84.

mo exfufcitari, quæ ipsū latuerāt, quasi nō ex alia quapiā, q̄ ex sua ipsius opi-  
 A nione responderit, referēs quæ secū aderāt. atq; adeo ita cōcludit Socrates. *Ea  
 igitur opiniones, quas ignorat, in ipsius illius, qui eas ignorat, animo insunt. & vere quidē  
 ille de ijs ipsis rebus, quas ignorat. & nunc quidem veluti per insomnium excitat. e sunt  
 ipsa ille opiniones. quod si quis illum interrogauerit de iisdem ipsis rebus, & sepe, &  
 vario modo, ita habeto, illum tandem nemini in accurata, exquisitaq. illarum peritia  
 cessurum. & id quidem norit, non quasi aliquis id docuerit, sed interrogando praeue-  
 rit, tantum ut ille ipse, qui nouit, ipse ex se ipso scientiam illam perceperit reuocatam,  
 videlicet interrogationum ductu, & demonstratōne. hoc autem modo, uti nunc dixi-  
 mus, scientiam in seipso recolare, atque retractando assumere, esse Reminisci. additq.  
 Reminisci qd  
 fit. insuper Socrates, illam scientiam, quam tunc habebat ille puer, aut aliquan-  
 do accepisse, aut semper habuisse, quod si semper illam scientiam habuit, sem-  
 per quoque scientem fuisse. quod si aliquando eam accepit, non in hac qui-  
 dem vita illam accepisse. nam nullus illum docuit Geometriam: igitur pue-  
 rum illum facturum illa eadem de vniuersa Geometria, & alijs omnibus disci-  
 plinis, testari non dubitat. quod si in hac vita minime percepit, hactenus, ut  
 norit, perspicuum esse illum alio quopiam tempore, & habuisse, & didicisse.  
 hoc autem tempus dari debere, cum non esset homo. (& ita concludit.) *Si igitur,  
 & quo tempore est, & quo non est homo, inerunt in ipso vere de rebus opiniones,  
 quæ interrogationibus exfufcitatae, fiunt: scientia (verum est) ipsius animum per omne  
 tempus res percipere. hoc enim ex hac ratione plane conficitur, aut per omne tempus, aut  
 minime existere hominem. quod si Rerum veritas perpetuo est in Animo, Animus quo-  
 que fuerit immortalis. Itaque presenti, crectōq. animo elaborandum est, ut ea inuesti-  
 gemus, & in memoriam reuocemus, quæ nunc nescimus, id est quorum minime recorda-  
 mur.* In Phædone autem, probaturus Plato secunda quadam ratione animæ  
 immortalitatem, in eo fundat illam, quod anima reminiscatur eorum, quæ,  
 antequam in hoc corpus veniret, in alia vita didicisset. quod fieri non posset,  
 nisi & idem, priusquam in hanc humanam formam deueniret, existisset. itaq;  
 hac ratione persuadet, qua in Menone Socratem vsum fuisse præmonstraui-  
 mus. vocat autem illam pulcherrimam Plato, quæ talis est, *quoniam nimirum  
 homines interrogati, dummodo quis recte interroget, ipsi rem omnem, prout se habet,  
 dicunt. At, nisi inesset in ipsis scientia, & recta quedam ratio, non hoc certe facere pos-  
 sent.* idq. ut manifestet, duo sumit, vnde reminiscenciam fieri putet: quorum  
 vnum e rebus similibus, alterum e dissimilibus; ex his quidem, ut lyra conspe-  
 cta, & agnita, & pueri illius, cuius sit lyra, in animo speciem nos habere; ex  
 illis vero, ut, conspecta Socratis imagine, statim ipsius Socratis recordationē  
 sese offerre, exinde Reminiscenciam fieri, cum idē in illis rebus euenit, quas cū  
 minime inspexerimus, & temporis lapsu, & defuetudine illarum simus obliti.  
 Ceterum differre inquit non nihil, cum e similibus Reminiscenciam reuo-  
 camus: tunc enim conspecta Socratis imagine, illi intellectus offert veram  
 Socratis speciem, quam effete comparat, & statim animaduertit, quid desit  
 aut vni, aut alteri, ex eo quod viderat prius conuenientiam vtriusq. imagi-  
 nis. quod exemplo manifestat, posito in rebus æqualibus, & inæqualibus. nam  
 nullus est, qui non fateatur dari ipsum æquale, & inæquale, separatim ab eo  
 æquali, & inæquali, quod in lignis, aut lapidibus, & in qualibet alia materia  
 reperitur. alia enim est re vera æqualitas, & inæqualitas; & aliud æquale, &  
 inæquale; vnde, conspectis æqualibus lignis, aut lapidibus, possis ex æqua-  
 litate, quæ est in mente, animaduertere, quid desit, aut superfluat illi  
 æquali, quod est in ligno.*

Meno ibidem 87. C. D. E. Ignoratas opi- niones in igno- rantis animi latere.

Reminisci qd fit.

Phædo 72. E. Ibidem 73. A.

Recte interro- gatum vera re- spondere.

Reminiscenci- am e similibus, cum ex dissimi- libus fieri.

Phædo 74. A. B. C.

D.

Quibus

A Quibus positus, sermonem deinde reddit vniuersaliorem. nam idem inquit  
 in omni re visa euenire, si ad id, quod in mente est, illam conferamus; semper  
 conquerentes, quod aliquid desit perfectioni rei, quæ est in materia cuiusdam  
 rei nobilioris, respectu cuius imaginem inspicere videmur, tūc, cum illam cō-  
 parationem facimus. argumento est, nos alterius cuiusdam rei melioris remini-  
 sci, quam tamen in alia vita conspexisse, aut didicisse oportuerit. Sed nunc Pla-  
 tonis verba subnectam. *Nonne & illud, ut certum & perspicuum fatemur, cum quis  
 aliquid conspicatus animo illud comprehenderit, volueritq. id (exempli causa hoc, quod  
 nunc video) esse huiusmodi, qualis aliqua res, desicit tamen, id est, non potest id tale esse,  
 quale illud est, sed ei paullo cedit: nonne necesse est, eum, qui ita ratiocinatur, prius id  
 vidisse, cui aiebat id simile esse, aliquid tamen in eo ad plenam similitudinem accessse.*  
 B Tum deniq. paullo inferius totius assertionis conclusionem talem affert. *Non-  
 ne (inquit) si ea, antequam existeremus, præditi eramus, intelligebamus etiam, ante-  
 quam nasceremur: & ubi primum nati sumus, non tantum æquale, & maius, & minus,  
 sed & omnia huiusmodi sciebamus? non enim de æquali institutus est a nobis sermo ma-  
 gis, quam de ipso pulchro, & ipso bono, & iusto, & sancto: in summa, de omnibus, quibus  
 & in nostris interrogationibus, dum nos ipsi interrogamus, & in responsionibus, dum re-  
 spondemus, obfirmamus, rem esse: ut quidem necessarium sit, nos harum rerum omnium  
 scientijs, antequam nati essemus, præditos fuisse.* Ex quibus corollarie colligit, quod,  
 si perceptarum scientiarum numquam induceretur in nobis obliuio, omnino  
 C oporteret, ut semper illarum periti essemus, & per vniuersam vitam semper  
 essemus scientia præditi. Secundo, definit Scire, esse scilicet, eius rei, quam  
 perceperimus scientiam constanter retinere, nec vnquam amittere. Terrio, de-  
 finit, Obliuionem esse scientiæ amissionem, atque iacturam. Quarto, definit, Di-  
 scere, esse, propriam scientiam recuperare sensuum vsu, & ministerio, in ijs ver-  
 santes, ut eas recipiamus scientias, quas & antea habebamus: & totum hoc ap-  
 pellat etiam Reminisci, ad id vero per simile, & dissimile se manuducit.  
 Tandem vnum postremum quærit, quod necessario ad quæstionis conclu-  
 sionem requirebatur. Quando nimirum animi nostri scientiam susceperunt? &  
 respondet, plane constare, se accepisse, non ex quo homines nati sumus: ergo  
 D prius. nam erant animi, antequam in hominis specie essent, & seorsim a corpo-  
 ribus, & vim intelligendi obtinebant. Sed postmodum, cum quæreret Plato, vn-  
 de animus, & ad quæ conuersus in illa vita scientiam habuerit, respondet, da-  
 ri essentiam pulchri, & essentiam boni, & ad illam omnia, quæ ex sensibus pro-  
 ficiscuntur, referri, quippe quam inuestigando, nostram essentiam esse compe-  
 rimus prius existentem, & hæc ad illius exemplar nos componere, & ita ne-  
 cesse esse nostrum animum esse antequam nasceremur; & si illa non sunt,  
 neque ista. Hæc est totius probationis de Reminiscencia conclusio. Age, nunc  
 ad alia loca pergendum est. In Theæteto igitur, qui & de Scientia inscribitur,  
 a subiecta materia indito nomine, cum vidisset, quam sibi esset futura frequēs  
 E vltro citroq. interrogandi, & respondendi ratio, commendaturus alioqui  
 veterem Socratis morem, non alia ipse se Socrates ex ratione excusat, cur  
 scilicet per interrogationes sua dogmata semper, & vbique confirmet, coque  
 dirigit sermonem, ut, præsupposito, quod scientia sit reminiscencia quædam,  
 nulla certiore via, nisi mutuis interrogationibus, si modo recte id fiat, illam ha-  
 beri posse existimet. quamobrem, cum hæc perpendisset Socrates, omisso  
 Præceptoris erga discipulos nomine, ut qui putaret nullam de nouo discipli-  
 nam adolefcentum animis indi posse, sed inditam potius manifestari, hinc ob-  
 stetricis filium se esse in hoc peragendo munere confessus est, atque obste-  
 tricandi artem exercere, cuius auxilio prægnantes animi scientiam eniteren-  
 tur,

Phædo 74. D. E.

Simile defice- re in aliquo ab eo cuius est si- mile. Ibidem 74. C.

Ibidem E.

Scire quid?

Obluio quid? Discere quid. Phædo 78. A.

Animi nostri quando scientiam acceperunt.

Animus in alia vita vnde scien- tia habuerit?

Theætetus.

Socrates obste- tricis filium se esse fatetur ut reminiscenciæ adituar.

tur, & in lucem ederent, sed similitudinem obstetricis deinde profectus est. A cuius verba, omittis Dia logi personis, ita prosequar, atque transcrib i. n. Primum inquit Socrates, se filium esse obstetricis Phænareres; seque illam artem factitare, eaq. valere, nimirum, vt, interrogando, quod alijs importu num videbatur, prægnantes animos parere cogeret, atque ita se obstetrici similem, ducta ab illarum officio similitudine, manifestat. Primum quidem, eo quod obstetricum nulla, eo ipso tempore, quo liberorum suscipiendorum facultatem habet, parturientibus obstetricatur, sed illas nimirum, quæ non amplius possunt parere. Sterilibus ergo mulieribus obstetricandi officium tribui noluit Diana, cuius partus tutela tributa est, quoniam infirmior est humana natura, quã vt eam artem, cuius inexperta sit, queat suscipere. At illis, quibus per ætatem parere non licet, illud munus imperavit.

Obstetricis munus multiplex.

Obstetricis cognitio.

Remedia. Carmina.

Obstetricis, matrimonio- rum auspices.

Idem Theoretus 150. A. Obstetricum Castitas.

Obstetricibus Socrates quo se superiore in obstetricandi officio putet.

Verisimile etiam esse, atque necessarium, dignosci potius eas, quæ prægnantes sint, & quæ minime ab obstetricibus, quam ab alijs mulieribus.

Iam vero, & ipsas obstetrices, remedijs datis, & carminibus, possunt partus exsuscitare, & faciliores, si velint, reddere; & efficere, vt eæ mulieres, quæ partus difficultate laborant, pariant: &, si fetus abortiuus videatur, abortum faciant.

Obstetrices solere esse efficacissimas matrimoniorum auspices, quippe quæ intelligant, qualis quali viro mulier copulanda sit, vt quam optimos liberos pariat; nec magis illas vmbilici præcisione, quam hac re gloriari. eiusdem enim esse artis culturam, collectionemq. fructuã, & nosse in quam terram, quæ planta, quod ue semen sit mandandum.

Licet, ne lenocinij crimen subeant, fugiunt castæ obstetrices illam pronubendi rationem: quamquam & veris obstetricibus consentaneum sit, recta, & legitima matrimonia copulare.

Descripta itaq. obstetricum opera, inquit Socrates, personam, quam ipse gerit, maiorem esse quod ita probat.

Nam, cum mulieribus aliquando contingat, vt simulacra pariant, aliquando vero fetus, hoc quidem haud facile inquit esse, vt ab obstetricibus dignoscantur, & verum a falso discriminarent.

Sed suæ arti (inquit Socrates) ea omnia, quæ industriæ obstetriciæ propria sunt, abunde adesse.

Hac vero in re etiam præstare, quod maribus, non feminis, illa obstetricetur. Et, quod ipsorum animos parturientes inspiciat, non autem corpora.

Hoc vero maximum esse in illa arte, vt omni ratione possit explorare, simulachrum ne, id est, rem falsam pariat Iuuenis cogitatio, an natiuum quid, & verum.

Iam, & illud quidem peræque ac obstetricibus sibi inesse Socrates fatetur, quod nulla nimirum sapientiæ valeat fetura. & quod iam dudum complures sibi exprobrant, se alios quidem interrogare: at vero se nihil vlla de re respondere, quippe qui nulla præditus sit sapientiã, idq. fateri vere quidem sibi exprobari.

Huius vero rei hanc esse causam, Deum se quidem cogere obstetricari, at eundem prohibere se aliquid generare.

Tandemque, se nec magna pollere sapientiã fatetur, nec vllum huiusmodi esse inuentum, animi sui videlicet fetum ex se natum.

Eos vero, qui secum versantur, primum quidem viles quosdam, imperitosq. videri: omnes autem, vbi progressa fuerit consuetudo, ( quibus quidem annuerit Deus ) mirum in modum proficere, vt & sibi, & alijs videntur.

Et

A Et hoc quidem perspicuum esse, illos a se nihil vquam didicisse, sed ipsos a se ipsis, & multa didicisse, & memoria conseruasse.

Illius autem obstetricationis, & Deum, & se simul, inquit, esse causam.

Hæc Socrates. Quibus enarratis, edocet, quænam impedimento esse possint, quo minus suam obstetricandi artem in Iuuenes exerceat. Quorum primum est.

Socratis ad obstetricandã impedimenta.

Si qui ad eum accesserint, aut ipsum neglexerint, aut si citius, quam oporteat, discesserint.

Deinde, si praua consuetudine id renuerint.

Tum, si praua educatione, postquam obstetricia sui opera in lucem venisset, B parta amiserint, rebus falsis, vanisq. rerũ simulacris veritati longe antepositis.

Quarto, etsi alij suæ consuetudinis vsum postularint, etiam si mira quædam fecerint, prohiberi se a suo illo Dæmonio, ne vtantur familiariter, quibusdam vero concedi, & rursus illos proficere.

Ibidem 151.

Quos vero in suam familiaritatem inducit, illis idem, quod parturientibus, contingit.

Parturire enim, & dubitatione repleri, noctes, & dies, multo magis, quam illas.

Et hunc parturiendi modum, & excitare, & dolorem pacare posse arte sua.

Aliquando vero illos, qui sibi quodammodo prægnantes minime esse videantur, quos quidem intelligat sua opera haud quaquam indigere, illos quidem alijs in locis despondere; & ( vt eius verbis vtat ) rem solide conijcio, atque præfugio, concludit Socrates, ex quorum hominum consuetudine vtilitatem possint reportare, quorũ multos Prodicus elocasse se testatur, multos alios sapientibus, & diuinis illis viris, quos tamen viros non nominat Socrates, dum postremo suo sermone finem imponit.

Hæc Plato in vniuersum de Reminiscentiã. In quibus locis enarrandis immodici fortasse visi sumus, nisi esset, quod negotij magnitudo, atque varietas nos ad hæc compulset, vnde tam multa colligere necesse fuit, quam pauca pro reminiscentiã doctrina facere animaduertemus. Vt autem, quo in locis explicandis ordine vsi sumus, eodem singula sine confusione perpendamus, ad Phædri locum mihi redeundum fore arbitror.

Quoniam vero multum adeo inductioni ab eo tributum esse ibidem vidimus, quasi vero inductione ostensum sit, animos ad reminiscentiã, & inde ad intelligibilem cognitionem peruenire; propterea, quid Platonicis de inductione dicant, videndum est: Aristotelicos interim cum Præceptore misos facientes, vt pote qui, aliam insectantes viam, iam inde a Ianua differre incipiunt. ponunt enim illi intellectum tamquã agrapham tabellam, qui cum naturali impulsu scire desiderat, ad oculos, & ad aures se conuertit, potissimum vnde singularium rerum præexistentes cognitiones hauriat. hinc lucidæ illæ veluti stellæ in eorum philosophia propositiones micant, nempe nostram omnem cognitionem a sensu ortum habere. & intelligentem phantasmata speculari oportere; nihilq. esse in intellectu, quin prius in sensu exstiterit. & denique, intellectum tabulæ non scriptæ similem faciunt. vt, ijs positis, quanto vsui, quamq. maximo sit futura inductio ad scientias acquirendas, cuiuslibet patere vel clarissime possit. eiusdem tamen vsum cum Platonicis non ita plane constare, ita fit manifestum, si, quæ de inductione ecquid per illius modum intelligant, inspiciemus. Iam enim illum modum misum faciam, quo Proclus in Euclidis libro tertio vsus est, cum inductionem transitum esse intellexerit ab vno problemate, vel theoremate in aliud, quo cognito, vel comparato propositum inde perspicuum esse possit. hic enim modus prou-

Platonicorum locorũ de Remin. examen.

De Inductione differendũ, ecquam ob re proponatur. Aristotelis inductio.

Platonica inductio inquitur.

Inductionis definitio ex Proclo super Eucl. 1.3. com.

Etiorum

etiorum est animorum, qui intelligibilium cognitione magis abundant: nostri vero, de quo nunc quaerimus, animi, non mundi hospites intelligantur, itaque neque cum Ficino Aristotelicam inductionem immisceamus, cum in Philabo discursum quendam rationis ipsam esse intellexit ad scientiam coherentis: quam et si demonstratione manifestiorem, sed tamen imperfectiorem esse viderit, cum idem fere per idem declarat, attamen ei parum esse fidendum etiam Ioannes Franciscus Picus, tamquam Platonius pronuntiauit, in eo examine, quo vanitatem doctrinae gentium ipse detegit.

Propius igitur ad Platonis aures cum Alcino accedemus, qui, inductionem omnem per rationes processum quendam esse animaduertens, duplici modo fieri nobis aperuit. nam vel a simili in simile transire, vel a singularibus in communia deuenire docuit. & hanc argumentationem inquit ipse capite quinto ad excitandas naturales intelligentias summopere conferre. Ex quibus certe verbis, veluti inductione, ad ea verba intelligenda ducor, quae huius disputationis initio ex Phaedro inducebamus: sed ita inducor, ut a dissimili potius ad Platonis verba intelligenda persuadear. nam (ut de inductionis conclusione loquamur) aut ipsa vniuersalis est, aut particulare quippiam nobis reddit. prima quidem conclusio Aristotelica magis est, et, si Platoniam quis esse contendet, ipsius vsus frustra nobis quaerentibus dare laborabit, propterea quod vera Platonis inductio a simili, vel dissimili ad simile, vel dissimile ita procedit, ut vel a multis similibus, vel dissimilibus, & hic visis, atque comparatis, ad vnum antea visum procedat, vel ab vno simili, hic viso, ad aliud in alia vita inspecto, memoratone pertendat. cuius rei gratia obstupescere animum nostrum dixerat. itaque hic procedendi modus exemplum potius fuerit Aristoteli, atque adeo inualidi roboris, ut inter Rhetoricos alioqui humilissimos, atque debiles argumentandi modos vix illi vltimus locus concedatur. Sed fac nunc habeat exemplaris ista inductio in Platone vim, quantum ipse velit, maximam, velim tamen ipsam mihi persuaderi aliquantisper, & ipsius posita conclusione, ostendi. quid enim dicemus, ut cum amore verum aliquid pronuntiare possimus? nempe dicet Amator, cum pulchrum aliquid intuetur, se stupefactum esse. at cuius rei gratia? scilicet, quia viderit, quod antea se vidisse suspicatur. sed, quoniam delineationes huic mortali pulchro terreo, impuro inesse poterunt, quibus statim ad illud pulchrum vix intelligibile peruenire queamus? immo vero, si omnia pulchra hic intueberis, & Platonico inductionis modo, scilicet exemplari, procedes, non modo ipsum, quod est ipsum pulchrum, disperdes, verum etiam in ijs fragilibus pulchris eligendis delirabis, nisi ad Aristotelicam inductionem accedes. quo quidem modo rectius Plotinum vsus fuisse, videri vel clarissime poterit. hic enim Philosophus, & quidem magnus, et si a Platone acceperit, cum de triplici animorum ad caelum ascensu loqueretur, & in eorum numero animorum, qui ascendunt, Amatorem admiserit, hunc tamen modum tenere se dixit, ut, cum hoc pulchrum inspiciat, atque item postmodum aliud atque aliud, & singula in se ipsis admiretur, deinde inuicem conferat, videatque, vnum hoc esse pulchrum, non eo quod illius, vel alterius pulchritudinis simile quidquam possideat, quod in aliquo singulari inuenire non potest, dum altius sese erigens aliud quoddam pulchrum inueniri posse suspicatur, cuius participatione haec, quae viderat, pulchra sint; & in hunc modum certe pulcherrimum Amatoris mentem supra sensibilia extulit, ad aliquid intelligibile inuestigandum, modo saltus hic, si ad ideas statim accedat, plus nimio Aristoteli displicebit, si vero ad naturam quandam, non tamen extra singularia positam, Aristoteli quidem gratum fuerit, quippe cuius inductio ad talem propositionem vniuersalem dirigitur.

Ficinus inductiones immiscet in Philabo.

Franciscus Picus l. 9. c. 17.

Alcinous. c. 5.

Inductionis conclusio duplex.

Platonis inductio exemplum est apud Arist.

In Platonis amatorem.

Plotinum rectius inductionem in vsu ponere.

A rigatur, non autem ad illam, cuius collectum, aut posterius, aut nihil esse, alibi dixerat. quocumque tamen modo, de his disputandi locus importunus est, cum satis interim sit, Platonis inductionem, quae se in Phaedro ad reminiscenciam comprobendam uti credit, nullius esse roboris, immo vero inductionem non esse, sed exemplum. nam de alia inductione, quae a pluribus progreditur singularibus, nihil dicendum fore duxi. illa enim, si, collectis singularibus, id faciat, in vniuersalem propositionem euadet, & inde syllogismum concludet, qui in parte est, & prima figurae tertium conficit modum; si vero a singularibus, ita sumptis, ut singularia sunt, profecto numquam euadet, ut ex illis omnibus collectis aliquid inferat. Sed esto, quomodo ex his singularibus, ut lubet, enumeratis possit ideale reminiscenciae obiectum indicari, & ab his ad illud peruadere, nullum puto Platonium demonstrare, immo vero neque indicare posse. Haec autem haec tenus.

Nam quod vnum singulare Platoni sit satis, quodque sua inductio vnius similitudine contenta sit, ex ijs verbis inspicere potest, quibus, cum de illapsis huc animis, dum eis iam inducta est obliuio, loquitur. *Quamobrem inquit pauci restant, quibus satis memorie superest, hi vero cum earum rerum, quas ibi inspexerunt, similitudinem hic vident, obstupescunt, & quasi extra se sunt.* quo loco vides, similitudinem inductionis esse fundamentum: hanc autem inductionem vnius exemplo perferri, ex eo patet, quod de Amatore loquitur, qui, vnius tantum amore captus, eiusdem sola similitudine expergiscitur. Sed, quid moror meis verbis haec exaggerare? quando Plato haec inquit: *Sed is, qui perfecte initiatus est sacris, & qui aliquando plurima est contemplatus, quando vultu quendam diuinam quadam forma illustrum, vel aliquam corporis formam incorpoream illam recte imitantem primum quidem fremere, veteremque quendam metum incrudescere, deinde inspicientem tamquam Deum, celere ex vnius obiecto, igitur vniuersale obiectum non quidem fit, sed expergiscitur potius quod et si plurima fuerit antea contemplatus, illa quidem ad inductionem minime pertinent.*

Propter haec autem, & ea, quae inferius adducenda sunt, vnum hoc adnotatione dignum puto, quod, et si necessarium, inter ea tamen, quae tacenda sunt, illud adnotabo. est enim verissimum adeo, quam minus patens, apud Platonem, primam animi cognitionem non eo modo ingenitam esse, ut quidam sentiunt, quin acquisitam magis ex obiecto extrinsecus illi occurrente affirmemus. Etenim hoc apud Platonem saepius lego, illud vero non item. primo autem id ex Platone colligendum puto, cum ille animorum contemplationem ostensurus, ad pulchri inspectionem ex hoc pulchro, utcumque, in hac vita inspecto, nos madducit. nam, et si nunc eorum reminiscatur, quae in animo habet, habuit quidem, sed acquisitas, haud vero inditas. idque clarius ipse docet, cum ait, *omnem animum prius contemplatum fuisse res ipsas re vera antequam huc veniret.* immo vero addit causam, in qua quidem intelligenda ingenij mei vires imbecilles esse fatentur cogor. nam secus inquit *in hoc animal numquam venisset.* Nam, quomodo animus, nisi prius fuisset res ipsas contemplatus, in hoc animal numquam venisset? Quid autem habeam, quod dubitem, quod ve quaerere differam, illud est. Eequonam tempore aut ipsius temporis nunc, quo animus productus est, species illas inditas habuerit, quomodo etiam, & quando acquisitas, cum praesertim non eo modo dici posset, quo Aristotelici vel facile responderent, dum formam ipsam, scilicet animam, potentia quadam constituunt ad vltiora quadam opera, praecipue ad intelligibilia ipsa, quippe anima tabula rasa clariore quo possunt exemplo ab ipsis dicitur. quod si talis respondendi modus dari possit, at saltim ex ipso Platone obscurus est, & oino dubium remanet, vtrum duo dabuntur teporis

Inductio quae a pluribus procedit, qualis.

Phaedrus 250. B.

Inductionem vnius exemplo absolutam esse Platoni. Idem Phaedrus 251. A. B.

Vniuersale non fieri, sed agnosci, aut expergisci.

Cognitionem acquisitam Platoni videri posse, atque extrinsecus accedentem.

Obscura Platonis verba, difficultum dubitationi causam praebere.

Aristoteles 3. de Anima 16.



poris momenta; alterum, quo anima producta sit, antequam in corpus veniat, alterum vero, quo species inditas in se presentiat. nam, si acquiras quispiam concedet, videbitur quidem Platoniam veritatem subodorari, cum præferim in ipso aliud quippiam de temporis suspitione habeatur, ut puta quo nondum sacris initiata quidquam intelligendo perficiat, & quo aliud a se contenta sit, si tamen non exorbitans admodum extiterit animam in cælo ponere, & omni momento non intelligere aliquid,

Menonis loca perpenditur.

Nunc ad alia Platonis loca consideranda me conferam. Erat autem Menonis locus celebris admodum, tum ob Aristotelis disputationem in ipsum habitam, tum etiam, quia ibi Reminiscenciam, ut sicubi vspiam, affirmare voluit. Ut autem Aristotelica ob importunum locum omittamus, nostris modo in Platonem Commentationibus erimus in presentia contenti. Primo quidem video in Menone, quo modo fiat, scientia, & virtutis comparatione hæc inuicem differre: nempe, quia scientia doceri potest, virtus autem nequaquam. Sed, quo modo virtus doceri non possit, respondet Plato, confirmatq. hoc idem secundo Ethicorum Aristoteles, dum Præceptorem hac in re inculcat, ut qui dixerit, virtutem naturaliter nobis inesse. Ego autem, quid illud sit naturaliter nobis inesse, quo virtus a scientia differat, non satis capio. Si enim inditum quiddam significat, cur scientia doceri non possit, virtus autem possit? sin minus, erit scientia de nouo quidem acquisita, non autem reminiscencia; aut quonam modo eandem animam venire in hunc mundum dixeris, adeoq. tali modo ad virtutes dispositam, quas habuit inditas, ut illas ab alio se doceri non sinat, scientias vero sinat. quod si scientiæ ipsæ neque addiscuntur tamquam a docente, eo quod Socrates nihil se scire profitebatur, nihilq. docere alios posse, in eodem certe gradu futuras esse virtutes, nec Præceptore indigere; nec denique hoc a scientia quidquam differre, quis negabit? Age, nunc intimius Menonis verba contemlemur. In eo fere toto quaritur, num virtus doceri possit; idq. minime fieri posse, multis quidem per inductionem allatis exemplis, demonstrare nititur; hoc vno tantum adducto hypotetico syllogismo: Si virtus scientia est, doceri potest: atqui non esse inquit scientiam, igitur doceri ipsam non posse. Sane, ex his, quæ antea diximus, neque scientia doceri potest, si reminiscencia est; neque scientiæ præceptorem aliquid de nouo discipulorum animis infundere posse a Socrate docemur, qui obstetricis officio se fungi professus est.

Scientiæ, & virtutis acquiratio quomodo differant Platoni. Aristoteles 2. Ethic.

Virtus, & scientia Platoni, quo modo habeatur.

Platonis in Menone syllogismus.

Syllogisticæ rationis impugnatio.

Stabit igitur virtus in eodem gradu, nisi dixeris, virtuti atque scientiæ non idem accidere: quid tamen accidat, non video; primum quidem, cum vtraque ab antiquo in anima habeatur, debebat Plato nobis aperire, an vtriusque vni sit efficiens, & a quo singulæ habeantur, si penes efficiens differant. quod si ab eodem fuerint efficiente, & in eodem animæ subiecto inditæ, futurum præsentio, ut penes modum, quo differre videntur, nulla ipsis dari possit differentia, quæ speciem in vtraque variet. debebat insuper illud non omittere, an vtriusque sit reminiscencia, quod si a Primo opifice virtus infunditur, ut innuere videtur, scientia vero ex ijs comparetur, quæ apud inferos anima conuersata viderit, distinguat, quæso, prius hos ab illis reminiscendi modos, quos nullibi distinxisse patet, quid enim esset futurum, si quis dixerit illa, quorum adipiscendi modus est idem, quemadmodum virtutis, & scientiæ, quarum vtraque reminiscencia comparentur, & inter se etiam eadem esse? Cum autem hoc non satis apud Platonem pateat, quod maxime aperire debebat, quo modo fieri potest, ut virtutem tamquam antiquam cognoscamus, & a Progenitore non agnoscamus, sed veluti latens quoddam in anima, tandem sua sponte

A sponte detegatur. quod si neque reminiscenciæ vi, neque alius est Platoni modus declaratus, quid sit dicendum, penitus hæsito.

Age tamen, ad ipsum conuertamus sermonem, qui hoc modo arguebat: Si virtus doceri posset, reperirentur utique Præceptores, atque discipuli, qui ipsam docerent, addiscerentque: quorum neutri reperiuntur. Hæc ille. Quæ quidem ego *ἀντιστόχος* ita conuerto. Si scientia doceri posset, certe, qui ipsam docerent, vel addiscerent, dari deberent: atqui, tales non reperiuntur, Socrates ipse (quamuis inuitus ille in hoc Præceptor) me ante docuit, qui se Præceptorem esse negavit. cuius autem non est Præceptor, illius neque est discipulus: si eorum, quæ sunt ad aliquid, normam seruare voluerimus. Sed

Alter Platonis syllogismus discutendus proponitur. Syllogismus anitrophos.

B audi nunc amplius: idem Plato ibidem virtutis caput prudentiam esse asseruerat, quam tamen cum scientia postmodum confundit, & Scientiæ nomine pro prudentia vitur; immo vero addit, *opinionem veram, & scientiam, hominibus naturæ non inesse, neque etiam extrinsecus comparari posse.* itaq. toto Dialogo talem deduxit sermonem, ut a bono viro ad prudentiam, a prudentia ad rectam opinionem, ab hac tandem ad scientiam recta tenderetur. atqui, si scientia doceri potest, quid prohibet, quo magis de virtute tantundem dicamus, quam modo in eadem coordinatione ipse posuerat? Est enim bonus vir, prudentia quidem bonus, quæ virtus est: prudens autem vir, recta opinione prudens est: rectam autem opinionem ad scientiam modo perducit, quamuis differre probasset in Thætetico. Igitur bonus vir, scientia bonus est: quæ cum doceri possit, eatenus certe bonum virum efficit, quatenus bonus vir illam addiscere valebit. an autem prudentia ipsa virtus sit, id nunc in vniuersum non quæro; sed, quæ me in presentia Meno ipse docet, accipio. in eo enim per prudentiam virtus definitur, quippe, ut ibidem habetur, cuius vis per omnes virtutis partes fusa sit, quo quidem cogimur, ut prudentiam, vel vniuersam virtutem, vel præstantissimam illius partem esse fateamur.

Opinionem veram & scientiam hominibus naturæ non inesse.

C Amplius, ut propius ad rem redeat sermo, vnum addam, aut alterum, enostris in Platonem Contradictionibus desumptum. si nescire est minime recordari, recordatio vero est eorum, quæ antea cognouerat quispiam. igitur non modo noua scientia non dabitur, quæ de nouo acquiratur, sed ne etiam illorum tantum, quorum nouerit commemoratam fuisse animam: at vero, quomodo apud inferos hæc didicit, prius, quorum nunc oblita est? an per sensum, certe sine sensu tantarum rerum memoriam fecisse non potuit. nam *memoriam esse sensuum asseruationem* dixerat: *sensuum autem* (ut in Phila- bo ostenderat) *motum esse, sine affectum contingentem in anima, & corpore.* Vnde talis ordo in hunc fere modum statuitur. cum enim Reminiscencia sit vltimus actus eorum, qui nobis aliquid addiscendo contigerint, si quidem ipsa Reminiscencia est Platoni scientia, & habitus postremus: nam ante reminiscenciam fuerat obliuio, quæ iam antea inducta in animis nostris faciebat nos in omnium penitus ignoracione versari, sed ante obliuionem memoriam præcessisse necesse fuerat: obliuio enim veluti ad aliud rei memoratæ obliuio fuerit. Memoria vero sensum præsupponit. est enim, ut ex Platone dictum est, sensus conseruatio. atqui sensus est animæ, & corporis affectus, etiam eodem Platone asserente. igitur, receptui canentes, dicimus, apud inferos, vbi primas rerum sensationes Anima commorata viderit, cum corpore vitam vixisse, & scientiam sibi de nouo a scibilibus comparasse. quid igitur? an huic rei duplex illa responsio dari posset, Platonem scilicet, cum de reminiscencia loquitur, in hac vita illam quærere, nec sibi esse curæ, quid actum sit, priusquam

Tertia verbum Platonis discussio.

Futilis nonnullorum Responso ad obiecta. magis implicans.

A a priusquam

pruſquam huc veniret? an præterea, ſi ibi dari ſenſus probabitur, non erit ille ſenſus æque ac iſte? Sed circa hæc immorandum amplius non eſt.

Modo rurfus de his vniuerſalius. itaque cum ſimilitudo, & diſſimilitudo ad præteritarum rerum reminſcentiam plurimi ſit momenti apud Platonem, eadem vtendum fore duxi in eiufdem dictis agnoſcendis. Primum autem nullum inquit in Phædro poſſe alas recuperare, (nam per Alas geminum inſtinctum intelligebat) niſi præter hæc ſingularia etiam vniuerſalia intelligat: ſi huiuſmodi quippiam ſonant verba illa: Oportet hominem intelligere ſecundum ſpeciem, quæ ex multis rebus ſingularibus ſub ſenſum cadentibus in unum quiddam ratiocinatione conceptum uno quodam ambitu concluditur. vt ex his plane habeamus, animum ad contemplationem veri hominis, & ſecundum ſpeciem, quæ ex multis rebus ſit, erigi debere. In Menone vero in reminſcentia aſſerenda nihil tale meminit, ad quod animus ſe conuertat, ſed quaſi aliud agens, illud recolere aſſeruit, quod apud inferos viderit. Quidquid autem ibidem viderit, eſſe ſingulare quoddam nequaquam hominis, aut alicuius rei ſpeciem, ſiue ideam, puto eſſe manifeſtum. quæ interim ijs, quæ ſunt in Phædro, aperte repugnant. Phædri autem loco ſimilis alter locus magis eſt iſ, qui in Phædone habetur: vbi docuit, dari eſſentiam pulchri, & boni, & omnia ad illorum exemplar componere animum noſtrum. Et hæc de prima in dictis Platonis ſimilitudine.

Altera vero ex Phædri loco citato mihi ſeſe offert. nam hæc, quæ modo in hac vita videt animus, vbiſnam in alia, eadem, aut ſimilia, conſpexit? nempe inquit, animus noſter cum Deo proſectus, ſenſibiliq. deſpiciens, quæ falſo vere eſſe dicimus, ad id, quod vere eſt, oculorum aciem conuertens, illa vidit. In Menone autem, eo modo, quo dictum eſt: in Phædone vero ad ipſum pulchrum. ſed, quo iuuante hæc vidit? quo ve ratiocinio ad illa peruenire debuit? Reſpondet in Phædro, ex inductione, vel perinde, ac ſi per ſimilitudinem dixerit. quod idem inferius ita confirmat:

Quamobrem pauci reſtant, quibus ſatis memorie ſuperſit: hi vero cum earum rerum, quas ibi inſpexerint, ſimilitudinem hic vident, obſupeſcunt, & quaſi extra ſe ſunt. In Menone autem idem apertius, cum ait, ea, quæ hic ſunt, apud inferos viderit. Cum vero non eadem ſint, vt antea dictum eſt, ſimilitudinem interim nequaquam conſtare ſuſpicamur: cum præfertim in Phædone non prius loqui ſe voluiſſe oſtendit, quam veram regulam eorum inueſtigandi poneret, quæ in altera vita viſa ſunt: ea vero in ſimili atque diſſimili ponebantur. quod exemplo de Socratis imagine, quatenus ad ſimilitudinem attinet, id oſtenditur, & in diſſimilibus ex pueri Lyra, qua viſa, pueri recordamur. Ceterum dices adhuc amplius, an ſimiles loci illi ſint, cum quaeritur, quorum ſit reminſcentia, & cum ſolius Philoſophi eſſe in Phædro reſpondetur? quippe quem ſolum alas recuperare dixerat? nam & in illis, inquit, quantum fieri poteſt, memoria ſæper obuerſatur, in quibus ut di-

uinis nimirum ille, qui uerſatur, diuinus eſt, quamuis turpem quandam Amatorum ibidem etiam non reiecit, cum mentis huius talem alienationem commendat, & qui huius inſantie particeps ſit, cum amet pulchra, Amator uocetur. Quid autem in Menone? ſcilicet, puerum quemcumq. forte fortuna obuium non explodit, quem recte de mathematicis interrogatum abſque errore reſponſa dare introducit. an autem idem ſit Puerum recte a Philoſopho interrogari, & Philoſophum recte reſpondere, & an inde ad reminſcentiam

Alia Platonis loca iuicem comparantur.

Phædrus 249. B. C.

Meno 81. A. B.

Apud inferos Plat. Animam ſingularia videre. Phædrus 76. C. D.

Eſſentia Pulchri, & Boni.

Phædrus.

Meno. Phædo.

Phædrus 250. B.

Meno 81. C. D.

Phædo.

Phædrus 249. B. C.

Turpis amatoris fauor Platoni.

Meno.

Atque ſuſpicionem recte perueniri concedendum ſit, conſideratione dignum puto. nam, eſſi non idem ſit Philoſophus, atque puer, non tamen a recta interrogatione multum aberit, vt idem fere eſſe fateamur. vt, quod aſſidua cogitatione Philoſophus eo animum intenderit, & alas recuperauerit, non diſſimili operatione de Puerio interrogato dici poſſit, & quod multo labore Philoſophus contemplando inuenerat, breui poſtmodum, faciliſque interrogatione a puero eadem reſponſa ita eliciat, vt præceptor, tamquam efficiens cauſa, in ſe prius formas illas habeat: quandoquidem omne mouens, atque efficiens in ſe ipſo formas habere neceſſe eſt, quas in materia indi, atque imprimi, & ex eadem materia elici cum Platone verius dixerit. ſecus enim, quid ideæ iuuabunt, aut quorum efficiens mouebit, aut in quo ſtabit ipſius nobilitas ad materiam comparata, ſi formam dare non poſſit? Tale quid in eo, qui puerum interrogat, euenire neceſſario debet, dum ex recte interrogatis pueri animus, ſed agraphus veluti materia diſponitur, cui potentiam, ſed, vt planius dicam, receptiuam tribuero, haud vero formarum extra efficientem, vel ab antiquo retentricem. Sed hæc ad diligentiores diſceptationes. ideo ad contextum reuertimur. Habemus itaq. non modo philoſophum, verum etiam cum amatore puerum ad reminſcentiam recuperandam accommodatum. an autem idem ſit, illa vidiffe cum Deo proſectum, & vidiffe apud inferos, vel demum ad ipſum pulchrum, ipſumq. bonum conuerſum, cum diligenti Academico tanſiſper a deo perpendendum relinquo, dum ad Platonicas contradictiones peruenero.

Præterea conſideratione dignum eſt, quemadmodum in duobus Dialogis fere circulus quidam committatur, vt puta in Phædone, & Menone, hic enim, reminſcentiam aſſerturus, animi immortalitatem, tamquam manifeſtam, ſumit, aut vix illam probat, quam auctoritate tantum aſſerit, nempe communi ſacrificorum, & Pindari, & Poetarum nomine contentus, quamuis diuini ſint ab eo exiſtimati. quo poſito, rem aggreditur. Cum enim inquit animus ſit immortalis, & ſæpenumero rediuiuus exſiſterit, eaque, quæ hic ſunt, & apud inferos viderit, nihil uſquam rerum eſt, quas non didicerit, vt quidem minime mirum debet videri, ipſum & de virtute, & de alijs rebus ea, quæ prius viderat, in memoriam poſſe reuocare. Contra vero in Phædone ſatis patere arbitror, animi immortalitatem probari, & vnam eſſe præ ceteris rationem, quæ reminſcentiæ nititur, poſtquam enim Socrates præcedenti ratione animæ immortalitatem aſſeruerat, & eſſe nouæ cuiuſdam vitæ reſtitutum, atque inſtaurationem conluſerat, & e mortuis uiuentes fieri, & mortuorum animas exſiſtere, & bonis quidem melius, malis peius eſſe: Iam vero proſequitur Cebes, Socratis ſermonem excipiens, illud quidem, quod ais efficiſſe ex illius dogmatis quod frequenter in ore habes, ſi quidem illud verum ſit ratione, diſcere nimirum eſſe reminſci. & ex hac quidem ſententia neceſſario concludi videtur, nos priore aliquo tempore ea didiciſſe, quæ nunc in memoriam reuocamus, hoc autem fieri non poſſe, niſi anima noſtra exſiſteret, priuſquam in hanc humanam formam deueniret. Ita & hac ratione animus immortalis quidam eſſe videtur. Hæc Cebes.

Nunc, vtro nam in loco validius ſe geſſerit Plato, videant alij, ſi vnum interim mihi adnotare liceat, quod eſſi ſuperius bis dictum eſt, hic proprijs Platonis verbis eſt repetendum. idque tum ob communes fere Platonizantium errores, tum etiam ob Ioannis Grammatici aſſertam ſententiam, a quo fortalle erroris anſam alij ſuſcipere potuerunt. hic enim vbiſque ſcientiam in anima ſeminariam eſſe docet, cum tamen in Platone ſit conuerſum,

Docens quomodo doceat, itemq. quo diſceſ addiſcat.

Agens potius formas indere & ex materia exprimere. ex Platone.

In duobus Plat. dial. Circulus committitur.

Meno 81. A. B.

Phædo 71. B. E.

Io. Grammaticus in Reminſcentiæ doctrina mutat.

uersum, qui etsi alibi ( vt visum est ) ad pulchri inspectionem confugiat, modo ad varios vitæ circuitus recurrit. & vt dicere omittam, quæ sit illa pulchri inspectio, & an veluti ab extra fieri possit, ad Grammaticum accedo, qui in suo procemio interpretationis de Anima Aristotelis hæc habet. *Sed dico, quod anima ratione prædita habet rerum rationes suæ substantiæ impressas, & vt rem melius exprimam, consubstantiatas. Quoniam autem materiam subierunt, veluti oppressa, & obruta sunt, ut quæ in cinere obruta celatur scintilla. Quemadmodum igitur, quando quis cinerem parum effoderit, scintilla statim emicat; & non, qui effodit, scintillam effecit, sed solum, quæ erant impedimento, amouit: sic & opinio a sensu exciata, eorum, quæ sunt, rationes proponit: sic & præceptores ( aiunt ) non cognitionem quidem nobis inserere, sed eam, quæ in nobis quidem est, sed absconsa veluti delitescit, demonstrare. Si enim in nobis non esset eorum, quæ sunt, rationes, quare intelligeremus, quando quis præter rerum naturam disserit, ut, si duo de anima differant, hunc quidem condemnamus, & reprehendimus, quod non, ut rerum natura conueniebat, disputauerit: illi autem assentimur, & ueriora dicere profitemur. Ad quid igitur conferentes ea, quæ ab illis dicta sunt, dicimus, illum quidem uera dicere, hunc autem non, nisi in nobis esset rerum ratio, numquid manifestum est, quod ad eas, quæ in nobis absconsæ sunt, de anima notiones a disputationibus excitatas conferentes, eos uel uera, uel falsa dicere asserimus, Hæc ibi Philoponus. Cum autem interferat illud Aiunt, videtur ex aliorum sententia loqui. quod etiam inferius inuenit. cum enim paullo antea dubitasset, vnde opinioni insit cognitio vniuersalis in sensibilibus, aut vnde nobis adsunt simulacra rerum tam sensibilem, quam intelligibilem, ad hæc quidem tripliciter, ni fallor, respondere conatur: primo, per communionem opinionis ad cognitionem. tum deinde, per rerum notiones insitas: tertio vero, in quod ipse magis inclinare videtur, per communes notiones, & mentis quædam adumbrationes, per quas melius scimus, quam si per scientiam demonstratiuam cognosceremus. hanc cum probet Philoponus, in eam sententiam venire videtur, quam Aristoteles de eadem re primo Posteriorum disputans contra Platonis reminiscenciam promulgauit. aliud enim est intellectus ille principiorum apud Aristotelem, quem tertia responsione tangit Philoponus, & aliud insitæ notiones, quas idem secunda responsione significabat, nisi esset, quod ipse Philoponus non semel ad eandem Platonis cantilenam reuertitur, & veluti canis ad vomitum in Platonico reminiscendi modo plus nimio sibi placet. quod cum alibi, clare etiam patet super decimo sexto primi de Anima contextu, cum ait, *anima substantiam esse plenitudinem formarum, & propterea scientias esse reminiscencias.* quam tamen plenitudinem longe ab intellectu principiorum ibidem a Philopono acceptam intelligimus.*

Nunc ad ea properandum est, quæ Plato ipse plurima habet in Theæteto, neque paruo compendio a nobis colligi superius potuerunt, cum Socratem obstetricantem inducere uoluimus: e quibus quidem tria potissimum colligebamus circa tale ipsius munus, cuius primum esse ipsemet dicebat, discernere, *num simulacrum pariat Iuuenis, an natuum quid, & uerum?* Dignoscit itaq. Socrates uerum a falso Iuuenis animo parturiente. alterū est: *se nulla sapientiæ fetura ualere.* cuius rei causâ ad suū Dæmonium trāstulit, a quo se cogi inquit: *ut obstetricetur, prohiberi uero ab eodem, ut aliquid in se generaret.* tertium denique, quod ex dictis consecutione quadam proueniebat, *in se nullam esse sapientiam,*

Io. Gramm. in  
proc. primi de  
An. Ar.

Alter Philopo-  
ni locus ibidē.

Ioannis Philo-  
poni lapsus.

Tertius Io. Phi-  
lop. locus su-  
per primo de  
An. cont. 16.

Platonis loca  
ex Theæteto  
perpenduntur.

**A** *pietiam, nullumq. adeo fetum ex se natum, nec denique aliquod animi sui inuentum reperiri.* Mira sunt certe, quæ de se testatur Socrates. nam, quod ad primum attingit, non immerito ab eo quæri posset, quonam modo discernere, num uerum sit simulacrum, & an falsum in Iuuenis animo explorare valeat? in ijs enim dignoscendis ita procedere oportet, vt vel per scientiam, quam in se habeat, aut per eam, quam in se non habet, quidquam in alio diiudicet; in se tamen proficetur inesse nullam: igitur per eam, quæ in suo Dæmone reperitur. a quo vel idem patitur necesse est, quod modo Puer ille a Socrate pati ipsemet confitetur. itaque ipsemet Socrates reminiscendi scientiam Dæmonio dictante adipiscitur. quod tamen confiteri respuit hoc loco, & ubiq. idē Socrates, qui **B** Dæmonium præfectum non ad scientias acquirendas, sed ad rerum agenda- rum consultationes sibi vsui fore semper confessus est. cum igitur Dæmonium illud nihil in Socrate excitet, Socrates insuper nihil se scire nisi obstetricandi artem profiteatur; qualis nam ipsius sit animus, & quonam modo scientia prorsus vacuus, & omni specie indita nudus, & quomodo, cum in aliorum animis reminiscenciam asserat, eandem simul statim in suo neget, non est, cur multis explanemus. vt inde, quam frustra se nihil scire profiteatur, inspicere possit. naturalis interim illius propositionis immemor, qua asseritur, omne, quod reducitur de potentia in actum, id aliquo existente in actu indigere. quem tamen actum in se, tamquam in efficiente, negat Socrates.

**C** An autē sibi implicet, adhuc etiā ex ijs, quæ sequuntur, patere potest. quādoquidem certū est, Socratem ubiq. uti uia diuisiua, & simul deinde compositiua. ab eo autem si quæretur, rationalis ne sit uia illa, an irrationalis, & cum utraq. uia interrogando utitur, an inquā casu, an arte interroget, caue putes tantū uirū casu se interrogare responsurū, qui diuisionem donum, & inuentū esse Deo- rum prædicauerat. si igitur arte, igitur & scientifico modo, & per id, quod sibi est in actu, & per animi sui quendam habitū, nouerit prius necesse est ea, quæ modo ex animo pueri elicere cupiebat, ne efficiens formā ignorare, aut saltē suæ operationis finē minime prauideri fateamur. quæ certe in ijs, quæ per intellectum agunt, asserere, esset prorsus delirare. certum est enim, omne agens, propter finem agere, & ab hoc illud ad operandum promoueri. nā cetera nota sūt.

**D** Præter quā quod turpe esset ad Dæmonē confugere, cui se tamquā rude instrumentū submittat, & a quo ueluti casu se impelli, trahi, aut ueluti patiatur Socrates, ipse ueluti nihil cognoscente. quo modo igitur falsas, aut ueras factas fuisse responsiones, se interrogante, & puero respondēte iudicabit? aut quonā modo poterit aut assensū ueris dare, uel penitus negare falsa? vnde nam partus, & simulacra discernet, & num spuria illa sint, aut uera magis, quam supposititia? uel deniq. quonā modo cū tantū animis donum iam inde ab altera uitā ex pulchri intuitione concesserit, a se prorsus ademerit? utrū nō erit ipse vnus ex ijs, qui a Deo producti sunt, scientiarum alioqui, & idearū omnium imbutus? an non ipse ille est sapientissimus oraculo respondente iudicatus, qui, si hoc de se nouerat, quod nihil sciret, in hoc certe asserēdo tale quod profitebatur, quasi uerarum idearum adeo se memorem esse, ut, cum hæc, quæ nūc cognoscimus, ad ea, quæ uere intelligibilia sunt, cōfereret, sane cognosceret, se hoc unū scire, quod nihil sciret, hoc igitur mortales omnes scientia superasse fatetur Socrates, quo se omnia ignorasse profitebatur: perinde ac se haud quidem reminiscenciam indigum, sed quasi memorem in hanc uitā ex altera accessisse, & ideas illas numquam oblitus, sed quasi actu uisas ijs idearum umbris, quæ in terris sunt, comparasse, quarum facta collatione, tunc in illa prorupisse, ut hoc se scire cognosceret, quod nihil scire animaduertit, dum in

Efficax in So-  
cratem dispu-  
tatio.

Diuisio, Deo-  
rum inuentum.

Argumentorū  
in Socratem  
concernatio.

Diligens disti-  
Socratis Inter-  
pretatio, Hoc  
scio, quod ni-  
hil scio. vnde  
Socratis falsus  
quidam com-  
prehendatur.

Socratis superbia.

Socratis frivola excusatio.

Theætetus 151. A. B. De animorum disparitate quod Plato sentiat, & an recte.

Theætetus 210 A. B.

opinabilibus versaretur. Habeo itaq. ex his, ut præter Socratis perplexitatem, qua se a Dæmone prohiberi, seque nihil scire fateatur, adhuc etiam eiusdem superbiam colligam. nam dum se nihil scire profiteretur, sapientissimum. se esse proculdubio manifestat.

De prava autem consuetudine, atque educatione, qua Iuvenes impediri inquit, plurimus est apud nostras in Platonem Contradictiones locus. Illud etiã non omitam, quemadmodum Socrates iocari videatur, dum, quo minus Iuuenibus interrogandis vacare possit, a Dæmone se prohiberi accusat, e Iuuenibus autem illos proficere, quibus Dæmon ut præfesset, sineret. fortasse, ut maius incommodum tergiuersari tute valeret. nam, si quidem ideã intus latet, id est, si rationes animo insint; nullam esse rationem, cur non ab omnibus extrahi possint. sed Dæmon id prohibet. quod si materiã Iuuenum ineptitudini quidquam respondendo tribuas, vel deroges, sane non mediocri se exposuit periculo Socrates, dum Iuuenem nequaquam satis cognitum, immo vero casu obuium suis importunis interrogationibus aggrediretur. Vnde fit manifestũ, posse illum quoscumq. nullo discrimine interrogare, nisi esset, quod vel Dæmon id multo ante faciendum, quemadmodũ de alijs vitandum denuntiabat, vel ipse semet Socrates, physionomiã callens, quod sapiens profiteretur, Iuuenis ingenium, atq. naturam, antequam eundem interrogaret, fuisset contemplatus. verum, quod ad Dæmonium attinet, dictũ est prius, quod vero ad physionomiã scientiam; velim, nunc Socratem huius facultatis ignarum, quemadmodum rerum omnium inscium antea se esse fatebatur vel fortasse dicet, non omnes Iuvenes esse prægnantes, idque quibusdam suis verbis persuaderi cogor, cum inquit: *Aliquando vero, Theæte, illos, qui mihi quodammodo prægnantes minime esse videtur, quos quidem intelligam mea opera haudquaquam indigere, illos inquam in alijs locis despondeo. Quæ si vera sunt, sponte quidem de animis omnibus dicta esse videtur, quorum omnium producendorum vna æqualiterq. simplex massa secũda quadam a Dijs mensura prodijt. nec alibi vumquam de huiusmodi animorum inæqualitate penes idearum conceptiones quidquam apud Platonem suspicari licebit, quatenus præcipue ad illud spectat, quo animus vel suis, vel alienis speciebus aliquid prius, & antea cognouerat.*

Illud etiam adijciendũ fore duxi, quod in vltimis fere Theæteti verbis habetur, dum interroganti Socrati ita, *Nonne igitur adhuc fetum concipimus, aut parturimus aliquid de scientia?* in hunc modum respondet Iuuenis Theætetus: *Et certe per Ionem equidem plura, quam que in me ipso haberem, tuo ministerio pronuntiaui. Cui Socrates iterum: Nonne inquit nostra obstetricandi ars hæc omnia aut nata esse, ventosa, futilia, vana, & educatione indigna?* Et omnino fatetur Theætetus, cui tandem postremis Dialogi verbis ita Socrates: *Si igitur in posterum coneris aliorum prægnans fieri, Theæte, si stas, rerum sane meliorum plenus eris, propter hanc disquisitionem, in qua modo versati sumus: sin uacuus, minus eris cum ijs, in quibus versaberis, molestus, cum maiori videlicet prudentia, & temperantia pacatior, & mansuetior, non existimabis ea nosse, quæ non nosti: hætenus enim ars mea est efficax, nihil supra: neque quidquam noui, eorum, quæ alij multi, & magni, & admirandi viri, qui & existunt, & etiam nunc, & olim existiterunt, intelligunt. hanc vero obstetricandi facultatem, & ego, & mater a Deo sumus consecuti. Illa quidem mulierum, ego vero & Iuuenum, & quidem ingeniorum, quicumque ad honestatem sunt comparati.* Hæc cum dicat Plato, horum causa Theætetus fatetur se plura pronuntiasse, quam in se ipso haberet. quæ quidem, ni intellexeris plura pronuntiasse in actu, quam haberet in actu, non possunt profus intelligi, quomodo illa Socratis ministerio sint pronuntiatã. Ceterum, cum id neget Socrates, hæc se tam-

A se tamquam sciente facta esse, quin potius tamquam interrogante, (nam non idem esse, interrogantem, & scientem, confessus iam fuerat ex se, qui profiteatur se nihil scire, aut habere, quod pareret, nec esse prægnantem, sed tamen interrogare scientem) si ergo interrogatis non nouit arte interrogare, aut ex tali indito habitu in anima, neque etiam quæ sibi respondeantur cognouerit: quo modo igitur fatetur, ex sua obstetricandi arte vana esse, futilia, & educatione indigna, quæ a Theæteto dicta sunt?

Nec verus est ille sermo, quo utitur Socrates, cum Theæteto consulit, *ut, si in posterum conetur aliorum prægnans fieri, si fiat, rerum meliorum plenus* (inquit) *eris.* non inquam recte dicitur *posse fieri prægnantẽ in posterum*, si olim ab æterno prægnans fuit illius animus, nec ita obstetricandi ars iuuabit illum, quia obstetrix non facit prægnantes, sed eas iam factas, ad partum reddendum faciliorem iuuat: minus etiam potest dici, si vacuus fuerit Theæteti animus, minus esset futurus molestus, quia non existimabit ea nosse, quæ non nouit. nam positis scientiarum seminibus, vnde fiat reminiscencia, nusquam quisquam, si recte interrogabitur, poterit aliter efficere, quin recte respondeat, ut, si principio existimet ea nosse, quæ non nouit, tandem ea cognoscat, quæ se cognoscere ignorabat. hæc enim vera est reminiscencia, (si dabitur) quam exemplo pueri latis aperte docuit Socrates. numquam igitur eo deueniet recte interrogati animus, ut se vacuum esse cognoscat, immo, ut se scientem inspiciat; tantoq. minus etiam existimabit, se ea nosse, quæ non nouit, ut magis cognoscat se scire, si obstetricis officio, remotis, quæ obstabant, prohibentibus, delebuntur.

Cum autem ad Theæterum peruenerimus, a reliquis nos expedire dignum est, quæ consideratione digna ibi esse videntur. multa enim de scientia, & opinionione, tum vera, tum etiam falsa ibi asseruntur. at, quæ de scientiã origine leguntur, hæc sunt. Primum ponit Socrates, *posse fieri, ut, qui prius aliquid nesciebat, postea discat*; idq. alterum, & alterum: quo posito, talia petit a Theæteto, & in hunc modum: *Pone ergo mihi verbi causa in animis nostris ceram unam effingiem, in alio maiorem, in alio minorem, & in illo purioris quidem cere, in illo sordidioris, & durioris, in quibusdam mollioris, in alijs moderate constituta: & illud bonum inquit vocemus Mnemosynes Musarum magis, id est memoriae, & in hoc ipsum sensibus, intelligentijsq. substratum nos exprimere, atque effingere res quascumque quantum meminisse volumus, ex his nimirum, quas vel viderimus, vel audierimus, vel cogitauerimus tamquam anulorum signis impressis, & quod impressum fuerit eius nos meminisse, & id scire, quod in ipsius simulacrum adsuerit, cum vero deletum fuerit, fieri nequit, ut imprimatur Obluisci & Nescire.* Hætenus Plato. Ego vero locum hunc præclarissimum semper existimaui ad cognoscendum, quo modo in nobis notitia generetur, quæ ad scientiam pertineat, quomodo item in opinionẽ inde fiat degeneratio; sed, quam ægre cum Reminiscencia in Menone posita cohæreat, ij dijudicent, qui hæc legunt. primum itaque animaduertat, posse fieri, ut, qui prius aliquid nesciebat, postea discat, sed, qui Reminiscitur, purã scientiã negationem minime habet, sed latentiam dixerim, tantum, cui quidem contrarium modo exemplum cere apponitur, cere inquam, rationalis animi vicem gerentis, quæ alioqui formas in se non nisi ab agente impressas habet, potentia tantum passiva in illa remanente hoc vero modo tantũ abest, ut cum Platonica Reminiscencia cohæreat, ut Aristotelis placitis magis annuat, immo etiam faueat. improprium insuper valde est, de reminiscencia loqui, & impressionis nomine uti. non enim imprimit reminiscens, sed exprimit potius, aut exprimere tentat, ut, remotis prohibentibus, illud tandem inueniat, quod vel visum alibi iam inde, vel congenite insitum in animo existit-

Alia Socratis obiurgatio, ex ipsius obstetricandi officio.

Reliqua ex Theæteto discuntur.

De scientia quidam Theætetus 191. C. 5.

notitiã & opinionis generatione & quo modo in nobis fiat. Cere exemplũ, Platonis reminiscencia contrarium.

rat. hoc enim modo cum ijs magis quadrabit, quorum gratia obstetricem, & A  
 ut vno verbo dicam, expressorem, non impressorem, se professus fuerat Socra-  
 tes. nisi (quod ridiculum est) marem, qui generationis causa efficiens, est, cum  
 obstetricante muliere vnum feceris. quo quidem nihil quidquam seuerius  
 negavit Socrates. Amplius, etiam magis impertinens esse videtur, impressio-  
 nem ex rebus sensibilibus fieri velle, quo tempore, cum hæc fiunt, de expergi-  
 scientia loquendum esset, & talis actio Expergestio appellari debuisset. quod  
 si a sensibilibus fieret impressio, tunc certe nequaquam reminiscencia, sed me-  
 moria fieret. quod tamen Plato nunc negare non audeat, dum inquit, *quod im-  
 pressum est, meminisse appellari, & quod æque admirandum est, subdit, & id scire  
 quamdiu simulacrum adfuerit.* igitur, quod nobis, & Platoni bene cedat, Scien- B  
 tia, non Reminiscencia, sed Memoria fuerit. quod si illa Reminiscencia esse  
 concedatur, ex restauratione memoriæ re vera fieret, memoriæ inquam, non  
 tamen illius, quam ex visis apud inferos animus quisque sibi comparauerat,  
 iam pridem enim illa excidit, sed ex horum sensibilibus impressionibus, ut eo-  
 rundem sit memoria, quorum est obliuisci, atque nescire.

Amplius, etiam magis improprium est, de eo, quod in Menone est, simula-  
 cro scientiæ dicere, ipsum deleri, aut imprimi non posse. non enim deleri, sed  
 difficulter exprimi verius dixeris. ab his enim Iuuenibus desperauerat Socra-  
 tes, quos etiam ad alios sapientes viros ablegauerat. quandoquidem, cum ip-  
 se se nihil scire professus esset, impressoriam artem profiteri minime poterat, C  
 at expressoriam non desperabat. Video hic virum illū doctissimum in Theæ-  
 teti argumento talis inconstantia quippiam fuisse subodoratum; sed eam sol-  
 lemnium verborum apparatus, & auctoritate quadam propria Rhetorico more  
 dissimulasse, vel etiam spreuisse: quasi vero, cum Plato ceream induxerit effi-  
 giem, cerebri naturam nequaquam intellexerit. non enim dixisse inquit, in  
 corpore, sed in animo ceream effigiem esse. cum vero incorporeo nihil sit cor-  
 porale, per translationem quandam, operumque similitudinem potius, quam ita  
 ut verba sonant, hæc intelligenda esse contendit. Neque in corpore figi velle  
 rerum imagines, neque in animo ab externis obiectis effingi, sed vel ex natura  
 sua habere illas animum, vel occasione ab extremis motibus, corporisque pas-  
 sionibus sumpta, in se ipsum sua vi formas, rationesque concipere. Ut, qui de  
 his dubitet, eidem Plotini summi Interpretis Commentaria legenda esse mo-  
 neat. Quæ quidem viri dicta dum alijs consideranda relinquo, mihi, qui in hæc  
 materia multa suppetunt, satis erit indicasse, & Platonis inconstantiam pro-  
 prijs speculationibus suspicatum fuisse, & si ab alijs subodoratam, sublatam  
 tamen a nemine, nisi auctoritate res tractanda sit: quo sane modo interpreti  
 esset cedendum.

Nullæ itaque hinc apparent in animo nostro notiones, siue a Deo nobis im-  
 pressæ illæ fuerint, siue quocumque modo apud inferos visæ. Sed de nouo  
 scientia generabitur, nec eo quidem modo, quo prius in Platone suspicaba- E  
 mur: quasi apud inferos, vel in cælo quidquam prius viderit Animus, sed ve-  
 luti facta sit in hac vita, adeoque de nouo acquisita, ut cum Aristotele negari  
 non possit, quin verissima sint illæ propositiones, quas vbiq. suorum operum  
 disseminauerat. e quorum numero sunt, ut alias dicebamus, omnem nostram  
 cognitionem a sensu ortum habere, & intelligentem phantasmata speculari  
 oportere, & nihil esse in intellectu, quin prius fuerit in sensu. nam, quid aliud,  
 quæso, est, dicere, *ex ijs nimirum, quas vel viderimus, vel audierimus,* quæ Pla-  
 tonis verba sunt, in quibus quidem duas e modo dictis Aristotelicis propo-  
 sitionibus dignoscis, & quod addit *uel cogitauerimus,* quasi phantasmata specu-  
 lari

Impressiones  
in animo vnde.

Scientiam non  
reminiscencia,  
sed memoriã  
videri Platoni.

Scientiã simu-  
lacrum deleri  
an exprimi di-  
cendum?

Loci in Theæ-  
teto falsa non-  
pullorū inter-  
pretatio.

Scientiam de  
nouo Platoni  
videri.

A lari cum Aristotele oportere dixeris. frustra etiam ex obliuione scientiam  
 caussatur, si Meno concedit, ut quis saluus, & salua re ex memoriã vi tan-  
 tum scire possit.

Rursus illud considerandum est. nam, in Theæteto, contra Protagoram, di-  
 centem, scientiam esse sensum, postremo disputationis sermone id conatus  
 est, scilicet, ut sensuum exteriorum ordinem ad sensum communem ostende-  
 ret, & hunc ad cogitatum dirigeret, ut sic deinceps interius subeundo expla-  
 net, quemadmodum non in exteriori sensu consistit scientia, eo quod per me-  
 moriam ea possimus retinere, atque scire, quæ oculis vidimus. itaque stare  
 concludit scientiam sine oculis, & in alio quodam intraneo ex iam visis, aut  
 B auditis retineri. Contra vero exposcebat locus, qui in Protagoram discutie-  
 batur de reminiscencia. nam ibi initium motus ab interno potius est ad ea, quæ  
 oculis cernuntur; contra quam hic dicere videtur, a deo, ut solutio quæstionis  
 Protagoræ sermonem de reminiscencia conuellere videatur, dum hæc in ob-  
 iectis definit exterioribus, ab extrinseco principium sibi comparans.

Quoniam vero in Theæteti locis explicandis immoramur, alium quendam  
 consideratione dignum locum ibidem omittendum minime existimaui. quo  
 loco, ut recte adnotatores quidam obseruant, Plato vult ostendere, quoniam  
 modo Animus scientiã sibi comparat, & seruet, eisdemque vtatur. idque noua  
 quadam, post illam de cera adductam metaphoram, a columbario rem aggre-  
 ditur, quippe cui affimilem facit animum. Sed ipsius verba, posthabitis Dia-  
 logi personis, hæc fere sunt. *Scientiam (inquit) aiunt esse ἔξις (id est habitum)*  
*scientiã. Nos autem parua uocabuli commutatione statuamus esse scientiã ἕξις, id est*  
*possessionem non enim idem mihi videtur esse ἕξις, & ἰσχύς, id est habere, & possi-*  
*dere) exempli causa, si quis vestem emerit, & compos illius fuerit, non tamen illam fe-*  
*rat, dicitur quidem illam ἕξις, id est habere, non vero ἰσχύς, id est possidere. inspi-*  
*ce igitur, nunc fieri posse, ut quis hoc modo scientiam possideat, illam vero non habeat.*  
*At, quemadmodum, si quis feras, aues, columbas, aut aliud quoddam genus venatione*  
*cepisset, & in columbario domi ad hanc rem composito illas nutrit, omnino aliqua ratio-*  
*ne illum illas habere diceremus, eum autem possidere statuerimus? certe, atqui & alia*  
*quoddam ratione illas haud quaquam habere, sed illarum tamen habendarum penes se*  
*esse potestatem, ut nimirum, cum in proprio septo inclusas quasi manus subiecerit, illas*  
*& capiat, & habeat, ubi voluerit, & iterum dimittere, idque liceat, quoties voluerit. Rur-*  
*sus vero, quemadmodum in superioribus ceream quandam in animis nostris nescio quã*  
*imaginem componebamus: nunc in singulis animis omnigenarum auium columbarium*  
*quoddam consiciamus: quarum quidem aliæ turmatim scorsim ab alijs sint; aliæ uero*  
*pance una uersentur, aliæ solitariae, prout fors tulerit, ab alijs sciuncte uolent. Verum,*  
*ecquid inde? constituendum sane est, hoc V as V acuum esse eo tempore, cum pueri sumus,*  
*animum autem loco scientiã intelligenda sunt. quod si quis comparatam scientiam in ani-*  
*mi septo conclusit, statuendum quidem, illum didicisse, aut rem inuenisse, cuius hæc*  
 E ipsa erat scientia, & illud nimirum esse Scire. Iam uero, si quis scientias uenari uelit,  
 easque conceptas continere, iterum tamen dimittere; perspicere, æquibus opus sit uocabulis,  
 siue illis, quibus, cum eas possidebat, insigniebatur; siue alijs. inde uero, quid dicam,  
 clarius perspicies. Statuo, Arithmeticam esse artem, hanc pono uenationem esse scien-  
 tiarum omnis paris, & imparis. Hac nimirum arte is, qui illam tradit, & ipse numero-  
 rum scientias animo suo perceptas, exploratasque subicit, & alijs etiam eorundem do-  
 cetrinam tradit. Iam uero, eum, qui artes tradit, peculiari uocabulo dicimus Docere;  
 eum, qui doctrinam illarum accipit, Discere; eum uero, qui illam artium cogni-  
 tionem habeat, quod illas in columbario illo possideat, Scire. Hactenus Plato,  
 ac ne vix hactenus, cum ad eundem sensum multo plura ibidem habeat,  
 quam a nobis explicata nunc sint. hæc tamen, quæ modo recensentur,  
 fati

Alia Theæteti  
verba adnotã-  
tur.

Rursus alia in  
eodem Theæteto  
verba perpende-  
nda propo-  
nuntur.

Theætetus 197.  
B.C.D.E.

Arithmeticã  
uenatione scien-  
tiarum.

Vas animo va-  
cuo compara-  
tum reminiscen-  
tiam tollere vi-  
deri.

Platonem in  
Aristotelis sen-  
tentia ire cir-  
ca reminiscen-  
tiam.  
Arist. 3. de An.  
Tex. 14.

Platonem in Re-  
p. sibi pu-  
gnasse quam  
Arist. illi contra  
diceret.  
Phileb. 39. A.  
Animus noster  
libro similis,  
Plat.

Idem An. picto-  
ri similis.

Aristoteles 1.  
post c. 1.

fatis fore duxi ad ea manifestanda, quibus Plato implicitus videri potest. hic enim nullus prorsus reminiscen-  
tia datur locus, ubi, & quidem ut cum maxime decebat aperire, quomodo vas, id est animus, vacuus exsistat, quo tempore pueri sumus. ubi igitur reminiscen-  
tia, aut quonam modo venationis nomine vti poterat? Insuper, quid est, quod ait, *comparatam scientiam in animi sapto conclusit?* quomodo inquam Concluserit, quam remotis obicibus excluderet potius? quin etiam ex animi sapto, id est latebris obliuione obdu-  
ctis, deprompserit magis, quam incluserit. denique illud *didicisse* & aut *rem inuenisse* omnino non fero. nam hæc me nequaquam docuit Socrates, qui se quemquam docere posse negabat: & tamen hic dari inquit eum, *qui artes tradat, & doceat, & eum, qui doctrinam accipiat, & discat*; itemque, *qui illas possideat, & sciat*, constanter asseuerat. cum sæpe alibi neque docentem, neque addi-  
scentem, nec denique scientem dari passus esset, eo quod docens obstetrix, docere obstetricari, discens, parturiens, & reminiscens, dicti sunt a Socrate.

Ad hæc amplius, si quis vniquam summos Philosophiæ proceres, Aristotelem, & Platonem, quemadmodum in reliquis etiam circa reminiscen-  
tiam controuersos esse detegere, ac præmonstrare cupierit, is statim illius in tertiu de Anima promulgatam sententiam in medium afferet, qua noster animus tabellæ non pictæ similis esse aperitur, eamq. Platonis sententiæ opponit, eiq. potissimum, qua in Menone scientia de nouo negabatur, & ita alteram alteri ex diametro collocat. Quasi ille nihil veteris rei animæ naturam subolere, hic vero nihil noui præferre asseuerasset. Sane de Aristotele fuerit suo loco ferenda sententia: de Platone autem quid nunc dicamus, habemus satis; quippe cui non erat, cur Aristotelem opponeremus, antequam ipsum a se dis-  
sentientem absoluamus, cum eandem sententiam, iisdemq. ferme verbis, quibus Aristoteles usus est, ipsemet Plato diruat. Si quidem ille, ut omittam nunc longius sermonem reuocare, duplex in Philebo exemplum de doctrinæ, atque scientiæ nouitate duplici metaphora manifestat: quarum altera his aperitur, nempe, *Animum nostrum libro cuidam esse assimilabilem tunc temporis*, cum vt, gratia exempli, ibidem inquit, *aliquid e longinquo videre uidemur alucinari in hominis similitudinem conformandam, cum tamen propius accedentes, quod hominem putabamus, ut saxum, aut aliud quippiam esse comperimus, atque cognoscimus. Tunc uero Animum nostrum libro cuidam esse assimilabilem: tunc enim memoria in idem cum sensibus incidens, & illa, quæ in rebus affectiones uersantur, sermones quosdam in animis nostris tunc scribere uidentur, & cum uera quidem scripserint, hæc affectio, & opinio uera est (sermo siquidem habetur ibi, num detur, uera, & falsa opinio) & sermones, qui inde proficiunt, ueri in nobis existunt. quod si falsa scriba ille in nobis scripserit, ueris contraria contingunt.* Hæc ibi.

Neque his contentus Plato, quæ fortasse declaratione minime indigere uidebantur: quin altero manifestandi modo utitur in exemplum adhibito. nam Pictorem quendam ueluti præ oculis exposuit, *qui post illum scribam eorum, quæ dicuntur, imagines in animis nostris pingit, cum quis uidelicet ea, quæ tunc opinabatur, & dicebat, ubi uel uisu, uel alio quopiam sensu abduxerit, illorum imagines in se ipso quadammodo presentes inspiciat.* Hæc cum asserat idem Plato, in eisdem perpendendis lectorem non multum ad deo monitum uelim, vt ea, quæ clarissima sunt, dijudicet. Sat enim est, videre, quam apertis exemplis doctrinam, & disciplinam ex præexistenti faciat cognitione, modo inquam illo, quo apud Aristotelem post principiorum intellectum, & ipsius peritiam ex consequentibus, haud uero alio tempore antecedentibus, cognitionem sibi pariat, ita etiã nunc Plato, cum inquit, si uera scripserit, uera sunt. Quod si ex Reminiscen-  
tia do-

Atia doctrina penderet, haud certe ita, quinimmo oppositum sequi necesse fuisset. scilicet, propterea uera scripsisse, quia uera sunt, quæ meminere, immo uero, scriptorem illum scribere, aut pictorem pingere, prorsus negabimus. non enim scribere, aut pingere, pictor, aut scriptor, si picturam, & scripturam, situ quodam obsoletam, & latitantem in tabella detegebat. squalorem autem antea obductum detergere, & obliterationem iterum illiniendo reformare, nõ noui quidpiam indere, sed obstantia tandem ab animo prohibere: meminisse enim decebat Socratem, quam huiusmodi exempla obstetricantis munus alibi a se professum dedecebant, & quantum hoc a pingendi, & scribendi mune-  
re distineat.

Quo autem magis in Platonis dictis inuoluat, unde magis nouum mihi præceptorem dari cupiam, & talia me vniquam intellexisse negem, illud est uel præcipuum, quod in eodem Philebo inferius affirmavit, cum de opinione simul, & de scientia, & quonam modo hominibus inest, loqueretur. dum inquit, *opinionem ueram, & scientiam hominibus natura non inesse*, quodq. non leuem repugnantiam indicat, *nec extrinsecus comparari posse* asserit, vt duobus uerbis inconstantiam bis detegat. nam, quatenus extrinsecus comparari posse negat, & si cum sæpenumero asserit reminiscen-  
tia stare uideatur, tamen pictoribus illis, atque scriptoribus, quorum exemplis antea usus fuerat, immanc quantum discrepat? quod uero ad primam assertionem attinet, & quomodo scientia non inest a natura, citra sui contradictionem, atque ueritatis noxam intelligere prorsus nequeo nam, quomodo cum scientia natura non inest, extrinsecus tamen non accedit, cum natura intrinsecum dicatur esse motus principium? Sed esto: a natura non inest: an igitur præter naturam, an supra naturam? primo quidem modo, minime illum fateri dixerim, quippe, omnes homines natura scire desiderant, atque etiam ne uolentium perpetuum dari concedat, dum scientiam æterno tempore in anima uel esse, uel fieri negare ille non poterit. ergo supra naturam uerius fortasse fatebitur? quod si hoc, quin etiam naturaliter animæ inest, neque puto illum negaturum, nisi fortasse rur-  
sus in dubium reuocabit, an scientia extrinsecus, an intrinsecus animæ ad-  
erit: nec uiderit, utroque modo naturaliter semper iuxta Platonem adfuturam. namq. aut æternæ inerunt species in anima, si nullo vniquam tempore illa producta sit, atque ita æternum præter naturam non dabitur, aut temporis instans concedat oportet, in quo anima speciebus uacua dari potuerit: modo semper datur aliqua species mouens. quod cum in Aristotele uerum sit, uerius etiam in Platone fatendum est. Adde insuper, quod, cum anima efficientis Dei existat effectus, quocumque modo ab ipso notionem in eam deriuentur, nulla uolentia suspicione id fieri credendum est.

Amplius, ut Aristotelico argumentandi more utar, quod est non naturale vni, illud quidem alteri secundum naturam esse debet: atqui scientiæ habitus alioqui omnium perfectissimus animæ naturalis non est: igitur aliud subiectum dari debet, cuius talis proportionata dicatur esse qualitas. an igitur Deo illam secundum naturam assignabis? Sed, ita de Deo loqui, uile profecto est, cui non rerum habitus, sed res ipsæ tamquam vni simplicissimo deferuntur; adeoq. summe simplex, vt de ipso nihil re uera secundum Platonis mentem in Parmenide prædicari, dici uel possit: nisi materis & ipsum singula, atque ite omnia esse dicere: at in naturis, & substantijs, quæ finitæ sunt, semper affirmationem, aut rei cuiuspiam prædicationem, siue affirmando, siue negando, facimus. erit igitur in Deo, & ipsum quod scitur, & ipsum sciens, adeo vnum ex Platone, vt potius, quam ens, ipsum, (quod alibi diximus) Platonici

Philebus 98. D.

Opinio uera & scientia quomodo inest hominibus.

In Anima semper dari aliquam speciem mouentem.

De Deo nihil dici posse.

Scientia quid  
Speusipp. 10.  
3. 414. B.

Theæreti expo-  
sitores, quomo-  
do scientiam  
definiant?

Tertia sciẽti-  
e definitio ex Pri-  
sciani expo-  
sitionibus.  
Plotinus quid  
dicat esse sci-  
entiam.

Deorum Iunio-  
rum scientia  
qualis.

Aduerbium Ex-  
trinfecus quo-  
modo Platoni  
exponendum.

Duo alia loca  
de Reminiscẽ-  
tia recẽsentur  
Charmides.

tonici appellare felicius audeant, quid igitur est scientia Platonicis? nempe, **A** respondebit Speusippus, Platonis ex sorore nepos, qui in Platonicis defini- tionibus inquit, *comprehensionem esse animi, immutabilem a ratione, & facultatem existimandi de quodam, aut quibusdam immutabilem a ratione, rationem vero in men- te immutabilem.* Ab ijs etiam non deuiant Thæreti expositores, cum inquirunt, *scientiam esse diuinorum, certa ratione comprehensionem, in mente residentem, in ratione profluentem a Deo menti insertam a dialectico Præceptore in rationem Deo inspirante reductam, rationem in mentem dirigentem mentem cū diuinitate coniungentem.* Vide igitur, quot, quantaq. præclara munera præter naturam animæ inhærebunt: cum tamen, qui Priscianum in Theophrastum de phantasia, & intellectu ex- ponunt, hoc etiam addant, quod *scientia sit acquisita per discursum cognitio.* ratio enim, cum scitura est aliquid, discursum ad infinitas rationes reuocat: per quas dum res cognoscit, habere res scitas dicitur in se ipsa: immo vero, Plotino docente, aiunt, *rationem ipsam, per rationes innatas, potentia esse omnia, & cum ra- tionem aliquam in actum exerit, tunc animam ipsam euadere rationem, & hoc ipsum esse scire.* Hæc, quamuis episodice, magis tamen ad animæ naturalem scientiam directe explicandam afferre libuit.

Si vero etiam Dijs Iunioribus magis naturalem eandem quis facere volue- rit, nihil moror, si post illam primam idearum massam naturali sua cognitione animorum Populum priuare noluerimus. sunt enim, ut postremo in hunc mo- dum arguam, intellectus, & sui natura tales, igitur sui natura intelligentes. **C** quod si tales sui natura non fuerint, aliquid aliud ipsis magis intrinsecum ine- rit, & intellectio ipsis per accidens inesset, & quandoq. intellectus non intel- ligentes reperirentur, cum tamen nullam aliam esse ipsorum naturam docuif- set nos Aristoteles, & cum eo Platonem minime negaturum affirmauerim, hoc autem sui natura tale ita intelligi velim, ut potentiam quandam intellectio- nis includant, Si vero de intellectu tamquam in se manente concedes, deq. eo- dem in nobis conuerso negabis, iam pridem ex Aristotele, & in Platonis gra- tiam talem disputationem aggrediebamur. omnes enim homines natura scire desideramus: hoc vero naturalius adhuc ex Platone inde comprehendi po- test, quod non addiscat, sed reminiscatur animus. non enim extra quærebat, **D** sed quod intus est, & obliteratum magno studio deliniendo, aperire tentabat. Reliquum est igitur, ut aduerbium illud *Extrinfecus* Secus exponamus, & quasi scientiam ab obiecto exteriori accedere cum ipso negemus: sed, si hoc est, iam prius adstitit reminiscentiæ quidam modus, quo secundum Platonem, ea cognoscebantur ab anima apud inferos commorata, quæq. rursus extrinfecus ibidem viderat. Difficile igitur est, intelligere, quomodo aliquid intrinfecus alicui accedat, & eidem naturale non sit. aut contra, quomodo aliquid sit ali- cui naturale, & eidem intrinfecum non existat. qui vero intelligentiam ex- trinfecus orbem mouere fatetur, idem, quomodo orbi naturalis insit motus; recte nouit, sed rectius etiam intellecturum puto, quemadmodum scientiæ, & **B** animæ difficilior accidet dicendi modus.

Denique, ne reliquiæ nos exerceant, in eorum gratiam, qui, sensus alios in Platone quærentes, quo cupiunt, eiusdem verba interdum ducunt, sæpius trahunt, duo alia loca de reminiscencia cum eisdem suspicabor: quorum al- ter in Charmide est. non deunt enim, qui putent, quod in extremis fere illius Dialogi verbis de Temperantia quædam dicitur, ad vsum Ciuilem per- tinentia, ita fuerit præfatus Socrætes: *Audi igitur in somnium meum, siue illud e cornea, siue eburnea egresum est, quasi vitam nostram somnium esse voluerit in somnium duplici exitu præditam, quorum altero ad vera superioris vite sese dirigat per corneam* *indicata*

**A** *indicata, altero declinationis huius vitæ exitus indicetur. cum veluti per eburneam por- tam exeuntes fallacia inspiciamus, sed interim expergiscuntiam ex hoc somno tum dæri comprehendas, cum ex hoc carcere euolauerimus, aut per reminiscenciam quibusdam contemplanonibus gradibus illuc, quoad fieri potest accedamus.* Hæc ille. Quæ parcius degustanda mihi in veri inquisitione semper duxi; ne cum alijs, in **C**onfutat. exteros sensus declinans, in veritatis semita allucinarer. Iam enim toties a nobis dictum est, nihil adeo impudens dictum esse, quin huiuscemodi ex- ponendi formulis ad saniolem sensum trahi possit. utcumque tamen sit, somnia ista, atque insomnia consona sunt ijs, quæ alibi clariore sermone de reminiscencia tradidit Plato, quique etiam passim vbique vitam hanc ima- ginem, & umbram vitæ appellauit, & nos opinione quadam, & veri adum- bratione scire admonuit. quamobrem ad Deos bonos nobis proficiscendum. **B** Ecce enim sunt istæ ignota? si quis modo est, qui Platonem vel primis, vt aiūt labris degustauerit? dum tamen misa hæc facio, Platonicorum complurimos, sed qui hæc ludicra voluerit, Maximi Tyrii sermones semel legendos, nec am- plius relegendos, moneo. Alter autem locus ex Timæo est, quo loco *fatales le- ges animis nostris a Deo præmonstratas esse* cum legimus, rationes fuisse tunc indi- tas seminales quidam interpretantur, vt essent veluti idearum secundæ ima- gines, tanto ab ideis distantes, quanto perfectio continentium ideas a perfe- ctione animarum differat. talem aut sensum non omnino respuo, vt qui ad præ- teritam disceptationem conducat, cum de tempore insitarum a Deo in anima idearum loquebamur. Et hæc de Reminiscencia, quod ad Cautionem attinet, satis, ni fortasse superflue in manifestis cõfirmandis dicta sint. nisi esset, quod, quod, cum materia dicendorum obruerer, haud frustra mihi excusationem ser- monis huius initio præparauerim. dum difficultatem mihi non ex dicendis mo- do, sed ex tacendis, insurgere præuidebam.

## Qui in hunc errorem inciderint, recensen- tur. Origenes.

**D** In hac Cautione a superioribus nominibus, quibus errantes appellare pos- sem, libens abstinebo, propterea quod magnum illum Origenem etsi lapsum fuisse suspicemur, absit tamen alio, quam honorificentissimo nomine eundem semper venerari. quamuis, ne in alienam (quod aiunt) mens manus iniiciã, Xisti Senensis testimonio vtilicebit, qui annotatione sua ducentesima tertia **X**isti Senensis Testimonia in Orig. illud Ioannis octauo, *Scio quia semen Abrahæ estis*, quid ratum sit, perpenderet, Origenes, inquit, in principio tomi vigesimi in Ioannem, occasione huius par- ticulæ docet animas venientes in hanc vitam adducere secum diuersas ratio- nes seminales, tam iustas, quam iniustas. Scribit autem sic. *Quoniam autem ex moribus, & factis, Abrahæ filij indicantur, haud scio, an quibusdam rationibus semi- nis, quæ sparguntur, & inseruntur nonnullis, vt arbitror, animis eos, qui Abrahæ semen sunt, designari, & quasi delineari oporteat, quod si quemadmodum habita ratione cor- poris non omnes homines Abrahæ semen sunt: sic ex ijs, quæ modo de illo, quinam sint semen Abrahæ explicabuntur, perspicuum est, non omnes homines plane cum iisdem se- minis rationibus, quæ sparsæ, & satæ sint in eorum animis, in hominum vitam ve- nire, horum autem causam ex magnis iudicys, & quæ egre exponi possunt, quæque ab ijs cernuntur, qui Christi sensum, mentemq. acceperunt, vt ea, quæ ipsis a Deo donata* **Bb** sunt,

Maximi Tyrii  
sermones.  
Alter Plat. lo-  
cus ex Timæo.

Xisti Senensis  
Testimonia in  
Orig.

Animæ ratio-  
nes seminales  
ex Orig. e cap-  
it. deducitas.

Alterum Xisti de orig. testi- monium. Ephef. 1.

Agnitionem Dei remini- scentiæ tribuit Origenes. D. Hierony- nus hoc idem uideatur Orige- ni adscribere. Notionis & A- gnitionis di- scrimen ex græ- cis etiam vo- cabus sumptu. Rufinus Hie- ro- ny. incusat.

sunt, sciant pauci possunt comprehendere, qui magna cum diligentia, & cura, ea, que an- te ortum, & que in ortu eueniunt. de quoque explicauerunt Hæc ibi Senensis. sed, cū super illud Ephefeos primo det vobis spiritum sapientiæ, & reuelationis in agnitio- ne eius idem tantundem perpenderet annotatione ducentesima nonagesima prima, hæc addit Origenes, in Commentarijs, hunc locum elucidans, dixit, agnitionem, qua nunc Deum noscunt, esse reminiſcentiam quandam agnitionis diuine, quam olim, antequam in corpora descenderent, in Cælo habuerunt. Hanc sententiam Hierony- mus, suppresso Origenis nomine, in Commentarijs suis prodidit, his verbis: Quod Paulus ait in agnitione eius, id est ογνωσθη αυτη, quidam sic intelligunt, ut inter γνωσθη, & ογνωσθη, hoc est, inter notionem, & agnitionem, illud interfit, quod notio co- rum sit, que ante non sciimus, & ea postea scire capimus. agnitio vero, eorum, que prius in caelestibus suspiciantur, postquam in corpora ista deiecti, & obliui Dei patris, nunc cum per reuelationem cognouimus, secundum illud Reminiscuntur, & conuertentur ad Domi- num omnes fines terre, & cetera his similia replicantis. Hæc Hieronymus: quem Ru- finus reprehendit, quod huiusmodi Origenicam sententiam Commentarijs suis, absque vlla ipsius confutatione, inseruerit.

AUGUSTINVS.

Retractatio- num libros ma- ximum fecisse Aug.

Recte interro- gati cur vera interdum re- spondeant? Plato ab Aug. reprehenditur.

Magnus vbiq; suorum operum pater ille Augustinus, sed ob Retractatio- nis commentarios dignus illa, qua nunc fruitur, immortalitate, cum multa de Reminſcentia in Soliloquiorum lib. 2. cap. vigesimo nutabundus protulisset, tandem, omnibus recantatis ita protulit: Item quodam loco dixi, quod in discipli- nis liberalibus erudiri, sine dubio in se illas obliuione obrutas eruit discendo & quodam- modo refodiunt. Sed hæc quoq; improbo. credibilis est enim, propterea vera respondere de quibusdam disciplinis, etiam imperitos earum, quando bene interrogantur, quia præ- sens est eis, quantum id capere possunt, lumen rationis interna, ubi hæc immutabilia vera conspiciunt, non quia ea nouerant aliquando, & obliui sunt, quod Platonem vel talibus vi- sum est. contra quorum opinionem quanta dabatur occasio, in libro duodecimo de Trini- tate disserui. Vide etiam eundem Augustinum 7. de Gen. ad lit. c. 9. 10. & 11. D. & item lib. 10. c. 4. locus autem 12. de Trinit. habetur c. 15.

PATRES.

D. Irenæus aduersus hæreses libro secundo cap. 59. 60. 61.

Platonium obliuionis po- culum reijcitur ab Iren.

Diuis hic Patrum antiquissimus, cum multa in Platonem habuisset supe- riore quinquagesimo octauo capite, quod non tranſeant animæ in alia corpo- ra, deinde ad aliam accedit ostensionem, quod non bibant, secundum Plato- nem, obliuionis poculum. ait autem ita: Ad hæc Plato vetus ille Atheniensis, is, qui & primus sententiam hanc introduxit, cum excusare non posset, obliuionis induxit po- culum, putans se per hoc aporiam huiusmodi effugere, ostensionem quidem nullam fa- ciens, dogmatice autem respondens, quoniam introeuntes animæ in hanc vitam, ab eo, qui est super introitum, Demone, priusquam in corpora intrent, potantur obliuione: & la- uuit semetipsum, in alteram maiorem incidens aporiam. si enim obliuionis poculo potata est, posteaquam ebibitum est, omnium factorum obliterare memoriam; hoc

A hoc ipsum unde scis, o Plato, cum sit nunc in corpore anima tua: quoniam, priusquam in corpus introeat, a Demone potata est obliuionis medicamentum? Si enim Demone, & poculum, & introitum reminisceris, & reliqua oportet cognoscas: si autem illa ignoras, neque Demone verus, neque artificiose compositum obliuionis poculum. Hæc cum ibi as- seruisset, ad aliam transit ostensionem D. Irenæus, quæ sexagesimo capite con- tinetur, quæque corpus non esse obliuionem ostenditur. Sed eius verba sunt hæc: Aduersus autem eos, qui dicunt, ipsum corpus esse obliuionis medicamentum, oc- curret hoc. Quo modo igitur quocumq; per semetipſam anima videt, & in somnijs, & secundum cogitationem, mentis intentionem corpore quiescente ipsa reminiscitur, & re- munitur proximis, sed ne quidem ea, que olim agnita sunt, aut per oculos, aut per auditum meminisset anima in corpore existens, si esset corpus obliuio, sed simul atque ab inspectis abesset oculus, auferretur vtriq; ea, quæ esset de his memoria. In ipsa enim obliuione existens anima nihil aliud cognoscere poterat nisi solum id, quod in presenti videbat. Quomodo autem & diuina sciret, & meminisset ipsorum, existens in corpore, quando sit (ut aiunt) ipsum corpus obliuio? Sed & Prophetæ ipsi, cum essent in terra, quocumque spiritaliter se- cundum visiones caelestium vident, vel audiunt, ipsi quoque meminerunt in hominem con- uersi, & reliquis annunciant, & non corpus obliuionem efficit animæ eorum, quæ spirita- liter visa sunt, sed anima docet corpus, & participat de spiritali ei facta visione. Hæc ibi D. Irenæus, sed postremo sequenti capite tertiam adhibens ostensionem, quod anima in corporis communiõne suas vires non amittit, sic ait: Non enim est for- tius corpus, quam anima, quod quidem ab illa spiratur, & viuificatur, & augetur, & ar- ticulatur, sed anima possidet, & principatur corpori. Tantum autem impeditur a sua ve- locitate, quantum corpus participat de eius motione, sed non amittit suam scientiam. Cor- pus enim organo simile est, anima autem artificis rationem obtinet. Quemadmodum itaq; artifex velociter quidem operationem secundum se adiuuenit, in organo autem tardius illam perficit, propter rei subiectæ immobilitatem, & illius mentis velocitas admixta tar- ditati organi temperatam perficit operationem: sic & anima participans suo corpori, mo- dicum quidem impeditur, admixta velocitate eius in corporis tarditate, non amittit au- tem in totum suas virtutes, sed quasi vitam participans corporis, ipsa uiuere non cessat, sic & de reliquis eis communicans, neque scientiam ipsorum perdit, neque memoriam inspectorum.

Alter Irenæi locus in Plato- nem.

Mens quomo- do corpore ge- scente remini- scatur.

Prophete quo- modo vitâ me- minerunt, atq; narrent.

Tertius in Pla- tonem Irenæi locus.

Corpus orga- no simile esse. Animam vero artificis.

Iustinus in colloquio cum Trypho- ne Iudæo.

Illud responde (inquit Senex) in corpore ne videt anima, an liberata ab eo? & in hu- mano corpore inquam (ait Iustinus) potest mente cernere, sed multo magis soluta, iam sibi ipsi reddita potitur eo, quem semper concupiscerat. Meminitq; huius reuersa in he- minem. Non opinor (inquam) quid igitur prodest vidisse, aut quid plus lucratur, qui vi- dit, quam qui non, si ne vidisse quidem meminit? Non possum inquam dicere. Quid ille, quæ indignæ iudicata sunt hoc spectaculo? quid patiuntur? Includuntur in quædam Bru- torum corpora. & hæc panna est earum? Sciunt igitur se peccasse, & ob hanc causam in ta- libus esse corporibus. Non opinor. Ergone his quidem sua panna prodesse videtur, immo ne puniri quidem eas dicerem, si pannam non percipiunt. Non certe. Ergo animæ nec Deum vident, nec mutant sua corpora: alioqui scirent se puniri, & timerent, ne posthac in pec- catum inciderent, quod autem intelligere possint esse Deum, & iustitiam, ac pietatem bo- nas existimare, id vero assentio. Recte dicis, inquam. Nihil igitur de his rebus sciunt illi Philosophi. nã ne hoc quidem respondere possunt, quid sit anima. Non, ut videtur. Hæc ibi: B b a Tertul-

Animam, que nihil viderit antea, nihil plus lucrari, aut amittere.



DE ANIM. REMINIS. Tertullianus in lib. de Anima, cap. XXIII. & XXXIII.

Tertullianus disputator strenuus. Platonem omnium hereticorum condimentarium appellat Tert. Platonis loca de Reminiscencia.

Platonis μνησθησες esse animaυ μνησες.

Locus hic Auctori viam aperit, ut contra Gentiles scriberet, modum autem ostendit D. Thom. in Prooem. contra Gentes. exhortationem vero a D. Augustino in l. de doctrina Christi, sed impulsus ab omnibus Patribus, ut patet in Prooem. Oblitio quanta iniuria sit Anima.

Quod naturale est, (veluti scientia ipsa anima, non excidit.

Naturalia ne quidem bestias exsuerent.

Totus ubique Tertullianus in argumentando strenuus, sed in hoc dogmate de reminiscencia evertendo mirum, quam sui similis, simulq. aliena refellens corroboret sua. Primum itaq. quasi inuitus hoc faciat, Doleo, inquit, bona fide. PLATONEM OMNIUM HAERETICORUM CONDIMENTARIUM factum. Illius est enim & in Phadone, quod anima hinc euntes sint illuc, & inde huc. Item in Timaeo, quod germina Dei delegata sibi mortalium genitura, accepto initio animae immortalis, mortale ei circumgelauerint corpus. Tum, quod mundus hic imago sit alterius alicuius, quae omnia ut fidei commendat, & Animam retro in superioribus cum Deo egisse in commercio Idearum, & inde huc transuenire, & hic quae retro norit de exemplaribus recensere, nonum elaboravit argumentum, μνησθησες ειναι μνησες, id est discentias reminiscencias esse. Venientes enim huc inde animas obliuisci eorum, in quibus prius fuerint, debinc ex his visibilibus recordari edoctas. Cum igitur huiusmodi argumento illa insinuentur a Platone, quae haeretici mutantur, SATIS HAERETICOS REPERCVTIAM, SI ARGVMENTVM PLATONIS ELIDAM. Primo quidem obliuionis capacem animam non cedam, quia tantam illi concessit diuinitatem, ut Deo adaequetur: innatam eam facit, quod & solum armare potuissent ad testimonium plenae diuinitatis: adjicit immortalitatem, incorruptibilem, incorporalem, quia hoc & Deum credidit, inuisibilem, ineffigabilem, uniformem, principalem, rationalem, intellectualem. Quid amplius proscriberet animam, si eam Deum nuncuparet? Nos autem, qui nihil Deo appendimus, hoc ipso animam longe infra Deum expeditimus, quod natam eam agnoscimus, ac per hoc diluitoris diuinitatis, exsilioris felicitatis, ut statim, non ut spiritum. Et si, immortalitatem, ut hoc sit diuinitatis, tamē passibilem, ut hoc sit naturalitatis, ideoq. & a primordio exorbitationis capacem, & inde etiam obliuionis affinem. Satis de isto cū Hermogene, Ceterū, quae ut Deus haberi merito possit ex peraequatione omnium proprietatum, Deus nulli passioni subiacebit. Ita nec obliuioni, cum tanta sit iniuria obliuio, quanta est gloria eius, cuius iniuria est, memoria scilicet, quam & ipse Plato sensuum, & intellectuum salutem, & Cicero thesaurum omnium studiorum predicauit. Nec hoc iam in dubium deducetur, an tam diuina anima memoriam potuerit amittere, sed an, quam amisit, recuperare denuo possit. Quae enim non debuit obliuisci, si oblita sit, nescio, an valeat recordari: ita utrumquē meae animae, non Platonicae, congruet. Secundo gradu opponam. Natura compotem animam facis Idearum illarum, an non? immo natura, inquis. Nemo ergo concedet, naturalem scientiam naturalium excidere artium, excidet studiorum, excidet doctrinarum disciplinarum, excident fortasse & ingeniorum, & affectuum, quae naturae videntur, non tamen sunt, quia, ut praemisimus, & pro locis, & pro institutionibus, & pro corporalibus, ac valetudinibus, & pro potestatibus dominatricibus, & pro libertatibus arbitrij ex accidentibus constant. Naturalium vero scientia ne in bestiis quidem desicit. Plane obliuiscitur feritatis leo, mansuetudinis eruditione praeventus, & cum toto suggestu inbarum delictum sicut Bercinices alicuius reginae, lingua genas eius emaculans, mores bestiam relinquent, scientia naturalium permanebit. Non obliuiscitur idem naturalium pabulorum, naturalium remedium, naturalium terrorum: et si de piscibus, et si de placētis regina ei obtulerit, carnem desiderabit; et si languenti theriacam composuerit, simiam leo requiret; et si nullum illi venabulum obfirmabit, gallum tamen formidabit. Perinde & homini omnium forsitan obliuiosissimo inoblitterata perseverabit sola scientia naturalium, ut sola scilicet naturalis, memor semper manducandi, in esurie bibendi, in siti, & oculis videndum, & auribus audiendum, & naribus odorandum, & ore gustandum, & manu contrectandum. Hi

Hi sunt certe sensus, quos Philosophia deprecatur intellectualium pralatione. Igitur, si naturalis scientia sensuum permanet, quomodo intellectualium, quae potior habetur, intercidit? Vnde nunc ipsa nis obliuionis antecedentis recordationem: ex multitudine (ait) temporis. Satis improspecte. Quantitas enim temporis non pertinebit ad eam rem, quae innata dicitur, ac per hoc potissimum aeterna credatur. Quod enim aeternum est, eo quia & innatum est, neque initium, neque finem temporis admittendo, nullum modum temporis patitur: cui temporis modus nullus est, nec ulla demutatione temporis subest, nec eadem multitudine temporis nis est. Si tempus in causa est obliuionis, cur, ex quo anima corpori inducitur, memoria delabitur, quasi ex inde tempus anima sustineat, quae sine dubio prior corpore, non fuit utique sine tempore? Ingressa vero corpus, statim ne obliuiscitur, an aliquanto post? Si statim, & quae erit temporis nondum supputandi multitudo? infantia scilicet. Si aliquanto post, ergo illo in spatio ante tempora obliuionis memor adhuc aget anima, & quae est, ut postea obliuiscatur, rursus postea recordetur? Quoquo autem tempore illam obliuio irruerit, quantus hic etiam habebitur modus temporis, tota opinor uita decursio satis non erit ad uertendam memoriam tanti ante corpus aui. Sed rursus Plato causam demutat in corpus, quasi & hoc fide dignum, ut nata substantia innata nim exstinguat. Magna autem, & multa differentia corporum pro genilitate, pro magnitudine, pro habitudine, pro aetate, pro valetudine. Num ergo & obliuionum differentia existimabuntur? Sed uniformis obliuio est, ergo non erit corporalitas multi formis in causa exitus uniformis. Multa item documenta, teste ipso Platone, diuinationem animae probauerunt. Quae proposuimus in Hermogene. Sed nec quisquam hominum non & ipse aliquando praesagiam animam suam sentit, aut ominis, aut periculi, aut gaudij auguratur. Si diuinationi non obstrepiat corpus, nec memoria opinor officiet. In eodem certe corpore & obliuiscuntur animae, & recordantur. Si qua corporis ratio incutit obliuionem, quomodo contrariam eius admittet recordationem? quia & ipsa post obliuionem recordatio memoria recidua est. Quod primum memoriae aduersatur, cur non & animae, ut nondum immersa domesticis ac publicis curis, ut ipsis solis dedita studijs, quorum discentiae reminiscenciae fiunt? Immo, cur non ex aequo omnes recordamur, cum ex aequo omnes obliuiscamur? Sed tantummodo Philosophi, ne hi quidem omnes, Plato scilicet solus in tanta gentium selua, in tanto sapientium prato, Idearum & obliuiscitur & recordatus est. Igitur, si nullo modo consistit argumentatio ista praecipua, totum illud pariter euersum est, cui accommodata est, ut animae, & innatae, & in caelestibus conuersatae, & conscia diuinorum illic, & inde delatae, & hic recordatae crederentur ad occasiones plane haereticis subministrandas.

Si sensilia nos excidunt animae, neque intellectualia.

Temporis quantitatem ad Animam minime pertinere.

Temporis instantis queritur, quando Anima obliuiscit incipiat.

An corpus sit obliuionis causa.

Corpus Animam diuinantem non impedit, igitur neque reminiscit.

Solus ne Plato in humana genere Idearum & obliuiscitur, & recordatus est.

Arnobij doctrinae aliquid cū Tertulliano cōmune.

Tertulliani verba.

Arnobius Contra Gentes lib. secundo.

Non minori indignatione in eandem Platonis sententiam inuehitur disertissimus Rhetor Arnobius, sed ob argumentationis subtilitatem, & peculiariter quosdam dicendi modos cum Tertulliano felicitate pæne pari. hic enim cum de multis, quae nobis, & ceteris animantibus communia sunt, libro secundo aduersus Gentes disseruisset, & de quibusdam peculiaribus brutorum operibus, quibus rationalis naturae admiranda æmulari videtur, tandē quasi obiectioni occurrens, pluribus quidem, sed amabilissimis rerum & verborum sententijs animorum reminiscenciam funditus euellit: & cum adhuc rationis suspensionem in brutis persequeretur, ad futuram disputationem tandem ita se praeparat. Vestem (inquit) illam (de brutis loquitur) non norunt, fellas, atque aratra compingere: nec denique supellectilem ceteram, quam familiaris usus exposcit. Non sunt ista scientiae munera, sed pauperime necessitatis inuenta.

Bb 3 Neque

Celi artes non  
e celo cecid-  
se, sed in terris  
natas.

A quibus absti-  
neret Anima, si  
scientiam e cae-  
lo tulisset.

Vnum nosce-  
rent omnes a-  
nimae, si scien-  
tia esset remi-  
niscencia.

Pulchrum in  
homine exem-  
plum, quo ab  
eodem veteri  
scientiam tol-  
lat.

Neque cum animis artes caeli ex penetralibus ceciderunt: sed exquisita, & natae sunt  
in terris hic omnes, & cum processu temporum paulatim meditatione constatae. Quod si  
haberent scientias animae, quas genus habere diuinum, atque immortale condignum est,  
ab initio homines cuncti omnia scirent, nec seculum esset ullum, quod artis esset ignarum  
alicuius, aut rerum experientia non paratum. Nunc vero inops vita, & multarum indigēs  
rerum fortuita conspiciens quaedam commodule prouenire, dum imitatur, experitur, & te-  
tat, dum labitur, reformat, immutat, ex assidua reprehensione paruas sibi concinnauit  
scientiolas artium, & ad vnum exitum temporibus plurimis commendatas perduxit.  
Quod si homines penitus aut ipsos se nosset, aut intellectum Dei suspicionis alicuius ac-  
ciperent aura, numquam sibi adsciscerent diuinam, immortalemque naturam, nec existima-  
rent quiddam magnificum se nosse; quia sibi craticulas, trullas, ceteraque fecerunt, quia  
subuculas, suppara, lenas, lacernulas, trabeas, cultros, loricas, & gladios, quia rastra, secu-  
riculas, vomerem, numquam inquam crederent, typho, & arrogantia subleuati, prima esse  
se numina, & aequalia principis summitati, qui Grammaticam, Musicam, Oratoriam pe-  
pererant, & Geometricas formulas, in quibus artificijs quidam sit admirabile non vide-  
mus: ut ex eorum inuentione credatur esse animas potiores & Sole & sideribus cunctis,  
hunc totum, cuius membra sunt haec, mundum & dignitate, & substantia praeterire. Quid  
enim aliud se spondent vel insinuare posse, vel tradere, quam ut regulas nominum, dissi-  
militasque noscimus? ut interualla in vocum sonis, ut loquamur suadentur in litibus, ut  
terrarum continentias metiamur? Quae si secum anime diuinis ex regionibus attulissent,  
& esset necessarium scire, omnes ea iam dudum in omni orbe trahebant: neque ullum ho-  
minum reperiretur genus, quod non esset his omnibus aequaliter, atque uniformiter erudi-  
tum. Nunc vero in mundo, quotus quisque est Musicus, Dialecticus, & Geometer, quotus  
Orator, Poeta, Grammaticus? ex quo apparet, (ut sapius dictum est) inuenta haec esse lo-  
corum necessitate, ac temporum, neque diuinitus eruditus aduoluisse huc animas: quod  
neque omnes doctae sint, neque discere omnes possint, & sint in his plurime acuminis obtu-  
sioris, & tardi, & ad discendi studium plagarum coactione cogantur, quod si ea, quae di-  
scimus, reminiscencias esse constaret, (ut antiquis opinionibus scitum est) conueniret, nos  
omnes ab una veritate venientes vnum nosse, vnumque reminisci: non habere di-  
uersas, non plurimas, dissidentesque sententias: nunc vero, cum singuli aliud atque aliud  
asseramus, manifestum, & promptum est, nihil nos attulisse de caelo, sed hic nator addi-  
scere, & suspicionibus coalita vindicare. Et, ut vobis clarius, manifestiusque monstremus,  
cuius sit pretij homo, quem simillimum creditis potentiae superioris existere, concipit ani-  
mis hanc imaginem vestris, & quod fieri, si aggrediamur, potest, tamquam si simus ag-  
gressi, similitudinis assumptione teneamus. Sit igitur nobis tellure in effossa locus habitabi-  
lis, formam cubilis efficiens, recto, & parietibus clausus: non algidus frigore, non fer-  
uens nimio calore, sed ita temperatus, & medius, ut nec frigoris sensum, nec ardorem va-  
lidum perpetiatur aestatis. In hunc sonus omnino nullius incidat vocis, non anis, non be-  
stiae, non tempestatis, non hominis, non denique fragoris alicuius, aut concrepantis terri-  
biliter caeli. Excogitemus deinde, quemadmodum lumen accipiat non ex illato igni, ne-  
que ex Sole conspecto, sed notum aliquid fiat, quod imaginem luminis caligine interpo-  
sita mentiatur. ianua non una sit, nec sit introitus rectus: ad eatur in flexionibus flexuosis,  
nec recludatur aliquando, nisi cum necessaria ratio postularit. Nunc, quoniam imagini  
preparauimus sedem, accipiamus deinceps mox aliquem natum, & in loci illius hospiti-  
um; quod habeat rem nullam, & sit inane, ac vacuum, Platonica licet, aut Pythagorica  
progenie, aut horum alicuius, qui acuminis perhibentur fuisse diuini, aut ex deum respon-  
sis sapientissimi nuncupati. Quod cum actum fuerit, nutrir, ut debeat, sequitur, & ali-  
monijs conuenientibus educari. Adhibeamus igitur nutricem, quae semper ad eum nutria,  
semper silens accedat, verbum nullum faciens, nec in sermonem aliquem ora, & labra di-  
ducatur: sed, cum mammas dederit, & consequens supplicet officia, datum quieti linquat,  
ante

ante fores clausas dies noctesque continuet. Poscit enim plerumque res, nutritias adesse cu-  
ras, & obseruare temporarios motus. At vero, cum caeperit solidioribus cibis insans debe-  
re fulciri, nutrice inferatur ab eadem, veste (ut diximus) posita, & renore reticentiae ser-  
uato. Ipse autem, qui inferitur, cibus, sit vnus, atque idem semper, nihil materia differens,  
nec per varios redintegratus saporis: sed aut sit de milio, aut sit panis ex farre, aut (ut se-  
cula imitemur antiqua) ex cinere caldo glandes, aut ex ramis agrestibus baccule. Potio  
autem vini sit prorsus incognita, nec sedanda aliud admoneatur siti, quam liquor purus e  
fontibus caldore ignis intactus; & (si fieri potis est) manibus subministratus cauis. Fiet  
enim familiaris e more consuetudo in naturam versa: nec appetitio corrigeatur, ulterius esse  
amplius nesciens quod petatur. Quorsum igitur haec spectant? ut, quoniam creditum est,  
animas diuinas, atque adeo immortales esse, & ad hominum corpora disciplinis cum om-  
nibus aduolare, experiamur ex isto, quem hoc genere volumus educari, capiant ne res si-  
dem, an sit leuiter credita, & frustrabili expectatione presumpta. Procedat igitur nobis  
solitudine inoperta nutritus, quot vultis annos agens, vultis vicenarius? vultis tricena-  
rius? immo, cum annus fuerit quadragesima permensus, mortalium Concilij inferatur, essi  
verum est illum principalis esse substantiam, portionem, & ex fontibus vitae derivatum hic  
agere, antequam notitiam rei sumat alicuius, aut sermone imbuatur humano, det respon-  
sum rogatus, quisnam sit ipse, aut quo patre, quibus sit in regionibus editus, quo pacto, aut  
quanam ratione nutritus, quid operis, aut negotij celebrans antea ceteri temporis decurrerit  
auitatem. Ita ille non omni pecore, ligno, saxo, obtusior, atque hebetior stabit? non missus  
in res nouas, & nusquam sibi ante cognitatas, ipsum se esse ante omnia nesciturus? Pote-  
risne, si quaeras, Sol quid sit, ostendere, terra, maria, sidera, nubes, nebula, pluuie, tonitrua,  
nix, grandis? Poterit arboris scire, quid sit herbe, aut gramina, taurus, equus, aut aries,  
camelus, elephantus, aut miluus? Esurientis si dederis vnam, mustacium, cepe, carduum,  
cucumerum, ficum, sciet posse sedari omnibus ex his famem? aut quo genere singula esse  
debeant? & sibi ignem si plurimum feceris, aut venenatas circumposueris bestias, nonne  
abit per medias flammis, viperas, solifugas esse noxias nesciens, & timere ipsum quid sit  
ignorans? Iam vero, si vestem, si suppellectilem ponas in medio, tam urbanam, quam rusti-  
cam, eritne idem, ut possit discriminare, cui negotio res quaeque conueniat? cuius muneris  
accommodata sint vsui, indices? in quos habitus vestis stragula facta sit, mitra, strophium,  
D fascia, puluinus, muccinum, lena, tunica, mantele, mastruca, foccus, solea, calcens? Quid  
si adicias, rota quid sit, aut tribula, vannus, dolium, cupa, trapezum, vomis, aut cribrum,  
mola, buris, aut sarcolum? Quid arguata, si sellula, acus, strigil, polubrum, siliquastrum,  
trulla, lanicula, candellabrum, scopae, scyphus, faccus? Quid, si cithara, tibia, argentum, es,  
codex, radius, liber? Quid instrumenta, si cetera, quibus vita succingitur, & continetur  
humana? ita (ut diximus) ille non vobis ritu aut asini, porci, aut, si nullum est animal  
tardius, conspiciet, & quidem formaturus, is narias respectans, & quae sint singula nesciens,  
& quam in causam possideantur ignorans: nonne vocem si fuerit necessitate aliqua coa-  
ctus emitte, ut sollempne est mutis, inarticulatum nescio quid ore hiante clamabit. Quid  
in Menone, o Plato, quaedam, rationibus numeri admota, ex puerulo sciscitarius? & ex eius  
niteris responsionibus comprobare, quae discamus, non discere, sed in eorum memoriam,  
quae antiquitus noueramur, redire? Qui si tibi uere responderet, non enim nos conuenit si-  
dem rebus abindicare, quas dicis, non rerum scientia, sed intelligentia ducitur, & ex eo  
quod aliquos numeros quotidianis habet ex vsibus natos, sit, ut sequar rogatus, & ipsa il-  
lum semper multiplicationis adducat accessio. Quod si uere confidat immortales huc ani-  
mas, & plenas scientiae peruolare, adolescentulum istum rogare desinito, quem esse conspi-  
cis ignarum rerum, & humanitatis esse in sinibus constitutum. Quadragesimum istum  
ad te uoca, & ex eo percunctare, non abstrusum aliquid, non inuolutum, non de trianguli,  
non de quadratis, quid sit Dibus, aut Dynamus, sesquioctauus, aut sesquitercius ulti-  
mus: sed quod in medio situm est, bis bina, bis ternas, quam efficiant summulam querito.

Volumus

Quid de pra-  
milio huiusmo-  
di homine ef-  
ficer futurum, cu-  
in res nouas re-  
pote mittitur.

Quam vocem  
idem emittet?  
Platonici Me-  
nonis puer de-  
ludique.

Volumus videre, volumus scire, quid rogatus respondeat, an inquisitam expediat quaestio-

Platonicos la- cessit, tãquam viros plusquã fati ex aliena generositate fi- bi tribuentes.

Hominem, ac- que animalia cuncta docti- na, & assuetudi- ne addiscere.

Præstare ani- mam (si remi- niscentur) ma- gis docere, quã discere in ter- ris.

Animam, si in corporea fue- rit, obliuione nullam in cor- pore pati pos- se.

Reminiscentiam ex obli- uione animam corporeã red- dere.

Quod vnum atque simplex est, eandem na- turam semper retinet. Passionem le- thali ianuam ef- fe.

Argumentum a maiori.

vobis ex aliena generositate tribuentes? hęcine est anima docta illa, quam dicitis, im- mortalis, perfecta, diuina, post Deum principem rerum, & post mentes geminas locum ob- tinens quartũ & affluens ex crateribus viniis? Hęc est ille pretiosus, & rationibus homo au- gustissimis præditus, mūdus minor qui dicitur, & totius in speciem similitudinis fabrica- tus, atque formatus: nullo melior, ut aparuit, pecore, obrutor ligno, saxo, qui nesciat ho- mines, & in mutis semper solitudinibus degat, demoretur, iners veluti puer, quamuis an- nis viuat innumeris, & nunquam nodis corporeis eximatur. Sed cum Scholas attigerit, & magistrorum fuerit institutionibus eruditus, efficitur prudens, doctus, & quam nuper habuerat, imperitiam ponit. & asellus, & bos æque (usu atque assiduitate cogente) di- scit arare, ac molere: equus iugum subire, & agnoscere in curriculo flexiones: camelus sese submittere, siue cum sumit onera, siue cum ponit: columba manumissa reuolare ad domi- nicas sedes: canis cum inuenit prædam cohibere, & continere latratum, verba Psitta- cus & integrare, & nomina prorsus expromere. Sed ego, cum audio nescio quid præstans animam dici, Deo vicinum, & proximum, scientem huc omnia superioribus aduentare de- saculis: nolo illam discere, sed docere: nec ex docta (ut dicitur) elementariam fieri: sed reuertentem res suas, corporibus semet circumligare verrenis. nisi n. sese habuerit res ita, di- scerni quomodo poterit, vtrum ne illud, quod audit, reminiscatur, an discat? cum multo facilius credere, discere illam, quod nesciat, quam oblitam, quod paullo ante sciebat: & op- positu corporis amitti repetentiam priorum, & ubi est illud, quod dicitur, incorporalis anima substantiam non habere: quod enim nullius est corporis, oppositione alterius non impeditur; nec potest aliquid suaderi perdere, id quod non potest tactum rei oppositæ susti- nere. Vt enim numerus in corporibus constitutus (quamuis mille corporibus obruatur) in- tactus, & inuolabilis constat, ita necesse est animas, si sunt (ut perhibetur) incorporea, obliuionem priorum nullam pati, quamuis eas solidissimæ corporum circumligauerint iun- ctiones. Quid, quod eadem ratio non tantum incorporeas indicat eas non esse, verum etiã priuat immortalitate has omni, & ad fines applicat, quibus vita consuetã est terminari. Quidquid enim causa ingruente nonnulla ita mutatur, & vertitur, ut integritatem suã retinere nã possit, id necesse est indicari natura esse passiuum. Quod autem est promptum, atque expositum passioni, corruptibile esse, ipsa passibilitate internente denun- ciatur. Ergo, si & anima perdunt omne quod nouerant, corporalibus vinculis occupatæ, pa- riantur necesse est aliquid, quod eas efficiat obliuionis inducere cecitatem. Neque enim ni- hil omnino perperse, aut integritatem conseruantem suam possunt rerum scientiam ponere, aut in alios habitus sine sui mutabilitate transire. Atqui nos arbitramur, quod est vnum, quod immortale, quod simplex, quacumque in re fuerit, necessario semper suam retinere naturam: nec debere, aut posse aliquid perpeti, si modo esse perpetuum cogitat, & in finibus propriæ immortalitatis hæret. Omnis enim passio, lethi, atque interitus ianua est, ad mor- tem ducens uia, & ineuitabilem rebus afferens functionem: quam si sentiunt, animæ, & tactui eius, atque incursionibus cedunt: usu & illis est vita, non mancipio, tradita: quam- uis aliter quidam inferant, & rei tantæ fidem suis in argumentationibus ponant: ac ne ta- men instructi non plenius abeamus, audiamus a vobis, quemadmodum dicitis, animas, cum terrenis fuerint corporibus inuolutæ, priorum reminiscenciam non habere: cum in ipsis corporibus positæ, & prope insensibiles eorum commixtione perfectæ, pertinaciter & fideliter teneant ea, que ante annos plures (si velis dicere vel octoginta, vel hoc amplius) uel fecerunt, uel passæ sunt, uel locutæ sunt, uel audierunt. Si enim obstaculo perficitur cor- poris,

A

B

C

D

E

Aporis, ne meminerint eorum, que iam dudum & ante hominem sciebant: magis est, ut ea debeant obliuisci, qua conclusæ in corporibus factitarunt, quam que foris posita nondum hominibus coningatæ. Quod enim in rebus ingressis priorum reperentiam detrahbit, & intra se gesta irrecordabili debet obliuione deperdere. Vna enim causa res duas ef- ficere, ac sibi contrarias non potest, ut aliorum memorias sopiat, alia pariat actoris in recordationem venire. Quod si anima (quas vocatis) membrorum impediuntur obsta- culo, quominus artes suas, atque antiquas reminiscantur; in corporibus ipsis quemadmo- dum constituta meminerunt, & sciunt animas se esse, & corporalem substantiam non habere, immortalitatis conditione maculatas, quem teneant in rebus gradum, quo sint or- dine a Deo Patre discretæ, ad infima hæc mundi quam ratione peruenit: quas ex qui- bus circulus qualitates, dum in hæc loca labuntur, attraxerint. Quemadmodum (inquam) sciunt doctissimas se fuisse, & obstructione corporum amisisse, que nouerant? & hoc ipsum enim nescire debuerant, si aliquid eis labis corporalis inuexisset adiunctio. nam, scire, quid fueris, & quid hodie non sis, non est signum memoriæ perditæ, sed comprobatio, indi- ciumq. seruatæ. Quæ cum ita se habeant, desinite, queso, desinite res paruas, atque exigui nominis immanibus pretijs æstimate, desinite hominem, proletarium cum sit, classibus, & capite cum censeatur, adscribere ordinibus primis: cum sit inops, pauper lare, & tugurij pauperis, nec patriciæ claritatis vniquam meritis nuncupari: cum enim vos oportet viros recti, atque integritatis auctores typhum, & arrogantiam frangere, quorum malis cuncti extollimur, & inaniam descendimus vanitate, non tantum accidere mala ista censetis, ve- rum (quod grauius malo est) addidistis causas, quibus & vitia crescerent, & inemen- dabilis nequitia permaneret.

Quid amplius teneantur sci re animæ, si se oblitæ esse cognouerunt.

Scire, quid fue- ris, iudicium esse memoriæ seruate, haud quidem deper- ditæ. Ad Platonicos conuertit.

Alphonsus de Castro.

Figmentum hoc esse de Reminiscencia explicat in verbo Anima hæresi 8.

Alphonsus de Castro.

Gulielmus Parisiensis primæ Partis de Vni- uerso Parte secunda capite 14.

Qualiter possibile est, ut adeo irrecordabiliter obliuiscantur ipso ingressu corporum sta- tus sui, in quo erant, cum essent in stellis: si enim causa huiusmodi obliuionis est ipsa con- iunctio corporum, dum igitur sunt in corporibus, nullarum rerum poterunt reminisci, cum causa obliuionis eadem remaneat. Si enim lenia, & minima obliuioni traduntur, non est hoc mirabile. quoniam non curantur, nec etiam si magna ad modicum obliuiscuntur, sed quod & semetipsas & statum illum tam nobilem, tamque magnificum obliuioni tradi- derunt, & hoc perpetuo, hoc est quamdiu in corporibus sunt. Quod si dixerit, quia hæc est ebrietas, qua inebriantur a parte corporis, uelut immersæ in ipsum, quomodo igitur recor- dantur aliorum, leuiorum scilicet, & minimorum? Si dixerit, quia ebrietas paulatim minuitur, dum sunt in corporibus, deberent igitur reuerti ad cognitionem pristinam, quã habuerunt antequam ingrederentur corpora. Quia igitur nunquam reuertuntur ad hoc, nec reminiscuntur dum sunt in corpore, manifestum est, naturalem esse ignorantiam hæc, cum sit perpetua, & vniuersalis: non enim est obliuio, uel ex obliuione. Quod si dixerit, quia

In Reminiscencia ratio prima.

Ratio altera.

Ratio Tertia.

Ignorantiam naturalem esse Animæ, haud quidem ex obliuione.

Poetis nequaquam esse fidē adhibendam:

Quarta ratio.

Quinta ratio.

quia aliqua aliquando reminiscuntur se fuisse in alijs corporibus. quia & talia narran-  
 tur a Poetis: Respondeo, quia nec illis creditur a sapientibus: nec illi probant hoc, praesertim  
 cum ex narrationibus eorum, nec praesumptio appareat eas vel in stellis fuisse, vel in alijs  
 corporibus, sed, quemadmodum mente alienatis interdum videtur, quod fuerint reges, vel  
 etiam aues, ut apparet manifeste desipientia eorum, sic dico & de hominibus huiusmodi.  
 Amplius. Quid maius post accidere circa animam humanam, quam mors corporis sui? de  
 ipsa autem morte corporis certum est, quod non abolet, neque abradit quodcumque sciunt,  
 vel fecerunt dum essent in corpore. Descensus igitur animarum humanarum in corpora,  
 vel translatio etiam earum a corporibus in alia corpora non deleuit obliuione vniuersali,  
 atq. perpetua scientias omnes, & memorias, quas habuerunt, vel in stellis secundum Pla-  
 tonem, vel in corporibus alijs secundum Pythagoram. Attestantur autem nobis omnes ho-  
 mines, se nihil penitus scire de huiusmodi rebus, vel quod in stellis suis suis fuerint ani-  
 mae eorum: & hoc etiam testificantur animae eorum, quia nihil sciuerunt, antequam es-  
 sent in corporibus, vel fecerunt, sed omnia, quae sciunt, se in suis corporibus didicisse. Nul-  
 la enim dicit alicuius se reminisci talium. Naturale autem est, in omnibus animabus hu-  
 manis, vel saltem in pluribus, vel multis, quoties aliquod rediscunt eorum, quae prius sci-  
 uerunt, quod statim aduertunt, & reminiscuntur, se alias sciuisse. In mille millibus autem  
 studentium, & discipulorum, vel etiam Philosophantium, non est inuenire animam vnam,  
 quae reminiscatur aliquod eorum, quae dicit se sciuisse in caelo, vel apud stellam suam. Am-  
 plius. Sicut ipse Plato posuit Philosophando deteguntur opera, vel sepulta naturaliter no-  
 bis indite, vel innate scientiae, cum tam multa, tam profunda inuenta sint a Philosophis,  
 quomodo ab Aristotele, & sequacibus eius, quos constat in Philosophia & praecminentio-  
 res fuisse, ac perscrutatoris inuestigationis, non est hoc vnum inuentum, atque detectum  
 in animabus nostris, videlicet, animas eorum in caelo fuisse, & in comparibus stellis  
 habitasse.

D. Thom. p.p. 84. Art. 3.

D. Thom. Forma est prin-  
cipium actio-  
nis.

3. de Anima  
tex. 13.

Plato quare  
posuerit intel-  
lectum huma-  
num plenum  
specierum.  
Cur idem erra-  
uerit.

Integer ille articulus in Platonem dirigitur a D. Thoma, sed in corpore  
 quaestiois ita respondet dicendum, quod, cum forma sit principium actionis, oportet,  
 ut eo modo se habeat aliquod ad formam, quae est actionis principium, quo se habet  
 ad actionem illam, sicuti si moueri sursum est ex lenitate, oportet quod in potentia tantum  
 sursum fertur esse leue solum in potentia, quod autem actu sursum fertur, esse leue in  
 actu. Videmus autem, quod homo est quandoq. cognoscens in potentia tantum, tam secun-  
 dum sensum, quam secundum intellectum, & de tali potentia in actum reducitur, ut sen-  
 tiat quidem, per actiones sensibilium in sensum, ut intelligat autem, per disciplinam, aut  
 inuentiorum. Vnde oportet dicere, quod anima cognoscitua sit in potentia, tam ad simi-  
 litudines, quae sunt principia senticndi, quam ad similitudines, quae sunt principia in-  
 telligendi. & propter hoc Aristoteles posuit quod intellectus, quo anima intelligit, non  
 habet aliquas species naturaliter inditas, sed est in principio in potentia ad huiusmodi spe-  
 cies omnes. sed, quia id, quod habet actu formam, interdum non potest agere secundum  
 formam propter aliquod impedimentum, sicut leue, si impediatur, sursum ferri, propter hoc  
 PLATO posuit, quod intellectus hominis naturaliter est plenus omnibus speciebus intel-  
 ligibilibus, sed per unionem corporis impeditur, ne possit in actum exire. sed hoc non vi-  
 detur conuenienter dictum; primo quidem, quia, si habet anima naturalem notitiam om-  
 nium, non videtur esse possibile, quod huius naturalis notitiae tantam obliuionem capi-  
 at, quod nesciat se huiusmodi scientiam habere. nullus enim homo obliuiscitur ea, quae  
 naturaliter cognoscit, sicut quod omne totum sit maius sua parte, & alia huiusmodi, pre-  
 cipue

A cipue autem hoc videtur, esse inconueniens, si esset anima naturale corporis vniuersi, ut supra,  
 habitum est inconueniens enim est, quod naturalis operatio alicuius rei totaliter impedia-  
 tur per id, quod est sibi secundum naturam. secundo manifeste apparet huius positionis  
 falsitas, ex eo, quod, deficiente aliquo sensu, deficit scientia eorum, quae apprehenduntur se-  
 cundu illum sensum: sicut caecus natus non potest ullam habere notitiam de coloribus: quod  
 non esset, si intellectus animae essent naturaliter indite omnium intelligibilium rationes  
 & ideo dicendum est, quod anima non cognoscit corporalia per species naturaliter indi-  
 tas. Haec in corpore.

Sed in responsonem ad tertium argumentum, quod erat Platonis, quod erat  
 tale. Nullus potest verum respondere, nisi de eo, quod scit, sed aliquis etiam Idiotam non  
 habens scientiam acquisitam, respondet verum de singulis, si tamen ordinate interroge-  
 tur, ut narratur in Menone Platonis de quodam, ergo, antequam aliquam acquirat scien-  
 tiam, habet rerum cognitionem, quod non esset, nisi anima haberet species naturaliter in-  
 ditas. Respondet dicendum, quod ordinata interrogatio procedit ex principijs communibus  
 per se notis ad propria, per talem autem processum scientia causatur in anima addiscen-  
 tis. Vnde cum verum respondet de his, de quibus secundo interrogatur hoc non est,  
 quia prius ea nouerit; sed quia tunc ea de nouo addiscit. nihil enim refert,  
 utrum ille, qui docet proponendo, vel interrogando procedat de prin-  
 cipijs communibus ad conclusiones, utrobique enim animus  
 audientis certificatur de posteriori-  
 bus per priora.

Naturale o-  
peratio om-  
nino impedi-  
esse impossi-  
bile.

Idem ibidem  
in responso-  
ne ad tertium  
argumentum  
quod erat Pla-  
tonis in Meno.  
Veram respon-  
sionem ex or-  
dinata inter-  
rogatione pen-  
dere.

FINIS SEXTI LIBRI.



A N I M A S

NEC TRES IN HOMINE  
NEC SPECIE, LOCOQVE  
DISTINCTAS

DISPUTATIONVM  
IN PLATONEM  
ATQVE CAUTIONVM  
DISTRIBUTIONIS SECVNDAE  
LIBER SEPTIMVS.

## Cautiois Leges

L. de Ecclesiasticis dogmatibus.

*Dicimus, unam & eandem esse animam in homine: qua & corpus sua societate vivificet,  
& semetipsam sua ratione disponat.*


### Hæreses.

Ex { Iacobo, & alijs Syrorum  
Manichæis  
Ioanne Grammatico  
Didyco }

### Concilium Constantinopolitanum.

E Patribus { Philonem Iudaum  
D. Augustinum  
B. Damascenum  
D. Gregorium Nyssenum  
Origenem  
Iustinum  
Theodoretum } *Locis proprijs videbis.*

E Theologis < D. Thomam > *Ibidem.*



# ANIMAS NEC TRES IN HOMINE, NEC SPECIE LOCOQ. DISTINCTAS. IN PLATONEM

Quæstio, & Cautio,

LIBER SEPTIMVS.

PLATO.

**D** VOD faustum, felixque sit, tam latus, tamque apertus in hac disputatione mihi sese offert in Platonem insurgendi campus, ut, qui mecum imposturæ gratia contendere velint, magnū sibi lumant falsitatis æquor arandum, nisi Pythagoræ id fortasse prius adscribere velint, quatenus animam secundum partes, non autem secundum locos ille diuiserit. Ita enim apud Theodoretum in libro de natura hominis inuenio. multum etiam sibi cū Aristotele bellum erit suscipiendum, cum primo de Anima veluti in Plat. arguens validissimo argumento pertinaci pugnæ silentium ferme perpetuum imposuit, & tres Animas ab vno homine, easque loco & subiecto distinctas in eodem humano corpore penitus abstulit, nisi vnus longo post tempore insurrexisset Galenus, qui Platonis iam obsoletam sententiam multis, ut solet, in eo libro, qui de Hippocratis, & Platonis placitis inscribitur, declarauit, atque tutari conatus est; nec vno quidem in loco, nec semel, sed centies fere, in Chrysippum, integris ferme sex libris; circa eandem sententiam insurrexit. suscepit enim disceptandum de membri cuiuspiam in homine principatu, deque Animæ facultatibus, siue partibus, siue speciebus, & in quonam membro quæque facultas resideat. nam, quia Chrysippus omnium Animæ facultatum vnū cor esse præsidium statuit, cuius opinionis gratia male de Platone sentiebat, quasi vero hic rationem in capite, iracundiā in pectore, cupiditatē in umbilico (nā ita loquitur) regnare asseruisset: inde Galenus, Platonis defendēdi occasione suscepta, a primo statim 3. lib. c. Chrysippū deridet, ut q. in Platonē nondū proprio stabilito dogmate insurrexerat. nā Platonē inq. ibi Galen⁹ tres animæ partes po-

Erroris huius Origo an ad Pythag. deducenda.

Theodoretus de natura hominis.

Aristoteles.

Galenus quid in hac re tribuat Plat. lib. de Hipp. & Platon placitis.

Chrysippus quid Platoni adscribat.

Galenus, in Chrysippum.

suisse, quæque ille sint, quibusque in animalis locis collocatæ, egregie explicavit. A  
 Et paullo post; Par autem erat, ut primum rationes, quibus Plato persuasus ita  
 statuebat, assereret, deinde eas refelleret, ac reprehenderet: tum, suam Chryssi-  
 pus opinionem, non probabilibus argumentis, quibus sophista, & oratores uti con-  
 sueverunt, sed scientiam efficientibus, & demonstratiuis confirmaret; ut Philoso-  
 phos decet, qui studio veritatis incumbunt, quorum nihil fecit Chrysippus, immo  
 vero prorsus e contrario oblitus sane, quasi nihil omnino de Platonis sententia prius  
 dixisset, inceptique argumenta adhibere ex eo summationum genere, quod non ex rei  
 ipsius natura, sed exestium, & vulgi opinione fidem facit. Sed quarti postmodum  
 libri capite secundo, Poetarum carmina Chrysippo obijcit, quibus suam  
 sententiam virgere videbatur, Ceterum, priusquam apertam Platonis ex Gale-  
 no sententiam, & propriis verbis asseram, illud vnum Philosophum lectorem B  
 monitum velim, me non ob aliud cum Galeno quæstionis iter aggredi, nisi ut  
 obtrectatores hoc onere leuem, quod si malint, Galenum prius reprehendant.  
 nam de Aristotele nihil loquor, quem in Platonis sententia referenda verita-  
 tis suspectum (licet frustra) interdum habuere, Expedi itaq. vnum Galenum  
 prius audire, qui in hac quæstione Aristotelem æque ac Platonem inuis in as-  
 fertionibus reponit. Ut autem multa capita quinti libri silentio inuoluam, &  
 octauum præcipue, ad duodecimum eiusdem deuenio, in quo tres Animæ fa-  
 cultates ita Platoni tribuit, ut substantia viribus, & actionibus distinguantur. ait  
 enim ita. *Nostra igitur aduersus Chrysippum disceptatio hic concludatur; Si quis bene C*  
*his, quæ a me dicta sunt, animum aduerterit, eum existimo facile cetera omnia errata il-*  
*lis in libris sigillatim inuenturum. Qui vero hæc non aduertit, neque si plura adhuc di-*  
*cantur attendet. Iam ad Platonis demonstrationem in quarto Reipub. libro positam de-*  
*scendam, quæ ille animæ partes quibus ad motum voluntarium inclinamur, tres esse con-*  
*firmat. Sciendum tamen, hic tres esse inter se differentes partes non necessario probari:*  
*non enim magis partes, quam facultates adstruuntur, tres vero esse siue partes, siue facul-*  
*tates appelles, a quibus vita nostra administratur, orationem in eo vim asserre, nullamq.*  
*contradictionem admittere. Vnde fiet, ut his, quæ dicemus, & Chrysippi improbetur opinio,*  
*& commune Aristotelis, Platonis, & Posidonij decretum stabilietur, alia nempe, quæ ratioci-*  
*namur alia qua irascimur, quæ cupimus, ite diuersam esse facultatē, quod tamen substantia D*  
*inter sese hæc differat, differētibsq. in locis sitæ sint, nulla hæc demonstrationē, quæ scien-*  
*tia asserat, possumus habere, sed in sequenti Commentario, qui vniuersi huius operis sextus*  
*scribetur, iuxta Hippocratis, & Platonis doctrinā, euidentibus summationibus id probabitur.*  
*Harū quidem, quæ subiungam, demonstrationū vim, neq. ipse Plato ignorat, qui, eas ag-*  
*gressurus, ita præfatur: Et scias, o Glauce, mea quidem sententia, nunquam ex his ratio-*  
*nibus, quibus nunc utimur, exacte istud colligemus. alia si quidem longior, ampliorq. via*  
*est. Quæ utiq. ad probandam tres esse animæ nostre partes, progredimur, quæ non sedibus*  
*tantum corporis, verum etiam substantijs, naturisq. facultatibus item, & functionibus*  
*differunt, ut in sequenti libro ostendemus, ubi etiā rationē eam, quæ hic innuit, sumus*  
*explicaturi. Cur vero licet demonstrationi, quæ dicturus est, non magnopere confidat, ea E*  
*tamen utatur in præsentia, si quis modo a me dicta aduerterit facile cognoscet, hæc vide-*  
*licet ratione, tres esse, quæ vitam nostrā gubernant, facultates aperte id quidē demonstra-*  
*ri, substantia vero inter se differre non itē, Satis enim ad propositū faciebat in Rep. sibi de*  
*iustitia, alijsq. virtutibus, de omnibus enim in sequentibus differit, negotium est, si tres di-*  
*uersas facultates esse constitisset. Ita si quidē etiam Posidonius opinatus, Chrysippo relicto*  
*Aristotelem, & Platonem magis secutus est, magis propterea dixi, quia tres hi homines de*  
*virtutū differētia nonnihil discrepantes, in conclusione tamen inter se conveniunt. Quod*  
*etiam ipsum planum faciam, ubi de virtutibus mihi erit differendum.*

Hæc cum asserat Galenus, eadem in Platonis verbis demonstranda aggre-  
 ditur,

A ditur, & concupiscibilem facultatem ab ea, quæ ratiocinio utitur, distinctam  
 esse, atq. ita reliquas inuicem ostendere conatur. Quoniau vero hæc eadem  
 Platonis verba, quæ nobis in præsentem locum afferenda incumbebant, me-  
 lius, quam ipse Galenus asserat, a me induci non possunt: propterea, quæ sta-  
 tim ex Platone subneçit, modo transcribam. vnum tamen prius admonendum  
 duxi, Galeno nunc illud curæ esse, ut ex Platonis placitis animæ modo prædi-  
 ctas facultates distinctas esse loco atque subiecto, demonstrat; deinde vero,  
 quod primo, & secundo sexti libri capite docebit, eandem specie distinctas esse,  
 ex eodem Platone oculis subijciet: quorum vtrumq. locum nos in medium  
 afferemus, additis etiam alijs quibusdam ab ipso Galeno prætermisiss. Ait ita-  
 que Galenus. *Nunc Platonis demonstrationes in quarto de Reipub. positas commemo-*  
*rabo. verbaq. ipsa, vnde hæc exorditur orationem, adscribam. quæ ad hunc modum se*  
*habent. So. Idem proculdubio nunquam in eodem & ad idem contraria vel facere vel pa-*  
*ti simul volet. Deinde, cum hoc confirmasset, & cetera quæ illi aduersari videbantur, di-*  
*scussisset, subiungit. So. Quid vero? Annuere, & renuere, appetere aliquid & recusare, attra-*  
*here, & reuocare, aliaq. id genus omnia, non e contraria inter se constitues, siue effectiones,*  
*siue affectiones fuerint? nihil enim hoc refert. Gla. Nimirum contraria. So. Quid igitur,*  
*siue & esurire, & demum cupere, & velle, & eligere? Nonne hæc omnia ad eas, quæ mo-*  
*do dixi, species referenda putas? verbi causa, cupientis animam nonne vel appetere di-*  
*ces illud, quod cupit, vel attrahere quod elegerit, vel ad illud annuere, quod sibi suppedi-*  
*tari velit, amanti alicuius more expetentem, ut id sibi contingat? Gla. Ego quidem. So.*  
*Quid? Non eligere, nolle non cupere, nonne ad reijciendi, expellendiq. a se omniumq. illis*  
*contrariorum speciem reponemus. Gla. Quid nō? Hæc Oratione Plato, ceterisq. sequenti-*  
*bus, aliam esse cupientem animæ partem ostendit, aliam ratiocinantem. Quoniam modo?*  
*dum esurimus quidem cibis, dum sitimus, potione expleri cupimus, in pueritia tamen in-*  
*star brutorum, rationeq. carentium animalium saturitati uacamus, neque utilitatis, ne-*  
*que læsonis ulla habita ratione, in ætate uero, & ratione constituti, si ex potione detrimen-*  
*tum aliquod nobis euenturum credimus, sepe numero nihil prorsus bibimus: sepe etiam*  
*minus, quam appetamus, cum inde quoque læsio aliqua timetur, aquam interdum, licet*  
*uinum cupiamus, in potu sumimus, quandoq. frigidam appetentes, calidam assumimus.*  
 D *at insipientes quiq. ratione non utuntur homines perinde ac infantes, & bestie, neque*  
*opportunitatem expectant, neque quantum, aut quale esse debeat, quod sumendum sit, con-*  
*siderant. bestias quidem, & infantes, ratione minime uti, etiam Chrysippi omnes con-*  
*sentiant: incitari uero a facultate diuersa a ratione ad fruitionem earum rerum, quæ cu-*  
*piunt, modo fatentur, modo hinc inde oratione perplexa negant. Atqui poterant, ut ama-*  
*tores ueritatis decet, prompte ratiocinando colligere, uim quandam esse irracionalem, quæ*  
*ad corporis uoluptatem, non pecudes tantum, & pueros impelleret, sed etiam eos homines,*  
*qui pecudum more uitam traducunt, ad quam primam demonstrationē, ipsa ratio ex qua-*  
*dā sequela nos duxit ad Platonis demonstrationes non parum facientem. Cū uero in vi-*  
*ros perfectos non tam ætate, quā ratione euaserimus, ratione ipsa spectabimus pugnā ra-*  
 E *tiocinantis animæ partis cum concupiscibili, in morbis alijsq. multis conditionibus, in qui-*  
*bus uidetur nondū esse rempestiuū, ut uel sitiēs potione, uel esuriens cibū sumat, uel qui frī-*  
*get calefiat, uel qui calefiat refrigeretur, uel qui in uenerē turget, uenerē utatur. Irratio-*  
*nalis si quidē, quæ in nobis est facultas, ad singula, quæ appetimus, nos trahit, ratio contra-*  
*retrahit intempestiuū impetū, & coerçet, pugnaq. inde sepe numero ualida insurgit, quæ*  
*geminā esse naturā in nobis disidentiu inter se facultatū facile declarat. Nam, si una tan-*  
*tum, quemadmodum in pueris esset, nihil prohiberet, quominus appetitis rebus intempe-*  
*stiuē frueremur. Sic etiam, si solam rationem haberemus, quæ nulla in re dissentire ac*  
*retrahere nos consueuisset, nullum negotium esset, si quis aut sitiens non biberet, aut*  
*esuriens non comederet, neque continens, aut temperans, qui non haberet appelleretur.*

Quamobrem  
 cum Galeno  
 quæstionis ex-  
 ordia sumat au-  
 stor.

Gal. s. de Hip.  
 & Plat. placit-  
 is 6. 12.

Galenus facul-  
 tates tribuit in  
 hæc re Platoni.

Facultates an-  
 substantia dif-  
 ferant probari  
 non posse.  
 Platonis verba  
 ex Gal.

Posidonij ead-  
 dem cum Plat.  
 & Aristotele  
 asserere.

Plat. 4. de Rep.

perinde atque ille, qui, cum non vult, non ambulat. sed, cum due sint, quæ hominem A  
 distrahunt, facultates, irrationalis potius appetens, rationalis cohibens, in hoc tempe-  
 rantia, & continentie ortus conspicitur. Atque illud, quod ad virtutes non paruum mo-  
 mentum habet, obiter mihi dictum sit, neque continentiam, neque temperantiam, si tolla-  
 tur concupiscibilis facultas, nullam futuram. Sed ad rem. Anima equidem eius qui sitit,  
 neque vult bibere, alia quadam aut parte, aut facultate, potum admittit, alia fugit, &  
 auersatur. vna enim & eadem facultate idem admittere, & rejicere simul nullo modo po-  
 test. nam, siue admittere, & fugere, siue sequi, siue appetere dixeris, id nihil refert. eod-  
 em modo, etiam si velle, si expetere, si adsciscere, si amplecti, aut concupiscere asseramus,  
 huiusmodi verborum distinctio nihil ad præsentem considerationem faciet, immo e con-  
 trario importuna erit. quippe quæ rerum questionem ad verba transferat. Vnde consulto B  
 nonnulli, ne concludi, ac confici quidquam possit, ad singula verba instare, atque occur-  
 rere consueverunt. si expetere potionem dicamus sitientem, negant ita dici debere. causam  
 enim quandam esse expetitionem, (ita enim appello Oresin) ad solumq. sapientem per-  
 tinere aiunt. quamquam ita definiunt, appetitionem dicentes esse rationalem, ad incunã  
 aliquid, quatenus det, incitatum. Si etiã concupiscere dicas, neq. id concedent. sitim quippe  
 non tam stultis, quam prudentibus accidere concupiscentiam ipsam, & prauam esse, & in  
 stultis, prauisq. hominibus tantum existere, quod ex definitione colligatur, quæ ait, con-  
 cupiscentiam expetitionem esse, effuse ad potendum inclinatum, vel, si breuius definiant  
 expetitionem irrationalem. Atque ita egregie admodum, si Dijs placet, increpabunt sape-  
 numero, non modo in rerum scientia, verum etiam in verborum usu, hominem alijs mul-  
 tis longe præstantem. Cuius generis nonnulli etiam ex veteribus, ut inquit Plato, existi-  
 terunt, qui vocabula noue transumpta usurpabant. Quorum causa, in ea, quam superius  
 adduximus, oratione Platonem non vnum absolute scripsisse, sed omnibus verbis, quibus  
 eadem res significari posse videbatur, usum esse existimo. expetere si quidem, concupiscere,  
 appetere, annuere, velle, eligere, atrahere, & horum contraria, nolle, non eligere, pro vna  
 eademq. re videtur sumpsisse, proposuit enim, quid sibi vellet ea res exprimere, aperteque  
 explanari, demonstrationi vacans. Studensq. rem per verba interpretari, non circa syllab-  
 as, nouas commenticiaq. effutias excogitare. Supradicta igitur oratione diuersam a ra-  
 tiocinante esse concupiscibilem demonstrauit, nam licet cuiilibet volenti, totum illius li-  
 bri sequentem locum legere: longum enim nimis, si omnes eius orationes adscripsissem, ef-  
 se iudicauit. Quod si ea, quæ in disputationis huius calce est, recenseri debet, ut plamior,  
 quemadmodum mihi videtur, ad secundum caput transitus efficiatur, neque ipsam reti-  
 cebo ad hunc modum scriptam. So. Nonne sitientis anima, quatenus sitit, nihil aliud, quã  
 bibere, vult? nõne hoc expetit? nõne ad hoc appetendum incitatur? Gla. Plane vero. So. Si  
 aut aliquid est, quod ipsam sitientẽ retrahat, nõne aliud quid in ipsa erit diuersum ab eo,  
 quod sitit, ad bibendumq. ipsam ut bestiam impellit? neque enim dicere possemus, idem  
 eadem parte sui, circa idem simul contraria facere. Glau. Minime quidem. So. Perinde  
 atque defatigatio non est dicendum, manus eius atrahere simul, & impellere arcum, sed  
 alterã esse, quæ atrahat, quæ impellet, alterã. Gla. Prorsus illud quidem. So. Dicemus ne,  
 aliquos interdum esse, qui, cum sitiant, nolint tamen bibere? Gla. multos sane, ac saepe.  
 So. Ecquid igitur de his dicendum est? Nonne in anima ipsorum partem inesse quantã, q  
 iubeat bibere, quantã quæ prohibeat? quippe cum diuersum a iubete esse id, quod cohibeat,  
 necesse sit. Glau. Mihi quidẽ videtur. So. Nonne id, quod ista prohibet, cũ sit, a rone proficisci  
 ea vero, quæ impellit, & trahit, a perturbationibus, & agrotationibus oriri, asserendũ est.  
 Glau. Constat. So. Haud igitur absurde duas has partes, diuersasq. inter se esse statuemus,  
 eamque, quæ ratiocinamur, rationalem illam, quæ amamus, esurimus, sitimus alijsq. cu-  
 piditatibus, libidinibusq. afficimur, irrationalem, repletionumq. quarundam, & volupta-  
 tum aliarum concupiscibilem appellabimus. His verbis diuersam esse ratiocinantem ani-  
 ma partem a concupiscibili ostendit. Verum, ut prius etiam dixi, nondum id mihi propo-  
 situm

Alia Platonis  
 verba ad idem  
 probandum.

A situm est demonstrare, diuersas scilicet specie has duas animæ partes esse: sed satis ad  
 rem illud est, quod sine ulla dubitatione concluditur, ratiocinari, & cibos, potiones, vene-  
 reaq. concupiscere, eiusdem facultatis minime esse. id quod Chrysippus, vna cum plerisque  
 Stoicis, nescio quomodo ignorauit. quamquam, ut superius quoque a me dictum est, quod  
 ignoracione committimus, ignoscendum: sed illud nullo modo venia dignum censeri de-  
 bet, quod in disputatione tractanda ita peccat, ut ad tanti dogmatis confirmationem ea  
 adducat, quæ Comicis, vel Tragicis Poetis dicta fuerint, hominibus sane, qui nihil demõ-  
 stracione probare constituunt, sed id tantum, quod decenti personæ conuenire videatur,  
 ornatu orationis adhibito, explicare consueverunt. Quæ vero a Platone ad demonstratio-  
 nem huiusce rei scripta sunt, neque commemoret, neque conetur refutare, sed semper  
 absolute id sumat, ubi affectus animæ sunt, ibidem partem ratiocinantem esse. Hæc  
 ibi Galenus.

Quid vero clarius secundo capite sexti libri de Platone proferat, atque ve-  
 lit, nunc audire est operæpretium; & an partes, an etiam species tres illæ ani-  
 mæ dici debeant, & quo modo item partes, sed species verius appellentur, ut  
 pote quarum diuersa substantia sit, præ oculis nobis exponat. Sed animaduert-  
 endum hinc est, inquit Galenus, ipsiq. etiam nominibus attendendum, neque existi-  
 mare debemus, Platonem, cum dixerit, animam nostram tres habere species, ac deinde in  
 tres partes eandem distribuat, eorum, quæ dixerat, fuisse oblitum. nam rationem, iracun-  
 diam, cupiditatem, recte possumus & species, & partes animæ appellare. perinde ac si quis,  
 cum venas, arterias, neruos, ossa, cartilagineas, carnes, reliqua eiusdem generis, corporis  
 species vocauerit, mox de ipsis agat, quasi de partibus. Etenim & partes re vera corporis  
 nostri hæc sunt, quippe cum ex ipsis totum perficiatur, & species item nihilominus. in so-  
 lis enim similaribus diuersa species non est, siue sit carnis, seu venæ, seu adipis pars. Ne-  
 que verum est, si, de his intelligentes dicamus, ex tot, talibusq. quibusdam speciebus, to-  
 tum constitui. Sed in dissimilabilibus id fit, ut specierum, formarumq. differentia nume-  
 rum partibus præscribat, similem quandam rem esse animam nostram ait Plato, ex tribus  
 compositam partibus, quas ita effingit, ut concupiscibilem varie cuidam, multorumque  
 capitum belluæ, irascibilem Leoni, homini rationalem comparat. hæc quippe imago aprior,  
 conuenientiorq. ea est, quam in Phædro posuit, ubi duas partes æquiformi animali, ter-  
 tiam aurigæ similem facit. Quamquam prioris illius imaginis, in nostro quoque de Re-  
 pub. meminit, quasi euidentius, qualis vna quæq. animæ species sit, per eam ostendatur.  
 Plato equidem, quippe qui & sedibus eas separatas, & naturis longe inter se discrepan-  
 tes opinetur, merito species, & partes appellat Aristoteles, & Posidonius non species, aut  
 partes esse, sed vnius substantiæ e corde proficiscentis facultates dicunt. At Chrysippus,  
 sicut in vnam substantiam, ita etiam in vnam facultatem & iram, & cupiditatem cogit:  
 qui, quantum a veritate diuersus abeat, satis superq. monstratum iam arbitror. De Ari-  
 stotelis vero errore, qui tres vnius naturæ potentias, & facultates esse existimat, tametsi  
 abunde diximus, nihilo secius tamen in sequenti libro etiam dicemus. Ceterum prius Pla-  
 tonem rationem, irascientiam, & cupiditatem tum partes, tum species animæ appellare, ex  
 ipsius verbis probabimus, qui in Timæo de concupiscentia animæ differens, cuius etiam  
 Timæus.

Alius Galeni  
 locus 6. de Hip-  
 poc. & Pl. pla-  
 citis cap. 2.

Phædrus.  
 10. de Rep.

Aristoteles &  
 Posidonius quo  
 differunt Pla-  
 Chrysippus in  
 quo, et ceter.

D Timæus ait esse participes, ita scriptum reliquit: Hoc tamen, quod nunc dicimus, tertie ani-  
 mæ speciei est participes, quæ inter præcordia, & umbilicum collocata est. Item in eodem  
 hoc libro in hunc modum de rationali anima inquit: Hoc iam de præcipua in nobis animæ  
 specie considerandum ita est, ut dicamus, genium a Deo in ipsa singulis concessum esse:  
 quem quidem genium in suprema nostri corporis parte habitare, & nos a terra ad cele-  
 stem cognationem attollere asserimus. Rursus in eodem libro cupiditatem, & iracundiã,  
 simul vtrasq. animæ speciei appellauit, his verbis: Aliam quandam in ipso animæ spe-  
 ciem adstruxerunt mortalem, quæ vehemens, ac necessarias in se affectiones haberet. In  
 eodem quoque Timæo tres animæ nostræ partes species vocat hac oratione. Est enim id,  
 quod

Timæus.

Timæus.



de Rep.

quod septennumero diximus, tres uidelicet animæ species in nobis fuisse constitutas. Simili modo in Rep. in quarto, cum irascentiam diuersam a concupiscentia esse docuisset, querit deinceps, numquid a ratiocinante etiam differat: atque ita subnectit. Num diuersum quid est, an ratiocinantis species quedam, ut non tres, sed due sint in anima species, ratiocinans nimirum, & concupiscentis? Hæc secus etiam in nono his uerbis scribit: Sed, ubi duas animæ species sedaueris, tertiamque in qua prudentia est indita, agitaueris, & moueris. His etiam. Quemadmodum igitur dixi, altercantur uniuscuiusque speciei voluptates, atque ipsa uita non modo ad honestius, & iurpius, aut peius, & melius, sed etiam incundius, aut incundius uiuendum, qua ratione fiet, ut, quam ex his uerisime dicat, cognoscamus?

Galenus conclusio, quod ex Platone Tres sint Animæ species:

Species omnis pars est, vicissim autem non commentat.

Alcinous c. 17

Quid amplius opus est uerba Platonis adscribere? Satis plana uel hæ orationes esse debent, quibus hominis sententia innotescit, tres utique animæ species has esse rationalem, concupiscentem, & irascibilem. Adde, quod solas has duas separatim inueniri inquit, concupiscentem in stirpibus, in Dijs rationalem. Cur uero sola iracundia in nullo corpore esse possit, procedendo nostra declarabit oratio, illis ex Timæo assumptis uerbis, quibus generationis eius necessitatem docet, ut scilicet aduersus concupiscentiam multorum capitum, & feram illam bestiam ratio ipsam uelut canem quandam aduenticam haberet. merito igitur species animæ has appellat Plato, & in his, quæ superius adscripsimus, dietis, & alijs multis, quæ, quoniam euidenter satis hominis opinio, ex his patet, non est necesse in præsentia commemorare. Quod si partes etiam istæ ab eodem nominantur, nemini ad mirum esse debet, ex ipsius enim doctrina habemus primum, quidquid species fuerit, posse etiam partem appellari, non tamen quidquid pars est, esse id continuo etiam speciem. Deinde illud, fieri non posse, ut quippiam compositum simile dicamus, totum enim cum sibi metipsum continuatum, sit, ex certis quibusdam, numeroque definitis, compositum est partibus, & in similibus partium multitudo nullo potest numero circumscribi. Hæc Galenus.

Nec minus etiam subleuat nostrum laborem Alcinous. is in libro de doctrina Platonis tres animi partes in homine, primum origine, deinde sedibus distinguit, earumque distinctionem variis rationibus ex Platone confirmat. sed præstat ipsum loquentem audire: Cum humanum, inquit, animum immortalē (sicut postea demonstrabimus) mortalium generum formatores. Dijs a Deo primo accipissent, ei partes duas mortales adiunxerunt. Quare, ne uis animi diuina, atque immortalis, mortali facultate impleteretur, illam, cum ad imperandum instituisent, in summa corporis arce collocarunt, ac eius domicilium in capite esse uoluerunt: quod sua figura ipsi universitati est simillimum. Huic autem aliud corpus ad obsequium quasi uehiculum subiecerunt. Quin & duabus partibus mortalibus singulis suas sedes distinctas dederunt. Irascenti quidem in corde, concupiscenti uero in parte media inter umbilicum, & septimum transversum: his illam uincientes quasi aculeo punctam, & feram belluam. Pulmonem autem conformarunt cordis gratia mollem, & ex sanguinem, fistulosum, & spongie similem: ut ab illo cor temperaretur ira ardore exastuans. At secur ad excitandam partem animi concupiscentem, eandemque sedendam, dulcedinis, & amaritudinis particeps: atque ad eam diuinationem illustrandam, quæ per somnia contingit. In eo enim propter leuorem, atque nitorem uim a mente manantem relucere lienem icoris gratia: ut hoc repurget, nitidumque reddat. Ideoque corruptiones eas, quæ ex quibusdam morbis circa hepatis nascuntur, in ipsum recipi. Triplicem autem esse animum, eiusque partes, secundum facultates atque rationes suis locis esse distinctas, ex his perspicui potest. In primis, quæ natura distinguuntur, ipsa quoque diuersa sunt. Natura uera distinguuntur passiuum, & ratiocinatum: quorum hoc quidem circa intelligibilia uersatur, illud uero circa tristia, & incunda. Atque etiam præterea passiuum alijs quoque animalibus inest. Cum uero due hæc natura diuersa sint, debent quoque locis, ac sedibus separari. Quoniam plerumque inter se sunt dissidentia, atque pugnantia. Nihil uero secum pugnare potest, neque inter se contraria

Alcinous ratio ad id probandum.

Araria circa idem, eodem tempore possunt consistere. At in Medea iram cum ratione pugnantem licet animaduertere. Hæc enim eius uerba sunt: Intelligo quæ factura sum, esse mala: ira tamen consilium superat. Itemque in ipso Laio Chryssippum rapiente, concupiscentia rationi aduersatur. Sic enim inquit: Heu, Heu, diuinis hominibus malum, quando quis bonum nouerit, nec tamen eo utatur. Ad hæc etiam, diuersum esse passiuum a ratiocinatio, ex eo potest intelligi, quod huius & illius diuersa cura sit: huius quidem in doctrina, illius in uita, & morum consuetudine. Vides igitur, quam plana sit apud Galenum, & Alcinoum Platonis de animorum triplici essentia, facultate, & ratione loci distinctio, adeo, ut facile a reliquis, quæ ad cautionem spectant, abstinere possim, nisi esset, quod Galenus, ad rem medicam spectans, eo traxit omnia, ut cordis principatum e Chryssippi manibus extorqueret: cuius rei gratia multus certe fuit in locis atque membris in homine Triplicis animæ ratione distribuendis, de efficientis ratione nihil sollicitus, aut fere parum, Alcinoum uero magis demirari liceat, ut cui, tamquam philosopho, Platonis sententia placuisse uideretur: at eiusdem rationes omnes, quibus persuadebatur neglexisse, itaque non modo efficientes animorum causas prætermisit, quibus apud Platonem cognitæ facile animorum triplicem essentiam deprehendes, uerum etiam tempus quo & rationalis anima a Deo, & reliquæ a Dijs junioribus factæ sunt minime animaduertit. quod igitur ab ijs uiris fuit reliquum exsequamur, ut, si Deo placet, Aristotelis argumentationes, quod bona proteruentium Platonum uenia fiat, in Præceptorem non inuidas sed ueras esse demonstremus.

In ijs igitur nobis aliquantisper est immorandum, quæ in Timæo leguntur, in quo maiori facilitate habeas huius dogmatis iacta fundamenta, cum, postquam Deus curam fabricandi humani corporis Dijs dedit, ita inquit: Illi igitur suum parentem imitantes, accepto immortalis animæ primordio, deinceps corpus mortale ipsi circumtornarunt, & corpus animæ uelut uehiculum dederunt, atque in eo aliam animæ speciem, nimirum mortalem insuper fabricauerunt, quæ graues, & necessarias afflictiones in se ipsa haberet, primum quidem uoluptatem maximam malorum escam, deinde dolores, horrorem fugas. Præterea Audaciam, & Timorem amentes consultores, Iracundiam, & Spem, quæ sensu rationis experte, & amore, ad res suscipiendas audaci, facile in errorem inducitur: & cum unâ temperassent, mortale genus necessario composuerunt. Quocirca, cum uerentur diuinum commaculare, nisi quantum summa uirgeret necessitas, seorsim ab illo mortale illud in alia quapiam corporis sede collocauerunt, at uelut isthmum, & terminum distinetis intervallo edificauerunt, & inter caput, & ceruicem posuerunt collum, ut habeat separatam sedem. In pectore igitur, & thorace mortale animæ genus illigabant: & cum id naturaliter partim melius, partim deterius esset, ipsam thoracis capacitatem architectantur, determinantes uelut mulierum unam, unam quoque uirorum seorsim sedem, interiecta membrana, (hanc Ophras uocant) qua medium illud spatium uelut septo quodam diuiditur. Partem igitur animæ fortitudinis, & ire participem, & contentionum amantem, prope caput collocarunt, inter illam præcordiorum membranam, & collum, ut rationi obediens, communibus cum illa uiribus cupiditatum genus: per uim compeferet, quando Rationis (quæ in capite uelut in summa quadam arce sedem habet) imperium cupiditates detrectarent. Cor uero simul, & uenarum fontem, sanguinisque, qui per omnes corporis partes copiose per alueos suos dimanat in stipatorum sedem collocarunt, ut, cum ira genus ebullierit, & Ratio denuntiauerit, si qua in illis rebus iniusta actio obuersetur, aut si qua ex interioribus cupiditatibus, tunc uero per omnes alueos, quidquid in corpore sensus est, particeps mandata, minisque, persentiat, ita omnino obtemperet, & expedite sequatur: partisque, adeo præstantissima imperium in his omnibus ultro suscipiat, & eam sinat dominari. Hæc cum ibi dicat Plato, & plura,

Eiusdem ratio altera.

Quid Galenus, quid Alcinous in hac diaphanatione prætermiserint.

Timæus 69.

Timaeus. 89. E.

plura, quae inferius considerabimus, quomodo tamen illi intelligat, colligit veluti epilogo in eiusdem Timaei paullo circa finem Commentario, dum ait:

Sapenumero in superioribus diximus, tres esse animae species in nobis trifariam distributas, singulaeque suos motus habere. Ita nunc paucis concludamus: quaecumque illarum torpet, & a suis motibus otium agit, imbellissimam necessario reddi; quae vero agit, assidue robustissimam. Quapropter danda est opera, ut species singulae motus suos inter se moderatos consentaneo tenore conferuent. De praestantissima igitur animae nostrae specie ita sentiendum: Hanc Deus, & Daemonem nostrum cuique tribuit. Hanc in summa corporis arce sedem habere dicimus, atque ad caeli cognationem a terra nos tollere, tamquam animalia caelesti potius, quam terreno semine nata. Quod quidem recte admodum dicitur. Unde enim primus anima datus est ortus, inde divina vis caput, radicemque, & originem nostram aptans, atque deducens totum dirigit corpus. in eo igitur, qui concupiscentiae, & ambitiose iracundiae affectibus explendis incumbit, necesse est opiniones omnes mortales fieri, atque eum, quam maxime fieri potest, mortalem prorsus evadere, eum mortalem naturam pro viribus hausserit; at eum, qui totus discende veritatis cupiditate flagrauerit; atque omnem eius operam praecipue in hoc vno impenderit, necesse est omnino, si quidem veritatem attingat, immortalia, & divina comprehendere, & quatenus humana natura immortalitatem assequi potest, eatenus hunc penitus immortalitatem evadere, nulla videlicet immortalitatis parte dimissa: quin etiam, cum semper diuinum colat, ipsumque familiarum Deum in se habeat ornatum, summum, praecipue beatum fore. Vides igitur ex ijs duobus Timaei locis, quam manifeste tres animae species triplici de causa necesse sit esse natura distinctas; primum quidem efficientis ratione, quippe cum Deus immortale animae genus a se factum Dijs Iunioribus corpori includendum dederit; contra vero Dijs Iuniores aliam in eo animae speciem, nimirum mortalem, insuper fabricauerunt. Addas etiam, Deum cum immortalis animae genere Daemonem cuique dedisse, quod ceteris animarum speciebus denegasse visus est: tum tertio temporis ratio dicat, prius a Deo factum fuisse immortalitatem animam, postmodum vero a Dijs reliquas brutales, mortalesque partes: nam de triplici differenti subiecto satis cum Galeno dictum est.

Ut autem vno verbo concludam, cum Plato ipse inferiora animae genera mortalia esse asseruisset, Deum vero illum suum diuinorum tantum opificem introduxisset, mortalium vero generationem Dijs a se genitis efficiendam demandasset, negari non potest, quin aliud sit animae genus illud diuinum, & tota essentia a duobus reliquis differens: ut frustra tot Platonici speciei loco vel partem, vel potentiam inculcent, dum inquit Plato, οὐκ ἔστι τῶν τριῶν ἡ ψυχὴ ἢ τὸ δυνάμιον. quod si pars fuerit, vel peius si potentia, quonammodo recte quis cum Platone dicet totius cuiusdam potestatiui ( ut hoc verbo utar ) partem a Deo, partem ab alijs causis fuisse productam: praeterea, si Deus immortalitatem produxit animam, quinam fieri potest, ut immortalis cuiusdam pars quaedam mortalis existat, & totum illud veluti etherogeneum toto caelo diuersum, atque contrarium in vnus animae simplicitate conueniat? An dices fortasse, mortalem quidem partem a Dijs ita productam intelligi, ut secundum operationem, quae cum organo indigeat, tandem ipso corrupto potentia mortalis esse dicatur, nequaquam tamen quod re vera talis sit.

Proinde, priusquam ad Aristotelem, ad eiusque in Praeceptorem validissimam argumentationem accedam, Platonicos quosdam alloqui in animo habeo, quorum vnus hoc loco erit mihi instar omnium Iacobus Carpentarius, is. n. Alcinoi caput 17. exponens, immo vero impugnans, tam iniuste in contrariam sententiam abiit, & species pro facultatibus sumit, quam negligenter in Platonis verbis exponendis vni Ficini fidem adhibet, qui potius, quid recte sentiendum, ex natu-

Tres Animae species Tribus de causis Natura distinctas esse, Platoni.

Totum potestatiuum ab vno tantum fieri dicitur.

Iacobus Carpentarius, in Alcinoi.

quam ex Platonis fundamentis ubique ostendit. vnde sapenumero ab ipso factum est, ut pueriliter admodum seipsum primum, deinde complurimos in Platone interpretando deluserit; siue, quod pudeat sui laboris in vno ethnico exponendo, siue quod ita sentiat, fortasse D. Thomam imitatus, qui Aristotelis verba raro non ad Ecclesiam, vel ad tolerabilem sensum, trahit. Mihi autem nihil hoc curae sit, simplicem, & Christianam veritatem inquirenti, eamque ab ethnicis impuritatibus fecernere cupienti. Quod autem ad rem attinet, quid clarius a Platone, aut etiam quid fusius ubique dictum sit, quam modo de his tribus animae essentijs, tribusque locorum distinctionibus, duobus efficientibus, duobusque producendi temporibus, contrarijsque etiam, perpetuoque pugnantibus per se simul, & eodem tempore muneribus, nihil est, quod me detorqueat ab eo intelligendi modo, atque interpretandi, quo Galenus pro eodem ipso Platone, & Alcinoi, quo etiam Aristoteles in Platonem exponit, itemque argumentatur, cum tamen modo Carpentarius fateatur Platonis de Platonis mente in hac re esse ambiguos. qua sola ipsorum dubietate ad cautionem erigendam poteram esse contentus. Miror etiam Carpentarium, qui dicat, Galenum non tam Platonis testimonijs triplicem animae speciem confirmasse, quam pro sua auctoritate posuisse, cum tamen omnibus illis locis antea ex Platone citatis de animae speciebus semper loquatur, si Graeca verba inspicias; partis vero nomine vix semel, potentiae vero numquam, quod ipse viderim, vtatur: ut omittam, quas antea rationes paullo ante compendio reulimus: nec animaduertit idem Carpentarius, dum Ficini verbis vtitur, vtrumque pro auctoritate, & arbitrato suo, adde etiam pro rei veritate animae triplicem potestatem asserere, & ab eo, quod esse debet, non autem ab eo, quod in Platone reperitur, fuisse locutum: quantumuis Ficinus a sensu arguat interiore, qui substantia vnus, & simplex est, & in diuersis corporis partibus, quas habet pro instrumentis, diuersus quodammodo esse videatur: quamuis etiam ipsemet Aristoteles rationem centri in circulo habere dixerit omnes lineas vna ex parte vnientis: arguat etiam, quantum velit, septimo suae Theologiae libro, quia tandem, veritatem corroborando, Platonem ipsum destruet. nam, quid, quae-

Ficini pro quodam animo, scilicet, atque alios decipere.

Platonis verbis primum, grauisissimis, eorundem interpretibus in hac re esse credendum.

Cautioni quae factis sunt? Carpentarium iniuste Galeni vtgere.

Quae a Ficino frustra dici videantur.

Idem Ficinus lib. 2. epist.

Optima Ficini veritas, sed contra Platonem.

Ficini exemplum haud apposite fuisse allatum.

Idem ipse Plato, & Alcinoi, quo etiam Aristoteles in Platonem exponit, de Platonis mente in hac re esse ambiguos. qua sola ipsorum dubietate ad cautionem erigendam poteram esse contentus. Miror etiam Carpentarium, qui dicat, Galenum non tam Platonis testimonijs triplicem animae speciem confirmasse, quam pro sua auctoritate posuisse, cum tamen omnibus illis locis antea ex Platone citatis de animae speciebus semper loquatur, si Graeca verba inspicias; partis vero nomine vix semel, potentiae vero numquam, quod ipse viderim, vtatur: ut omittam, quas antea rationes paullo ante compendio reulimus: nec animaduertit idem Carpentarius, dum Ficini verbis vtitur, vtrumque pro auctoritate, & arbitrato suo, adde etiam pro rei veritate animae triplicem potestatem asserere, & ab eo, quod esse debet, non autem ab eo, quod in Platone reperitur, fuisse locutum: quantumuis Ficinus a sensu arguat interiore, qui substantia vnus, & simplex est, & in diuersis corporis partibus, quas habet pro instrumentis, diuersus quodammodo esse videatur: quamuis etiam ipsemet Aristoteles rationem centri in circulo habere dixerit omnes lineas vna ex parte vnientis: arguat etiam, quantum velit, septimo suae Theologiae libro, quia tandem, veritatem corroborando, Platonem ipsum destruet. nam, quid, quae-

Idem ipse Plato, & Alcinoi, quo etiam Aristoteles in Platonem exponit, de Platonis mente in hac re esse ambiguos. qua sola ipsorum dubietate ad cautionem erigendam poteram esse contentus. Miror etiam Carpentarium, qui dicat, Galenum non tam Platonis testimonijs triplicem animae speciem confirmasse, quam pro sua auctoritate posuisse, cum tamen omnibus illis locis antea ex Platone citatis de animae speciebus semper loquatur, si Graeca verba inspicias; partis vero nomine vix semel, potentiae vero numquam, quod ipse viderim, vtatur: ut omittam, quas antea rationes paullo ante compendio reulimus: nec animaduertit idem Carpentarius, dum Ficini verbis vtitur, vtrumque pro auctoritate, & arbitrato suo, adde etiam pro rei veritate animae triplicem potestatem asserere, & ab eo, quod esse debet, non autem ab eo, quod in Platone reperitur, fuisse locutum: quantumuis Ficinus a sensu arguat interiore, qui substantia vnus, & simplex est, & in diuersis corporis partibus, quas habet pro instrumentis, diuersus quodammodo esse videatur: quamuis etiam ipsemet Aristoteles rationem centri in circulo habere dixerit omnes lineas vna ex parte vnientis: arguat etiam, quantum velit, septimo suae Theologiae libro, quia tandem, veritatem corroborando, Platonem ipsum destruet. nam, quid, quae-

Idem ipse Plato, & Alcinoi, quo etiam Aristoteles in Platonem exponit, de Platonis mente in hac re esse ambiguos. qua sola ipsorum dubietate ad cautionem erigendam poteram esse contentus. Miror etiam Carpentarium, qui dicat, Galenum non tam Platonis testimonijs triplicem animae speciem confirmasse, quam pro sua auctoritate posuisse, cum tamen omnibus illis locis antea ex Platone citatis de animae speciebus semper loquatur, si Graeca verba inspicias; partis vero nomine vix semel, potentiae vero numquam, quod ipse viderim, vtatur: ut omittam, quas antea rationes paullo ante compendio reulimus: nec animaduertit idem Carpentarius, dum Ficini verbis vtitur, vtrumque pro auctoritate, & arbitrato suo, adde etiam pro rei veritate animae triplicem potestatem asserere, & ab eo, quod esse debet, non autem ab eo, quod in Platone reperitur, fuisse locutum: quantumuis Ficinus a sensu arguat interiore, qui substantia vnus, & simplex est, & in diuersis corporis partibus, quas habet pro instrumentis, diuersus quodammodo esse videatur: quamuis etiam ipsemet Aristoteles rationem centri in circulo habere dixerit omnes lineas vna ex parte vnientis: arguat etiam, quantum velit, septimo suae Theologiae libro, quia tandem, veritatem corroborando, Platonem ipsum destruet. nam, quid, quae-

Idem ipse Plato, & Alcinoi, quo etiam Aristoteles in Platonem exponit, de Platonis mente in hac re esse ambiguos. qua sola ipsorum dubietate ad cautionem erigendam poteram esse contentus. Miror etiam Carpentarium, qui dicat, Galenum non tam Platonis testimonijs triplicem animae speciem confirmasse, quam pro sua auctoritate posuisse, cum tamen omnibus illis locis antea ex Platone citatis de animae speciebus semper loquatur, si Graeca verba inspicias; partis vero nomine vix semel, potentiae vero numquam, quod ipse viderim, vtatur: ut omittam, quas antea rationes paullo ante compendio reulimus: nec animaduertit idem Carpentarius, dum Ficini verbis vtitur, vtrumque pro auctoritate, & arbitrato suo, adde etiam pro rei veritate animae triplicem potestatem asserere, & ab eo, quod esse debet, non autem ab eo, quod in Platone reperitur, fuisse locutum: quantumuis Ficinus a sensu arguat interiore, qui substantia vnus, & simplex est, & in diuersis corporis partibus, quas habet pro instrumentis, diuersus quodammodo esse videatur: quamuis etiam ipsemet Aristoteles rationem centri in circulo habere dixerit omnes lineas vna ex parte vnientis: arguat etiam, quantum velit, septimo suae Theologiae libro, quia tandem, veritatem corroborando, Platonem ipsum destruet. nam, quid, quae-

igne pugnarunt, quemadmodum ira, atque concupiscentia inuicem, & ratio-  
ni, immortalis odio, dissidio se repellere tentant: quas inter potentias continua  
cum videatur inesse pugna, raro tamen pro ratione victoria stare videatur.  
Itaq. Ficinus Platonem magis impugnavit, veritatem autem vix corroborare  
potuit, quemadmodum in reliquis a Carpentario citatis locis idem efficere  
voluisse videri potest, quod autem Platonem in contrarium adducant, id cer-  
te Platonis inconstantia adscribant. Sed age dum videamus, quid ex ipso pro-  
nuntient. Apud Platonem inquirunt, hominis animam ei, quae est, in vniuerso  
correspondere, cuius etiam esse partem, quemadmodum corpus nostrum par-  
tem esse corporis vniuersi, nos etiam propria Cautione comprobauimus: &  
hoc modo. quin anima nostra re vera vna sit, & in cerebro tantum sedem ob-  
tineat, Platonem negare non posse. Hæc illi. Ego vero argumentum exofcu-  
lor: sed Platonis imprudentia adscribo, quod tot verbis alias signatisq. locis  
functionibus speciei nominibus secus dixisse visus est, atque ita secus, vt Ari-  
stotelem, Galenum, & Alcinoium decessisse potuerit. quod vero dicant, concu-  
piscenciam, & iram e corporis mutationibus pendere, adeoq. propterea in  
inferioribus eius partibus, iecore scilicet, & corde, principio tamen manente  
vno, sedem habere, hoc certe est Platonis argumentum infringere, atque re-  
darguere, si ob hoc magis vna deprehendatur esse anima sub ratione diuersa;  
si vero etiam eadem anima re ipsa simul, eodemq. temporis puncto (vt ipso-  
rum verbis utar) sentire potest calida, & frigida, alba, & nigra, sed ratione  
varia, ita etiam de corporis voluptatibus sit sentiendum, in quibus Galenus  
ipse arguit, atque Plato, & ob animæ celeritatem in functionibus exsequen-  
dis vnum fieri videantur, quæ duo sunt, hoc quidem ex Aristotelis doctrina de-  
promptum est, qui vnum semper fecit sensum, vnamq. sensuum omnium, at-  
que sensibilibus animam, Plato autem a principio triplicem statuit, itaque ve-  
ritatem ab illis capio, a Platone tamen neque accipio, neque cognosco, vt  
credam pro argumentorum varietate, quæ animæ occurrunt, in contrarias  
partes distrahi videri, dum nihil interim prohibet, duas, contrariaq. opinio-  
nes eiusdem animæ esse facultatis, siue particularæ; & cum illarum opinionum  
altera veritatem, altera vero falsitatem contineat, inde fieri, vt, quoniam non  
vno, sed contrario argumento se tueantur, videri etiam possit, a duabus potē-  
tijs specie differentibus provenire: quo certe modo per me mora nulla dabi-  
tur, vt omnis hac de re Platonis doctrina corruat.

Altera Platonizantium interpretatio perpenditur.

Tertia Platonizantium verborum consideratio.

Denique Platonici post multas animæ considerationes, quibus vtuntur, ad  
declarandum, quomodo non sit proprie corporis forma substantialis, de quo  
nos satis suo loco, illud vltimo de animæ statu pronuntiant, vt illam non in se  
manentem, sed ad corpora vergentem, ipsiq. se implicantem, contemplan-  
tur. quo tempore vitam aliam quandam a se infusam corpori largitur, quæ  
quidem vita actus sit animæ, nec putes vitam hanc idem esse, quod anima,  
quin ab ea distinctam, & idolum, & imaginem ipsius dicit verius, pendere ta-  
men ab ea, quatenus ab ea producit, simulq. conseruatur: quoniam vero  
ipsius animæ imago est, hinc euenire, vt, sæpenumero sui productoris, conser-  
uatorisq. nomen vsurpans, anima etiam ipsa dicatur, quæ imago est, & idolum  
animæ. Erit itaq. vita hæc nostra præsens, vmbra potius, & veræ vitæ vesti-  
gium quoddam, eaq. postrema in corpore recepta, extensaque. quibus posi-  
tis, vbi nam dices stare animam tamquam in sede? certe, nusquam, Platonici  
respondebunt; quippe cum nulla conueniat propria sedes illi animæ, quæ, vbi  
est, tota est; præcipue, cum corporis forma non sit. at vero, vitam ab ea cor-  
pori infusam, nihil prohibere. in eodem corpore extensam esse, separasse au-  
tem,

A tem, seorsumq. posuisse partes animæ, & cerebro, cordi, atque epati proprias  
apposuisse, id quidem improprie esse intelligendū, immo vero instrumenta se-  
iunxisse, eaq. non animæ, sed partibus imaginis animæ attribuisse. Hæc & alia  
multa dicunt pro Platone. Ex quibus illud colligere licet, vt animam non esse  
formam velint. Itaque, cum multa sint in propriam Cautionem differenda, ad  
eam conuerto nunc sermonem, quæ ex Philopono, alijsq. grauioribus Acade-  
micis pro Platone dicta sunt. Vnum tamen animaduertant velim ij, quibus cū  
sine odio de veritate differere licet; in omnibus inter Aristotelem atque Pla-  
tonem controuersijs, illud in animo habere Platonicos, vt Aristotelis argumē-  
tationibus non ideo respondeant, quia quippiam determinauerit Plato, sed  
quia secus intelligi ille possit, interim ingenij vim experientes, veritatem num  
quam cognoscere cupientes: vt deplorare liceat philosophandi modū, in quo  
non veritas ipsa, sed rerum assertores inquirantur, quos dilanient, quos lace-  
rent, aut præter ius tueantur. Hoc autem quomodo huic præsentis quæstioni  
accidat, in ea iam plane patet, in qua quæritur, vtrum anima sit vera, substan-  
tialisq. hominis forma. quo certe loco videbis innumeras fere distinctiones  
somnia quædam præferentes. veluti hæc modo relata idola, & hæc quæ  
de se imagines imprimit incorpore animæ, non animaduertentes, quod si imago  
illa substantia est, quartum genus animæ concedent. si accidens, tunc compo-  
situm substantiale prorsus de medio tollent. Quæ igitur veritatis determina-  
tio ex his figmentis haberi poterit? quem nam fructū e philosophiæ penetra-  
libus elicient, cum in rebus vanis toto vitæ tempore immorantur. Sed, quo-  
niam hæc satis multis asseruimus in eo Commentario, qui de occultis qualita-  
tibus manifestandis, & in vsu ponendis a nobis elaboratus est, propterea ad  
veriores cum Aristotele, & Philopono disputationes accedam.

Quid ex Platonizantium interpretatione colligeretur si illa vera sit?

Veritatis philosophicæ deploratio.

B quæ sit, vt deplorare liceat philosophandi modū, in quo  
non veritas ipsa, sed rerum assertores inquirantur, quos dilanient, quos lace-  
rent, aut præter ius tueantur. Hoc autem quomodo huic præsentis quæstioni  
accidat, in ea iam plane patet, in qua quæritur, vtrum anima sit vera, substan-  
tialisq. hominis forma. quo certe loco videbis innumeras fere distinctiones  
somnia quædam præferentes. veluti hæc modo relata idola, & hæc quæ  
de se imagines imprimit incorpore animæ, non animaduertentes, quod si imago  
illa substantia est, quartum genus animæ concedent. si accidens, tunc compo-  
situm substantiale prorsus de medio tollent. Quæ igitur veritatis determina-  
tio ex his figmentis haberi poterit? quem nam fructū e philosophiæ penetra-  
libus elicient, cum in rebus vanis toto vitæ tempore immorantur. Sed, quo-  
niam hæc satis multis asseruimus in eo Commentario, qui de occultis qualita-  
tibus manifestandis, & in vsu ponendis a nobis elaboratus est, propterea ad  
veriores cum Aristotele, & Philopono disputationes accedam.

De occultis qualitatibus agnoscendis Aristotelis Commentarius.

C Vocat enim nos in hac quæstione vltimus iste labor, vt Aristotelis argu-  
mentationem asseramus, qua ipse, vt Platonici volunt, deceptus, dogmatis er-  
rorem euertere conatur. Sed mirum certe, ne dicam risu dignum, fieri posse,  
vt, si assertio hæc euertenda sit, scilicet esse tres animæ species in homine sub-  
iecto distinctas, statim ad vnam Aristotelis argumentationem accedant, qua  
non alia validiore vti possint. si vero insanam illam sententiam Plato asserue-  
rit, quam Aristoteles euertere tentat, videas statim culices (vt aiunt) in Ele-  
phantem sæuire, & clauam de manu Herculis auferre tentare, quasi Aristote-  
les Platonem calumnijs egerit, vel non intellexerit, quæ Præceptor hierogly-  
phicis (vt ita dicunt) sensibus omnia litteris mandauerit, & si denique talis  
fuerit Aristoteles, vt veluti Hercules Acheloum sistat, omnia transformantē  
se in miracula rerum, quo Herois manus effugiat, tandem, cum cornu pri-  
uari ipsum necesse sit, tunc ad penitentiorem aram confugientes, Platonem ni-  
hil scripsisse dicunt: de quo alias. nunc ad rem. Videndum enim proximius,  
quoniam modo Philoponus Platone tueatur, vel Aristotelem infringat, vel  
suam quandam sententiam introducere tentet, idq. seorsum posita digressio-  
ne tentare conandum est.

in Platonizantium indignatio.

## Digressio ad Philoponum.

Quid velit ex Platone Philoponus, hoc loco inquirendum est. quid vero ex  
Aristotele, & si, quin illud referamus, facere non possumus, tamen, quia Plato  
nica quærimus, non multum in Aristotele interpretando elaborabimus, nisi  
quantum cum Platone contendat. cum præsertim in Aristotelem, quemad-  
modum

Platonica tantum hoc loco inquiruntur, Aristotelica obiter.

D d modum

Arist. 1. de Anima  
ma atque 3.Ioannes Philo-  
ponus ibidem.Arist. 1. de Ani-  
ma Text. 89.Alter loc. Arist.  
3. de An. Text.  
40.Disputationis  
cum Philopo-  
no congressus.  
Quid sentiant  
ceteri de Ari-  
stotelis dicto  
loco? quidue  
Grammaticus?

modum & in ceteros propria nos, atque illos maneat cautiones. Duo itaq. A sunt præcipua Aristotelis loca, in quibus Platonem vellicat: quorum alter in ultimo fere libri primi de Anima, alter verò in tertio eiusdem est, cum a quadragesimo, & infra contextu de virtute motiua illud idem; aut quid simile inquirat, quod de tribus animæ substantijs in primo quæsierat. Totidem etiam in locis Philoponus & Platonem tuetur, & Aristotelem non multum a Præceptore differre demonstrare conatur. Aristoteles igitur, a quo exordiri necesse est, cum multiplices vidisset in Anima operationes, animaduertissetq. ob id censere quempiam posse plures esse animæ essentias pro multiplicium actionum exercitatione, in quem errorem lapsum fuisse Platonem asseruit, iure sedandam censuit quæstionem dignam, quæ inter se atque Præceptorem pro dubitationum varietate componi mereretur. itaq. rem ita sibi inquirendam præparat. *quoniam inquit cognoscere anima est, & sentire, & opinari, atque etiam cupere, & deliberare, & omnino appetitiones, sit autem, & in locis motus animalibus ab anima, atque etiam accretioque, & status, & declinatio, utrum toti anime horum unumquodq. adsit? & nos tota intelligamusque, & sentiamus, & aliorum unum quodq. faciamus, & patiamur? an alijs partibus alia? Dicunt autem quidam, partibilem ipsam esse, & aliud quidem intelligere, aliud vero cupere. quid igitur tandem continet animam, si partibilis est? non enim quidem corpus ipsa. nam videtur contrarium potius, quod anima corpus contineat, quod ea egressa effluit, & putrescit. Si igitur aliud quid unam ipsam faciat, aliud potissimum fuerit anima. opus erit autem rursus, & illud querere, utrum unum, an multimembre sit. quod si unum sit, cur non statim, & animam unum esse? Sim autem partibile, rursus ratio querit, quidnam sit continens illud? & sic quidem ibi in institutum. Hæc Aristoteles loco citato, & Tertio deinde de Anima Commentario, cum aliam aggredere quæstionem de virtute motiua, idem quærit, eodemq. ferme modo, quo in primo de vniuersæ animæ substantia, atque vnitæte. possit enim æque de virtute motiua, an essentia sit ab alijs distincta, ac de intellectu sensitiuo, & vegetatiuo principio, dubitari. Sed ipsius verba breuitatis causa asserere præstabit, cum præsertim non illam obscuritatem præ se ferant, quam ubiq. idem Philosophus proficitur. ait itaq. *Quoniam autem Anima, qua est Animalium, secundum duas facultates definita est, & iudicatio, quod est opus cogitationis, & sensus, & præterea, quod moueat, motu, qui est secundum locum: De sensu ergo, & intellectu, hæc definita sunt. De eo autem, quod mouet, quidnam est anime, considerandum est, utrum una aliqua eius pars, que sit separabilis, vel magnitudine, vel ratione, an tota anima; & si sit pars aliqua, utrum propria aliqua præter eas, que dici consueverunt, & dictæ sunt, an horum unum aliquid, habet autem statim dubitationem, & quomodo dicere oportet partes anima, & quot, quodammodo enim infinite apparent, & non solum ea, quas quidam dicunt definitas, Rationalis, Animosa, seu Irascibilis, & Desideratiua. hinc vero id, quod habet rationem, & irrationale & cetera.* Hæc, & alia pleraq. ibidem habet Aristoteles: nobis tamen ea tantum commemorasse satis sit, quibus de Platone aliqua videtur fieri mentio; ut, quid Philoponus in utroque Commentario pro eodem asserat, dignoscamus. quapropter ad commentationem, quam ipse habet primò de Anima, redeuntes, Ecquid ibi dicat, inspiciendum est: dicendorum autem rationem in eo cum Philopono stare præsupponamus, ut Aristotelem manifeste suum præceptorem reprehendere intelligamus: at vero, in quonam illum redarguat, non idem cum ceteris eundem Grammaticum sentire: sentiunt autem omnes, carpi Platonem, quod tres animæ essentias asseruerit, quas etiam loco distinctas in homine collocauerit.*

Contra

- A Contra vero Grammaticus, fatetur quidem secundum, negat autem primum, idq. ex eo negandū sibi persuadet, quod Aristoteles duas etiam animæ essentias asseruerit, intellectiua scilicet, atque sensitiua, quas differre Aristoteli fuerit necessarium, cum intellectus immortalis sit illi, sensus vero corruptibilis, ex quibus vnitatem fieri non posse neminem dubitare. Sane, quidquid de Aristotele sentiat, alius erit inuestigandi locus; quid vero cum Platone, audire nunc præstat. Etenim apud Philoponum præualet iam Platonis argumentum, quo ex rationis, & iræ, atque cupiditatis pugna triplex illarum essentia probaretur: cuius rei gratia ad Aristotelis argumentationem de vniuersitate conuersus eam dissoluere tentauit. Quid igitur est, vniuersitas hasce substantias? *Respondemus, inquit Philoponus quod ipse scilicet Aristoteles in alijs dixit, non oportere querere, quid sit vniuersitas, in ijs, quibus aliud quidem forma, aliud materia rationem tenet. namque ea de seipsis vniuersitatem habent. naturaliter enim materia, postquam ita disposita est, ut sponte formam suscipiat, ex nulla alia causa, que magis continua sit, ipsam suscipit. hoc igitur modo in partibus anime diuersis habetur res. anima enim, que ratione caret, ad animam rationalem materia rationem sustinet; hoc vero ad illam forme: similiter plantalis ad irrationalem, materia rationem tenet, ueluti etiam corpus ad plantalem se habeat: in his igitur non querimus quid sit vniuersitas. Hæc, & alia quædam ijs similia suis verbis Philoponus. Nunc ad quæstionem de virtute motiua accedamus; & quid idem expositor proferat, videamus. *Verum igitur inquit Grammaticus Anima cum mouetur, parte cum Platone, an uerius potentia moueri diceretur, parte quidem, utputa secundum iram, vel rationem, vel cupiditatem, hæc cum quærat Aristoteles, ibi addit Grammaticus in tribus Platonem reprehendi, in uno quidem, quod animam ut totum in partes diuidat, quod fieri non potest, quippe in incorporeis cum idem sit esse diuisibile, atque esse diuisum, tunc si diuisibile est anima, diuisa erit, & totum peribit. corrumpetur enim & ipsum commune esset totum actu partium a se inuicem diuisarum. In corporibus autem aliud est esse diuisibile, & diuisum. In altero etiam reprehenditur Plato, eo quod multas partes prætermisit, & pro eo responsum esse dicit, quod in Repub. hoc fecerit, non in Timæo. hic enim solis illis tribus indigebat. In tertio tandem illum reprehendit, quod has partes diuiserit a se inuicem. hanc autem reprehensionem difficilem indicat Philoponus, qua solui possit, utpote quod non sit facile dictu, quidnam mouet, cum non possit admitti communis nexus animarum, quem Plato assererat, cum ipse posuerit separatas animas, siue anima partes. Distrabit igitur Plato appetituum inquit Philoponus, sed tamen dictam esse pro hac reprehensione solutionem ipse perhibet, & re vera Platonem ab Aristotele de eo quod est secundum locum motiua differre fatetur.**

Grammaticus  
ad Ar. argumē-  
tum.Alterius loci  
Arist. cū gram-  
matico consideratio.Ioannes Gram-  
maticus qui  
fuerit.Cauenda quæ  
Grammaticus  
asserit.  
de Indictis no-  
tionibus.  
de Mentis ope-  
ratione. Circa  
Vestigium mē-  
tis.Potentiarum  
multiplicatio.

- E Hæc ille in utroque Commentario. quamuis etiam aliqua se dixisse refert alicubi, putarim in Prologo suorum primi de anima Commentariorum. Sed præstat cominus cum ipso congruere. Fuit hic vir certe Christianus, atque præcipuus philosophus, qui cum philosophiæ viribus multa Christiana dogmata defendere tentasset, non tamen usque adeo feliciter id sibi euenit, quam pro zelo nostræ religionis fieri oportuerat, quin in suos ipse errores lapsus, proprijsq. etiam philosophiæ laqueis est implicatus. Nam & ipse inditas in Anima Rationali notiones asseruit, & intellectum habitum potius, quam potentiam confiteri visus est. primam etiam mentis operationem nequaquam simplicem esse dixit, sed cum sensu ad substantias abstractas contemplandas implicari, vulgaribus etiam hominibus nequaquam mentem, sed vestigium mentis sua sponte inseruit: ut omniam nunc plurimarum potentiarum

Dd 2

multi-

multiplicationem ab eodem assertam, qua & debitum naturæ numerum, & Aristotelis commodum inuentum excessit, atque præterijt. Denique ob pilorum incrementum, atque vnguium, quod in cadaueribus fieri cernimus, partem quandam animæ vegetantis remanere in cadauere suspicatus est, atque item animorum vehicula sibi repugnans admisit, immo etiã, quod anima apud inferos patiatur vehiculum aereum, in causa esse docuit, & cum de vmbri per sepulcra volitantibus dubitaret, proprio dilemmati tamquam turdus (vt aiunt) sibi malum excernenti se ipsum inuoluit. vt omittam nunc eiusdem vehiculi diuerfas figuras, eiusdemq. nutrimentum, quodq. etiam cum de his antiquorum figmentis loqueretur, importune quidem inferni, atque purgatorij, secundum Christianos, nomina, atque officia silentio præterierit; & cum purgatorij meminerit, nullam inferni mentionem, quod ipse legerim, facit.

Sed nunc propius ad ipsum accedamus. ad singula deueniendum est, quibus vel Aristoteli it obuiam, vel Platoni afferre opem cupit. Ea autem suis capitibus distincta esse, quis vt ex ijs, quæ antea suis verbis referebamus, animaduertet. primum autem illud erat, Aristotelẽ duas etiam animas ad minus in homine posuisse essentia distinctas, rationalem videlicet, immortalem, & sensitiuam corruptibilem. quarum consubstãtialem nexum dari non posse, notum est, ni velit æterna, & corruptibilia contra naturæ potestatem in eodem ordine immiscere, aut etiam confundere, lapsus tamen videri possit Philoponus in eo quod nondum plane firmũ sit apud omnes Aristotelis sectatores, an rationalis animus de præceptoris sententia immortalis existat. itaque, dũ ipse præsentem implicat quæstionem; & in Aristotelem ex Aristotele insurgit, sunt, qui ipsum Aristotelem secus explicant, cui aliud genus animæ faciunt intellectum, & illum quidem alium intellectum, quam quo homo secundum formam substantialem sit homo. Talem autem formam vnã esse cum sentiente, atque appetente, & omne simul esse mortales, in Aristotele non satis indicari. Sed esto, sit Aristoteli noster intellectus immortalis, & ille, quo homo secundum substantiam homo est, modo si superiora, & ea præcipue, quæ sibi ordinem quandam compararunt, semper inferiora virtute continent, quid prohibet rationalem virtute in homine sentientem, atque vegetantem retinere? Secus enim, qui dicere potuerit Aristoteles, dum secundo de Anima Tres illas species tamquam Trigonum in Tetragono contineri docuerat: non enim actus est Triangulus in quadrato, sed tali virtute continetur, vt in eo, & inueniri, & secundum potentiam demonstrari possit: quo quidem modo a Triangulo nequaquam quadratum contineri fateberis, nisi secundum linearum potentiam veluti materialem dixeris, non autem secundum virtutem in superiore contentam. Scio enim, Talibus datis pluribus lineis, puta tribus, & inuicem ita iunctis, Triangulum consurgere, ex quo tamẽ quadratum numquam explebis, nisi alteram addideris lineam, quæ in Triangulo nullo potestatis modo continebatur, nisi secundum materiam imperfecte admodum, contra vero in quadrato affirmabis, in quo dato Triangulum licebit adscribere. Sed hæc ad Geometras. Alia etiam ad Philoponum responsione vti posses, si verba Diui Thomæ in ultimo Cautionis citata inspicias, nunc vero ad aliud caput properandum est.

Ioannes Philoponus, quo Platonis sententiam stabiliret, dum Aristoteles dari sibi vniens exposcebat, non oportere respondet ille, cum satis sit materiæ ad formam applicatio, præter quam frustra in his, quæ sunt ad aliquid, Tertium veluti vniens inquiritur. idque ex eodem Aristotele est ostensum. Sed, si Aristoteles existimasset, in homine

Partem animæ vegetantis. Vehicula. Sensum pœnæ apud inferos. Vehiculi figuram nutrimentum. Inferos locos. Purgatorium. In Grammatici disputatio. Disputationis capita quique. Primum c. Grammaticus in quo lapsus videatur. Alia ad Gram. responsio. Tertia in Philo. responsio in fine cautionis. Disputationis caput alteri. Impugnatio.

Partem animæ vegetantis. Vehicula. Sensum pœnæ apud inferos. Vehiculi figuram nutrimentum. Inferos locos. Purgatorium. In Grammatici disputatio. Disputationis capita quique. Primum c. Grammaticus in quo lapsus videatur. Alia ad Gram. responsio. Tertia in Philo. responsio in fine cautionis. Disputationis caput alteri. Impugnatio.

A mine plures hæc formas distinctas esse, inuicemque vnã alteri succedant, & alteram tamquam formam alteri aduenturam, tunc certe, quod inquit Grammaticus, apparentiam quandam, licet leuem admodum, habuisset. Nunc autem, quoniam ille talem entium multiplicationem, formarumq. in homine vno congeriem minime cognouit, ne frustra per plura faceret, quod per pauciora potuisset & æque & bene absoluere, propterea Philoponi dictum non modo dubium, verum etiam falsum esse puramus.

Nunc autem ostendendum incumbit, quemadmodum, etiam si duæ essent animæ, non tamen proprie alteram ad alteram formæ, vel materiæ vicem sustineret, sed potius secundum similitudinem id assereretur. nam, vt omittam, quod in animis ita loquimur, vt superior virtute contineat perfectiones inferiorum actionesque, & modos, dum de formis loquimur: contra vero materiæ nullam virtutem tribuimus, nullamq. actionem, nisi qua possibilis est, & ad recipiendum apta, si quid ab efficiente illi donatur, adeoq. si formarum, & efficientis ordinem, actionemq. inspiciamus rationalis, Tetragona est ad irrationalem Trigonam, quippe cuius virtus in illa includitur, at non dicimus in forma virtutem materiæ contineri: tum, quia nulla est materiæ virtus, tum etiã quia nulla est actio. modo in irrationali, & cupiendi vi, tanta interdum actionis vis insurgit, vt rationalem superueniat, vincatq. quid igitur dixeris tunc, an irrationalis formæ vicem subit, rationalis autem materiæ, & naturæ ordinẽ iure tuo inuertes? si vero vnã dixeris animam, hæc omnia nullo negotio effugies. quod antea præmonstrauimus, & infra cum Philone Iudæo videre poterimus: & vt summatim dicam, vnã est anima, qua nolo, qua cupio, video, meditor, ardeo, lacrymor; & qua volo bonum non facio, & qua nolo malum, eademq. vt magni Maronis diuinis in hanc sententiam, & aptis vtat responsis.

Laomedontius heros

Cuncta videns, magno curarum fluctuat æstu,  
Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,  
In partesq. rapit varias, perq. omnia versat.  
Sicut a na tremulum labris ubi lumen abenis  
Sole percussum, aut radiantis imagine Lunæ &c.

Ecquid grandius æque, ac verius? vides celeritatem animi, cui nos ex philosophorum consensu tantum tribuebamus, a doctissimo Mantuano fuisse ad præsentẽ usum etiam cognitã. His eisdem iactabatur apud Ouid. Althea Meleagri mater, cum duorũ filiorum eadem a Meleagro illatam vlcersi tentaret.

Vtq. Carina,

Quam ventus, ventosq. rapit contrarius æstu,  
Vim geminam sentit, paratq. incerta duobus:  
Thestias haud aliter dubijs affectibus errat,  
Inq. vices ponit, postquamq. resuscitat iram.

Hæc eadem, ad furias conuersa Eumenidis, vt faciem auerterent, deprecans, Vliscor, (inquit) facioq. nefas, mors morte pianda est:  
In scelus addendum scelus est, in funera funus.

Sed, & si aliquantisper animi causa digredi liceret, hoc loco humanum Lectorem obsecrarem, vt, si ipsam pugnantẽ secum animam, suisq. potentijs modo vincentẽ, modo succumbentem, explicatã videre cupiat, paululum oculos ad hæc Ouidij carmina deflectat, hortor, moneoq., cũ Medeã noui hospitis Iasonis accessu iã non amore captam solum, sed lymphaticã pœne sibi repugantẽ introducat, hinc Patris, inde Iasonis salute persuadente, vt pudcat Alcinoũ,

An, si duæ sint Animæ, altera alterius formæ dici possit.

aut Galenum a se citatos versus cum his carminibus conferre. Liceat itaq. A mihi Latinorum Poetarum Carminibus uti. quod tamen antiquis Ecclesiae doctoribus, Clementi Alexandrino, Iustino, Cyrillo, Augustino, Theodoro, atque alijs idem facere existit grauiissimum. Cum igitur Iason in Colchos nauigans tandem rapidas Limos Phasidos vndas contigisset:

Quid. y. Met.

Dumq. adeunt regem, Phryseaq. vellera poscunt,  
Voxq. datur Minyis magnorum horrenda laborum,  
Concipit interea validos Aetias ignes.  
Et luctata diu, postquam ratione furorem  
Vincere non poterat: Frustra Medea repugnat,  
Nescio quis Deus obstat, ait: mirumq. quid hoc est.  
Aut aliquid certe simile huic, quod amare vocatur.  
Nam cur iussa patris nimium mihi dura videntur?  
Ne pereat, timeo? quæ tanti causa timoris?  
Excute virgineo conceptas pectore flammæ,  
Si potes, infelix. Si possem, sanior essem.  
Sed trahit inuitam noua vis: aliudq. cupido,  
Mens aliud suadet. video meliora, proboque.  
Deteriora sequor. quid in hospite regia virgo?  
Vreris, & thalamos alieni concipis orbis?  
Hæc quoque terra potest, quod ames dare. uiuat, an ille  
Occidat, in Dijs est, uiuat tamen; idq. precari,  
Vel sine amore licet. Quid enim commisit Iason?  
Quem, nisi crudelem, non tangat Iasonis etas,  
Et genus, & virtus? Quæ non, ut cetera desunt,  
Forma mouere potest? certe mea pectora mouit.  
At nisi, opem tulerò, taurorum afflabitur ore,  
Concurreretq. siue segeti, tellure creatis  
Hostibus, aut auido dabitur fera præda Draconi,  
Hoc ego si patiar, tum me de Tigride, natam,  
Tum ferrum, & scopulos gestare in corde fatebor.  
Cur non & specto pereuntem, oculosq. videndo  
Conscelero? Cur non tauros exhortor in illum,  
Terrigenasq. feros, insopitumq. Draconem?  
Dij meliora uelint: quamquam non ista precanda,  
Sed facienda mihi. Prodam ne ego regna parentis?  
Atque ope nescio quis seruabitur aduena nostra,  
Ut per me sospes, sine me det lintea ventis,  
Virg. sit alserius? pæne Medea relinquitur?  
Si facere hoc, aliam uel potest præponere nobis,  
Occidat ingratus. sed non is uultus in illo,  
Non ea nobilitas animo est, ea gratia formæ,  
Ut timeam fraudem, meritiq. obliuia nostri.  
Et dabit ante fidem, cogamq. in fœdera testes  
Esse Deos. Quid tuta times? accingere, & omnem  
Pelle moram. tibi se semper debet Iason.  
Te face sollempni ianget sibi, perq. Pelasgas  
Seruatricis urbes matrum celebrare turba.  
Ergo ego germanam, fratremque, patremque, Deosq;

Et na

A Et natale solum ventis ablata relinquam?  
Nempe pater seuus: nempe est mea barbara tellus:  
Frater adhuc infans: stant mecum vota sororis.  
Maximus intra me Deus est. non magna relinquam,  
Magna sequar. titulum seruare puppis Achina,  
Notitiamq. loci melioris, & oppida, quorum  
Hic quoque fama wiget, cultusq. artesq. virorum,  
Quemq. ego cum rebus, quas totus possidet orbis,  
Aesonidem mutasse uelim: quo coniuge felix,  
Et Dijs cara ferar, & vertice sidera tangam.  
B Quid, quod nescio qui medijs incurere in undis  
Dicuntur montes, ratibusq. inimica Charybdis,  
Nunc sorbere fretum, nunc reddere: cinctaq. scæuis  
Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo?  
Nempe tenens quod amo, gremioq. in Iasonis hærens  
Per freta longa ferar: nihil illum amplexa timebo:  
Aut si quid metuam, metuam de coniuge solo.  
C Coniugiumne putas? speciosaq. nomina culpæ,  
Imponis Medæ tue? quin aspice, quantum  
Aggrediare nefas, & dum licet, effuge crimen.  
Dixit & ante oculos rectum, piet.usq. pudorq.  
Constiterant, & victa dabat iam terga Cupido.  
Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras,  
Quas nemus umbrosus, secretaq. silua tegebat,  
Et iam fortis erat, pulsusq. resederat ardor.  
Cum uidet Aesonidem, exstinctaq. flamma reluit,  
E Erubere genæ: totoq. recanduit ore.  
Ut solet a ventis alimenta resumera, queq.  
Parua subinducta latuit scintilla fauilla  
Crescere, & in veteres agitata resurgere viros:  
Sic iam lenis amor, quem iam languere putares,  
Ut vidit iuuenem, specie presentis inaruit.  
Et casu solito formosior Aesone natus  
Illa luce fuit. posses ignoscere amanti.  
Spectat, & in vultu, veluti tum deniq. viso,  
Lumina fixa tenet: nec se mortalia demens  
Ora videre putat, nec se declinat ab illo.  
Ut vero capitq. loqui, dextramq. prebendit  
Hospes, & auxilium summissa voce rogauit,  
Promissiq. torum: lacrymis ait illa profusis:  
E Quid faciam, video, nec me ignorantia veri  
Decepiet, sed amor.

Hæc ille Quidius, qui in affectibus describendis nihil unquam omisit, aut infcius præterit. Nec profecto minora sunt, immo vero alicui grandiora fortas se videbuntur, quæ Seneca in Tragedia eiusdem nominis de Medæ sententia loquitur, quo loco Medea non seinel ad se ipsam, immo vero ad suum animum conuersa, veluti ex eodem indiuisibili contraria huc illuc dirigit iræ, atque a moris in Iasonem, & in filios argumenta. Sed & sic aggreditur ipsam furor, cui succedet amor, qui tandem rursus furori succumbet:

Medea

*Medea nunc sum: creuit ingenium malis.  
 Inuat, inuat rapuisse fraternum caput,  
 Arius inuat secuisse, & arcano patrem  
 Spoliasse sacro: inuat in exitum senis  
 Armasse natas: quare materiam dolor,  
 Ad omne facinus non rudem dextram afferes.  
 Quo te igitur ira mittis? aut qua perfido  
 Intendis hosti tela: nescio quid ferox  
 Decreuit animus intus, & non dum sibi  
 Audet fateri. stulta properavi nimis.  
 Ex pellice utinam liberos hostis meus  
 Aliquos haberet. quidquid ex illo tuum est,  
 Creusa peperit hoc placuit. pœna genus,  
 Meritoq. placuit. ultimum magno Iulus  
 Animo parandum est. Liberi quondam mei  
 Vos pro paternis sceleribus pœnas date.  
 Cor pepulit horror, membra torpescunt scelus,  
 Pectusq. tremuit, ira discessit loco,  
 Materq. tota coninge expulsa redit.  
 Egone ut meorum liberum, ac prolis meæ  
 Fundam cruorem? melius ab demens furor  
 Incognitum istud facinus, ac dirum nefas  
 A me quoque absit. quod scelus miseri lucent?  
 Selus est Iason genitor, & maius scelus  
 Medea mater: occidant non sunt mei:  
 Percant mei sunt: crimine & culpa carent.  
 Sunt innocentes, fateor: & frater fuit.  
 Quid anime titubas? ora quid lacrymæ rigant?  
 Variamq. nunc huc ira, nunc illuc amor  
 Diducit? anceps æstus incerta rapit.  
 Ut sua rapidi bella cum venti gerunt,  
 Vtrimque fluctus maria discordes agunt,  
 Dubiumq. pelagus feruet: haud aliter meum  
 Cor fluctuatur: ira pietatem fugat,  
 Iramq. pietas cedit pietati dolor.  
 Huc cara proles, unicum afflictæ domus  
 Solamen: huc nos fert, & infusus mihi  
 Coniungite actus: habeat incolumes pater,  
 Dum & mater habeat. urget exsilium, ac fuga:  
 Iam iam meo rapiuntur enulsi sinu,  
 Flentes, gementes: sed oculis pereant patris,  
 Periere matris. rursus increpescit dolor,  
 Et feruet odium: repetit inuisam manum  
 Antiqua mentis ira, quam ducis, sequor.*

Quod autem Philoponus circa materiæ, atque formæ similitudinem deci-  
 piatur, ex ijs patet. vbi cunq. enim talem materiæ & formæ vnitatem inuenies,  
 ibidem etiam eundem semper actum, eandemq. operationem ab illis prodire  
 experieris. patet hoc ex eo, quod, operationes non nisi suppositorum esse, Pe-  
 ripateticis saltē notum est, modo hæc vnitas a Philopono efficta duos simul  
 habet

- A** habet contrarios actus. vnde non modo sequeretur, falsum esse id, quod asse-  
 ruit Aristoteles, quin etiam materiam simul agere, atque cooperari, quin ad-  
 das eandem tamquam formam, formæ propriæ imperare. si quidem non semel  
 experimur, cupiditatem sensui, sensum rationi, imperare penitus. adhuc etiã,  
 cum negat Philoponus esse necessarium dari vnies quoddam superius in illis  
 animis, atque ex eo negat, quod ex formæ ad materiam relatione statim se-  
 quatur operatio, nullo interueniente medio, fateor quidem, in ijs, quæ ita se ha-  
 bent, ita sequi: atqui nos non de formæ ad materiam oppositione, aut conne-  
 xione, (quod putamus Aristoteli fuisse notissimum) sed de contrarijs actibus,  
 aut saltem substantiis diuersis loquimur, vnde pugnantes inuicem operationes  
**B** prodire experimur, atque ita prodire, vt composito manente vno, modo infe-  
 rior potentia a superiore vincatur, modo superior de loco cedat, & inferiori,  
 herbam (vt aiunt) porrigat, & victam se fateatur, & tamen in illa vnione per-  
 sistat: deniq. cū satis Philopono visum esset se, de rationali ad inferiores substã-  
 tias cõparata fuisse locutũ, dubitat postmodũ, quonãmodo hoc possit in infe-  
 rioribus duabus animarum speciebus verũ videri, in quibus non sit ratio vnies;  
 &, cum dubitationis rationem posuisset, mirum, quam in peiora soluendo de-  
 ueniat, cum posuerit, qualitates esse tamquam materiam ad ea cõparatas, quæ  
 ex ipsis qualitatibus fiunt, nulla adhibita distinctione, qua scimus qualitatũ  
 primarũ, si inuicem comparentur, duas actiuas esse, alteras vero passiuas, si  
 vero ad materiam, tunc illius respectu efficientes omnes dici verius, quemad-  
 modum ad efficiens comparatas, instrumenti nomina subire. quãuis tanquam  
 accidentales formæ omnes agant, & actiuæ dicantur, atque item omnes patian-  
 tur, si quidem humiditas, atque siccitas, non minus pro suæ potestatis ratione,  
 & formæ conseruatione humectat, exsiccaturq. quam caliditas calefacit, & fri-  
 giditas frige facit. Sed esto: sint qualitates illæ veluti materia: quid, quæso, ad  
 rem pro Philopono, cum adhuc Aristotelis quæsitum, quo sibi vnies dari quæ-  
 rebat, dignum sit responsione, & in eo præcipue, in quo idem Philoponus vnies  
 inter iram, & cupiditatem desiderat, nec illud, ratio esse poterat; quia hoc  
 in brutis quærebamus, non materia, quia materia est, neque adhuc inuicem,  
**D** ita, vt alterum subijciatur, agat alterum, quia sunt eiusdem coordinationis, de-  
 nique non vegetans, quia materiæ officium præstat, nos autem formalem quæ-  
 rimus. itaq. respondet ipse tandem, vt antea diximus, vnde eliciamus, Philopo-  
 no asserente, vnionem quidem non tamquam a nobiliori, sed a deteriori fieri,  
 quod qualitatũ exemplo nobis ostenderat, cum tamen, quid sit illud vnies,  
 in ira & cupiditate, minime manifestasset, tenebatur autem aut superius ali-  
 quod, aut inferius assignare, quorum illud ex suis argumentis non datur, infe-  
 rius vero vegetanti minime conceditur, vt quæ veluti materia sit, & si aliqua  
 huic muneri exsequendo admittetur qualitas, illa certe infra vegetantem erit.  
**E** si vero dices in inferioribus potentijs id quod deterius est, materiæ rationem  
 non retinere ad meliorem comparatum, cui hæc responsio applicetur, ignoro,  
 quæ neque vegetanti, neque qualitatibus congruat præter falsitatem in quali-  
 tatibus assertam, ne etiam illud inquiram, quid illud sit vegetatiuam esse esse-  
 ctiuam vnionis, non formalem, fortasse materialem, aut quod rudius, sed tamẽ  
 planius fundamentalem dicere volebat.

Sed iam tempus est ad aliam explicationem transire, quam super tertio de  
 Anima idem Philoponus asseruerat. quo loco tres in Platonem ex Aristotelis  
 mente reprehensiones adhibet, totidemq. suis responsionibus fugasse easdem  
 existimat. quod igitur ad primam reprehensionem attinet, quasi Plato animæ  
 per partes diuisionem cognouerit, eam vero, quæ per potentias sit, ignorauerit,  
 Theo-

Falsa eiusdem  
responsio.

Falsa Philop.  
vnio.

Locus tertij de  
Anima cū Philo-  
p. discussus.

Theophilus Zimara, quem honoris causa nomino, vidit Philoponi in doctrina, Platonis inconstantiam. nam antea in eodem tertio de Anima dixerat, Platonem, cum diuisisset animam in partes, ut puta plantalem, irrationalem, & rationalem, de Vniuersali anima intellexisse. At vero particulares animas non partibus, sed potentijs diuisisse. Itaq. Platonem nouisse diuisionem alteram, quæ secundum potentias fieret, his addo, quod, etsi Philoponus minime sibi repugnet, & Plato huiusmodi diuisionem vniuersalis, & particularis animæ diuisionem admittat, vtrumque decipi fateri necesse est, propterea quod nulla datur talis vniuersalis anima, cui tales partes tribuantur, quin prius particularibus adscribi debeant. hoc autem poterat Philoponus ab Aristotele, & a se ipso verius addiscere, cum trigessimus contextum secundi de Anima interpretatur. Sed Aristoteles ibi hæc habet: *Manifestum igitur est, quod eodem modo vna utique erit ratio Animæ, & figuræ. neque enim ibi figura est, præter Triangulum, & eas, quæ consequenter sunt; neque hic anima, præter dictas, est. sicut autem utiq. & in figuræ ratio communis, quæ conueniet quidem omnibus, propria autem nullius erit figuræ. similiter autem & in dictis animalibus. Vnde ridiculum est, querere communem rationem, & in his, & in atys, quæ nullius erit eorum, quæ sunt, propria ratio, neque secundum propriam, & indiuiduam speciem dimittentes eam, quæ huiusmodi.* Quo loco etiam Grammaticus inquit, quod, *est maxime animarum communiter predicatum genus fuisse, non tamen sic oportebat in generum definitionibus Physicum immorari, sed ad species specialissimas transire fuerat opus. Vniuscuiusq. enim cognitio ex his, quæ unicuique priuatim adsunt, habetur: nunc vero, quia non est animarum communiter predicatum genus, sed vox æquiuoca, ut quæ ab vno, & ad vnum ridiculum quidem id est in sermonibus communibus immorari.* Hæc ille.

Erant autem secunda Aristotelis in Platonem reprehensio, quod multas animæ partes prætermiserit, ut puta phantasiam, sensum, & virtutem secundum locum morticem, & pro eo responsum esse dicit, quod in Republica hoc fecerit, non in Timæo: putari tamen Aristotelem, eo quod eadem inculcare repetendo minime soleat, non in eo Platonem reprehendere, quod multas partes omiserit, verum etiam, quia easdem, quas omisit, si in Timæo addidisset, nulli organo particulari adscripserit, quem admodum de illis tribus antea fecerat.

In tertia vero reprehensione hæret Grammaticus, cum Plato videatur appetitum distrahere, cum enim ipse rationalem in cerebro iracundiam in corde, cupiditatem in hepate posuisset, non poterat vnum sine distractione appetitum in animali facere, ut puta in homine. his tamen non obstantibus, responsum esse alibi inquit, sed vbi, aut quando? numquid, cum vnam posuit in toto corpore animam, & in omnibus corporis partibus, & in tribus illis collocari præcipuas animæ partes, in quibus potentiæ exercerentur saltem manifestius? Sed, si potentias cum partibus confundit, hoc nolebat Aristoteles, neque Galenus, neque ipse Plato, si vero cuique parti suam potentiam tribuis, frustra id per plura facis, cum vnam animam in vno loco residentem dare possis, & sine partium distractione potentias varias exercentem his clarius, his quidem obscurius. adhuc etiam si de motiuo principio respondebit esse communem illum nexum, quam incaute id faciat, inde fit manifestum, quod Aristotelis argumentum nondum soluerit. Dignum est enim, ut ei respondeatur, quid sit illud vniens, & an ad formam, an ad efficiens, an potius ad materiam pertineat. Sed, ne aliorum in Grammaticum impugnationes afferre, & examinare extra locum cogar, & quæstiones alibi cribrandas hic exagitem, hic factæ sine, quiescam, & ad Cautionum propositum laborem accedam.

HAE.

## HAERESSES.

## Manichæi.

Periculosus est huius erroris fons, si quis alius, ut pote cuius haustus potuit non modo illos inspicere, qui ob alias causas Hæretici haberi voluerunt, verum etiam alios quosdam, quorum alioqui fidem probatam fuisse nouimus. Sed, ut a prauis exordiar, Manichæos recensere, qui, Augustino referente, e primis fuerunt inter deuiantes in hac prauitate asserenda. ducebantur autem haud sane diuersa ratione ab ea, qua Platonem, Galenum, atque Philoponum persuasos fuisse vidimus. putabant enim ij, fieri non posse, ut contrariæ operationes ab vno principio prodeant, sensum autem, & rationem esse contraria, ideoque diuersa habere principia. videbat insuper Manichæus, Apostoli auctoritate dici posse, carnem aduersus spiritum concupiscere, & spiritum aduersus carnem. Sed hæc ita exponenda sunt, ut reliqua modo soluebantur, quæ contra hos dicta, ac soluta fuerunt.

## Iacobus Syrus, &amp; Alij Syrorum.

Persequar etiam ea referre, quæ ex eodem Augustino habentur; si modo ipse est Commentarius, qui de Ecclesiasticis dogmatibus inscribitur, cum inquit: Neque duas Animas esse credimus in homine, sicut Iacobus, & alij Syrorum scribunt, vnam animalem, qua animatur corpus, & immixta sit sanguini; alteram spiritualem, quæ rationem ministrat.

## Ioannes Grammaticus.

Huius errorem patuisse arbitror tunc, cum in ipsum digrediebamur, & verborum Aristotelis interpretationem, eodem exponente, quærebamus. Ad illum igitur locum lectorem remittimus, aut, si maluerit, ad eam digressionem, quam ipsemet super textu nonagesimo primo atque secundo primi de Anima Aristotelis adhibet. Quomodo autem ratio, qua tam ipse, quam Manichæus decipiebatur, tamquam falsa reijci debeat, paulo antea docuimus, quam in Philoponum digredieremur, cum etiam ex argumento ibidem adducto, politis tribus animis in homine, inferri merito possit, rationalem animam non esse formam (ut aiunt) informantem, propterea sunt, qui cum Philopono Paulum etiam Venetum errasse non dubitent, immo vero Scotum ipsum, quem admodum doctissimo P. Toletio videtur in secunda propositione ex fide tenenda circa ea, quæ ad animam pertinent ob quandam octauæ Synodi generalis interpretationem, cum inquit apparere quosdam id temporis in tantum impietatis venisse, ut duas in homine animas impudenter dogmatizent. cuius quidem verba non de anima sensitua, & rationali intelligi debere, sed de pluralitate animarum vrentium ratione dicebant Scotus, & Paulus Venetus, qui in homine vegetatiuam, & sensitiuam a rationali distinctas esse affirmabant, nec propterea culpam subire (canone iubente) existimabant. cuius tamen interpretata-



pretationem nequaquam tutam putat esse idem P. Toletus, cum præsertim A  
obstet Theologica ratio, quam suo loco adhibebimus.

### Didymus.

Didymo Augu- Huius etiam meminit Augustinus eodem decimo super Genesi ad litteram, sed capite duodecimo tamquam in eundem errorem inciderit. stinus quid tri-  
buat.

## CONCILIA.

Constantinopolitana synodus quarta ge-  
neralis actione decima Canone vnde-  
cimo octauæ Synodi generalis.

Apparet, quosdam id temporis in tantum impietatis venisse, vt duas in ho-  
mine animas impudenter dogmatizent: quos omnes, & similia sentientes, cum  
vetus, & nouum Testamentum & omnes Ecclesiæ Patres vnã in homine ani-  
mam asseruerint, Sancta & vniuersalis Synodus anathematizat. C

## PATRES.

Philo Iudæus.

In commentario de eo, quod deterius po-  
tiori insidiari soleat. D

Multa sunt, ne dicam omnia, quæ huc trãferri possent, ex eo Philonis com-  
mentario, & cum alibi totam fere naturam animæ, quæ ad præsentem Cau-  
tionem spectare posset, declarauit; dicens & quod singuli nostrum duo sumus  
per accidens animal simul & homo, & horum vtrumq. cognatam vim sortitum  
est in anima, altera vitalis, qua viuimus, altera rationalis, per quam sumus ra-  
tionis participes, & quod vitalem habeant bruta, rationali careant, & quod est  
in anima præstantissimum mentem vocari, & rationem, cum deniq. ipsius vim  
extensilem, & ductilem appellasset, demum ita colligit: *Hæc igitur compendio  
de anime essentia dicta sint: nunc consequens est, vt subdamus, quid sit clamare vocem  
sanguinis. anime nostre pars quedam muta, quedam vocalis est. bruta quidem, muta; vo-  
calis vero, quatenus ratione prædita, qua sola Deus noscitur. reliquis enim partibus, nec  
Deum, nec intelligibile quidquam comprehendere possumus. Vitalis igitur facultatis in  
sanguine constituta præcipua quadam portio voce, sermoneq. honoris causa donata est,  
non hoc, qui per os, linguamq. profluit, sed fonte ipso, ex quo per prolationem cen lacune,  
quadam sermonum repleti possunt. Pons autem hic mens est, per quam ad illum, qui est,  
inter-*

Clamare vocẽ  
sanguinis quid  
sit.  
Animæ nostre  
pars duplex,  
muta, & voca-  
lis.  
Vox & sermo  
interior hono-  
ris causa data  
homini.

A *interpellationes, & exclamations, iam sponte, iam inuiti ei acclamatur: ille vero, vt bonus,  
ac propitius, non auersatur supplices præsertim quando ingemiscetes ob Aegyptios af-  
fectus, & opera, sincere, ac sine furo exclamant: tunc enim Moses ait, verba eorum ad Deũ  
ascendere: illum vere exaudientem liberare a malis instantibus. hæc autem omnia fieri,  
quando Rex Aegypti moritur. quod certe mirandum videtur: probabile enim erat, defun-  
cto Tyranno letari, gaudereq. quosquos premebantur tyrannide: qui tamen tunc dicuntur  
gemere, nam post multos dies mortuus est Rex Aegypti, & ingemuerunt filij Israel, verba  
hæc, vt sonant, rationem non habent. quod si insitas in animabus facultates introspectias,  
pulchre hæc coherere inuenies. quando enim dissipator ille honestarum opinionum Pha-  
rao in nobis vigescit, & sanus videtur, si tamen quisquam malus sanus esse recte dicitur,  
voluptatẽ amplectimur eliminata temperantia; quando vero amissa potestate quodã modo  
moritur, qui stulte, petulanterq. viuendi causa fuerat, a sobria vita illustrati ingemisci-  
mus, & deploramus ætatem anteactã, quod, virtute voluptati posthabitam, ortalem vitam  
immortali ante posuimus. tum vero lex miserata lamentationes continuas clementer  
admittit animas supplices, & calamitatem depellit, incussam eis ab Aegyptijs affectibus.*

Exclamantes  
ad Deum quã-  
do exaudimur?  
Pharao disse-  
pator honesta-  
rum opinioũ.

### Augustinus de Ecclesiasticis dogm. c. xv.

Nec duas animas esse in homine dicimus, vnã animalem, qua animetur corpus, &  
immixta sit sanguini, alteram spiritualem, qua rationem ministrat: sed dicimus, vnã  
esse & eandem animam in corpore, qua corpus sua societate viuificet, & semetipsam  
sua ratione disponat. Vide eundem Augustinum in libro de spiritu, & anima c. 9.  
& libro de fide, & simbolo. C

Augustinus.  
Alia Aug. lo-  
ca.

### Damascenus in libro de hæresibus.

Quæ ex beato Ioanne Damasceno in hanc prauitatem haberi possunt, in eo  
sunt opere legenda, cui *Fidei orthodoxe* nomen est inditum, dum secundi libri  
duodecimo capite, vbi de homine loquitur, multa habet in calce de rationali,  
& irrationali anima, dum vtramque in homine potentiam vocat, sed nobis nõ  
adeo late sanctorum Patrum sermones quærentibus, quibus plurimum abun-  
dare possemus, satis fore duximus, si particulam quandam ex libro de hæresi-  
bus in hunc locum transferremus, in qua Platonici tantum reprehenduntur,  
quos tertio loco post Iudæos, & Pythagoreos collocat. Ego vero, ne Beati Da-  
masceni sententiam dirimam, enchiridion illud Platonice prauitatis, cum bre-  
ue sit, in hunc locum afferre minime grauabor. *Platonici (inquit) Deum ponebant  
materiam, & speciem, ex quibus hæc constarent omnia, Mundum ortum habuisse, num-  
quam autem interiturum. Animum vero & ortu carere, & immortalem, & diuinum es-  
se statuiebant. Eius autem partes tres esse: vnã, qua rationis esset particeps; alteram,  
eam, in qua irarum ardor existeret; tertiam, eam, qua voluptate aletur. Mulieres com-  
munes omnibus esse censebant, atque suam, & propriam esse nemini: sed eos, qui uellent,  
cum quauis, dummodo id uellet, concubere, eodemq. modo animarum a corporibus in cor-  
pora migrationes, usque ad omnia genera animalium, probabant, multosq. Deos ex vno  
inducebant.*

Damascenus.  
Platonicos ter-  
tios a Iudæis &  
Pythagoricis  
collocat  
Damascenus.  
Platonici quid  
sentiebant de  
Deo.  
De Materia.  
De Mundo.  
De Anima.  
De Animæ par-  
tibus.  
De mulierum  
communitate.  
De Migratione.  
De Deorum  
multitudine.

Ee D. Gre-

**D. Gregorius Nyfenus in libro de Anima & Resurrectione.**

Gregorius Nyf.

Multis quidem verbis Diuus iste prauam e piorum mentibus opinionē euellere nititur, sed his præcipue rem aggreditur: *Ego vero, ubi definitionem animæ, (quam in superiori sermone fecerat) animo reuoluiffem, atque repetiiffem, dixi, non satis mihi consideranti, atque animo reputanti potentias, & vires, quæ in anima cernuntur, illam orationem esse demonstratam: quæ dicit, eam intellectualem esse naturā, & instrumentario corpore vitalem vim ad sensum efficientiam, atque actionem ingenerare. Nam non solum circa eam mentis nostræ agitationem, qua scientias percipimus, ac speculamur, efficax, & actiuosa anima nostra est: per eam, quæ mente constat, & intelligentia, suæ naturæ vim talia efficiens, neque sensoria vasa, instrumentaq. sola ad naturalem efficientiam, operationemq. gubernat: sed multus quidem cupiditatis, multus item iracundiæ quoque motus cernitur in eius natura: cum autem horum utrumq. generaliter in nobis insit, in multas pariter, ac varias differentias actionibus, efficientissiq. amborum progredi motum videmus. Nam multa quidem videre licet, quorum concupiscendi vis auctor, ac dux est: rursus item multa a causa iræ concitatricem nascuntur, ac nullum horum corpus est: quod autem incorporcum est, intellectualem profus est, solaq. mente constat. Porro intellectualem quandam, solaq. mente constantem, & comprehensibilem rem esse animam, definitio declarat. Vt duorum absurdorum alterum ex consequentia orationis existat, atq. emergat, aut ut iracundia quoque atque cupiditas aliæ in nobis animæ sint, & pro una, multitudo animarum deprehendatur, atque animaduertatur, aut ne mentis quidem agitatrix, & intelligendi vis in nobis anima esse putetur: Nam intellectualem, solaque mente constantem, & comprehensibilem equaliter omnibus accommodatum, aut omnia hæc animæ esse demonstrabit, aut unumquodque horum ex æquo eximet: atque excipiet ex hæc animæ proprietate.*

Que duo absque contingant, si præter intellectualem aliud homini addiderimus.

Alla D. Nyfeni verba.

Animi affectus quo modo a D. Nyf. vocatur.

Hæc in principio Diuus Nyfenus. Sed post multa in fine quæstionis, cum de voluptate, & dolore, audacia, reliquisq. animi passionibus locutus fuisset, tandem ita concludit: *Atque etiam id, quod contrarium dolori videtur, voluptatis sensum dico, similiter & in iram, & concupiscentiam diuiditur. Voluptas enim utriusque harum ex æquo principatum tenet. Quæ omnia, cum circa animam sunt, tum anima non sunt: sed veluti quædam verrucæ ex cogitatrice parte animæ enascentes, quæ partes quidem ipsius esse, eo quod agnatæ sint, non tamen id esse existimantur, quod anima ex sui natura, atque essentia est.*

**Origenes, Iustinus, Theodoretus.**

Origenes lib. 4 contra Celsum.

Quoniam, etsi non longius Patres ij diuagantur in hac opinione confutanda, tamen falsitatis auctorem Platonem faciunt, libuit simul illos recensere, qui seorsum integram periodum vix absoluebant. Origenes itaque libro quarto contra Celsum, cum de iusticia quædam loquitur, *aliamque inquit esse secundum Epicurum, aliam secundum Stoicos, aliam secundum Platonem, similiter de fortitudine, quo quidē in loco Duplicis animæ meminit Origenes, nam irascibili inquit dedisse fortitudinem, quam in pectore collocavit, quamuis ibi Platonicos, non autem Platonem, nominet, fortasse, quia satis apud suos dialogos erat manifestum.*

**IUSTINVS.**

Iustinus autem in Admonitorio gentium, cum in Platonis & Aristotelis dogmatibus multa conferat, de humana anima loquens, inquit: *Plato Tripartitam ait, partim rationalem, partim irascibilem, partim concupisibilem. Aristoteles non tam late patentem facit, ut quæ non complectatur partes corruptibiles, sed solam rationalem. quid vero per hæc intelligat Iustinus, ex Aristotele, ipsi lectori iudicandum relinquo, & ad quem sensum trahi possint.*

Iustinus Martyr in Admon. gentium.

**THEODORETVS.**

Sane non minus patent, quæ de Platone Theodoretus protulit libro quinto siue natura hominis, ubi, dum multa, Pythagorica, atque Platonica conferret, *Pythagoras inquit, & Plato animam in partes duas distribuunt, quarum altera sit ratio præedita, ratione altera careat. rursusq. hanc posteriorem bifariam secant. namque alteram eius partem iracundiæ tribuunt, alteram libidini, & cupiditati. Hæc illi nobis autem alio properantibus hæc citasse sit satis, dummodo partes pro speciebus apud eisdem citatas esse intelligamus. quod satis ex Platonis verbis constat.*

Theodoretus quinto l. de natura hominis.

**THEOLOGICI.**

**D. Thomas i. p. q. 76. art. 4.**

Non grauabor hoc loco integrum articuli illius corpus apponere, quod habet D. Thomas loco citato, præsertim quia in solum Platonem dirigit disputationem illam. Cum enim quæreret, *utrum præter animam intellectualem, sint in homine aliæ animæ per essentiam differentes*, respondet postea dicendum in quæstionis corpore ita, quod *Plato posuit diuersas animas esse in corpore vno, etiam secundum organa distinctas, quibus diuersa opera vitæ attribuat, dicens: vim nutritiuam esse in hepate, concupisibilem in corde, cognoscitiuam in cerebro. Quam quidem opinionem Aristoteles reprobat in libro de Anima, quantum ad illas Animæ partes, quæ corporeis organis in suis operibus vtuntur, ex hoc, quod in animalibus, quæ decisa viuunt, in qualibet parte inueniuntur diuersæ operationes animæ, sicut sensus, & appetitus. Hoc autem non esset, si diuersa principia operationum animæ tamquam per essentiam diuersa, diuersis partibus corporis distributa essent. sed de intellectuina sub dubio videtur relinquere, utrum sit separata ab alijs partibus animæ solum ratione, an etiam loco. Opinio autem Platonis sustineri vtiq. posset, si poneretur, quod anima vnitur corpori non vt forma, sed vt motor, vt posuit Plato. Nihil enim inconueniens sequitur, si idem mobile a diuersis motoribus moueatur, præcipue secundum diuersas partes: sed, si ponamus animam corpori vniri sicut formam omnino impossibile videtur, plures animas per essentiam differentes in vno corpore esse. quod quidem triplici ratione manifestari potest. Primo quidem, quia animal non est simpliciter vnū, cuius essent animæ plures, nihil .n. est simpliciter vnū nisi per formam vnā, per quā habet res esse. ab eodem .n. habet res, quod sit ens, & quod sit vnā, & ideo ea quæ denominantur a diuersi, formis, non sunt vnū simpliciter sicut homo albus. Si igitur homo ab alia forma haberet, quod sit vnū, scilicet ab anima negatibili, & ab alia forma, quæ sit animal, scilicet ab anima sensibili, & ab alia, quæ sit homo, scilicet ab anima rationali,*

D. Thomas.

Platonis assertio secundum D. Thom. Arist. in Platonem.

Diuersa operationum principia essentialia excluduntur. Animam ex Platone corpori vt motorem vniri.

Triplex D. Thomæ ratio in Platonem. Prima.

Et 2 sequere-

**Artif. 3. Met.** *Sequeretur, quod homo non esset unum simpliciter, sicut & Aristoteles argumentatur contra Platonem in 3. Meta. quod si alia esset idea animalis, & alia bipedis, non esset unum simpliciter animal bipes. Et propter hoc in primo de Anima contra ponentes diuersas animas in corpore, inquit, quid contineat illas, id est quid faciat ex eis unum: Et non potest dici, quod uniantur per corporis unitatem, quia magis anima continet corpus, & facit ipsum esse unum, quam e conuerso. Secundo, hoc apparet impossibile ex modo praedicationis. Quae enim sumuntur a diuersis formis, praedicantur ad inuicem, uel per accidens, si formae non sint ad inuicem ordinatae puta, cum dicimus, quod album est dulce, uel si formae sint ordinatae ad inuicem, erit praedictio per se, in secundo modo dicendi per se, quia subiectum ponitur in definitione praedicti, sicut superficies praecambula est ad colorem. Si ergo dicamus, quod corpus superficatum est coloratum, erit secundus modus praedicationis per se. Si ergo alia forma sit, a qua aliquid dicitur animal, & a qua aliquid dicitur homo, sequeretur, quod uel unum horum non possit praedicari de altero, nisi per accidens: Si istae duae formae ad inuicem ordinem non habent, uel quod sit ibi praedictio in secundo modo dicendi per se, si una animarum sit ad aliam praecambula. Verumq. autem horum est manifeste falsum, quia animal per se de homine praedicatur, non per accidens: homo autem non ponitur in definitione animalis. Sed e conuerso. Ergo oportet eandem formam esse, per quam aliquid est animal, & per quam aliquid est homo. Alioquin homo non uere esset id, quod est animal: ut sic animal per se de homine praedicetur. Tertiò, apparet hoc esse impossibile, per hoc quod una operatio animae, cum fuerit intensa, impedit aliam, quod nullo modo contingeret, nisi principium actionum esset per essentiam unum. Et haec satis sint, cum D. Thoma. quamuis ab eodem multa haberi possint, secundo contra gentes capite quinquagesimo octauo, & de anima articulo undecimo, & quolibeto primo, quaestione quarta, articulo primo, & quolibeto undecimo, articulo quinto, & opusculo tertio capite 90. 91. 92.*

**Ratio altera.** *Postremo addam ex P. Toletio rationem Theologicam, & eam quidem necessariam admodum, quia inquit, in morte Christi, redemptoris nostri, aut anima Christi sensitua esset mortua, aut non. Si mortua, ergo mors non solum fuit animae Christi a corpore separatio, sed etiam eius alicuius animae corruptio, & ita sanctum eius uidisset corruptionem: & quod semel assumpsit, dimisisset: quae sunt erronea & contra Patres, ac sacras litteras: & postea etiam eius anima sensitua resurrexisset post eius corruptionem: quae sunt Patribus inaudita. Aut non fuit mortua, & tum, aut mansit in sepulchro una cum corpore unita, & ita corpus adhuc esset uiuens, & non mortuum: aut descendit una cum anima rationali Saluatoris ad inferos, ita, ut eius duae animae simul descenderint: aut mansit alicubi seorsum sola separata: quae omnia sunt erronea. Praeterea, sequeretur, posse etiam separari sensitiuam animam, sicut rationalis a corpore, & per se subsistere: & hinc etiam sequeretur, non solum rationalem, sed etiam sensitiuam esse immortalem. Haec, ut quidem omnia, subtilissime, P. Franciscus Toletus, uir alioqui Naturalis & Diuini sapientiae ditissima fruge refertissimus, nec non ob Politicæ Prudentiae consultationes de Christiana Rep. sane quam benemeritus, & summis Pontificibus apprime carus. qui tamen, cum haec Typis mandarem, in Sacrum Cardinalium Collegium, tota pæne flagrante Europa, a S. Pont. Clemete Octauo est adscitus, mensis Sept. die 17. anni 1593.*


**Ratio tertia.** *Alia D. Thomae loca.*

**P. Toleti ratio theologica atque necessaria.**

FINIS SEPTIMI LIBRI

# RATIONALEM ANIMAM HUMANI CORPORIS FORMAM ESSE.

DISPUTATIONVM  
IN PLATONEM  
ATQVE CAUTIONVM  
DISTRIBUTIONIS SECVNDAE  
LIBER OCTAVVS.



A N I M A M  
RATIONALEM  
CORPORIS HUMANI  
FORMAM ESSE.

IN PLATONEM  
Quæstio, & Cautio.



LIBER OCTAVVS.

P L A T O.

**D** V M multa sint in ijs cautionibus confirmandis, de quibus an in Platone verum sit, quærere oporteat: (accidit enim illius sectatoribus vsu frequentissimo, vt vel illud negêt, vel si negare non possint, ad alios sensus recurrere parati sint) præsens tamen negationis huius assertio vna est, de qua cum illis nihil tale contendere necesse est, cum non modo rationalem animam hominis formam esse negent, verum etiam & illud probari in Platonis doctrina necessarium fore contendant; idq. facile adeo sibi euenturum, quam conueniens in eiusdem doctrina futurum defendunt. Quamobrem in eo mihi laborandum minime fuerit, in quo probando comites vel benigni Academici omnes se præstabant. Quod si importune illorum vni aut alteri id facere nituntur, non alijs sane ipse vterer ostensionibus, quam ijs, quibus in animorum asserenda migratione separato seorsum veluti Commentario, atque Cautione sum vsus, & in illa insuper Cautione, qua hominem non esse solam animam, neque corpus esse animæ instrumentum tamquam separatum ostendebamus, neque quidquam huc reuocem, mihi cum illis tantum congressionem futuram propono, qui suis verbis nostro proposito labori auxiliantur, & animam haud quæ esse formã, & quamobrem non esse debeat, pluribus

Cautiois occasione in præputi esse, & a Platonis vltro oblatam.

Aduersarios statuit, quibus cum agendum sit.

Cautiois Leges

*Vide ex Concilio Viennensi post disputationem.*

Hæreses ex { Philosophis } *Suo loco.*  
                  { Petro Ioanne }

Cautiones ex { Clemente Quinto }  
                  { Concilio Viennensi }

Theologos *Suo loco.*

ribus ostendunt, porro animā (inquiūt) mediā esse naturā Platonī asserere esse A  
 necessariū, adeoq. vt inde vtrinq. se mediā perspiciat, & ad supera pariter, atq.  
 ad infera facile se conuertat. ad illa quidē cum mentē respicit, vnde sibi origo  
 trahebatur, quaq. se ipsam prius formet, atq. terminet, talēq. vim suscipiat, vt,  
 quæ sua est ad mentem propinquitās, non raro mentis atque intellectus nomine  
 decoretur, vt inde etiā facilius sibi pateat ad primum principiū aditus, atq. con-  
 iunctio, nihil ferme ipsius motus, atque temporis iniurias sentiens, quippe quæ  
 tunc in æternitate magis degat: contra vero, si eidem iure suo, suisq. auspicijs  
 viuere concedatur, tunc talis eam dignoscemus esse naturā, vt a primo statu  
 non nihil claudicet, quippe quæ suos contemplandi, & aliud quippiam agendi  
 actus non ita plane liberos habeat, aut expeditos, quin aliquam potentiæ dimi-  
 nutionem ipsis admisceat, quippe dum successione quadam ratiocinari præ-  
 sentit. Sed præter hos duos status, tertium solet experiri, longe a primo, mul-  
 tumq. etiam a secundo decedentem, dum scilicet ad corpus vergit, in quo vi-  
 tam quandam effundere cogitur, & animæ hoc est sui ipsius quendam actum  
 exercere; vt, quemadmodum in secundo statu idealis homo dicebatur, modo  
 in hoc tertio, quoniam corporibus sese implicat, non ita plane dici possit, cum  
 in multis extra sui naturam positus se exercent, primo quidem, quatenus vitam  
 corpori infundit, vt dictum est, sed talem vt ab anima quid distinctum esse vi-  
 tale illud consideremus, quodq. idolum, & imago potius animæ dici debeat,  
 ab anima tamen ita pendeat, vt quod producat, quodque item conseruetur, C  
 animæ acceptum ferat; quoniam autem eiusdem animæ est imago, hinc sæ-  
 penumero euenire, vt ipsiusmet animæ designetur nomine.

Hęc, inquiunt, si inspexerimus animam rationalem nullo modo esse formam  
 perpendemus; immo vero neque esse posse inueniemus; primo quidem, quia ip-  
 sius animæ essentia minime corpus tangit, sed sua vis potius, quam quidem  
 in corpore diffundit, quamq. etiam verius corporis actum, & formam cum Pla-  
 tonicis dixeris; tum, quia, cum anima diuinum quoddam sit, & immortale, eam  
 quidem terrenum, & mortale ita proxime attingere dedecet, quando satis  
 erat, eandem tali formato corpore vti, quemadmodum artifex proprijs instru-  
 mentis vti solet. Hinc, si testimonijs talem confirmare sententiā opus est, Pro- D  
 cli auctoritate se tuentur, & animam mediare inter vitam circa corpora exten-  
 sam, atque mentem testantur. Simplicium insuper adeo præsentī asserenti fa-  
 uere, vt reuera inmodicus ille in hac re vbique suorum Commentariorum vi-  
 deri possit, in qua etiam plane falsus, propterea quod eandem sententiā Ari-  
 stoteli præter omnium opinionem impingit. Ad Platonem tamen redeuntes,  
 aiunt ipsius a seclā, perfectā, absolutāq. vitā in mente tantū reperiri, in anima  
 vero illius vitæ vim quandā recipere, quæ ipsi a mēte tribuitur, et, si proprie cū  
 ipsis loqui voluerimus in anima talis quædā vita inerit, vt animaria magis, quā  
 propria vita dici possit, & interim quale vitæ genus corpori cōcedat, hinc cō-  
 iectari liceat, nempe vubratile quoddam, & non modo veræ vitæ, quin E  
 etiam quod vilius ipsius animariæ vestigium quoddam, etsi vita quamuis im-  
 proprie ita dici volunt, vt postrema vita dici mereatur, tum quia tertio a pri-  
 ma decedat gradu, tum etiam quod in ordine, & dispositione animæ rationalis,  
 cum intellectus a se est progressus, imperfectionis non nihil accipit. Addas ter-  
 tio, quia medius gradus omnino ipsius animæ essentiam complectitur, at infim-  
 us ipsius eiusdem vubram tantum ab anima tamen fluentem habet, quæ ob  
 sui maiorem diminutionem sine corporeis principijs produci non possit. dum  
 tamen illa libera & illæsa permanet, dum vubratilem vitam illam corpori ex-  
 tendit, itaque. neque ad illius dispositionem diuiditur, sed vbi est, tota est, contra  
 vero,

Animam me-  
 diæ esse natu-  
 ræ Plat. dupli-  
 cifq. status.

Tertius animæ  
 status additur.

Idealis homo.

Anima in quo  
 statu conside-  
 rata non sit for-  
 ma.

Proclus.  
 Simplicius.

Perfecta abso-  
 lutaq. Animæ  
 vita vbi?

Animaria vita.  
 Vitæ genus cor-  
 poris cōcessum.  
 & ad reliqua  
 comparatum.

A vero, ea, quæ in corpore vita recipitur, ita ad ipsius dimēiones extēsa dicatur,  
 vt tota in toto, & pars existat in parte. Vide igitur, quam placide nobiscum cō-  
 uenire simulent Platonici, quantoq. labore nos exonerent, vt animæ non pro-  
 prie conuenire sedem vti corpori, & recte quidem, asserant, addantq. neque  
 vt formæ corporis a corpore pendenti, sed solum per quandam similitudinē,  
 & sedem assignari. quæ quidem verba exosculari liceret, si ea tantum ex illo-  
 rum dictis comprehendi, nec plura aut deteriora possent: fore enim, vt nos  
 etiam cautionis cura leuaret, qui ex veræ philosophiæ sanctionibus Rationa-  
 lem animam talem esse cupiamus, vt ei neque corpoream sedem assignemus,  
 neque etiam talis formæ munus tamquam e corpore pendenti eidem tribua-  
 mus, neque rursus illam totam ita in toto esse cupiamus, vt partem etiam par-  
 ti adscribamus: Sed, cum Platonici illa dicunt, tale quid certe eisdem euenire  
 videtur, quale agris messibus fallentibus accidere solet, vtpote qui ingrati  
 secus acceperint, quam reddiderint. acceperant autem Platonici non Ani-  
 mam, sed vubram animæ corpus informantem, modo vero tales condiciones  
 colligere videntur, quales nec ipsa Ecclesia respueret, nisi esset, quod non vub-  
 bram velit esse formam, sed ipsam eandem animam, modo quo cum Peripa-  
 teticis fortasse asserere inferius, sed tutius, conueniremus; sin minus, cum do-  
 ctissimis Theologis verioribus asserionibus idem confirmare poterimus.  
 Quoniam igitur humaniores Academici hucusque nos benigne satis comita-  
 ti sunt, eos rogatos velim, vt nobis ad meliora peruenire cupientibus minime  
 inuideant, aut, si malint, ipsius veritatis vestigijs nobiscum pariter comites  
 insistant. Vt autem cum ipsis in Lyceo primum loquar, deinde vtrumq. sermo-  
 nem ad Christianæ veritatis ansam expendere possim, hinc rem aggredi ten-  
 tabo.

Primum itaque ab ipsius formæ notatione sermonem aggredientes, duplici  
 modo formæ significationem nobis a Philosophis traditam arbitramur: qua-  
 rum alteram pro ea parte substantiæ sumimus, quæ contra materiam distincta  
 est, quæq. cum materia tale compositum faciat, vt per se ac secundum essen-  
 tiam compositum ratione formæ dici mereatur, & tum denique omnium con-  
 sensu forma informans appelletur, cum talis substantiæ pars, peculiari suoq.  
 modo materiam omniuaq. formatam reddat. alterum autem modum facile  
 est mente comprehendere, si, cum modo dictum obseruaueris, informanti  
 modos ab illis diuersos sumpseris, vt, si formam quampiam in substantiæ præ-  
 dicamento positam imaginemur, non adeo tamen iuxta materiæ ipsius essen-  
 tiam accedere, vt ex vtriusque substantia compositi operationes omnes simul  
 exercent, sed quasdam, videlicet cum talis forma tali subiecto vniri acci-  
 dat, quo quidem modo eques equo infidet, & nauta nauī: atqui Platonica  
 forma ex antea prolatis Platoniorum verbis inspecta priori significatione  
 comprehendere non potest, quemadmodum ex veriorum Philosophorum, &  
 E veræ fidei consensu affirmare oportebat. Igitur in posteriore altera assistentis  
 formæ significatione positam esse ducimus, simulq. cauendam opportune mo-  
 nemus. quid autem velit Ecclesia, suo loco fiet manifestum: veriores autem  
 philosophi quid probent, & si aliorum commentariorum fuerit rem ipsam ag-  
 gredi, hoc loco ea tantum explicasse sat erit, quæ proxime ad Platoniam do-  
 ctrinam improbandam conducunt, quæq. ad Ecclesiæ sanctæ libitum videri  
 admittenda potuerint.

Argumentor itaque ad Platonicos in hunc modum. Rationalis anima, quæ  
 in homine quocumque modo reperitur, aut vna quidem est, quæ simplex se-  
 cundum essentiam, multiplex secundum ratiocinandi, sentiendi, & vegetandi  
 potentiam

Quod laudan-  
 dum in his mo-  
 do a Platonici-  
 dictis, quidne  
 improbandū.

Platonici qd  
 euenire solet.

Corporis for-  
 mam, non Ani-  
 mam, sed vub-  
 bram formam  
 esse. Platon.

Primum in Pla-  
 tonicis argu-  
 mētationis cō-  
 gressus.

Forma duplex.

Argumentū in  
 Plat.

potentiam dici possit; aut contra, multiplex quidam illa fuerit, non eo modo, quo per potestatum operationes, sed per specierum diuisionem in homine reperiatur, adeoq. tres animæ, siue simul, vt videbatur velle Grammaticus, aut seorsum in capite, corde, & iecore distribuuntur, si plures ita fuerint, vt cum Grammatico vnum faciant, manifestum est, quod, cum sentiens, & vegetas, quin formæ substantialis informantisq. formæ actus exerceant, negari non possit, tantundem etiam de intellectu fatendum esset; si vero diuisæ species ita fuerint, quemadmodum propria Cautione dictum est, tunc illius erroris eos conuinci necesse est, quem ibi mordicus infitiantur, & quas Plato species sæpenumero dixerat, iam non species, sed potentias defensores ipsi exponunt. sint itaq. ratiocinans, sentiens, vegetans iam non tres animæ species, sed vnus animæ tres potentia magis, vt hinc prior reuertatur consecutio. nam, si secundum sentientem, & vegetantem forma illa simplex hominem informat, igitur ab intelligente magis informari eundem necesse est. quanto per intellectum esse prius atque dici hominem decentius fuerit, de quo vere, & non de bruto, aut planta aliqua irascendi & concupiscendi operationes dici possint. Secus enim, quoniam modo idem esse principium diceremus, & quo intellectuam potentiam, & quo sensitiuam, & quo vegetatiuam exercemus? Sed, bone Deus, quid hoc est, quod hominem per rationalem animam esse dixi? an, quia homo anima sola est? ita certe. nec secus Plato fieri posse concedet. At ego cum Platone statim subnectam, quod, cum hominis anima sit assistens tantum, vere tunc & nauem esse nautam, & equum esse equitem dicere possemus. quo quid absurdius, aut ridiculum magis asseri potest?

Amplius, ex eisdem a Platone in Alcibiade positis, atque concessis, quid necessario eueniat, videndum est. Aut enim homo sola est anima, corpus vero instrumentum animæ tantum; aut ex vtroq. ita compositum verius dicitur homo, vt secundum essentiam alterum alteri vnatur. si primo, falsum est quod toties alibi dixerat Plato hominem esse animal, non autem animam, idq. propria Cautione est explosum, at esto, vrgebunt hominem solum esse animam, & corpus, tanquam instrumentum non esse artificis partem. Vnde Platonicus, aut qui Platonem tueri cupiunt, in duas abiere sententias; quarum altera, cum animam vere esse hominem tueatur, corporis formam esse negat; altera vero, primo adhuc posito, secundum infirmat, & animam corporis formam, vereq. informantem esse; & in hoc cum Aristotele Platonem conuenire non dubitat, quarum prior certe Platonicis fundamentis a nobis positis magis stare videtur, & in priorem a nobis positam argumentationem, & in alias sequentes magis offendet; altera vero digna est, quæ singularibus discutiatur argumentis. Sed, quibus ipsa conformetur, videndum est prius. Formam asserunt ex Platone animam, ita, vt a materia minime pendeat. quod si a minori licet arguere, minus inquit videri cælestium spærahru animas tales formas esse posse, cum tamen tales esse defendi possint. Igitur id, quod maius inesse videtur, valentius defendi debere, id autem nobis persuadendi causam in quadam ex Plotino, atque Alexandro posita diuisione inueniri. Cum enim corpus tanquam animæ instrumentum perpenderit, possumus etiam ad illud, quod instrumento vtitur, animum conuertere, quod quidem duplici modo considerari accidit. Vel enim vt habitus, vel vt artifex, siquidem anima corpore vtens vt habitus sumi debeat, tunc inter Aristotelem, & Platonem apparentem contrarietatem contendunt. Secus fortasse, si vt Artifex anima sumeretur. Sed hæc quidem conciliatio duos conuenire nolentes trahit, immo vero repugnantes vnit, hoc autem in vtroq. ostendere vel facile libet, in Platone pri-

Alcibiadis locus perpenditur.

Platonicus in duas abiere sententias.

Veritas q. sententia impugnat.

Plotinus. Alexander.

ne primum, qui animorum migrationem apertissime asseruit, vt hac posita iam prauidicata sit vera secundum essentiam informationis sententia, vt quæ tales sese in propriam materiam insinuandi actus tales operationes, modos, formas, figuras, situs, quantitates, qualitates, dimensiones omnes prædicamentorum singulares modos omnes exigat, quales in alia materia reperire est impossibile, idq. præter quamquod Porphyrius in Prædicabilibus de Indiuidui conditionibus asseruerat, adhuc etiam Aristoteles ipse multo antea contra Platonem ex Pythagorica migratione ostenderat, & tunc præcipue, cum de informationis modo primo de anima inquirebat, quo loco, quod anima corpora varia subintret, ad Pythagoricas fabulas, nec id quidem sponte, sed forti ratione deludens retulit: at vero, quoniam migrationem magis Platoni, quam Pythagoræ, asseremus, audiant, quæso, qui Platonem cum Aristotele conciliant, eo quod, si daretur migratio, tunc corpus esset animæ instrumentum, hoc autem est primum, quod Aristoteli displicet, cum alioqui Platoni sit adeo placitum, vt quod maximum. Audiant deinde conciliantes Platonicus, qui intellectum tamquam habitum sumentes nihil inter illos philosophos dissidij remanere asserunt. Atqui Aristoteles intellectum ibidem tamquam habitum sumpit, & Pythagoreis obloqui voluit, cum ait, Similiter itaq. dicunt, atque si quis dicat Tectonicam in fistulas ingredi &c. vbi de arte loquitur. Artem autem, an habitum dixeris, quid interest? cum autem ab habitu artem separabunt, & eiusdem ab artifice distantiam explanabunt, alius tunc fortasse dabitur respondendi modus, atque locus. meminimus tamen, Aristotelem eo modo nolle animam esse habitum, atque artem. an autem entelechia illa forma modo, atque habitus perficiat, compleat, consumatque, inde patet. An etiam Aristoteles voluerit tamquam artificem, assistentemq. vniri animam corpori, an tamquam artem, aut alio quouis modo Platónico, ex eiusdem secundo de anima sit manifestum, dum septimo contextu non oportere dixit quævere, si vnum est anima & corpus, sicut neque ceram & figuram, neque omnino vniuscuiusque materiam, & id cuius materia. Vnum enim & esse, cum multipliciter dicatur, quod proprie est actus est. Modo conciliantem ipsum rogauerim, vt ad Platonicam conuertat animum. & quomodo corpore formato vtatur anima, & quo nã modo Simplicius non formantem, sed instrumentum iam plane formato vtentem eandem dixerit, & quæ sit illa vitæ umbra, & idolum, quod & si ab anima sinit, ab anima tamen, & in productione, & in conseruatione pendere, & denique dedecere diuinam rem, & immortalem, mortale corpus proxime informare. quæ numquam dixisset Simplicius, alioqui illos viros non modo conciliandi, sed vnum in doctrina faciendi cupidissimus, nisi sub artificis potius, quam artis nomine intellectum accipere placuisset.

Nunc ad vnionis modum accedamus. Cum autem innumeri sint, quos Alexander Aphrodiseus suo de Anima primo recenset, nobis tantum utile fuerit, vnum illum cognoscere, quo vtrum anima tamquam Gubernator in nauis sit, scire expedit. nam hic modus vel ille est, quo Plato vt videtur, vel illi adeo simile, vt, hoc excluso, nullo alio exemplo ad vnionem animæ declarandam vti debeat. Ceterum, si ita esse ponatur, multis Alexander in illum insurgit. primum quidem, si tamquam Gubernator in nauis existat, identidemq. de anima intelligas, tunc vel Gubernatoris loco artem sumas, & hoc sane modo ad id redit, quod cupimus; esse scilicet veluti habitum, & speciem in materia. ita enim inquit se habere habitus in his rebus, in quibus habitus esse noscuntur. Incorporei enim sunt, atque ab ijs rebus, in quibus sunt, inseparabiles habentur. Ex quo manifestum illorū errorem cernere possumus, quos paullo antea

Porphyrius in Prædic. Arist. primo de Anima tex. 53.

Arist. 2. de An. contex. 7.

Simplicius.

Animæ in compositionis modus. Alex. Aphrod. 1. de anima c. 3.

Alex. argumenta in assistentem informantis modum.

antea duos hac in re dissentientes philosophos concordare reddere tentasse retulimus. namque tum demum sibi rem ex voto cessisse putant, si animam pro habitu sumpserimus. at, quoniam, ut diximus, habitus idem, quod forma, est, quod nunc Alexander testatur, inde fit, ut nugas agant, cum ita concordare illos reddant, ut, si anima pro forma substantiali sumatur, idem dicat cum Aristotele Plato: quandoquidem Aristoteles nihil de sua sententia cedit, Plato multum de loco dimovebitur, & id fateri recusabit, quod modo sui Concilii auctores ipsi tribuunt. Addas etiam, implicare satis multum cum Alexandro, animam tamquam habitum sumere, & ipsam separabilem esse velle. quod tamen citra ullam distinctionem iisdem accepisse visi sunt, cum prius animam ita formam sumerent, ut a materia minime pendeat. Itaque, si ab Alexandro sumpserint, quemadmodum sumpsisse conciliationem fatentur, profecto magnus ille Peripateticus usque adeo recusabit, donec vel habitum inseparabilem secum fatebuntur, vel discordes suo consilio viros illos relinquunt. quod si ad idolum & imaginem antea dictam confugient, addam ipse Ficini verba, qui suae Theologiae libro decimo quinto *formas in corporibus nihil aliud esse dixit, nisi idearum imagines diuinarum, ut figuræ, quæ imprimuntur in cera, nihil aliud sunt, quam imagines sigilli aurei.* nec vidit Ficinus, & cum eo Platonici, quæ cum huiusmodi exempla sequuntur, animam cum Alexandro facere inseparabilem formam, vix idea incorruptibili remanente, si habitus est anima, vel sigilli in cera impressa figura, vel denique idolum, atque imago.

Sed nunc ad Alexandrum. At vero, inquit, si ita gubernatorem acceperis, ut eum, qui artem, & habitum habet, statim efficiatur, ut anima corpus sit, patere hoc inquit ex eo, quod gubernator absque corpore esse nequit. Amplius, fieret, ut, cum ad gubernationem accederet, in quodam subiecti loco permaneat, aliquamque corporis partem insideat: fiet & tertio, ut non vniuersum corpus animatum sit, neque simul iisdem affectionibus, sensibusque præditum. Amplius, violenter a suo insidente mouebitur, immo vero ab anima impelletur potius. Denique, suo libitu nunc animare posset, nunc sese abducens ab animandi munere ferari, & iterum in idem sese corpus insinuare, & nunc animatum, nunc anima casum diceretur corpus. quod si sentiens remanere dixeris, ad illud reuerteris, quod pro Platonis tutela negabas esse, scilicet in vno homine plures distinctasque animarum species: si vero potentia fuerint, cum tota discedente tunc anima aberunt, quo tempore, an illud corpus animal sit, an sit homo, quaererem. quod si neutrum fuerit, mirum certe, quomodo idem sanus & salua re, ut Aristotelis verbis utar, continget, neque hominem esse, neque animal. si vero vtrumque fuerit, non erit absens anima, quam modo tamquam assidentem positam, ut a suo, cui infederat, corpore abesse contingere posse dicebamus. Ceterum, cum hæc nos explanationis Alexandreae gratia addiderimus, non eam inseparabilitatem in rationali anima probamus: namque prosequitur ipse in hunc modum. *quanam inquit causa fuerit, ut, cum anima tamquam gubernator exisset, protinus immigret in corpus, quis nam ingressus, aut immigrationis modus, quæ causa illa est, ut simul cum corpore maneat anima? Prius etiam inquirere operæ pretium fuerit, quanam sit ipsius substantia, quæque natura. Amplius, si anima non ut artem gubernatoriam, sed ut gubernatorem in corpore constitueris, ipsam quoque ex materia & specie constare fateri cogaris. hæc autem species (inquit Alexander) erit anima, si ab eodem consequitur, ut sit anima, a quo consequitur ut gubernatrix sit. per speciem enim quæque res habet, ut sit id, quod est, a specie vero, non autem a materia, gubernator habet, ut gubernator sit.* Hactenus cum Alexandro. Cuius circa hæc cribrationes ad locum proprium remittimus. nunc enim

Ficinus Theol. l. 15. c. 2.

Incusatur

Alla Alexandri argumenta.

A in Platoniam opinionem hoc dictum sit, putes tamen hoc idem magna ex parte ab Aristotele prius dictum fuisse, quod ex libri secundi contextus principio, itemque ex alijs locis haberi clarissime poterit. quæ omnia diligenter pariter ac docte in Commentarijs suis de anima P. Toletus transtulit, atque perpendit. Sed & diuina quadam ingenij felicitate, si tamen Alexandrum non legerit, D. Thomas eadem diuinando retulit, secundo contra gentes, dum Platonis positionem de vnione animæ intellectiue ad corpus discutit, quæ quidem cum in Platonem directe ab eo dicta sint, propterea huc non importune transferenda compedio quodam duxi: Si inquit Anima esset in corpore, quemadmodum nauta in nauis, ita, ut illorum vnio virtutis contactu fiat, tunc ex ambobus vnum aliquod simpliciter minime fieret, immo vero neque ens simpliciter, sed per accidens potius modo ex animæ, & corporis vnione hominem fieri, & vnum quidem videmus, adeoque simpliciter non ens per accidens, quod si Plato respondebit, & solam animam dicit esse hominem, occurrit huic D. Thomas, Animal & hominem quædam sensibilia esse, atque item naturalia, hoc autem, nisi corpus & eius partes essent hominis, & animalis essentia, minime fieri posse. Amplius, eorum, quæ sunt, secundum esse diuersa, impossibile est vnam esse operationem, ex ea inquam parte, ex qua tamquam ab efficiente egreditur actio. atqui animæ, & corporis multæ sunt simul operationes communes, quæ, nisi vnum vere ex illis fiat, haberi minime possent. Adhuc, etiam, si ponamus sensitiuam nunc sentire, quandoquidem illa se habet ut agens, aliaque erit ipsius actio a corporis passione, habebit igitur operationem propriam, neque destructo corpore esse desinet. Itaque Anima ut sentiens est, erit & iam immortalis. ita mihi videtur exactius atque validius contra Platonem esse dicendum, ut de eadem rationali anima, tamquam vna in corpore humano posita sit, differamus; ne illis locus detur, qui plures esse negant, aut etiam Platoni, quocum videtur probari, vel sustineri posse, omnem animam esse immortalem. erit ergo maius incommodum ad Platonis aures, si, reiecta opinione de tribus animis tamquam immortalibus, potentiam sentientem actu etiam sentire, quo tempore corpus deseruerit, quod si ad vehicula confugient, non minus incommodo illo infestabuntur, & ad aliam cauendam opinionem transibunt, qua rationalem animam vel corpoream, vel non sine corpore caueamus.

Amplius inquit D. Thomas, cum mobile a suo motore speciem non sortiatur, sequitur, ut anima abeunte, corporis partes, atque totum eiusdem speciei remaneant, & caro, atque item os, neruus, & alia in eodem instrumentario, vel simili officio pergant sese exercere: cuius quidem positionis incommoda tamquam nota omnibus fatius tacenda duximus. nam & viuere posse corpus sine anima inde consequetur, & in animæ, atque corporis vnione nullam futuram generationem, neque in eorundem separatione corruptionem, & cum seipsum mouens quemadmodum Platonica est anima hæc præcipue consequi debeant, ut in eius sit potestate moueri, atque non moueri; itemque mouere, & non mouere. erit etiam in sua potestate, ut a corpore, & dum voluerit, aut quando noluerit, separaretur, vel maneat, adeoque cum hæc eadem sit Aphrodisiensis ratio, quam antea exponebamus, inde etiam eadem de migratione incommoda consequutura pronuncies.

Concludamus itaque, Animam formam esse corporis, illique immediate propterea vniri. Vnde non modo idola & imagines illas a Platonis somnias respicimus, verum etiam Auerrois pharasma, & aliorum spiritum corporalem a forme in materia propria vnione atque potestate remouemus. Sat enim est, agens inter illa ponere, quod octauo Metaphysicæ satis docuit Aristoteles, post efficiens autem, cuius virtute atque effectione forma & materia motiones in esse recipiunt, aliquod deinde cõcedi mediũ in mouendo nihil prohibet, & philosophi necessarium esse cõtendunt.

P. Toletus in Comm. de Anima quæst. propria. D. Thomas 2. contra Gentes cap. 56. & 57. 68. 90.

Secundum D. Tho. argumentum.

Tertium.

Quartum.

Disputationis conclusio. Idola, imagines & alia huiusmodi nomina excluduntur.

Rationalem  
animam ut im-  
mortalem fa-  
ciamus in quo  
formatum ge-  
nere colloca-  
bimus?

requiritur enim formæ, ut puta animæ potētia in corpore mouendo, quibus & spiritu iuuante mēbra moueat. quo modo autem, cū huiusmodi informationis modo, Animæ aternitatem tueri quis possit, etsi ad Peripat: deambulatores respondere non cogar, in Academia tamen adstantibus omnibus erit mihi nō difficilis respondendi facultas, Rationalem animam ex illarum formarum esse genere, ut, quoniam a materia originem non agnoscit suam substantiā, etsi non penitus separatam, at saltem separabilem habeat, etsi operationum in materia immersio suæ corruptionis suspicionem subindiceret, attamen, quia proprias habet citra materiæ labem operationes, hoc infimas formas omnes adeo superat, ut, dum illæ in materia ob sui conseruationem esse cupiunt, contra hæc ob materiæ perfectionem precario adsit, quam secundum omnes potētias informet. Sed hæc hæctenus.

## HÆRETICI.

Auerroes  
Themistius.  
Alexander.  
Iandunus.  
Achillius.  
Miradulanus.

Si Philosophos omnes, & quotquot sub Philosophicæ disputationis prætextu Rationalem animam formam esse negarunt, recensere vellem, satis putidam, ut aiunt, camarinam, neque sine odio mouerem. nam, ut multos Platonicos sileam, molestum etiam esset, illorum vel nomina in medium afferre, qui vel vnum Auerroem, aut Themistium, adde etiam Alexandrum, diuersis tamē positis intelligendi modis, imitati, sunt, eorumq. verbis religiosissime iurarunt, quales Iandunos, Achillios, Miradulanos in Auerroica prauitate quamuis physice velint intelligi pertinaces fuisse comperimus, ut mirer, non modo Philosophonum, qui modum quendam sibi confixit, verum e nostrorum numero melioris notæ virum quendam, dum secundo suo de Anima Commentario Aristotelem quasi errantem reprehendit, ut qui Animam rationalem hominis formam esse dixerit. sed hos missos facio, ut alios recenscam.

### Petrus Ioannis.

Prodiit hic Hæreticus Cælestini Tertij temporibus, Henrico sexto Cesare Germano Imperante, qui, cum multa hæretice asseruisset, secutus Ioachini Abbatis errores anno 1199. hoc primum asseruit, animam rationalem non esse formam corporis humani, non absolute quidem, sed in quantum rationalis est, quam fatetur formam esse corporis, non tamen sub hac ratione, qua rationalis est, propterea quod inquit per hanc rationem informare non possit.

## CAUTIONES.

Clemens Quintus de Sum. Trin. de fid. Cathol. In Concilio Viennensi.

Clemens.

Doctrinam omnem seu positionem temere asserentē, aut vertentē in dubiū, quod substantia animæ rationalis, seu intellectualis vere, ac perfecte humani corporis non sit forma, velut erroneā, ac veritati Catholicæ fidei inimicam, hoc sacro approbante Concilio reprobamus; definientes, ut cunctis nota sit fidei sincera veritas, ac præcludatur vniuersis erroribus aditus, ne subintrent: quod quisquis deinceps asserere, defendere, seu tenere pertinaciter præsumperit, quod anima rationalis, seu intellectiua non sit forma corporis humani, per se, & essentialiter, tamquam Hæreticus sit censendus.

FINIS OCTAVI LIBRI.

# ANIMAM SOLAM NON ESSE HOMINEM DISPUTATIONVM IN PLATONEM ATQVE CAUTIONVM DISTRIBUTIONIS SECVNDÆ LIBER NONVS.



## Cautionis Leges

Genesis 2.


Formavit Deus hominem de limo terra, & inspiravit in eum spiraculum vite, & factus est homo in animam viventem.

Hæreses ex { Auctore operis imperfecti }  
                  { Georgio Veneto }     *Infra deprehendes*  
                  { Tatiano Assyrio }

{ Pontifices }  
                  { Concilia }     *Ad cautionem de forma hominis pertinebunt*

Patres { Athenagoram }  
          { Tertullianum }     *Suo loco videbis*  
          { Gregorium Nazianzenum }  
          { Gregorium Nyfenum }  
          { Aencam Gazæum }

Theologos { D. Thomam }



# A N I M A M S O L A M

NON ESSE Hominem  
IN PLATONEM

Quæstio, & Cautio.



LIBER NONVS.

PLATO.

**D** VOD in eundem Philosophum præsentem Cautionem parem, frustra me id facturum quispiam existimabit, propterea quod illam multis non ingratis fuisse videant. nam homo interior in scripturis sacris inuenimus, immo etiam, si secus, atque Plato intelligat, acceperimus, non desunt, qui cum Platone eundem esse confirmant. sed præstat nunc Platonis mentem asserere; deinde vero, quid alij velint, & an recte cum ipso consentiant, inuestigare. res autem ex Alcibiade primo in præptu est, quo loco, naturam hominis exploraturus, quatenus scilicet ad ea, quæ in humanis contingere officijs cognoscere necesse est, postquam de vitijs satis, puta de ignorantia, negligentia, arrogantia, & illorum diuisione a principio Dialogi differuit, & quam pestem perniciemq. eorum singula hominum animis inferant. cumq. etiam non satis visus esset bene agendi, & modos, & normam ex vitijs ostendisse, nisi ipse rectæ actionis initia demonstraret, duobus potissimum illa concludere voluit, nempe illam ignorantiam adhibere, non qua existimes nosse, quæ nescias, sed qua deprehendas te & rudem esse & peritorum, sapientiumq. auditione posse proficere. alterum est, ut, quod tanti auxilij palmam acceperis, illi primum acceptum feras, unde pietas, & bene viuendi ratio ad nos accedit: hæc enim ex ipso, ut puta Dei cognitione orta perscitur, & ab eo tamquam a fonte in nos derivatur: quod vero ad res nostras attinet, illud addidit, ut ostenderet, aliud esse nos ipsos, *aliud*

Homo interior etiam apud sacras litteras.

Alcibiades primus. Quæ sequitur verba, sparsa sunt, interpositis in Dialogo personis, quæ partem ex parte a principio Dialogi continent vsque ad column. 230.

alind res nostras, aliud, quod ad res nostras attinet; itemq. & is, qui utitur, & id, quo ille utitur. Nos quidem ipsi, scilicet homo est inquit anima rationalis mentis particeps, corpore utens, itaque corpus res nostra est. Quæ vero post corpus satagimus, ad corpus pertinent. in quo quidem fermone, cum prius proposuisset, quid sit sui ipsius curam gerere, & mox infra quæserit, quam arte nostri curam gerere possimus, respondebat, mox infra id fieri, non qua rerum nostrarum quamlibet curamus, sed qua nos ipsos. Non enim nouerimus, equeenam ars ipsum hominem efficiat meliorem. si nos ipsos, quidam simus, ignoremus docet autem mox sequentibus verbis, non esse facile cognoscere nos ipsos, ex illius tamen cognitione pendere nostri curam, sed illud a Deo pendere inquit sub ipsis uerbis dicitur, id est ipsum per se. quamdiu autem illud ignorauerimus, fieri non posse, ut nos ipsos cognoscamus. Sed, cum is, qui utitur, & id, quo ille utitur, diuersum quippiam sit, ut infra inquit, cumq. toto corpore utatur homo, ut paullo inferius asserit, aliud nimirum est is, qui utitur, & id, quo quis utitur, atque adeo aliud quippiam est homo a suo corpore, eritq. homo id, quod utitur corpore. Sed id, quod utitur corpore, est animus, igitur animus erit homo. Pergit insuper ibidem dicere hominem esse unum quoddam ex his tribus, scilicet aut animum, aut corpus, aut hoc unum totum ex utrisque compositum: dictumq. fuerat, illud, quod imperat corpori, hominem esse, corpusq. non imperare sibi, neque item compositum imperare sibi, quia, si singula partes non imperant, neque simul iuncta. quandoquidem igitur neque corpus, neque utrumq. simul homo est, relinquitur horum alterum, uel nihil ipsum esse, uel si aliquid est, nihil aliud esse hominem, quam animam. Quibus tandem addit, qui igitur iubet, ut se unusquisque nostrum norit, illud nimirum iubet, ut animum suum norit: quicumque uero ea, quæ ad corpus pertinent, cognoscit, ea quidem, quæ sua sunt, cognoscit, non uero se ipsum. Hæc passim ex illis locis Alcibiadis collecta a me sunt; posthabitis Dialogi personis, quæ partim se ipsis interpositis, partim superuacaneorum exemplorum multitudine fastidium mouere poterant.

Est & alter locus in Epinomide, ubi animum, & corpus duo quædam esse inquit, & in utrumque multa accidere, eaque ab alijs genere quodam suo differre, & utraque genera a se inuicem esse diuersa, adeo, ut nihil tertium sit utrique commune. Duodecimo autem Legum clarius loquitur, & ad rem, qua de agimus, opportunius, ubi de sepulcrorum locis, & de ratione, modoq. illorum constituendorum hæc inferit. Credendum porro est legislatori, cum in alijs rebus, tum uero maxime cum ait, animum a corpore omnino differre, neque alterius cuiusq. uel beneficio contingere, quod simus, quam animi efficacia, corpus uero tanquam imaginarium quoddam nos sequi, ut quidem mortuorum cadauera corporis simulacra recte appellentur, ac re uera unumquemque nostrum animum immortalem esse, eumq. ad Deos alios proficisci, rationem uitæ redditurum, quemadmodum lex patria docet, mortem uero bono presenti animo aduendam, improbo contra, trepido, & anxio, ipsi nimirum mortuo non maxima auxilia, adiumenta q. relinqui pro eo, quod, dum esset superstes, consentaneum erat, & ita usus postulabat, ut omnes cognati, atque consanguinei auxilium ferrent, ut quam iustissime, & religiosissime uiuerent, & mortuus eas penas effugeret, quæ sceleratos manet. quæ cum ita se habeant, non sane eam rem negligere debemus, quæ nobis peculiaris, & propria est, quasi arbitremur hanc carnis molem, quæ sepelitur, nostrum illum esse, cum ille filius, aut frater, aut quis alius, quem, dum sepelimus, desideramus, hinc alio fato suo impleto commigravit. Hæc in Platone, quem quidem tanquam delicias in hoc sermone præferentē plusquam in ceteris amplexati sunt Academici, quibus euanescenti ania ab Antesignano præbita usque adeo est, ut illorum alij sententiam mordicus affirmarent, dicerentque, hominem re uera esse ipsum animum, essentia a corpore

idem ibidem 127. B. idem ibidem 128. D.

idem ibidem 129. A. B.

idem ibidem 130. A.

Epinomis 98. D.

Legum XII. 919.

Academicos eadem cum Platone sentire.

A corpore segregatum, in quo quidquid est pulchrum, esse & bonū, etiam si inde corporis sequatur incommodum: corpus enim non partem esse hominis, sed instrumentum, & instrumenti malum ad utentem minime pertinere. ita Proclus in Alcibiade primo. alij uero, ut Plotinus, cum non semel idem confirmasset, ut Enneadis quartæ libro septimo, & Enneadis sextæ libro septimo, addidit insuper, quod, si homo esset animal rationale, cum anima constet corpore, & anima, fieri non posse, ut ipse substantia sempiterna diceretur. tunc enim solum rationem esse, cum anima, & corpus congregiuntur. porro his non contentus idem Plotinus Triplicem fecit hominem, quorum primus idealis esset, alter sola diceretur anima, sed & tertium hominem quasi non hominem esse uoluit, scilicet animal compositum ex corpore nostro simul, ac uita quadam huic infusa ab anima præcedente, in qua sensus efficacior esset. horum autem omnium sententiã adeo Marsilio Ficino placuisse uidemus, ut ipsam plusquam sexcentis in locis amplexaretur, ampliorq. redderet, adderetque etiam quartum, ut ueluti in pictura hominem & hominis umbram corpus esse diceret, & qui ei se dederet Narcissum appellaret.

Ceterum, ut obiter quædam huc reuocem, ex ijs, quæ in ipsum alibi parata sunt, etsi induci non possum, ut patiar uirum Christianæ Theologiæ alioqui defensorem acerrimam horum gentilium castigationem infundisse, quem tamen nouerim Ecclesiæ ueritatem minime latuisse, quæ iubeat hominem non idealem illum minus etiam animam esse, quam quidem non speciem sed partem speciei appellari iubet, cuius causa, ut ceteras omittam, resurrectio futura creditur: ut igitur silentio hæc inuoluam, miror, inquam, qui fieri potuit, ut, cum Platonis conuiuium dilucidaret, hominem uerum, & ideam hominis idem esse dixerit, & hominem in terris a Deo separatam non uerum esse affirmauerit. Cum tamen in Ploti Enneade quarta, *Hominem non solum tanquam mundi partem fataliter agentem, & patientem multa docuerit, sed etiam substantiam habentem propriam, naturaliter quidem partim superioribus, partim inferioribus cognatam, & libero motu potentem affectionem, & habitum inuicem, tam cum superioribus, quam cum inferioribus congruentem.* Quæ cū asserat Ficinus, sua sibi ita opponit, ut, si hominis substantia sit ex inferiori, & superiori cognata, certe nõ tota in idea reperietur: si uero totus in idea saluabitur, frustra de duplici substantia hominem faciente locutus est. Sūt enim ij duo dicēdi modi longe inter se distātes, hominis quidditatem materiam tanquam partem sui continere, atque illam eandem non solum a forma remouere, uerum etiam ad ideam tum formam, tum etiã quidditatem referre, in quo simul Peripateticam, & Christianam deseruit (puto lu- dendi cum Platonicis causa) ueriores doctrinam, sed nescio quo impellente hæc alibi alioqui apponenda modo hic sint a me dicta. definam igitur, & ad ad Platonem tantum me conferam, quo cum solo mihi rem futuram non semel dixisse memini.

E Addam alium locum, sed cum Philopono Aristotelem etiam, qui primo de anima tribuit Platoni fecisse ex elementis animam, eo quod simile simili cognoscatur, rem autem ex principijs esse, quo loco Philoponus reuocat quinque illa genera, ex quibus componantur omnia, iuxta Platonis placita. Sunt autem substantia, identitas, diuersitas, motus, & status, & ex ijs animam constare, quippe cum cognoscat omnia, simile autē simili cognoscatur, anima erit ex omnibus. Sed idem Philoponus, cum septuagesimum septimum textum eiusdem primi de anima exponeret, cum de Empedocle loqueretur, ita inquit: *Quare, si animam ipsam cognoscere oportet, opus esse etiam, ut ipsarum compositionum rationes habeat, quibus quidem si carueris non ipsa cognoscere poteris.* Quamobrem in Timæo Platoni

Proclus in Alcibiade. Plotinus. l. 7. en. 4. c. 1. Idem l. 7. en. 6. c. 4.

Idem. Ibidem c. 5. Homo triplex Plotino.

Marsilius Fic.

Epist. l. 1. Plotini, atque Ficini breuis impugnatio.

Conuulsiu.

Ficinus quæ sibi opponat.

In quo offendat Ficinus.

Arist. de Ani. Tex. 26. Philoponus ibid.

Genera quinque ex quibus omnia componuntur.

Philop. super Tex. 77. 1. de Ani.

non satis fuit ex elementis animam facere, sed eius etiam compositionem per numeros harmonicos facit. quod si elementa, ex quibus res in anima sunt, & rationes compositorum, per quas componitur, necesse rursus est, omnes res esse animam. nam, si elementa hominis in anima sunt, & horum compositionis rationes, id sequitur, quod homo anima sit. Hac Philoponus ex Platonis sententia, & subtili certi indagazione deprompsit.

Disertum Platonis discussio. Num in anima sint elementorum rationes.

Posterioris rationes quomodo sint in eo quod prius sit.

Animam videri esse Animal ex Plat.

Alcibiadis locus discutitur.

Ut vero in ijs locis examinandis, atque discutiendis ab ultimo exordiar, si elementa hominis in anima sint, quapropter homo anima esse dicatur, tantum aberit, ut propositum in Alcibiade assequatur Plato, ut sibi nihil quidquam pugnantius dicere possit. profecto elementa ipsa substantia sunt, quorum rationes in anima, nescio tamen quo nam modo, indere possit, sed tamen indit, sprete utcumque animae antiquitate, qua corpus omne etiam caelum ipsum ipso asferente praeter ut nulla posterioris ratio in eo, quod prius est, reperiri possit, nisi ab effectiva, & ideali a priori in posterius imprimatur. modo elementa priora sunt, & in animae compositum veniunt, cuius illa sunt partes nullo certe modo rationes. nec quaero nunc, ut inde ipsius corruptionem arguam, sed ut praedicationem quandam mihi efformem, etsi possem quid quid est ipsius animae reddam. quoniam autem, quod pueris puto esse notissimum, in eo, quod quid est, habendo materiae loco genus semper ponitur, cum elementa substantia sunt, erit anima ipsa substantia, sed tamen elementaris animata vel ex elementis, si ipsa animata sint, vel aliunde, cum autem substantia talis, aut sensibilis sit, aut intelligibilis, nec possit hoc esse, cuius naturam elementa abhorreant, erit ergo illud, perinde ac si dicerem, animam esse substantiam, quia est elementa, animata, quia anima, sensibilis quia ex elementis est, quid confusius: haec autem tria simul animali aequivalent: igitur anima erit animal, & illud quidem, quod est substantia animata sensitiva, non ergo verum erit dicere, animam esse hominem, ne praedicatio falsa fiat, nisi ita dixeris, ut anima sit animal, quod est homo rationalis: vnde clare colligas, animam esse animal, & si etiam sit animal, quod sit homo, intelliges totum compositum tanquam sui partem essentialem, haud vero tanquam rem suam, quemadmodum in Alcibiade concludere videbatur Plato.

Verum, ut ad Alcibiadem reuertar, & secum suo modo loquar, ad illud venio, cum dicitur, hominem non esse corpus, si quidem dandam esse partem, quem imperat. at corpus non imperare inquit. & uere. Verum, cum negat hominem esse compositum, eo quod non imperat, aliquid sibi aduersi concitat, tunc potissimum, cum inquit, propterea compositum non imperat, quia partes non imperant. quod nulla ratione effici potest, inquit ipse, ut utrumque imperet simul. cuius rei gratia ab ipso quaero, quid erant illa duo? dicit, unum esse corpus: alterum vero quid esse intelligebat? an animam? igitur neque anima imperat, contra quam ipse cupiebat. collimabat autem ad illud, ut animam solam hominem esse probaret. si enim coniuncta non imperat, quia separata non imperabat, igitur anima sola minime imperabat, & eadem ipsius consecutione, neque coniuncta, quamobrem anima nullo modo fuerit homo, eo quod illa corpori imperat. & praeterquam quod extraneus videtur iste probandi modus, adhuc etiam haud recta est omnino consecutio, qua inferebatur separatam non imperare animam, ergo neque coniunctam. hoc enim modo miscibilium omnium virtutes, negarentur, quorum vis singulorum seorsum sumpta nihil tale efficere valebat, quale dum ad compositionem venit, efficere visa est. sed quid etiam dicit ad ea, quae de quantitatis virtute afferri solent, an solus vnus dies ceteris additus annum minime claudet, propterea quod solus id efficere nequeat? an centum homines simul sumpti propterea nauim non trahent, quia illam separati

A rati mouere non poterat? omnino autem operationes suppositorum esse, ipsamet natura, non modo Aristoteles docet.

Nunc vero propius ad prioris argumentationis modum accedamus, ut, si fieri possit, hominem non animam solam, sed totum esse compositum necessario ostendamus. primum quidem, dum ad vltiora transeo, illud ex Timaeo considerandum propono, quo dicitur, animos corporibus necessario fuisse insertos, ut, quae fuerit illa necessitas, aliquantulum inspiciant, an adhuc aliquid complementi futuro homini accedat, cuius gratia tot sudores descensurus animus patiebatur? nam ibidem inspicias essentiales quasdam compositi esse operationes, & quamuis hoc, vel illo corpore carebit anima, numquam tamen extra

Altera argumentatio, probans hominem totum esse compositum. Timaeus 42. B. C.

B corpus omnino esse, apud Platonem, probatum est satis, ni fallor, proprio loco, quo igitur tempore dabit mihi Plato solam animam, tunc veras hominis operationes ab ipso exposcam, vnde hominem solam animam esse comprehendam? interim addam ex eodem Timaeo, animum a Deo in corpore fuisse inclusum, intelligentiam vero in animo, cuius causam si ex Platone requiras, eam esse respondebit. Iouem sic ratum opus illud esse pulcherrimum. sed, si Deus optimus est, & ad ipsius bonitatem pulcherrima fecisse pertinuit, eodem impulsu animos corporibus ab eo fuisse insertos dicam, quo & intelligentia animis inserere voluerit, atqui fieri non potest, ut animam illud esse dicamus, quod sola intelligentia est: si quidem intellectio, & res intelligens praeterquam in Deo

Platonem nusquam animae solius operatione dare potuisse. Timaeus 3. B. Anima quare in corpore sit inclusa Plat.

C nulli vnum sunt, quod nunc satis est; de quo alibi satis a nobis dictum esse meminimus. igitur & de humano composito identidem intelligendum est, ut homo non sola sit anima, sed anima tale quid sit in homine, qua & homo vere dicitur homo: & quemadmodum tota anima quamuis tribus potentijs consistat, dum sola intelligens consideratur, non ob id reliquae potentiae ab animae appellatione excluduntur, cum satis sit illa pars, qua, ut inquit Aristoteles, homo intelligit, atque sapit, ita, quamuis per animam homo est, hoc ipsum, quod hominem esse dicimus, tamen ad integram hominis potentiam totum animal ita concurrere dicimus, ut, si corporea desit, atque sensibilis pars, homo etiam esse desinat. cuius praedicationem sola pars numquam obtinebit, nisi secundum

Intellectio intelligens & res intellecta non semper vnum.

D nominis dignitatem quandam quo etiam nomine plerisque sanctis viris immo etiam D. Paulum accepisse infra videbimus.

Animam esse hominem quomodo intelligatur. etiam a D. Paulo. Art. 10. Ethicorum.

Sunt, qui dicant, Aristotelem decimo Ethicorum duplicis huius hominis meminisse, cum duorum vitae generum meminerit, nempe compositi quod ad mortalem pertinet, & animi, quod solius mentis est, quemadmodum Michael Ephesius, siue Eustratius ibidem exponit. Sed ad priorem sermonem redeo, ut, si fieri possit, ex magis proprijs arguam. Deus animal est Platoni, non autem sola anima, igitur homo animal est non anima. si enim quod minus videtur inesse, & quod magis, illud autem probatur ex definitione Dei, quam in definitionibus siue Platonis siue Speusippi ex sorore Nepotis auctoritate, cum ait Deum esse animal sempiternum. ita enim textus Graecus habet: θεός ζῷον ἀσείνητον ἄσπερτον ἀεὶ ἐν δαίμονίᾳ. hoc est Deus animal sempiternum se ipso contentum ad

Eustratius ibidem. Tertia in Plat. argumentatio. Deum esse Animal Plat. Speusippus in definitionibus. Animal quid Platoni? Euthydemus 102. A.

felicitatem quid autem sit animal apud Platonem, cognoscere non est difficile. nam in Euthydemo haec habet: τὸ δὲ ζῷον (ἔφη) ἐστὶν τὰ καλὰ ἀπὸ φύσιν ἔχει: hoc est, quid vero animalia dicis? nonne illa, quae animam habent? & in eadem columna licet loquatur Dionysiodorus Sophista, cauillum tamen alio trahit. fatentur autem haec ex communi consensu ceteri interlocutores, vnde paullo inferius haec habentur: Nonne hoc modo dixerunt animalia: dedisti enim, quacumque animam haberent esse animalia, an vero hi Dij non habent animam, habent inquam, nonne igitur sunt etiam animalia, sunt inquam, ex ijs satis, ut arbitrator, patet Deos esse animalia.

*malia*, quos multis in locis suorum operum tali dignatus est nomine, etiam si cælos, aut sidera intelligat, nec modo a Platone aliud quæram, nisi ut propria in disputationibus reddat responsum, cum de eo, quod quid est, interrogatur, nec tantopere in Alcibiade laboret, hominem esse animam, ostendere, si nihil curat, an Dij animalia sint, determinare. Constat, enim si essentia rationem in compositis inquirimus, hominem potius dici animal, quam Deum, eo quod, quæ partes animal constituunt, essentielles illi potius quam huic inexistunt: & si, ut Peripatetice loquamur, vera quidditas forma sit, attamen in naturalibus materia ipsa, unde genus sumitur, pars est quidditatis, ut si absit definitæ rei essentia, nunquã satis, immo vero imperfecte explicata fuisse videatur. nec decebat nos in Timæo detinere, cum cælum, & sidera animalia appel-

Perfecta quidditas unde sumatur.

Timæus 39.D:

lauerit, & omne quod sentitur animal vocauerit, cum inquit, *has igitur ob causas & hunc in modum nata astræ sunt, quæ per cælum incantia, Solstitialis & brumalis conuersionis fines, & terminos haberent, ut hoc omne animal, quod sentimus, ad eternitatis imitationem esset simillimum.* Quod si hoc omne animal, siue mundus totus, siue animalia singula sint, animali, quod intelligentiæ percipitur, simillima, idea si scilicet declaranda fuerat similitudo, & horum ad ideam illam, aut illius ad hæc consensus, qui citra compositionem stare minime poterit, atque adeo, ut illud simplex intelligi non possit, hæc vero re vera simplicia non sint. Sane, si quando Platonis verba subtilius rimari minime cordi est, libeat saltem celestis animal intueri, quod quidem vnum inuenies ex illis quattuor, quæ in Timæo genita videntur. *Sed quoniam inquit in Timæo nondum omnia animalia hic mundus intra suum ambitum continebat, ex ea parte deficiebat ad propositum exemplar imaginis similitudo, idcirco id, quod deerat, effingebat Deus ad secundam quandam primi exemplaris imitationem, illius naturam exprimens. Quot igitur, & quales animalium formas mens in speciem rerum intuens, sempiternum videlicet illud, & perfectum animal poterat cernere, totidem, & tales in hoc mundo secum excogitavit effingere, certisq. rationibus, & ita ligare, & ita conflare.* En ex Platone mentis diuinæ studium in his animalibus fuisse, ut exprimeret, quot, & quales, tot, & tales, & ita ligasse, atque conflare, quæ omnia & compositionem, & animalis naturam inferunt:

Timæus 39.E:

postea vero, ut de alijs tribus animalium generibus taceam, ita subdit. *Erant autem animalium genera quattuor, vnum diuinum, atque celeste. cum vero reliqua tria enumerasset, rursus ad primum reuertitur, dicens, diuina illius & celestis animalis maxime speciem faciebat ex igne, ita, ut splendidissimus esset, & aspectu pulcherrimus.* Habes igitur cæli tamquam animalis constitutionem, a quo, si animalis naturam, & (ut logice loquar) prædicationem non negat, cur ab homine illud negare possit, non video. nec mihi quispiam suadeat, posse quidem de homine animam prædicari, animal vero minime, nam, præter dialecticam falsitatem, atque reprehensionem, incurreret etiam, ut homo tamquã simplex quoddam, atque etiam celestibus omnibus simplicius a Platone haberetur. Secus ignoro, unde Platoni subijt, ut celestium naturam inuidus ex sui sententia deprimeret, & animale compositionem ipsis tribueret, contra vero hominem simplici cuidam naturæ assereret, ut hunc animam solam, illa vero animalia appellaret.

Timæus 40.A:

Nisi tamẽ, sui memor, hominem partim corpus, partim etiam animã dixisset in Phædone, & animal esse in Sophista, & septimo de Legibus Dialogo, atque mansuetũ ostendit: sed primo eiusdem Dialogo miraculum animalium diuinorum appellauit hominem, fortasse, ne animalia illa, non animal effecisse videretur. puto etiam Platonem in vniuoco voluisse comparationem facere, cum decimo eiusdem de Legibus Dialogo hominem omnium animalium religiosissimum

Phædo. Sophista 7. de Legibus 1. de Leg.

X. de Leg.

**A** ffirmum esse dixerit, siue Dijs ipsum æquauerit siue brutis antetulerit. memini etiam me legisse, Platonem olim in Academia desinentem hominem esse Animal sine pennis, bipedem, latis vnguibus, a Diogene fuisse derisum, quippe qui talia dicenti gallum proiecit implumem: En, inquit, Platonis hominem? nisi forsitan suus Speusippus illud postmodum addiderit, ut solum ex animantibus scientiæ rerum faciat esse participẽ. & si Aristotelis est de philosophia Aegyptiorum commentarius, ne quidem hac in re a Speusippo quamuis inimico dissentiat: ait enim ibi, Hominem verum esse animal rationale, & animal ibi pro vita poni, quæ absque anima infundente non insit, totumq. hominem diuidi in corpus, & animam, quæ forma est. formam appellat animam: de quo cum Theologis propria Cautione videbimus. nunc autem, ad rem redeuntes, dicimus, præstitisse etiam, cum de celestibus loqueretur, illa ad simplicem naturam retulisse, & illa verius, aut minus falsa animam esse dixisse, ne quid igneum semper ipsis adnexum intelligamus magis, quam hominem inter simplices naturas recensere. quorum hoc liberaliter nimis, illud vero inuide facit Plato. si vero, quod negari non potest, homo animal est, animal autem compositum quoddam est ex corpore & anima, concludentes dicimus, hominem & compositum esse, haud vero animam. quin etiam nullum vnuquam dari tempus, nullum vsquam locum, in quo solam animam secluso corpore tantam sibi dignitatem arrogare posse existimemus. dictum est enim proprio loco, animam vel corpus esse, vel saltem æthereo vehiculo numquam carere, iuxta Plat. doctrinam. nunc vero addimus, nos timere, ne, si ad cælum pura conscenderit, dignior sit Dijs omnibus, (quippe nullo sibi extraneo illam concomitante) quod tamen celestibus, ut puta animalibus felici forte contingere non potuit. quando igitur Platoni euenire poterit, ut hominem solam animam appelleret, quam numquam natura corporalis deseruit? cuius etiam corporalis naturæ prædicatione celestibus ipsis, immo vero summo alicui Deo minime pepercit? Unde etiam suppetit Platoni, ut dialecticas regulas cum Dijs adeo religiose obseruaret, & in eorum definitione animal fumeret Deorum alioqui naturæ extraneum valde, cum homine vero negligenter adeo, nisi fortasse nimis delicatus videri voluit. Sane definitionis partes definiti ipsius essentiam recipere decet, neque ea, quæ sunt ex accidenti, sibi adnectere. auferat igitur a Dijs extranea, nec demat interna homini, & ea, quæ per se maxime sibi inesse vera Dialectica schola fatetur: aut, si animalis nomen æquiuocum sibi fuisse videbatur, distinguendum ab eo tantisper fuerat, ne in maximam illam idealem animalis, atque huius corruptibilis æquiuocationem incidere.

Data ex Platone hominis definitio a Diogene irridetur.

Homini definitio veteris ex Speusippo. Aegyptiorum Philos. l. 1. c. 4

Quæ sequetur, si anima in cælis esset in corpore.

Definitionis partes quæ decet?

**B** quo cum Theologis propria Cautione videbimus. nunc autem, ad rem redeuntes, dicimus, præstitisse etiam, cum de celestibus loqueretur, illa ad simplicem naturam retulisse, & illa verius, aut minus falsa animam esse dixisse, ne quid igneum semper ipsis adnexum intelligamus magis, quam hominem inter simplices naturas recensere. quorum hoc liberaliter nimis, illud vero inuide facit Plato. si vero, quod negari non potest, homo animal est, animal autem compositum quoddam est ex corpore & anima, concludentes dicimus, hominem & compositum esse, haud vero animam. quin etiam nullum vnuquam dari tempus, nullum vsquam locum, in quo solam animam secluso corpore tantam sibi dignitatem arrogare posse existimemus. dictum est enim proprio loco, animam vel corpus esse, vel saltem æthereo vehiculo numquam carere, iuxta Plat. doctrinam. nunc vero addimus, nos timere, ne, si ad cælum pura conscenderit, dignior sit Dijs omnibus, (quippe nullo sibi extraneo illam concomitante) quod tamen celestibus, ut puta animalibus felici forte contingere non potuit. quando igitur Platoni euenire poterit, ut hominem solam animam appelleret, quam numquam natura corporalis deseruit? cuius etiam corporalis naturæ prædicatione celestibus ipsis, immo vero summo alicui Deo minime pepercit? Unde etiam suppetit Platoni, ut dialecticas regulas cum Dijs adeo religiose obseruaret, & in eorum definitione animal fumeret Deorum alioqui naturæ extraneum valde, cum homine vero negligenter adeo, nisi fortasse nimis delicatus videri voluit. Sane definitionis partes definiti ipsius essentiam recipere decet, neque ea, quæ sunt ex accidenti, sibi adnectere. auferat igitur a Dijs extranea, nec demat interna homini, & ea, quæ per se maxime sibi inesse vera Dialectica schola fatetur: aut, si animalis nomen æquiuocum sibi fuisse videbatur, distinguendum ab eo tantisper fuerat, ne in maximam illam idealem animalis, atque huius corruptibilis æquiuocationem incidere.

**C** Sed, ne in illos sapientiæ thesauros manus iniiciã, quos in Platonem Aristoteles septimo Metaphysices aperuit, ad eum disputationis modum me referã, quem mihi ab initio tenendum proposueram, & Platoni Platonem semper cõferam. vidit enim hic animalis compositam esse naturam, cui etiam æquiuocatio parum curæ fuit: quando quidem in Epinomide, cum Deum inuestigare aggreditur, animi nostri naturam & vniuersi creationem, cuius ad hominem, hominis vero ad Deum catena ostenditur, & cum statim, quid sit anima, ostendere vult, ita loquitur Atheniensis: *Age igitur boecine animal verissime dici secundum naturam affirmamus, cum vna animi, & corporis constitutio ita in vnum conuenit, atque coalescit, ut vnam pariat formam.* Mox deinde, adductis partibus, ex quibus constet anima, quoniam scilicet ex corpore, & anima colligit corpora quinque, ex quibus animalia formari possunt, quæ tandem paulo inferius enumerans, *ignem inquit, aquam, tertium aerem, mox terram, quintum æther,* & e singulis illorum corporis primariis virtutibus multa, & varia effici animalia, quæ singularium colligenda

Animalis compositam esse naturam, Plat.

Epinomis 981. A. B.

Animalium genera, ex Epinomide.

colligenda esse iubet Atheniensis. enim uero, primum enumerans, *terrenum* a-  
ferit, quo quidem nomine cunctos homines complecti potissimum ipse velit  
animalia: deinde multipeda, pedibusque carentia, & gressibilia, & ea, quæ stant,  
& radicibus firmantur, enumerat: vnum autem id in ipso sci licet tali animali  
censendum esse, ut, quamuis omnia ex his quattuor generibus constent, pluri-  
mum tamen in hoc terræ, gelidæq. naturæ insit. *Alterum animalium genus ponend-  
um, quod etiam gignitur, & cerni potest, & igne & naturæ plurimum habet, quamuis &  
terra, & aeris, & ceterorum elementorum particulas habeat, iccirco multiplicia ex istis  
animantia, & conspicabilia nasci constituendum esse, ex quibus esse omnia existimadum,  
quæ cælo continentur, diuinum quidem astrorum genus corpore pulcherrimo, animoque  
beatissimo, & optimo constitutum, his nimirum animantibus e duabus sortibus alteram* B  
*tribuendam arbitramur: aut enim interitus expertia, & immortalia plane sunt singula,  
atque necessario diuina, aut longæ uiam vitam agunt, qua unicuique sit satis, ut nulla diu-  
turniore uita opus habeant. Hæc nimirum duo esse animalium genera consideremus. ve-  
rum enim affirmamus utraq. esse conspicabilia, quorum alterum ex igne totum, ex ter-  
ra alterum uideatur, sed terrenum quidem absque ullo ordine, igneum uero certa ordinis*  
ratione moueri. Hæc quidem, & pluribus uerbis Plato, unde etiam plura ob alias  
occasiones colligi possent, quibus suo tempore utendum censemus. nunc uero  
animalis multiplicem uocem, atque diuisiones memoria repetendas mone-  
mus, & quemadmodum, vno animalium genere posito, tamē non minus, quam  
tria, immo uero quattuor apud eundem reperire licebit. namq. datur illi idea C  
le animal, quod certe simplex est. igitur ab eo, quod in homine, ceterisq. animā-  
tibus inest, cum compositum hoc sit, longe distabit. homo autem, ex eiusdem  
sententia, quamuis animal sit, sola tamen est anima. igitur animalis nomen ipsis  
& bruto æquiuocum est, quippe quorum non est rationis, sed nominis animalis  
participatio. His adde, bruta penitus mortalia esse. atqui ex Philosophorū sen-  
tentia æterno & corruptibili nihil commune. nihil igitur inter hoc animam, &  
illud quod cælestibus inest corporibus commune, saltem uiuocum quidquam  
intercedit. ut si eam nunc, quid esset dicendum, si Deus sit animal, & quodnā,  
& in quo genere collocari debeat, an cum eo, quod de cælo, atque de stellis di-  
citur, commune quidquam habeat, an etiam cum hominis animali, aut etiam D  
cum eo, quod in brutis inest, quod si plantas animalia fecisse nequaquam spre-  
uerit, quemadmodum etiam Theodoretus in eodem Platone animaduertit, ut  
debris, quemadmodum ea, quæ plusquam genere differunt, sub eadem tamen  
animalis natura a Platone collocentur. quæ si uere Platoni tribui non possunt,  
& Deus, cum animal sit, superiorem tamen naturam agnoscat, & cælestia di-  
uersam quandam animalis rationem participabunt, & plantas item aliam, præ-  
terea etiam aliam bruta omnia, solus tamen homo ipsi Platoni anima sola fue-  
rit, atque ita, ut vel animal non sit, & cælestium prædicationem respuat, vel, si  
animal sit, quintam quandam animalis significationem sub animæ nomine tā-  
tum somniet: & cum adeo latam distenderit animalium diuisionem, nescio ta- E  
men qua breuiore diligentia tactus, in Politico dixerit, *duo esse animalium gene-  
ra, unum hominum, alterum uero aliorum omnium brutorum simul unum.* nisi fortasse  
dixeris aliud agere ibi, quam ut perfectas diuisiones explicare procurat. Ve-  
rum ita respondenti dixerim, nullum locum æque opportuniorem fuisse, ac il-  
lum, ubi Dialecticum agit, & de partis, & speciei differentia uerba facit, & alia  
pleraque continet, quæ meram Dialecticam sapiunt, atque adeo, ut formalis  
animalium diuisio satis ibi a Platone desiderari possit, quam tamen ita secuit,  
ut vnum hominem, siue humanum suppositum, reliquis, quæ sub unius bruti no-  
mine complexus est, opponeret, interim & Deum, & cælestes Deos, & ideas,  
adde

Ibidem 981. D.  
E.

Ibidem 982. A

Platonem in  
Animalis no-  
mine æquiuo-  
casse.Plantas esse  
Animalia Pla-  
Theodoretus.Politicus 263.  
C.  
Duo animalium  
genera.

A adde & dæmones, ab animalis natura feriari iubet, nisi sub humana diuisionis  
parte hæc omnia confuserit, itemq. & cælum, & sidera immiscuerit. quæ ta-  
men omnino humana non sunt, immo uero ipse Plato diuina in Timæo, atque  
Epinomide appellauit. Et hæc circa ea, quæ cum Platone, satis sunt. namque  
Animalium communissimam considerationem quinta huius distributionis di-  
sputatio satis aperuit.

## H A E R E S E S.

B Auctor operis imperfecti, homilia 25.

Sixtus Senēsis libro suo Bibliothecæ sexto, annotatione quadragesima octa-  
ua, hunc errorem in hoc Auctore detegit, & locum modo citatum, in quo in-  
quit uideri innuere animam solam esse hominem, corpus uero esse indumen-  
tum eius. Additq. eo sine esse creatū, ut perpetuo & naturali odio cū anima pu-  
gnet. Auctoris illius uerba sunt huiusmodi: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus.* Mattheus c. 10.  
Verba hæc sunt Matthæi capite decimo, quibus addit auctor: *Substantia enim ho-  
minis non est corpus, sed anima, corpus autem uestimentum est anime.* & infra hæc sub-  
dit: *Dicam autem quod sentio, uerius nō solum ad uestimentum anima caro creata est, sed  
magis ad tentationem eius, quasi domestica, & naturalis inimica copulata est.* &c.

## Georgius Venetus.

Vir hic tomo primo Problematum, sectione prima, problemate uigesimo  
sexto, quærens, cur scriptum est Genesis secundo: *Formauit Deus hominem pulue-  
rem de terra,* respondet, *an forte, quia tanta celebritate fecerat, & creauerat hominem  
ad imaginem suam, quasi eum peniteret tantæ maiestatis homini collate, uoluit ipsum for-  
mare, ut aiunt, de limo terræ non quippe, sed omnia magno mysterio creata sunt.* Quat-  
tuor enim uocabula in creatione hominis mystice introducta fuerunt. Primum, *Facia-* Spiraculum vi-  
*mus,* quod est uocabulum commune ad tria sequentia, unde ad particularia deueniendū  
dicitur. Secundo loco, cum imagine Dei masculum & feminam creauit eos cum nulla ma-  
teria præexistere, ex qua produci posset homo. Tertio dicitur, *Formauit Deus hominem  
puluerem de terra, id est, induit cum uestem terræ, corpus uidelicet hoc terrenū.* Quar-  
to scriptum est, *Et insufflauit in nares eius spiraculum uitæ, illam uidelicet lucem,*  
quæ teste Ioanne, omnes illuminat, & hæc a Trismegisto dicitur *Mens, Sapientia a Pytha-* Mens.  
*gora, Portio superior ab Augustino, ab Hebræis uero Nefama.* Primo igitur Deus decre- Sapiencia.  
uit hominem facere, postea creauit in cælo, tertio formauit corpus eius ueluti uestem, po- Portio supe-  
stremo reddidit ipsum diuinitatis participem. rior. Nefama.

## Idem.

Pergit hic uir in eadem persistere heresi, cū in problemate centesimo quin- Idem Georg.  
quagesimo nono eiusdem tomi, quærens, *cur tam sollicite curauerit Abraham habere spe-*  
*lunca duplici ab Ephro filio Chiet pro sepulcro Saræ?* Respondet, *an ut honoraret sanctā  
uorē sepeliens eā in spelunca duplici, sic enim sepeliri cōsueuerat magni uiri, sicut adhuc  
G g appar. ut*

Apud Hebræos spelunce dupli- ces pro sepulchris. *apparent in partibus illis multæ spelunce duplices pro sepulchris optimatum, inter quas illa Redemptoris cernitur. Secundo respōdet Georgius, an ut ad mysteria veniamus, quia spelunca illa in valle Hebron sita est, prope campum Damascenum, ubi primus homo dicitur vestitus fuisse pulvere terræ, & ibi in eum insufflatum fuisse spiraculum vitæ, & sicuti spiritus redibat ad Deum ex illo loco, in quo datus fuerat, sic ibidem corpus in pulverē reuenteretur: ubi de pulvere primo sumptum fuerat. Hæc Georgius. Contra quem subdit Sixtus, hæc videri alludere ad Origenis dogma de animabus ante corpora conditis, partim ad placitum eorum, qui negant animam esse corporis formam. Sed hæc nos suo loco videbimus.*

### Tatianus Assyrius.

Tatiani oratio contra tumidos scientiæ Græcos. *Tatianus in illa oratione, quam & doctam quidem, atque moratam ad Græcos scripsit: cuius argumentum est, quod nihil eorum, quibus Græci gloriantur, studiorum apud ipsos natum, sed omnia a Barbaris inuenta sint: similiter errasse visus est. Sed, qui potuit cum alijs doctis viris in illud D. Pauli ad Romanos incidere, omnis anima potestatibus superioribus subdita est, potuit quidem cum eisdem animam secundum appellationis figuram, tamquam partem pro toto, intelligere, & in hanc hæresim, velut in pleraq. alias, incidere, tamen animæ significationem in totius hominis essentiam transfundere minime debuisset. quamuis etiã idem Paulus, prima ad Corinthios, hominem duplicem fecerit, & alium terrenum animale, & alium spiritalem esse dixerit. Vtinam etiam huius intelligentiæ socium non habeat Marius Victorinum libro tertio aduersus Arium, prope finem, cum vult declarare, quomodo anima iuxta imaginem Dei, & iuxta similitudinem effecta sit. quidquid tamē sit, dixerim, non ita animam ab ipsis accipi, vt totam, ipsa, speciem sola compleat, contra quam docet Ecclesia, & Theologi doctissime probant. Sed Tatiani verba sunt hæc: Homo est non, vt quidam crocitant, animal rationale, mentis, & scientiæ capax. nam bruta quoque secundum ipsos mentis, & scientiæ capacia ostenduntur: solus autem homo imago est, & similitudo Dei: hominem accipio, non qui similiter ceteris animalibus viuat, sed qui longe supra humanam naturā ad ipsum Deum accesserit. Sed hæc in libro de animalibus accuratius explicauit. Hæc Tatianus. Nec longe abest, vt hominem illum ab hoc nomine excludat, quem animale appellauerat Paulus, adeoq. ob id ea, quæ sunt ipsius Dei, minime percipientem.*

### CAUTIONES.

Pontifices, & Concilia. *Inde petenda esse, humanum lectorem monemus, quo loco, an anima Rationalis forma sit hominis, disputatum est, & cū Theologis diligentissime cautum. harum enim duarum disputationum alteram ab altera pendere, cuius putato esse clarissimum.*

## PATRES.

### Dionysius Areopagita lib. de Diuinis Nominibus, cap. 6.

*Sanctus hic, cum de vita ipsa, hoc est de Deo loquitur, in medio capitis hæc habet. Atq. etiam hominibus Angelorum vitam largitur, quam concreti ex multis partibus adipisci possunt, ac pro summa humanitate sua nos etiam auersos: & abductos ad se conuerit & renocat. Quodque multo est diuinus, nos etiam TOTOS, ANIMOS dico, & PARIAS CORPORAS, se ad perfectā, absolutamq. vitā, & immortalitatem traducturū esse promissit.*

### Athenagoras in l. de Mortuorum resurrectione.

*Pium hunc Philosophum atque Christianum, inter Ecclesiasticos Doctores atq. Patres recensere, quod tamen ante me alii fecerunt, minime verebor. hic enim in libro de mortuorum resurrectione, quasi in Platonem inuehens, hæc habet: Si inquit vniuersa hominum natura ex anima immortali, & corpore, pro ipsius creatione attemperato consistit, neque animæ per se, neq. corpori scorsum. Deus istiusmodi aut ortum, aut vitam attribuit, sed hominibus integris, qui istis ambobus componerentur: vt isdem illis partibus, ex quibus ortum, vitamq. acceperint, in viuendo viuent, ad eundem, communemq. finem, & præmium perueniant: necessarium omnino est, cum vnum ex istis ambobus partibus animal consiciatur, quod & omnibus animi, corporisque affectionibus imbuatur, pariterq. agat, & faciat, quacumque vel sensuum, vel rationis iudicium requirunt, ad vnum finem referri omnem istarum rerum seriem: vt omnia, & per omnia, tum ortus hominis, tum natura hominis, tum quidquid egit, vel passus est, tum finis naturæ congruens, ad vnā harmoniam, eandemq. sympathiam decurrant.*

### TERTULLIANVS.

*Homine autem memento carnem proprie dici, qua prior vocabulū hominis occupauit: Et finxit Deus hominem limū de terra. Iam homo, qui adhuc limus, & insufflavit in faciem eius statum vitæ, & factus est homo, id est limus in Animam viuam, & posuit Deus hominē, quem finxit, in Paradiso. Adeo homo segmentū primo, dehinc totus. Hoc eo commendarem, uti quidquid omnino homini a Deo prospectū, atq. promissum est, non soli animæ, verū & carni scias debitum: ut, si nō ex consortio generis, certe vel ex priuilegio nominis.*

### Idem in libro

### De Resurrectione carnis capite sexto.

*Persequar itaq. propositū, si tamen tantū possim carni vindicare, quantum contulit ille, qui eā fecit, iam tunc gloriantē, quod illa pusillitas, limus, in manus Dei, quacumque sunt peruenit, satis beatus, & si solū modo contactus. Quid. n. si nullo amplius opere, statim segmentū de cōtactu Dei constitisset? Adeo magna res agebatur, qua ista materia exstruebatur. Itaq. toties honoratur, quoties manus Dei patitur, dū tægitur, dū decerpitur, dū deducitur, dū effingitur. Recogita totū illi Deum occupatū, ac deditū, manu, sensu, opere, consilio, sapientia, prouidentia, & ipsa in primis adfectione, que lineamenta dūctabat. Quodcumq. enim limus exprimebatur, Christus cogitabatur homo futurus, quod & limus, & sermo, caro, quod & terra tunc. Sic enim præfatio Patris ad filium: Faciamus hominem ad imaginem,*

ginem, & similitudinem nostram. Et fecit hominem Deus id utique quod sinxit, ad im-

D. Gregorius Nazianzenus oratione trigesima octava, que est de Christi Natiuitate.

D. Nazianz. Hoc igitur cum artificii verbo ostendere placuisset, loquitur ibi Gregorius de creatione hominis) animal unum ex utroque, hoc est ex inuisibili, & visibili natura hominem fabricatur, atque a materia, que prius iam creata erat, corpus accipiens, a se autem in spiraculum inferens ( quod quidem intellectualem animam, Deiq. imaginem Scriptura vocat ) velut alterum quendam mundum in paruo magnum in terra collocat.

Homo alter Mundus. Angelus. Mixtus adorator. Spectator. Rex. Medius. Spiritus & caro. Animal. Diuinitatem consequens.

Idem D. Nazianz.

Idem Greg. Habet D. Gregorius in eo capite, quo tradit vnam & eandem existendi causam esse tam animam, quam corpori, pleraque ad presentem Cautionem admodum vtilia. Verum, quia plura continentur ibi, que ad animam poenalem desensum destruendum pertinent, consulto omitto. memineris tamen locum depromptum esse ex Dialogis Casarii, ac germani fratris Gregorii Nazianzeni, dialogo secundo, nescio enim quo fato ibi fragmentum illud Nyfeni reperitur. illius tamen partis initium est in Dialogo huiusmodi. A. Quid tibi videntur esse pellicee tunice, quibus post lapsum Adamum, & Enam Dominus induit? audiui- mus enim quendam preclare dicentem, quod homo mens rationalis fuerit, & animal incorporeum &c. reliqua, propria de animam descensu disputatione patebunt. Multa etiam habere poteris ex eodem Nyfeno in libro de officio hominis, capite octauo, vbi homo triplex ostenditur, & in fine illius capitis aliquid ad rem presentem conducens inuenies.

Casarius, D. Greg. frater.

Nyfeni alia loca citantur.

Aeneas Gazeus, Platonius Philosophus.

Aeneas Gazeus. Antiquissimus iste vir, dignus, qui Patris nomine decoretur, inter quos ab Ecclesiasticis Doctoribus est adscitus, multa habet libero homine digna, atque Christi-

Christiano Philosopho, contra Platonem, in eo pulcherrimo, & doctissimo Dialogo, qui Theophrastus inscribitur, siue de animarum immortalitate, & corporum resurrectione. cuius auctoritate opportunis nos vtetur in locis, atque eo libentius, quo ipse Platonis profapia iactat originem: quem quidem cum plusquam centies citato proprio nomine incuset, adhuc etiam sub Proani appellatione eundem fugillare non veretur. huius pauca verba, que ad rem presentem conducunt, Theophrasto interrogante, cui respondet Axitheus, hæc sunt. Theophrastus. Sed utrum cum corpore reuiuiscat homo an sine corpore. Axitheus. Si quidem integer est homo, anima rationem habens, corporiq. coniuncta, & hæc satis funto. nam reliqua in opportuniorem Cautionem transferemus.

T H E O L O G I.

D. Thomas p. p. q. 75. art. 4.

Respondeo, dicendum, quod animam, esse hominem, dupliciter potest intelligi. Primo modo, quod homo sit anima, sed hic homo non sit anima, sed compositum ex anima, & corpore, puta Socrates. Quod ideo dico, quia quidam posuerunt, solam formam esse de ratione speciei, materiam vero esse partem indiuidui, & non speciei, quod quidem non potest esse verum, nam ad naturam speciei pertinet id quod significat definitio. Definitio autem in rebus naturalibus non significat formam tantum, sed formam, & materiam, unde materia est pars speciei in rebus naturalibus, non quidem materia signata, que est principium indiuiduationis, sed materia communis. Sicut enim de ratione huius hominis est, quod sit ex hac anima, & his carnibus, & his ossibus: ita de ratione hominis est, quod sit ex anima, & carnibus, & ossibus. oportet enim de substantia speciei esse quidquid est communiter de substantia omnium indiuiduorum sub specie contentorum. Alio vero modo potest intelligi sic, quod etiam hæc anima sit hic homo. & hoc quidem sustineri potest, si ponatur, quod anima sensitivæ operatio esset eius propria, sine corpore, quia omnes operationes, que attribuantur homini, convenirent soli animæ. Illud autem est vnaqueque res, quod operatur, operationes illius rei, unde illud est homo, quod operatur operationes hominis. Offensum est autem, quod sentire non est operatio animæ tantum. Cui igitur sentire sit, quædam operatio hominis, licet non propria, manifestum est, quod homo non est anima tantum, sed aliquid compositum ex anima & corpore. Plato vero, ponens sentire esse proprium animæ, ponere potuit, quod homo esset anima utens corpore. Non filebo, quæ frater Adrianus Sasbout, Delphius, & antiquus Theologus habet homil. 3. super illud Gen. 3. Memen- tum homo, quia &c. nam pleraque habet docta contra Platonem, dicentem, animam solam esse hominem. Habet autem ita in medio fere illius homilia: Verum, quia ea, quibus excellentia præ ceteris obrigit, elationi proxima sunt, prospectum volens hac parte Deus animæ, ad sinxit ei corpus luteum, in quo, tamquam in templo versaretur, & officina, immo quo cum ingrederetur constitutionem naturæ humanæ, quod operæ pretium fuerit declarare propter Alcibiadem Platonis, qui licet pulcherrimus sit, hoc tamen offendit, quod hominem non aliud quam animam esse dicat, adeoque Delphicam inscriptionem ad hanc tantum pertinere, & nihil de corpore præcipere, & quidem videri posset ipsius partes adiuvare, quod dicitur, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, nisi subiceretur, Formavit Dominus Deus hominem de limo terræ, que loca inter se commissa docent, quid sentire hac in re oporteat. Cum enim ille simulacrum Dei, hic signentum luti hominem faciat, atque ille animum respiciat, hic corpus: profecto neque anima sola, neque corpus solum homo est, sed anima simul & corpus: hicque

Aeneas Theophrastus. Aeneas a Platone iactat originem.

D. Thomas. Formam & materiam simul esse de ratione speciei. Definitio naturalis quid significet.

Quomodo Anima sit homo alter modus.

Plato in quo deceptus fuerit. Adrianus Sasbout Delphius Theologus.

In Alcibiadem Platonis.

Eccleſ. 18.

verum experimur, quod dici solet, Scripturam esse sui interpretem, si quidem locus capituli primi interpretatur eum, qui est cap. 2. rursus locus secundi capituli exponit eum, qui est capite primo. hic monet, ut per tropum accipias, quod dicitur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, ille, ut Synecdochem agnoscas, dum audis, Formavit Deus hominem de limo terrae. siue ergo ad cognitionem nostri, qua parte lutei sumus, siue qua cum Deo nobis est similitudo, nos Delphica littera hortetur, recte se habet. nam & Scriptura nunc ad huius, nunc ad alterius partis considerationem nos ablegat. Corpus nobis obicit, dum ad humilitatem erudire vult: hinc illa increpationis vox: Quid superbis, terra, & cinis. Animam proponit, dum a libidine, & id genus vitij dehortari studet. Hinc vox illa in Canticis. Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, & ubi post vestigia gregum suorum, & pasce haedos tuos iuxta tabernacula pastorum. Cuius sententia est. Si ignoras, o anima, quam nobilis sis condita, ad cuius sis expresse naturam, permittitur tibi, ut abeas post vestigia gregum tuorum, post iram, post libidinem. haec enim affectiones per bestias significantur, quia cum bestiis nobis communes sunt &c. Et paullo post inquit: Quomodo si accipias, habes, quam necessaria sit homini ea, de qua Socrates in Alcibiade differit, cognitio sui.

FINIS NONI LIBRI.



FEMINAE OMNIS  
GENERATIONEM  
NEQVAQVAM EX INTEMPERANTIBVS.  
INIUSTIS, ATQVE TIMIDIS  
PRODVCI VIRIS,

DISPVATIONVM  
IN PLATONEM  
ATQVE CAVTIONVM  
DISTRIBUTIONIS SECVNDAE  
LIBER DECIMVS.



## Cautionis Leges

Genesios 2.

*Non est bonum, hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi.*


Hæreses ex { Iudæis  
Almarico  
Manete }

Duplicis questionis  
in hac disputatione  
assertas

Cautiones ex

{ Genesi  
Concilio Romano  
Lib. de fide orthodoxa  
D. Augustino  
D. Thoma  
Magistro sent.  
Theologis Parisiensibus  
Alphonso de Castro }

Leges suo loco



# FEMINAE OMNIS GENERATIONEM

NEQVAQVAM EX INTEMPERANTIBVS,  
INIUSTIS, ATQVE TIMIDIS  
PRODVCI VIRIS,

## IN PLATONEM

### Quæstio, & Cautio.



LIBER DECIMVS.

## PLATO.

**D**ROPOSITI laboris munus hoc exigit, & inscriptio libri, ut cautum quavis de re lectorem reddam, ubicumque cautio adhibenda esse videatur. nunc itaque, post emensum de Animalium generatione laborem, consecraria quædam de medio tollenda sequuntur, tamquam reliquiæ non conseruandæ ne pereant, quin potius exterminandæ ne conseruentur: e quibus prima sese offert post viri generationem apud Platonem Feminae productio. nam & hæc eidem auctori pura putensq. est migratio, & realis apud ipsum generatio. ait itaq. in calce Timæi: *Sed iam disputatione illa de uniuerso* Timæus 90. E.  
**E***usque ad generationem hominum nobis proposita, sinem pene suum adepta uidetur. Ceterorum uero animantium generationem, quatenus dumtaxat necessitas exposulat, paucis perstringemus. Sic enim modum in hac disputatione tenere sibi quisq. uidetur. Verum de his iam ita dicamus, quicumque uirorum iniusti, timidique uixerunt, quemadmodum probabilis ratio nobis ostendit, in generatione secunda in feminas sunt conuersi, quo quidem tempore hanc ob causam Dy coitus amorem machinati sunt. Hæc quidem Plato,*

Plato, & absurde nimis. vt qui femineos fetus ex iniustitia atque timiditate A  
virorum, tamquam ex putri materia, quæ iam in homine fuerat corrupta, se-  
cunda nunc seorsum generatione producat. vt certe fateri cogar, feminas (si ex  
putri, tamquam mures, & vermes, produci debeant) non ex alia sane materia  
quam ex iniustitia generari debuisse. Itaque, ni se ipsum ludat, Plato, nobis-  
cum iocari velle videtur. sane primum, quominus nos ad mortales nescio quas  
generationes, Platoniq. inuisas confugere possemus, a pertis verbis ipsemet  
duplicis generationis connexionem docuit, cum ex allatis verbis pateat, illam,  
quæ est vniuersi vsque ad hominis generationem deductam fuisse, deinde reli-  
quorum animantium se velle complecti, atqui veram hominis generationem  
priorem illam fuisse derogat morali ipsius feminæ, & brutorum generationi, B  
atque adeo, vt nulli amplius Metaphoricæ productioni detur locus. quod qui-  
dem quamuis ex ijs, quæ præcesserunt, de hominis structura, atque fabrica fa-  
tis aperte patere potuisset, voluit tamen ex ijs, quæ proxime sequuntur, fidem  
manifestari. nam de pudendorum natura in viris loquitur, deq. eorum insita  
vi imperiosa, & inobediens, vt sit *quasi animal non exaudiens rationem, furio-  
sarum libidinum violentia sibi subycere cuncta conatur. identidemq. vuluam, matri-  
cemq. in feminis, eadem ratione animal esse auidum generandi, quando procul a fetu per  
atatis, florem, aut vltro diutius detineri contingat. tunc enim agre ferre moram, ac plu-  
rimum indignari, passimq. per corpus aberrare, meatus, spiritus includere, quos respira-  
re non sinat, & extremis vexet angustis, & morbis denique omnibus premit, quousque  
vrorumq. cupido, amorq. quasi ex arboribus fetum, fructumq. producit, ipsum deinde  
decerpunt. Hinc animalia primum talia, vt nec propter paruitatem videantur, nec dum  
appareant, formata concipiunt: mox, quæ confluauerant, explicant, ingentia inuis enu-  
trunt; demum educunt in lucem, animaliumq. generationem perficiunt, & tandem mu-  
lieres in hunc modum omnes inquit esse gentis. Addam tertium locum, quo om-  
nis de morali, & metaphoricæ feminarum generatione tollatur suspicio. di-  
cturus enim in eodem Timæo de cute, capillis, & vnguibus, & gratia cuius a  
Deo produci debuissent, hæc tandem de manu, & vnguium productione asse-  
ruit: *Ea vero, quæ est in digitis, nerui cutis, ossis complexio, ex tribus his exsecata, com-  
munis vna quedam, duriorq. omnium sit cutis, harum quidem adinuantium causarum  
ministerio fabricata, sed ab opificis numine, & intelligentia, quæ princeps est, & pri-  
maria rerum causa, iccirco condita, vt rebus, quæ futura erant, subserviret. Mulieres  
enim ex viris aliquando futurus, aliasq. brutas animantes norant ij, qui nos condecant,  
& illud quoque norant fore, vt multe animantes, & in multis quoque rebus vnguium  
usu opus sint habitura, iccirco in hominibus statim genitibus vnguium præsidia conforma-  
runt.* Vides igitur, feminas ex quibus in generatione secunda producendas  
esse docuerit. quibus tamen locis non obstat, quod habetur in eodem Timæo,  
vbi, cum de hominis generatione, nulla Maris, & feminæ distinctione posita,  
esset locutus, siue Deus, siue Dij Iuniores totum illud produxerint, quod non  
satis constat, tandem hæc habet: *Satis autem, & quasi sparsis animis fore, vti cer-  
tis temporum intervallis oriretur animal, quod esset ad Dei cultum aptissimum. Sed, cum  
duplex esset natura generis humani, præstatius illud erat, quod viri nomine designaretur.*  
quæ verba feminæ generationem haud quidem includere, immo vero etiam  
excludere videntur. nam, & si dignitatis ordo, quo vir præstat feminæ, natu-  
ræ ordinem nequaquam subuertit: poterat tamen Plato clarius feminæ men-  
tionem inferere, cum animaduertisset aliud sibi explicandum fore ex animi sui  
sententia: quod tribus citatis locis est declaratum.*

Habes igitur ex vtroq. contextu realem feminæ generationem, cui etiam  
explicandæ ceterarum partium ipsius, atque instrumentorum ad generandum  
constru-

Metaphoricæ  
productioni im-  
portunus est a-  
pud Timæum  
locus. 91. A.

Tim. ibidem.  
B. C.

Idem Timæus  
76.

Idem Timæus  
41. E. & 43. A.

Discord Plato  
nis discussio.

A constructionem summo quidem labore ex Platonis sententia Deus, vt indidit,  
ita ibidem addidit. sed, si eorum, quæ sunt ad aliquid, naturam inspexerimus,  
videbimus profecto, vtriusq. instrumenta, tum viri, tum etiam feminæ, a deo  
mutuo inter se correspondere, vt actus vtriusque, atque potentia, gratia cuius  
genitalia producta sunt, sese inuicem mutuo complectantur. quamuis fatear  
me interitium illud temporis capere non posse, quo primum cum homo esset,  
in generatione prima tandiu ex Platonis sententia femina caruisset, frustratus  
alioquin vsibus a natura illi traditis, & quidem naturalissimis, si re vera Aristotele  
asserente *naturalissimum est omnium viventium, cum perfectum, & non orbatum  
fuerit, generare tale, quale ipsum est*, exspectauit. itaque homo ille primus femi-  
nam in generatione secunda, quam tamen ne quidem habere potuisset, nisi ab  
honestate, & temperanti vita (vt in eodem inquit Timæo) declinauerit. tunc  
enim secundus ortus in muliebrem formam transtulit. Haud ita certe de  
feminæ generatione sensere saniores philosophantes Aristoteles & Galenus,  
immo vero ipsemet Plato melius quid feminis est ominatus, de quibus suo nunc  
ordine dicam. suspicabitur enim fortasse quis, quod, cum Aristoteles primo de  
generatione animalium feminam quasi marem læsum appellasset, quod & idē  
quarto de generatione animalium, & alicubi de historia idem affirmasset, po-  
tuisse illum quidem simile quid Platonicæ de feminis productioni dicere, cum  
innuat marem saltem natura esse priorem, & a natura quasi accidentario quo-  
dam modo feminam produci, cum re vera modicum sit inter vtrumq. discrimen. C  
nam, si vtriusque genitalia considerauerimus, sane inuenimus non nisi  
positione quadam & situ introrsum versus, aut extrorsum illa differre: & si fe-  
mina patientem tantum naturam Aristoteli præbeat, non tamen ex eiusdem  
sententia negatum est vtero semen. nam menstrua semen esse quamuis non pu-  
rum ille dixit. ad hæc, quam modico etiam interstitio hæc duæ naturæ inter se  
differant, clarissimorum virorum testimonia huc afferrem, feminas in ma-  
res mutatas esse affirmantium, idque non modo Plinius de Casseni puero,  
de Aristotele, & de Smyrnæo quodam, de Africano a se viso testatur, verum  
etiam Gellius, Pontanus, Amatus Lusitanus & alij referunt. Ceterum, cum  
D hæc dicat Aristoteles, intra naturæ fines, & efficiendi naturales modos stare  
videtur. namque, posita apud ipsum mundi æternitate, tollit nobis facultatem  
asserendi dari primum hominem, quamuis apud eundem vtriusque sexus con-  
iunctionem in animalium productione non esse necessariam inuenire non esset  
difficile, verum ipsamet docente, ad id, quod semper, aut frequenter euenit,  
in natura philosophantes attendere debent. quamobrem dicimus feminam  
læsum quidem marem Aristoteli videri, non tamen quasi ex accidente natura  
ipsa feminam producat, (quod enim est per accidens, vt idem inquit, quan-  
doq. non est) atqui ex vtroq. fieri generationem videmus, numquam, aut nul-  
quam secus recedente. Verum, vt Aristoteles similitudinem maris, & feminæ  
E potius quam alterius ex his contingentiam explicaret; feminam nec quidem  
simpliciter esse læsum, sed quasi læsum Marem esse dixit. nam, quanta sit fe-  
minæ necessitas, tum ipse nouit, tum etiam Galenus pluribus explicuit, integro  
fere decimo quarto de vsu partium libro, necnon in vtroq. libro de femine.  
quod si (vt iocari nunc liceat) ex virorum quattuor enarratis a Platone defe-  
ctibus, *Iniustitia, Intemperantia, Malitia, atque Timiditate*, feminæ ipsæ orientur,  
eccui dubium est, non modo quemq. virum singulis horis, in plures pluresque  
feminas euasurum, verum etiam vix prius ortos fuisse viros, quam statim ex  
illorum quadruplici vitio in feminas euadere potuisse? immo ne vix quidem.  
Addo nunc scerio. Si animis ex Platonis doctrina adhuc in cælis degentibus  
In Phædro.  
tale

Arist. 2. de Ani-  
ma, Tex. 34.

Aristotelem, &  
Galenum me-  
lius quam Pla-  
tonem sensisse.  
Aristoteles 1.  
de gen animal.  
c. 3. 15.  
idem c. 2. 3. 6.

Mas natura  
prior femina,  
ex Ar.

Arist. 2. de gen.  
animal. c. 3.

Feminas in ma-  
res mutatas Pli-  
nius 7. c. 4.  
Gellius Ama-  
tus Lusitanus.

Femina quo-  
modo læsus mas  
Arist. 2. de ani-  
mal. gen. c. 3.

Galenus 14. de  
vsu partium.

tale quid vitij est inditum, vt possint in peius ruere, & alas amittere, & in terras decidere, quid est, quæso, quod huc accedentibus non femineum corpus assignetur, virorum autem nullum? Hoc equidem fieri debuisset a Platoniciis illis animis, quos constat ob naturæ quempiam defectum huc aduentasse, vt frustra secundæ generationis tempus commorentur feminei animi, quos malitia in cælis inuaserat, & a primo ipsorum ortu fuerat concomitata, adde etiam ipsi indita. Sed, si ex modo dictis quattuor vitij in virorum animis iam corruptis femina quasi mixtum quoddam, & peius quidem oritur, bone Deus, quid tandem Monstri ex mulierum animis vel integris oriri debeat? quid vero ex corruptis? forasse defuerit malitia mulieri, quorum malitiam, (vt omittam Poetarum omnium lusum Græcorum, & Latinorum testimonium, siue Epici, siue Lyrici, siue de Dithyrambici, siue Elegi, aut Iambici, vel Hymnographi, vel cuiuscumque alterius generis illi fuerint) ab Ecclesiasticis viris nobis post experimentum notam fieri cupio. nam habetur Ecclesiastici capite vigesimo quinto, *malitiam mulieris Colubri, & Draconis malitia esse superiorem*: imino addit, *breuis omnis malitia super malitiam mulieris*. quod si virum bonum vnum de mille reperit Salomon, *mulierem autem nullam*, merito addit Hieronymus, *mulierem esse omnium malorum caput*; dicat Plato, quanto feminarum numerus reliquorum animantium numerum debeat excedere? & Gregorius Nazianzenus in sententijs disticis, *Mulierum malitiam, & venenum, Aspidibus, & Draconibus anteponebat*. Sed, qui hæc plenius cognoscere cupiat, non scriptores ipsos, neque scriptorum omnium laboriosissimum congestorem quempiam, sed, præter experimentum, quo quemlibet in dictorum sententiam pedibus iturum certo scio, vnius tantum Phocylidis lepidissima carmina studiose legenda proponam: quæ & si plura sint, quam huic loco inferi debeant, sua tamen quædam non minus quam Platonica risu digna feminea elementa explicant, e quibus illæ prodeant, puta ex cane, apicula, torua sue, & equo iubato, e quorum vnoquoque elemento quid quæq. ferat mulier, quidue recuset, ita iucunde, tantoq. sale Poeta explanat, vt lectorem (si semel ille carmina percurrerit) bis atque ter eadem repetiturum minime dubitem. Sunt autem hæc, quæ nobis laboriosus quidam rerum Poeticarum congestor e sua Morum Philosophia poetica Latina dedit, atque deprompsit.

Phocylidis carmina.

*Primum seorsum a femina mentem Deus  
 Creant: illam ex hispida setis sue  
 Cui cuncta cæno sæda sordido, domi  
 Humi supellex turpiter pronoluitur,  
 Illota & ipsa veste turpis, squallida  
 Pinguescit alto desidens in stercore.*

*Aliam e scelestâ vulpe formanit Deus:  
 Quæ cuncta nouit, nec boni quidquam, aut mali  
 Ignorat: hoc in genere plurimum boni  
 Inest, maliq. plurimum: ac sæpe temere  
 Modo huc, modo illuc sedit ira mobilis.*

*Alia parentem moribus refert canem.  
 Maledica cuncta audire, cuncta cernere  
 Intenta, & acri cuncta figens lumine.  
 Passim errat, & si neminem conspexerit,  
 Oblatat. Hanc vir nec nimis compefcere  
 Queat, nec ira turgidus si excussert.*

EE

*Et sice dentes, nec suauis blandie ns  
 Sermone, nec si sedeat inter hospites,  
 Sed pertinaci iurgio incasum furit.*

*Hanc fabricarunt terream Dij: inutile  
 Onus marito, nec boni quidquam, aut mali  
 Que norit: vnum id docta tantum gnaviter  
 Comesse: & algens bruma, cum induxit nives  
 Horrens, sedile propius ad focum admoct.*

*Nunc animû ad illam verte, quæ nacta est mari,  
 Modo lata totum gaudet, ac ridet diem,  
 Et hospes illam laudet intuens domi,  
 Nullamq. iuret feminam vsquam gentium  
 Bonis, honestisq. hac priorem moribus,  
 Alias nec vlli facilis aspici, neque  
 Patiens adiri propius indomitum furit,  
 Ceu feta catulis accubans teneris canis,  
 Insuavis, aspra, tristis ex equo hostibus  
 Eadem atque amicis: instat instabilis freti,  
 Quod nunc per æstum leniter stratum iacet  
 Fluctu quieto, & gaudium Nantis parit:  
 Plerumq. vasto seuiens cum murmure  
 Attollit undas: illius plane refert,  
 Quæ nata ponto femina est imaginem,  
 Ingenio & ira ceu fretum mutabili.*

*E cinere, & asina, exercita molestijs  
 Efficta, tandem vix coacta vi, & minis,  
 In officio erit desidens in angulo  
 Noctem, diemq. se cibus ingurgitat,  
 Focumq. se se propter etiam ingurgitat.  
 Ad Veneris autem furta amicum quemlibet  
 Aduentitantem suscipit promiscue.*

*Mustela genuit aliud infelix genus,  
 Miserumq. formæ, nulla cui sit gratia,  
 Nihil suave, nulla illecebra, nil amabile,  
 Inane amoris, atque mansuetudinis,  
 Et coniugalis negligens thori, viro  
 Presente acerbo nauseat fastidio:  
 Furtisq. multis noxia est vicinia,  
 Nedum immolatis vescitur etiam sacris.*

*Aliam equa molli genuit exultans iuba:  
 Fugitans laboris, & operum hæc seruilium est:  
 Nec admoctabit aut mole manum, aut cribrum  
 Tolle, domo nec esseret sordes, neque  
 Furno asidebit, verita ne fuligine  
 Contaminetur, se coacta coniugi  
 Simulat amicam: bis quotidie, interrim  
 Ter abluit se, & spargit unguentis, comam  
 Densam per humeros fusa flore verticem  
 Imbrata: pulchrum ceteris spectaculum,*

Hh

Miscrum

Miserum marito: ni Tyrannus quispiam  
 Sit, Rexue gaudens apparatu huiusmodi.  
 Hæc e parente simia est. qua Iuppiter  
 Non tribuit homini pestilentius malum.  
 Huic singularis est deformitas.  
 Gradiens per Urbem risui est passim omnibus,  
 Cernice circumvix caput flectit breui.  
 Depygis arens osseis crurum artibus.  
 O tale monstrum quisquis amplexu fouet  
 Miserum maritum. Callet instar simie  
 Mentisque moresq. omnium; nec solvere  
 Risu ora curat, nec studet quidquam boni  
 Facere: sed unum id cogitat totum diem,  
 Secumq. versat, arte qua tandem scelus  
 Designet aliquod maxime nefarium.  
 Ex ape creata coniugis felix vir est,  
 Que sola nulli crimini est obnoxia:  
 Vitamq. longam, & floridam facit viro,  
 Caroq. cara consenscit coniugi,  
 Fecunda pulchre, & splendide propaginis:  
 Interq. cunctas feminas spectabilem  
 Decore circum gratia ambit undiq.  
 Divina, segnes nec frequentat circulos,  
 Vbi de Venereis fabulantur femina.  
 Tales mulieres Iuppiter longe optimas,  
 Et singulari præditas prudentia  
 Præbet benignus, & favens mortalibus.  
 At reliqua genera callido Ionis dolo  
 Creata cuncta sunt, & apud homines manent.  
 Has nempe pestem Iuppiter gravissimam  
 Produxit, etiam ut ferre si quid commodi  
 Videantur, ipsum id sit marito incommodum:  
 Nec iterum unquam transiget letus diem,  
 Qui cum muliere degit una: nec famem  
 Diram e familia contubernalem, deumq.  
 Hostem repellat facile. cum uir maxime  
 Animo videtur letus, aut fato deum,  
 Aut hominis ergo, tum reperta criminis  
 Occasione comparat se prælio.  
 Nam, sicubi ades uxor ulla incolit,  
 Numquam hospes hilare poterit illic excipi.  
 Quod si qua frangi existimetur maxime,  
 Longe supra omnes illa damnosissima est,  
 Nempe oscitante coniuge: at uicinia  
 Letatur errore eius. & nuptam ad suam  
 Animum retorquens quisq. laudat propriam,  
 Culpat alienam coniugem: cum ceteris  
 Nec esse parili sorte nos cognoscimus.  
 Nam maximam istue Iuppiter genuit malum,

Vinclumq.

Vinclumq. nodo strinxit insolubili,  
 Vnde explicavit Pluto morte plurimos  
 Mulieris ergo conferentes dexteras.

Nunc, quoniam satis lustrimus, licet non omnes feminas sub huiusmodi  
 censura intelligi velimus, ad pensum reuertamur. Nam de Platone mihi semper  
 est cum ipso met. concertandum: scilicet: Hic est ille Plato, qui iniustitiam,  
 intemperantiam, inhonestatem, atque timiditatem tamquam feminarum  
 elementa modo ponit, & in Brutorum & hominum confinio ita collocat,  
 ut incertum sit, rationalem ne velit, an brutam esse feminam: & tamen ille  
 idem est Plato, qui, cum eandem a viro non multum differre quinto de Re-  
 pub. multis quidem verbis differuisset, illam, eo quod eiusdem naturæ cum  
 viro ad eadem reipublicæ munera esse implicandam, docuit, & ita quidem,  
 quemadmodum inter canes gregis (quod exemplum merito deridet Aristoteles  
 in Politicis) feminæ ipsæ in eandem custodiæ curam una cum maribus in-  
 cumbunt, & una venantur, & alia quoque communiter agunt, quodq. amplius  
 communiter utrisque tribuit omnia, nisi quod feminis, ut imbecillioribus;  
 maribus, ut robustioribus utimur. sed hoc vsu tolli posse docet. Fieri enim  
 (inquit) non potest, ut animali quopiam ad res easdem utaris, nisi eadem ratione  
 illud educaueris, atque institueris. Si igitur feminis ad easdem res utamur, ac viris,  
 easdem quoque res sunt edocenda. Musica autem, & Gymnastica viris ad discipli-  
 nam tributa est a nobis. Vnde concludit, mulieribus eodem modo easdem res, &  
 ea quoque, que ad bellum spectant, attribuenda esse, & huiusmodi usum adhiben-  
 dum: & cum iterum dubitasset, oportere in Reipublica communitate unumquemq.  
 suum opus agere ex natura præscripto, atque ordine, nec viros eadem cum mulieribus  
 agere debere, eo quod seiunctam habeant inter se, atque separatam naturam.  
 varias enim naturas varijs quoque in rebus vario instituto versari debere, & mulie-  
 ris, & uiri varias esse atque distinctas naturas: conatur hæc quidem soluere Pla-  
 to, quod, & si verum sit id, quod modo syllogistice est explicatum, non ta-  
 men sibi negari, quod ad munus Reipublicæ attinet, feminas unacum uiris  
 admitti posse, eo quod uirorum, & mulierum genus si in arte quapiam, aut alio  
 quolibet instituto nihil inter se differre uideatur, hoc utrique attribui debere non sit  
 negandum, nullum autem esse studium eorum, que ad Reipublicam constituendam  
 faciunt, in quo non eadem sit mulieris, & uiri natura. Hinc mulieribus studij me-  
 dicinæ fores aperit, & ad gymnasticas exercitationes, & ad sapientiæ stu-  
 dium easdem admittit, & denique illarum quandam animosam facit, &  
 animo erecto, quandam humili, atque languido, donè tandem ad Ciuita-  
 tum custodiam ipsas introducat, easdemque improbe denudet. Sed, quo-  
 niam nuditati propria parata est cautio, vnum illud nunc, quod ad animum  
 pertinet dubitabo, quomodo nam tale monstrum fecerit Plato? ut, cum to-  
 tum feminarum genus ex timiditate producerit, nunc nullo discrimine illa-  
 rum alias animosas putet esse posse, alias vero timidas. immo etiam alias  
 sapientes, & bonas artes exercere valentes: ex quibus certe induci non pos-  
 sum ut credam illas easdem esse mulieres, quarum generationem in Timæo  
 explicuerat: quin inter illos ordines tales feminas potius recensere, de qui-  
 bus in Phædro facta est mentio, ut ad cælum etiam philosophantes feminæ  
 una cum uiris illis reuerti possint, qui, eo quod sapientiæ studium in terris  
 coluerint, breuiore vitæ curriculo emenso tertio annorum millenario, cæli  
 sibi fores, reuerauerint. quod autem speret nunc quinto de Republica femi-  
 nas,

Quibus sibi lo-  
 cis pugnantiæ  
 visus sit Plato.  
 V. de Rep.

ibidem 45 r. D.  
 E.

ibidem 453.

Mulieres ad  
 Medicinæ stu-  
 dia admittit  
 Plato.

Interrogatio  
 de animosis  
 Platonicis mu-  
 lieribus.

V. de Rep.

Hh 2 nas,

nas, alioqui ex intemperantia, iniustitia, & timiditate ortas, posse vsu & exercitatione, & sapientes, & gymnasticas, & muscas, &, quod maius est, animosas reddi, id quidem doctrinam illam aperte destruit, quam cum ubique, tum maxime in Memnone multo sudore probauerat, virtutem scilicet doceri non posse. hoc est naturæ inditum, flecti nullo modo valere. Quod etiam Aristoteles initio secundi Ethicorum euerit, at ego putabam, uti viri quidam docti recte asserunt, feminas a diuina providentia timidiore productas esse, quam viros, quas custodiæ, & diligentia rei familiaris assignandas esse voluisset, metumq. ad custodiendi diligentiam plurimum conferre, & ita ipsas, quæ domi sunt, viros autem, quæ foris, curare debere, haud vero principatum gerere, nec æqualiter cum viris communionem habere, quemadmodum septimo de Republica ipse docet, minus etiam arma tractare, agros colere, ut ibidem asseritur, adhuc etiam minus, quod octavo de Legibus habetur, ad equorum certamen si non abhorreant admittendas: quæ quidem omnia ita feminis negata esse velim, ut Platonis inconstantiam detegant. potiusque earundem naturæ in vniversum tantum tribuam, vel detraham. scio etiam a quouis munere obeundo ipsas non abhorreere, natura tamen ad eandem inclinante, ut recte de Camilla Maro loquens ait:

Meno  
Aristoteles  
Mulierum mu-  
nus.  
VII. de Rep.  
VIII. de Leg.

Ver. Æncid. xi.

Non illa colo, calathisque Minerva.  
Femineas asueta manus, sed prælia virgo  
Dura pati: cursq. pedum præuerrere ventos.

Arist. in Phy-  
sog. c. 5.

Quid vero de earundem naturâ sit sentiendum, hæc pauca cum Arist. in Physiognomicis cap. 5. adnotare libuit. ubi, cum de animantium fortitudine, timiditate, iustitia, & iniustitia physiognomicas regulas tradere tentasset, animalium genus in masculinam & femininam formam sibi diuisum sumpsit: & molliores feminas maribus esse minus etiam fortes, deinde subdit, *videri sibi magis masculina fieri feminea masculis; & proteruora, peccantiora, & illiberaliora, & impotentiora, idq. etiam tum feminis, quæ apud nos tamquam manifestum sunt, & a siluestribus communi pastorum, & venatorum consensu inducens affirmat, tandemq. suis verbis ita: At vero & hoc manifestum est, quod singula in vnoquoque genere; femina mare minoris capitis, & angustioris faciei, & gracilioris colli sit, & pectora imbecilliora habent, & minorum costarum sunt, coxendices autem & coxas magis carnosas maribus, genua autem flexibilia & crura gracilia habent, pedes vero pulchriores, & formam totius corporis molliorem, quam fortiolem, minus neruosa autem sunt, & molliora prædita humidioribus carnibus. Masculina autem his omnibus contraria habentia, eo quod natura sunt fortiore, & iustiore genere, femina autem & timidiore, & iniustiore natura.* Hæc Arist. Quæ si Plato expendisset, distinctius fortasse de feminarum assuetudine, atque etiam cautius fuisset locutus.

Conuiuium.

Nonnullorum  
impudens co-  
paratio nota-  
tur.

Tandem perillustri ille locus in Conuiuio ex obsceni Aristophanis oratione est explicandus, in quem, tamquam in maximum scopulum, illi impigisse visi sunt, qui, quo magis Christiani videri voluerunt, eo magis Platonicos se esse professi sunt, vnde postmodum maxima eorum animis ostentatione suborta in ea deliramenta deuenere, ut auderent non modo sacra profanis, verum etiam obscena, turpia, & abominanda ipsis sacris immiscere, & in

A hac hominis generatione diuinas summi fabricantis Dei manus polluere, tamquam a primis statim operibus Androgynum illum fabricauerit, disse- ruerit, & in amoris furias vicumque irritauerit. Sed præstat nunc Aristophanem orantem audire, cuius sermonem partim paraphrasi persequemur, partim verbotenus transcribemus. Primum itaque hoc sibi proponit enarrandum Aristophanes, *amoris vim, atque impetum animantia cuncta ad Venerem, mutuumq. congressum impellere, sine inde genus humanum propagari, siue quid scelestissimum peragi debeat.* cuius quidem explicandi gratia humanæ naturæ statum a priscis illis temporibus, & quomodo se habuerit, sibi præparandum putauit. *Principio (inquit) tria extitisse hominum genera, marem, & feminam, & tertium quoddam communis cuiusdam natura ex utrisque compositum, cuius solum nomen adhuc restat, ipsum vero perisse, quippe Androgynum tunc fuisse, & specie, & nomine ex maris, & femina sexu commixtum, cuius speciem fuisse rotundam, duplicibus quocumque membris fulcitam, recta incidentem, sed in orbem acto membris innixum celeri circulo circumferentem, sed ex tribus, qui masculus erat, Solis fetus credebatur, femina vero Telluris, Androgynos vero Lunæ. hanc enim utriusque sexus esse participem. quoniam vero & animis, & viribus iunctis superbiaerant, Dijs bellum inferre conatos, & in celum ascendere Ionem excogitasse, quo illos debiliores redderet, utrisque in duas partes dissecatis, Apolliniq. mandasse, ut eius, quem dissecuisset, vultum, ceruicisq. dimidium, in eam partem, qua sectus esset, conuerteret, ut sectionem illam suam spectans homo modestior fieret: quo peracto, cum unusquisque sui dimidium desiderasset, concurrerant noui illi homines, circumactisq. brachijs se inuicem complectebantur; dum vero in unum constari cuperent, fame moriebantur, & inertia, quod nolent quidquam sciuntim agere. Et, cum unum moreretur, & alterum restaret, id, quod reliquum erat, aliud inuestigabat, & una cum illo coniungebatur, siue solus cuiusdam, totiusq. femina dimidium esset, quod feminam nunc vocamus, siue viri. Atque ita genus hominum peribat. quapropter miseratus Iuppiter, aliam rationem excogitauit nimirum & ceter. Hæc & pauca pleraq. habet ibidem, quæ non sunt pudor huc asserre, cum interim ex ipso fonte hauriri possint, si qua desunt, ad nostri propositi complementum. aut fortasse alterius erunt Cautiois. Hæc est illa illustris fabula, adeo Christianis quibusdam placita, ut illi totam utriusque hominis generationem, quæ apud Genesim legitur, non modo similem, sed eandem facerent: immo etiam tanto animi ardore in hunc Platonem delati sunt, ut illorum alter Ficinus in Platone Timæo dicat, feminas ex masculis ortas esse Platoni, Mosaicum illud referre, Euam ex viro productam esse. Alter vero Leo Hebræus in illo suo de Amore Dialogo tertio, quo veritatem ex Platone mendacio eliceret, falsitatem in Mosaico sermone deprehendere conatus est, atque adeo, ut, nisi prophetica, quæ est ad Mosem, contradictioni cum fabuloso Platone Androgyno occurrisset, veritatem in Mosis verbis inuenire plane desperasset. sed qui Platonem vsque adeo veneratus est, ut non perinde ac gentilem, sed tamquam prophetam prophetæ Mosis compararit, quid, quæso, modestius proferre debuerat? ut feliciter satis ex ipsius sententia prophetæ Mosis cesserit, quandoquidem ipsius verba de viri, & mulieris creatione Platonica sententiæ de Androgyni discretione similia esse potuerunt. Bene igitur sit Prophetæ Moysi Platoni (si Deo placet) prophetæ præsens nutus, si quidem ita iubet impie Philo, cum ait: *Hi duo prophetarum, atque philosophorum principes specie potius, quam re ipsa differre videntur, immo siquis recte ac diligenter considerauerit Platonem, sacram historiam potius declarasse,**

Platonis An-  
drogynus.

Aristophanes  
in Plat. conui-  
uio.

Hominum ge-  
nera olim tria  
extitisse.

Ficini inter-  
pretatio.

Leonis Hebræi  
audax interpre-  
tatio.

Plato tamquã  
Propheta Mo-  
si temere com-  
paratus.

DIGRESSIO  
IN Philonem  
Hebræum.  
Philonis similia  
verba.

quam oppugnasse comperiet. Sed, quoniam eo deuentum est, ut nobis hæc aufuge-  
re cupientibus ne quidem angustus callis, tantum abest, ut, ex militari præ-  
cepto, Pons aureus construat, pugnandum utcumque fore duximus, siue,  
Parthorum more, tergis versis, siue pede pedem vrgendo. quapropter vtri-  
usque prophetæ prophetiam veluti bina castra stare contra faciemus; &  
vtriusque comparatione atque similitudine posita, cum Hebræo dimicabi-  
mus. Nam ita inquit ille, Primum sacram historiam fateri Adamum sexta  
die Marem, & Feminam a Deo creatam, deinde quasi prioris dicti corre-  
ctionem adhibiturum dixisse Deum, æquum non esse Adamum solitariam  
vitam degere. itaque, cum adiutorem sibi constituendum deliberasset, ex  
latere ipsius dormientis feminam procreasse. Quomodo nam ergo princi-  
pio dici potuit, mulierem formatam fuisse? Insuper Adami posteritatem  
Propheta aggressurus enumerandam, quasi superiora confirmaturus Deum  
scilicet hominem ad imaginem suam masculum & feminam procreasse, &  
ambos Adamum appellasse concludit. videri itaq. ex dictis Mosis homi-  
nem primo formatum, mox marem, & feminam simul exstitisse, nec mulie-  
rem e lateris, aut costæ detractione, quod antea fatebatur, editam fuisse:  
præterea, fateri quidem Mosem Deum ad imaginem suam Adamum marem  
& feminam simul produxisse, eisdemq. benedixisse; attamen, cum primus mas-  
Adami, primaq. femina Eux appellacionem obtinuisse dicantur, cum Deus  
principio Adamum dumtaxat, minime autem Eux procreauerit, eum ma-  
rem tantum, nequaquam autem marem simul & feminam tunc procreasse  
fentiendum videri, & hæc prioribus prophetæ verbis reclamare, quæ cum  
Hebræus ex Alexandri de Ales argumento dubitasset, magnam quid se factu-  
rum putauit, immo mysterium quoddam ex Mosis contradictione manifesta-  
turum, si inculcanti sibi Mosis Platonis Androgynæ ille occurreret. Quam-  
obrem, quo tale figmentum sacris immisceret, Theologorum quandam in il-  
lis verbis concordiam ridiculam existimauit, qua Mosem principio vtriusque  
hominis procreationem compendio quodam manifestauerit, deinde eandem  
particulatim distribuerit: voluisse igitur Moysen (inquit Hebræus) sibi de-  
dita opera contradicere, mihi tamen ipsius Hebræi voluntatis contradictio  
hæc deferenda magis videtur. qui quo vulgo admirationi sit, ex eo maxime  
sibi illam comparandam sperasset, si monstra hæc, & diuino capiti Androgy-  
nam cervicem adiungeret. Igitur Hebræo primus homo sexta die creatus,  
erat autem coniunctum quoddam humanum mas & femina: nec ob aliud di-  
xisse Prophetam, Creauit Deus Adam ad imaginem suam, masculum, & fe-  
minam creauit eos; cum vero etiam addit, masculum & feminam creasse  
illos, vtrumq. sexum simul fuisse productum significasse: hoc autem erat  
Platonis Androgynus, quod quidem ex antiquorum Hebræorum testimonijs  
haud tamen a se adductis patere affirmat. Sed, ne sibi probationes deesse  
viderentur, ex eodem Scripturæ contextu patere posse existimat. nam di-  
xerat postea Deus, hominem solitariam vitam viuere bonum non esse,  
idest, ut inquit ipse, quod Adamus mas simul sit, & femina melius tamen se fa-  
cturum, si femina ab ipso diuisa, ut mutuam operam sibi præstare possent, corâ  
eo constitueretur. proinde, antequam hæc exsequeretur Deus ille, ostendisse  
Adamo animantia cuncta, & si quid ex illis placeret, ab eodem interrogasse,  
cui quidem cum illorum nullum sibi congruens, atque gratum videri animad-  
uertisset, soporem ei statim induxisse, atque tunc ex eius costâ, siue latere, id est  
coniunctam personam feminam separasse, indeq. Platonem sumpsisse.

Ceterum, cum hæc ille dixisset, quam inani studio, & affectatione gentili-  
tatis

Alexander de  
Ales.

Commune  
Theologorum  
interpretatio-  
nem rejicit He-  
bræus, &  
proprium ad-  
hibet.

Hebræus ex-  
ploditur.

A tatis id fecerit, inde comprehendimus, quod ad multas sacrorum Theologo-  
rum illius loci expositiones, aut errans ipse cæcutire, aut li' ens conuiuere vo-  
luit. quid enim, quæso, prohibet, ut, quo minus fœdos istos Androgynos admit-  
tamus, magis Augustini sententiæ adhæreamus? Is enim, cum locum illum  
exponeret, non ob aliud inquit masculum, & feminam plurali numero pronuntians  
eos esse creatos, nisi ut ne in vno individuo vtrumq. sexum fuisse coniunctum intelligen-  
mus. cuius quidem auctoritatis veritatem clariorem postmodum D. Thomas red-  
didit, qui propterea masculum & feminam inquit fuisse creatos, licet adhuc femina crea-  
ta non sit, ne femina, quæ secundum causales rationes, passivæ tantum (ut eiusdem ver-  
bis utar) non vero active experta credatur esse imaginis. Porro Albertus Magnus ab  
Androgyno aperte discessit, quem proprio nomine nuncupatum ab interpre-  
tatione illa explosit, quod autem repetitionis illius ob maiorem expressionem He-  
bræi pigeat, sed velit potius Prophetam data opera sibi contradicere, si tamen  
Theologis interrogantibus eundem respondere non tædeat dicat quæso, an etiã  
Androgynas plantas Deus tertia die procreavit, & ligna Paradisi, de quibus  
eodem die nulla fit mentio, deinde veluti Androgynos dissecta, cum de ipsis  
alio die loqueretur? hæc enim satius dixisse fuerat, ut alias ab Alexando in-  
terpretationes adductas omittam, & ut ad ipsum Hebræum reuertar, inter Pla-  
tonem, & Mosem, hoc inquit esse discrimen, quod coniunctus Adam post se-  
parationem peccauerit, contra vero Androgynus propter peccatum diuisus.  
ipse enim, ut apud Platonem habetur, Dijs cælestibus bellum inferre putabat.  
quam tamen discordiam Hebræus inter duos illos, quos utrosque Prophetas  
appellat, vix apparentem esse putat. idq. duplici sensu tradito: primo, quia pec-  
catum diuisit hominem a recto, & vicissim diuisio ad peccandum impellit: dein-  
de, quia (de diuisionis sensu loquor) homo a rerum spiritualium contempla-  
tione ad corporalia prosequenda videretur esse productus: & cum, his dictis;  
recte sibi ex Sophiæ persona dubitasset, eo quod sequeretur hominem propter  
rerum generationem in hoc mundo nequaquam fuisse productum, sed propter  
alium quendam finem, consecutionem hanc (Philo, respondens) minime ne-  
gat, fateriq. se, inquit, libenter primos illos parentes propter posteritatem pro-  
pagandam non esse productos, fuisse enim immortales creatos, sed ob pecca-  
tum factos esse mortales, a quo primum tempore ob immortalitatem utcumq.  
resarciendam generationi operam nauasse. quæ cum asseruisset Philo, parum  
sibi constare visus est, fortasse, ut excusatione postmodum dignus videretur,  
cum Patribus, & Theologis abnuentibus talia pronuntiaisset. quo autem modo  
sibi pugnancia protulerit, hinc accipiendum: quando quidem Deus, inquit Leo,  
hominem solam esse noluit, id est, (ut ille inquit) sola illum intellectuali vita  
viuere Deo non placuit, ac propterea constituerit adiutorium ei muliebrem  
sensem, cuius quoque instrumentum ipse intellectus ad corporalia deduci po-  
tuisset, ut humana species successionis indiuiduorum, atque posteritatis bene-  
ficio conseruaretur, ita, ut nec ob aliud a Creatore Deo animantia cuncta fuis-  
se Adamo præmonstrata. quæ cum ipse vidisset, & omnia ad creationis pro-  
pensionem ferri cognouisset, simul etiam proprium defectum in se agnouit,  
quippe qui non videret, se ex intellectus propensione ad tales sensus inclina-  
tionem aliquam obtinere. Quamobrem obdormienti Adamo costam detraxit,  
ex qua tale sibi auxilium adiungeret: & licet nimis in sensus inde Adam decli-  
nauerit, non ob id tamen a procreatione liberorum illum fuisse vquam fe-  
riatum, cum hæc ille dicat. quomodo ergo idem negat primos parentes prop-  
ter posteritatem propagandam fuisse productos? quidquid tamen ille dixerit,  
aut quocumq. sibi modo contradixerit, nulla certe occasione fuerat ei a sanio  
re Theo-

Augustinus.

D. Thomas.

Albertus Ma-  
gnus.

Philo sibi pu-  
gnancia protu-  
lit.

In statu innocen-  
tiae genera-  
tione a Theo-  
logis admiffa.

D. Thomas.

Greg. Nyfenu  
non esse in hac  
re audiendum.

D. Thomae ra-  
tio.

In Coitu duo  
esse ex Theo-  
logis considera-  
da D. Tho. p.  
p. 93. Art. 1.

Augustinus li.  
de Ciuit. Dei.  
c.

D. Thomas. p.  
P.

Prioris qua-  
stionis cautio  
ex D. Thoma.

re Theologorum sententia declinandum, quo fabulosam hominis induceret fabricam. quod vero in statu innocentiae fuisset, nihilominus ex promiscuo concubitu generatio, audiendus ei fuerat Theologorum consensus. nam ex eo quod masculum & feminam hominem Deus ante peccatum procreauerit, quodque in diuinis operibus nihil frustra quaeri, vel inueniri neque debeat, neque possit, inde fieri concludit D. Thomas *coitus exercitationem, licet primus homo non peccasset, etiam futuram*. Nec iidem Doctores, quorum melior sententia menti, putant Gregorium Nyfenum in hoc esse audiendum, qui existimauerit, genus humanum in Paradiso, si a peccato abstinuisset, futurum, vt alio modo multiplicaretur, nempe quema dmodum per operationem diuinæ virtutis absq. concubitu Angeli dei multiplicati antea sunt, quodque etiam Deus subinde masculum & feminam creauerit, ad eam hominum vitam respexerit, quæ post peccatum esset futura, quo tempore non aliter quam nunc generatio exerceri deberet, quorum omnium præscijs erat Deus. cui recte D. Thomas, & ratio fit obuiam, quandoquidem recte putet, *ea, quæ sunt homini naturalia, neque subtrahi, neque dari homini per peccatum, neque etiam si homo perfectum animal esset futurum, eidem animalis vita, eiusdemq. instrumenta quocumq. tempore deesse debuissent, quando cum cetera perfecta animalia proprijs genitalibus a Deo donata fuerunt. quod si tantumdem homini ex diuino munere contingere debuisset, eadem genitalia nequaquam sibi frustra donata esse censendum est: & si eorundem vsus purgatas aures non nihil nunc perturbare videatur, huc occurrentes honestiores Theologi, duo in ipso coitu ducunt consideranda, quorum vnum naturæ coniunctio maris & feminæ, alterum est deformitatis cuiusdam immoderatæ concupiscentiæ: quod ad naturam pertinet, nihil esse, quod nos agentis, & patientis in omni re naturali requisita necessitas perturbare debeat, & in ipso coitus negotio vt cum maxime siquidem natura distincto sexui propriam agendi potestatem vni, patiendi vero alteri dedit: id vero quod deformitatis est multum, adeo illud nunc est, quod modestiæ limites excedit, in illo innocentiae statu nequaquam futurum, censendum iubent iidem sacri Doctores, quo tempore quidquid infra rationem, eidem rationi parere semper, & vbiq. debuisset, ita nos etiam & Aristophanem, & Platonem, & Ficinum in suis fabulis euanescentes, & fabulosis sensibus vtentes omittimus, & cum D. Augustino concludamus, cuius verba in libro de Ciuitate Dei talia sunt: *Abst. vt suspicemur, non potuisse prolem fieri sine libidinis morbo, sed eo voluntatis nutu mouerentur illa membra, quo cetera, & sine ardore, & illecebroso stimulo, cum tranquillitate anima, & corporis*. Cuius eadem verba comprobata retulit D. Thomas prima parte Summæ. quod vero in primo statu, non autem in secundo, quicumque ille fuerit secundus, apud Platonem feminæ natæ fuerint, cautionis ratio ab eodem Diuo Thoma adhibetur in eadem prima parte, quaestione nonagesima octaua, cum ait: *Sic natura profecisset in generando, sicut eam Deus instituit marem & feminam in natura humana, vt dicitur Gen. 1. & 2. ergo etiam in statu illo fuissent mares & femina generati*. Sed huius proxime disputatæ cum Leone Hebræo assertionis gratia proprias cautiones priore loco ponam. deinde vero illas, quæ ad primam quaestionem pertinent.*

## H A E R E S E S.

Phantastica Iu-  
deorum quo-  
ridam opinio,  
ex Auctore hi-  
storiæ schola-  
sticæ.

Magister historiarum, seu auctor historiæ scholasticæ in historijs, Phantasticam quandam Iudæorum quorundam opinionem tangere videtur, dicentium, aliam quandam mulierem ante Euam fuisse creatam, eo quod illud Geneseos intel-

intelligere non poterant, Creauit Deus hominem, cum deinde sequatur, Masculum & Feminam creauit eos. cum autem hoc euenisset, antequam Adam esset in Paradisum translatus, inde fieri, vt Eua vel non fuerit in Paradiso formata, vel altera fuerit Eua. Cui quidem prauitati Geneseos littera repugnat, cum inquit, ante formationem Eux similem Adamo non inuentum fuisse. Poterat autem illi Eua esse similis, si tunc temporis creata fuisset: intelligenda tamen auctoritas ex tēporis præuentu vt antea diximus: aut, si mauius, ex eadem creata tamen materia vtrunq. sexum in Adamo tamquam de costa Euam creata tam dici potuisse citra nouæ materiæ creationem, vel additionem, sed per multiplicationem tantum. Ita Egidius.

Opinionis  
confutatio.

## Almarius Parisiensis Doctor.

Hic natione Gallus, patria Carnotensis, inter multa sua sibi Placita dicebat, cum Armenis Adam & Euam nunquam carnali copula coniungendos, si in statu illo, in quo Deus illos condidit, permansissent, quin etiam sexuum differentiam tollit eo modo, quo Gregorium Nyfenum dixisse superius meminimus. Philippo Barbarosæ Filio imperante sub Innocentio Tertio, Anno millesimo ducentesimo quarto.

## Cautio.

Creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum, masculum & feminam creauit eos. Cautio prima.

## Extra de summa Trin. & Fide Cath. cap. fin.

Cautio altera.

Reprobamus, & condemnamus peruersissimum dogma impij Almarici, cuius mentem pater mendacij excæcauit, vt eius doctrina non tam hæretica, quàm insana sit censenda.

## Theologi Parisienses.

Disquisita, & ad veritatis examen expensa Almarici doctrina, & sectatorum coram vniuerso populo exauctorandos, & exurendos iussere, & eorum cineres per sterquilinum dispergendos Anno Domini millesimo ducentesimo octauo regnante Philippo Augusto cognomento a Deo dato, quamuis ob grauiores etiam errores putauerim id sibi contigisse.

Theologi Pa-  
risienses.

## Concilium Romanum.

Ea potissimum de causa celebratum, hæreseos Almaricum damnauit, & anathemati subiecit, eius ossibus, quæ in Camposano prius fuerant sepulta, re-

Concilium Ro-  
manum.

### Primæ quæstionis cautiones.

Primæ Quæ-  
stionis Cau-  
tionis.  
Paulus.

Mulierem ex viro productam esse in hunc modum apud Scripturam, Eccle-  
siastici decimosextimo, Creavit, ex ipso, scilicet viro, adiutorium sibi, scilicet  
mulierem. Paulus in Actis Apostolorum decimo septimo; Deus fecit ex vno  
omne genus hominum. Genesios secundo: De viro sumpta est: quamobrem relin-  
quet homo patrem, & matrem, & adheret uxori suæ. Huius veritatis quattuor per-  
suasiones vide apud Diuum Thomam prima parte, Summæ, quæstione nona-  
gesima secunda, articulo secundo, in corpore quæstionis.

Alphonsus de  
Castro.

Alphonsus de Castro libro decimo tertio aduersus hærefes, titulo de resur-  
rectione, hæresi quinta, qua aserebatur, omnes homines in sexu virilicis se fe-  
surrecturos, exponens illud Genesios primo, Masculum & feminam fecit eos;  
Ex quibus, inquit, uerbis constat, sexum Feminæ non esse uitium, aut ex uitio, sed ex  
natura. quoniam enim ante peccatum femina erat, non ex uitio contingit, ut femina fie-  
ret. Nec sexus ipse uitium est, quoniam non fuit a Deo factus, consequens est, ut, qui  
utrumque sexum fecit, utrumq. etiam reficiat, & qui utrumq. infirmat, utrumque simili-  
ter restituat.

Femineum se-  
xum non esse  
ex uitio, sed ex  
natura.

### Mulierem debuisse produci in prima rerum productione.

Cautio alte-  
ra contra Pla-  
tonicam femi-  
næ generatio-  
nem.

Genesios secundo: Non est bonum, hominem esse solum, faciamus ei adiutorium si-  
mi le sibi.  
Ibidem post reformationem mulieris, statim dicitur, *Erunt duo in carne una.*  
vnde euertitur Platonis de Femina generatio in ortu secundo. probationes vi-  
de apud Diuum Thomam, loco citato, articulo primo.

Manes Mani-  
chorum prin-  
ceps simile qu-  
dam subolet.

Simile quiddam, etsi non idem, generationi Feminae ex quattuor illis Plato-  
nicis elementis profertur de sententia Manetis, Manichæorum Principis, nam  
inter ceteras hærefes asseruit, hominem non a Deo, sed a principe materia se-  
ucla factum esse: & Euam similiter, sed inanimatam, & immobilem esse crea-  
tam. Adam vero forma feræ. De Manichæis alibi dictum est, An vero intempe-  
rantia, & malitia alioqui mala sint Feminae efficientes causæ, ut in hoc cum  
Manete Plato concordet. An potius materiales, alibi est dicendum. Cum vero  
interim Platoni nulla ibidem fiat mentio de Deo, tamquam de Feminae effici-  
te causa, quemadmodum in hominis productione dictum fuerat, ut in hoc etiã  
ab Ecclesia diffideat, quæ Deum credat creasse virum ex limo terra. Mulie-  
rem vero ex costa viri, cuius probationem habes ex Diuo Thoma, loco ubi su-  
pra, articulo quarto.

Feminae effici-  
te causam Pla-  
toni non repe-  
tiri.

Albigenses,  
Manichæorum  
in hac hæresi  
socij.

Patriciani, a  
quo nã dicebat  
corpus esse fa-  
ctum?  
Contra Patri-  
cianos Symbo-  
lum esse.  
Concilium Ni-  
cænum, Con-  
stantinopolita-  
num, Ephesi-  
num.

Quod si de efficientibus causis loquamur, socij se adiunxere Manichæis Al-  
bigenses, qui dicebant, Diabolum creare omnia corpora, Paterniani, asseren-  
tes corporis humani inferiores partes a Diabolo esse factas superiores a Deo.  
Patriciani totum humanum corpus a Damone factum esse. Putabant enim  
icti, corpus sua natura esse malum: contra quos est symbolum, quod credit Deum  
creatorem omnium visibilium & invisibilium: contra quos etiam extat Concilium  
Niconum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & alia post hæc. Non prætereun-  
da sunt

Apæ sunt ( vt quæ ad præsentem Cautionem pertinent ) ea, quæ de Adami for-  
matione quidam dicunt, quam tamquam allegoricam, non autem veram faif-  
se fatentur. quos quidem nominati, & eorum errores in vniuersum ita anathe-  
matizat Synodus sexta Constantinopolitana, actione vndecima. *Si quis non  
anathematizat Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Nestorium, Eutychem,  
& Origenem, cum impijs eorum scriptis, & omnes alios hæreticos, qui condemnati sunt,  
& anathematizati a sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia, vel predictis quattuor  
sanctis Concilijs: sed & eos, qui similia cum predictis hæreticis sapuerunt, aut sapere no-  
scuntur, & usque ad finem permanserint in propria impietate, talis anathema sit.* Vide  
D. Augustinum 9. de Genesi, ad litteram, libro ferme integro.

Contra Adami  
allegoricam for-  
mationem.  
SYNO DYS  
Constantino-  
politana.  
Contra,  
Arrium,  
Eunomium,  
Macedonium,  
Apollinarem,  
Nestorium,  
Eutychem,  
Origenem.  
Basilium.

### B Sanctus Basilius homilia decima in Genesim.

Cum exponeret verba illa, Masculum & Feminam fecit eos, atq. item pro-  
pius illis occurreret, qui imaginem, & similitudinem non ad feminam, sed ad  
solum virum pertinere arbitrabantur, hæc addit: *Habet & mulier nihilominus  
quam vir, quod ad imaginem Dei facta est: honor utriq. natura nihilo dispar: æquales  
virtutes: utriq. in agone virtutis decerrandi propositum: par præmium: consimilis utriusque  
peccanti decreta condemnatio. Nolim dicat mulier, Imbellis sum, & infimæ conditionis,  
est hæc infirmitas carnis est, nam in anima sibi sedem fixit virtus firma, ac potens. Diuina  
igitur imago hæc cum in utroq. sexu per æque honoretur, sit & compar in utroque virtus,  
quæ per beata opera vim suam exeret & explicet, & paucis interpolitis: *Habet igitur,  
ait, bona mulier illud ad imaginem: Nolim isti externo homini animum adiuuans tuum,  
quod velut quoddam animi rectoriũ est: delirescit anima intus sub hoc integumento ses-  
silians, & corpore mollisculosque tamen in viro & femina pari honore insignita est: tan-  
tum reperitur in istis externis integumentis discrimen.* Sic Basilius.*

Mulieris imb-  
cillitas carnis  
est, nõ animæ.

### D Discriminis inter Platonem & Eccle- siam Epilogus.

- I. Mulier Platoni non fuit producta in prima rerum productione. Eua in pri-  
ma rerum creatione, Genesios.
- II. Mulieris materia adulterina Platoni, quo quidem modo realem se fecisse  
nolens deceptus est, vt initio quæstionis dicebamus.
- III. Eua ex vera costa Genesios.
- IV. Generationes huiusmodi migrationes potius sunt Platoni. Quas tamen Ec-  
clesia, & naturalis ratio, veras generationes existimat.
- V. Agētis, & materiae feminae obscura prorsus, aut indifferēs assertio Platoni.
- VI. Deus tamen, & ille quidem summus, Eua animam creat, & ex Adami costa  
Eua corpus producit.
- VII. Trium, aut etiam quattuor hominum (si tamquam duos Androgynum enu-  
meres) Platoni apud Coniuiũ sit mētio, in prima rerum a suo Deo productio-  
ne, & ægre sibi apud Timæum respondet.
- VIII. Vnus tamen nobis est Adam, vna hominis productio.
- IX. Dij iuniores Platoni aliquid hominis concreant, vel saltem comproducūt,  
quod suo loco patebit.
- X. Pater autem nos creans, Deus est nobis vnus.



F E M I N A E

DOMI FORISQ.

PUBLICA BELLICAQ. NEGOTIA  
MINIME GERANT.

DISPUTATIONVM

IN PLATONEM

ATQVE CAUTIONVM

DISTRIBUTIONIS SECVNDAE

LIBER VNDECIMVS.

## Cautions Leges

Deus, Esaia capite tertio.

Et mulieres dominatae sunt eis.

Salomon Prouerbiarum cap. 31.

Quaesuit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum.  
De muliere forti, & pudica loquens.

Deus, Exodi capite XI.

Dices ergo (ad Moysen loquens) omni plebi, ut postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina vasa argentea, & aurca. Quibus verbis innuit, Mulieres secum inter se tantum commercium habere debere, ita enim exponere videtur Nicolaus de Lyra, sed illo clarius Gregorius Nazianzenus in virginibus documentis, itemque in Monitorio, cum inquit, Laudo ex feminis quas mares minime norunt.

Ecclesiastici, cap. 25.

Mulier, si primatum habeat, contraria est viro suo.

Tobia, capite secundo.

Anna, inquit, uxor eius ibat ad opus testrinum quotidie, & de labore manuum suarum victum, quem consequi poterat, deserebat.


Paulus ad Titum cap. 2.

Tu autem loquere, quae decet sanam doctrinam. Senes ut sobrii sint, honesti, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia: Anni similiter in habitu sancto, non criminales, non multo vino seruientes, bene docentes, ut prudentiam doceant: Adolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, ut non blasphemetur verbum Dei.

Cautiones



Vide suo loco.



# F E M I N A E D O M I F O R I S Q. P V B L I C A B E L L I C A Q. N E G O T I A M I N I M E G E R A N T.

## I N P L A T O N E M Q u a e s t i o , & C a u t i o .



L I B E R V N D E C I M V S .

P L A T O .

**D** O N G A mihi praefatione esset utendum in his Platonis insanijs euertendis, quippe quas tanto verborum apparatu, tanta sui animi in seipsum indulgentia strauit, aperuitque quinto de Repub. libro, ut recte quidem, ac lepide, immo vero segrauiter doctus quidam nostrae aetatis vir suis ibidem adnotationibus Platonem tamquam hominem delirantem agnouerit; immo vero non ipsum Platonem, nisi mauius eundem vel ebrium, vel auito quopiam morbo detentum, cuius mentis acies furore percita eo ipsum delirij deduxerit, ut se ipsum pene perdidit, & cum ea de vxorum communitate protulerit, quae a suis latis legibus, nulla Respub. quamuis immanis, & moribus effera, potuit admittere, mirum certe fuisse quosdam licet vix vnum, aut alterum, qui in Platonem insanientem ipsi duplo ferme caecutierint, quique legis prauitatem cum veritatis oneri succumbere viderint, quamque nullus animus vel mediocriter recte institutus admitteret, ipsi tamen in veritate conuiuentes Platonem ipsum tamquam Amasium sunt amplexati, quippe quem defendendum susceperunt, & in impugnatores odium plusquam Vatrinianum exercuerunt.

Qui cum Platonem caecutierint.

Aristoteles.

runt, pulcherrimam interim illam Aristotelis primo Moraliū sententiam de-  
uastantes, quasi non veritas ipsa, sed magis amicus Socrates, atq. Plato sit de-  
fendendus: cum tamen hi duo præclarissimi viri nihil æque ac sanctam verita-  
tem in omnibus inquirendam prædicauerint, vortisque exoptauerint. Ego ve-  
ro, si diuinare nunc liceat, dixerim, Socratem, & Platonem, si nunc ab inferis  
redirent, & huius olim assertæ ab ipsis sententiæ meminerint, rubore certe,  
non tam ob legem datam esse sustundendos, quam quod videant a grauibus vi-  
ris turpiter, amissa veritate, fuisse defensos, & quasi conscientie stimulis actos,  
sui erroris ob alienum pœnituros. proinde, vt ad rem redeam, (nam longum mi-  
hi maris æquor arandum) more consueto Platonis verba sunt in medium affe-  
renda. Ceterum, quia pluribus illa detinētur, implicanturq. in breuiore quaf-  
dam sententias, atque conclusiones cuncta Platonis, Socratifq. de mulieribus  
placita propriis verbis in medium proferam, licet quandoque propriis ciui-  
dem auctoris periodis minime vtat.

### Platonis Placitum Primum.

Plato 7. de  
Rep. 451. D. B.  
Mulieres ius  
dicant, & bellū  
gerant.

Mulieres per eque simul cum viris ad publicas res gerendas admittendas esse, vt ius,  
dicant, & bellum gerant. Cuius rei persuasionem, exemplo in canibus ducto, adhibet. ar-  
bitratur enim, oportere, vt inter canes gregis custodes femina ipse in eandem custodia cu-  
ram vna cum maribus incumbant, & vna venentur, & alia quoque communiter agant,  
& ita communiter omnia tribuit, nisi quod feminis, vt imbecillioribus, maribus, vt robu-  
stioribus, vtimur.

#### II.

Ibidem.

Mulieres ius dicant, & bellū gerant.

Quamobrem, cum fieri non possit, vt animali quopiā ad res easdem vtaris, nisi ea-  
dem ratione illud educaueris, atque institueris, si feminis ad easdem res vtamur, ac viris,  
easdem quoque res illas esse edocendas. Sunt igitur musica, & gymnastica, & ea quoque,  
qua ad bellum spectant, illis attribuenda, quemadmodum viris.

#### III.

Nudæ cum nu-  
dis publice cō-  
grediantur.

Mulieres nudas cum viris in publicum prodire oportere: quod etsi ridiculum videatur,  
non esse tamen ex eo persuadet, quia nil aliud sit ridiculum, quam quod est malum, hoc  
autem non esse malum, quod ex Lacedæmoniorum, & Cretensum consuetudine probat,  
tunc, cum nudos spectare viros cœperunt, & quando primum exercitationes huiusmodi  
instituerunt.

#### IIII.

Ibid. E.  
Possit mulieris  
naturam cum  
masculo, in om-  
nibus commu-  
nicare.  
453. E.  
454. E.  
455. D.

Humanam naturam muliebrem posse in omnibus operibus cum masculo communica-  
re, cum vero quasi in se ipsum insurgens integrum pene formasset argumentum, varias  
naturas varijs quoque in rebus vario instituto versari debere, & mulieris, & uiri varias  
esse, atque distinctas naturas, nihilominus multis modis respondet ad argumentum, &  
precipue, quod, etiam si hoc ipso disidere inter se videantur, quod femina parit, masculus  
gignit, nihilo magis effectum esse concedemus in eo sermone, in quo sumus, quate-  
nus nimirum mulier a uiro differat. sed adhuc perstabimus, inquit, in ea sententia, & cu-  
stodes nostros, & ipsorum umores in hsdem rebus communi quodam instituto versari debe-  
re. tandem adhibet, mulieres multas multis in rebus multis uiris antecellere, & nullum ef-  
se inter eos, qui Ciuitatem administrant, officium, siue institutum mulieri propriū, & pe-  
culiare, quatenus est mulier, neque uiro, quatenus uir, sed æque dispersas esse in utrif-  
que animantibus naturas, & omnium officiorum, qua in Reipub. administrationem  
cadunt,

A cadunt, natura compotem esse mulierem omnium item uirum, luis mulierum in omnibus  
infirmius quiddam esse uiro.

#### V.

Quamobrem, inquit Plato, non solum qua fieri possit, sed optimam quoque, uirilissimā-  
que Ciuitati legem posuimus, nudanda igitur erunt custodum mulieribus corpora, quan-  
doquidem uestium loco uirtutem induentur, & in belli, ceterarumq. procurationum, qua  
ad Ciuitatis custodiam pertinent, partem sunt aduocanda, neque aliter sane agendum fue-  
rit. Horum tamen munerum leniora mulieribus erunt tribucnda, propter generis imbecil-  
litatem.

#### VI.

Hucusque de custodum vxoribus, quod ad nuditatem, & bellicam exerci-  
tationem pertinet, locutus esse uidetur Plato: at, quomodo dicendo magis in-  
faniā ex candescat, ex iis, quæ sequuntur, erit inspiciendum. nam in hac pro-  
rumpit.

Horum uirorum uxores omnes omnium communes sunt, nullaque priuatim ulli con-  
sueficio.

#### VII.

Communes liberi sunt: neque Pater filium, neque filius Patrem agnoscito.

#### VIII.

Communes ades, & communia habeant conuiuia, & nihil priuatim possideant: vna  
quidem habitabunt, & vna commixti, & in excercitationibus, & reliquo uictu, non Geo-  
metrica quidem, sed amatoria conclusionis necessitate: cuius quidem uehementiores effica-  
cioresq. uidentur esse aculei ad fidem uulgo faciendam, ipsūque alliciendum.

#### IX.

Oportere optimos uiros cum optimis mulieribus congregari ut plurimum, deterrimos con-  
tra cum deterrimis.

#### X.

Consentaneum quoque esse, illorum prolem nutriri, horum minime, si quidem ipsum  
ouile summum, præstantissimumq. futurum est.

#### XI.

Hac uero ita geri, ut vnus ea norit Magistratus, Ciuēs omnes ignorent, si quidem fu-  
turum est, gregem erga suos custodes ueram obedientiam ab omni seditione, & tumultu  
immunem exhibere.

#### XII.

Festi quidam dies erunt legibus constituendi, in quibus sponfos & sponsas congre-  
gatus, & sacra, & hymni in nuptijs illis conueniant, a Poetis nostris instituantur.

## XIII.

**460. A.** Nuptiarum numerum magistratum arbitrio permittemus, ut bellorum, morborumque, **Nuptiarum nu-** *Nuptiarum numerum magistratum arbitrio permittemus, ut bellorum, morborumque,*  
**merus.** *habita ratione, quibus diminutus fuerit civium numerus, & huiusmodi casus prudentes, circumspicientes, consentaneum civium numerum seruent propagatione, id est ut neq. prater Civitatis facultatem, vel numerosa nimis existat Civitas, neque diminuta sit nimis, atque infrequens.*

## XIV.

**Ibid. A.** *Sortes tam exquisito artificio sunt instituendae, ut in qualibet copulatione, qui deteriorum locum nactus fuerit, non Magistratum inculpct, sed fortunam.*

## XV.

**Ibid. B.** *Iis Iuuenibus, qui vel in bello, vel alijs in rebus valent, premia tribuenda sunt, atque Iuuenibus la-* *munera, alijsque modis honestandi, quin & laxior condonanda est cum mulieribus con-*  
**xior licentia.** *grediendi licentia, ut simul ex hac occasione quam plurimi ex his serantur.*

## XVI.

**Ibid. B. C.** *Eos fetus, qui perpetua quadam successione inde nascuntur, suscipient Imperia ita con-*  
**Imperia fe-** *stituta, siue virorum, siue mulierum, siue ex virisque illa consent. communia enim fuerint*  
**tus suscipiāt.** *mulieribus, & viris Imperia.*

## XVII.

**Ibid. C.** *Vbi liberos ex bonis, & generosis habuerint, continuo eos in ouile deferent ad quasdam*  
**Liberos nutri-** *Nutrices his operis destinatas, quae tamen seorsim in Civitatis parte quadam habitabunt.*  
**cibus seorsim**  
**degentibus tra-**  
**gendos.**

## XVIII.

**Ibid. E.** *Eos, qui ex deterioribus nascuntur, & ex ceteris quoque, si membro aliquo mutili fue-*  
**Mucilos ocul-** *rint, in secreto quodam, atque incognito loco occultabunt, uti decet.*  
**tandos.**

## XIX.

**Ibid. E.** *Custodes quoque curam gerent, & ad illud ouile matres adducent, cum lac mammis*  
**Ne mater fe-** *exuberabit: elaborabunt tamen omni ratione, ne mater suum fetum possit agnoscere.*  
**tum agnoscat.**

## XX.

**Ibid.** *Mulier a nigesimo aetatis anno incipiens ad quadagesimum usque pariat Civitati.*  
**Mulieri parti-**  
**at tempus.**

## XXI.

**Viris nubendi** *Vir autem, postquam acutissimum aetatis suae florem transferit, annos scilicet triginta*  
**tempus.** *usque ad annos quinque & quinquaginta illam operam in gignendo praebeat Civitati.*  
**Ibid. E.**

Sj

## XXII.

**A** *Si vel etate praevectior, vel iunior has generandi operas moliat, profanum, nefas- 461. A.*  
*que, scelus esse censendum, quasi fetum Civitati serat, qui non sacrificiorum, siue Temporis pre-*  
*precatiorum fiat inauguratione, quas sacerdotes singulis in nuptijs peragent sacrificijs, na, & nuptiarum*  
*instituitis, vota etiam concipiente univrsa Civitate, uti ex bonis meliores, ex vitilibus inauguratio,*  
*utiliores nascantur: sed id fiet sub tenebris aeris cuiusdam incontinentia stimulis. atque vota.*

## XXIII.

**B** *Qui nondum ad etatem pervenerit generationi destinata, neque intercesserit ma-*  
*gistratus mandatum, cum ea muliere, quae in ea etate fuerit, consueverit, illum fetum*  
*asferemus esse spurium, profanum, incestum.* **ibid. B.**  
**Petus quando**  
**iputius.**

## XXIII.

**C** *Quando iam mulieres, & viri etatem generationi aptam egressi fuerint, licere vi-*  
*ris dicemus cuiuscumque voluerint, praeterquam filiae & matri, & filiarum filiabus, &*  
*matre, maioribus commiseri.* **ibid. B.**  
**Alia congres-**  
**sus libertas.**

## XXV.

**C** *Licere & mulieribus cum quolibet copulari, praeterquam filio, atque patre, ac supe-*  
*rioribus, & inferioribus eorundem.* **ibid. B.**  
**Mulierum licetiam.**

## XXVI.

**D** *Cum vero haec omnia mandaverimus, interdicens, partum talem, si natus fuerit,*  
*in lucem produci, si quid autem coeperit ita exponere, cum percipimus, quasi eius nulla*  
*esset nutritio.* **ibid. C.**  
**Dictorum pena.**

## XXVII.

**E** *Patres vero, & sorores, cum quibus coniunctionem interdicens, ita discernentur:*  
*quicumque nascuntur decimo mense, vel septimo, ex ea die qua quis nuptijs initiatus li-*  
*beris operam dedit, masculi quidem ab hoc filij, feminae autem filiae vocabuntur. Nati*  
*autem, cum patrem vocabunt, natorum similiter filios, ille nepotes esse dicet. Isti au-*  
*tem maiores vocabunt auos, siue avias. At vero eos, qui eo tempore nascuntur, pro pa-*  
*tribus ipsorum matresq. generabant sorores, atque fratres: atque ita nullo modo se alij*  
*alios tangant.* **ibid. C. D.**  
**Proles quomo-**  
**do discernenda.**

## XXVIII.

**E** *Fratres, & sorores lex concedet una congregari, si fors ita tribuerit, & annuerit*  
*Pythia.* **ibid. E.**  
**Fratribus cum**  
**sororibus con-**  
**grediendi licetia.**

## XXIX.

*Quoniam vero nullum perniciosius Civitati malum, quam illud, quod cum discerpit,*  
*atque* **462. B. C.**  
**Meum & non**  
**meum civitati**  
**perniciosum**  
**tollendum.**

atque distribuit, & ex una efficit duas, contra vero, nullum maius bonum, quam quod ipsam vincit, atque colligat, & unam vere efficit, hoc autem est voluptatis, dolorisq. communitas, quando Cives omnes ex eandem rerum accessione, vel decessione eodem modo gaudent, & dolent: horum enim secreta quadam, & disincta proprietate uniuersae Ciuitatis dissoluit atque dirimit. cum isdem illis casibus, qui & in uniuersam Ciuitatem, & in singulos Cives cadunt, alij vehementer doleant, alij exultanti latitia gestiant, talis autem affectionum diuersitas inde existit, cum non simul in Ciuitate haec verba increbrescunt, Meum & non meum, ac de alieno eodem modo statuendum, ut cum illa Mei & non mei discrimina in Ciuitate inualescant, tunc optime regatur Respublica. necesse est igitur, hanc communitatem affectionum vrgere in bene morata Ciuitate, quoties nimirum boni vel mali quippiam Ciuium alicui contingeret, huiusmodi profecto Ciuitas acclamabit, ipsum illud ad se ipsam maxime pertinere, & si bonum fuerit, una gaudebit; si malum, una dolebit.

XXX.

464. A. *In eo igitur maxime nostri ciues communicabunt, quod Meum uno ore dicent, ex cuius Mei communitate illud consequetur, ut voluptates, & dolores communes habeant: huius vero tam arctae necessitudinis una causa praeter ceteram Respublica constitutionem, est uxorum, & liberorum inter ipsos custodes communitas.*

ibid. D. *Quid vero inde consequatur, ita explicat Plato: Lites & accusationes aliorum aduersus alios nulla, ex his emergent, quoniam nemo quidquam habebit proprium, praeter corpus, & pacem inter se colent, adulationes aberunt, quibus aduersus diuites solent uti tenuiores.*

465. C. *Aberunt perplexa, spinosaeque illae sollicitudines, cum magnis molestiis coniunctae, quibus diuesari solent Parentes ob liberorum educationem, necessariamque domesticorum alimoniam, dum pecunia, unde victus ad alendam familiam sufficitur, quaerenda est, quo iure, qua uo iniuria, uel per mutuum, uel negando debitum, uel quolibet alio modo rei faciendae expediendus est modus, dum apud mulieres, famulosque pecunia se ponitur, quae secreto recondatur, & pleraque huius generis, quae in rei familiaris administrationem quotidie cadunt omnibus nota.*

Platonem ob causam turpe oratorio modo insinuationem fuisse. *Haec quidem Plato, siue monstra, siue quid monstro deformius produxerit, quamuis non ignarus, quam a communi recte opinantium consensu abhorre debuerant, quemadmodum fieri solet in causa turpi, ad insinuationes, & occupationes oratorias accessit, priusquam ad vxorum nuditatem, communitatemque. (nam haec duo tantum persuadere conabatur) accederet, & a primo quidem illius quinti libri de Republica initio statim talem communionem persuadere aggressus, & quam sit vxorum, & liberorum commoda futura communitas rogatus, tandem Socrates, his dictis sermonem aggreditur: *Hand facile, mihi crede, haec explicari possunt. hoc enim a communi hominum fide longius abhorret, quam ea, quae haecenus sunt a nobis commemorata. primum enim illud minime credetur, fieri haec posse: & si maxime possint, an optima sint, & quomodo, magnus habebit scrupulus, ut vix ac ne vix quidem cuiusquam admittat fidem. Itaque reuocat me metus, & ne haec attingam, grauius dehortatur: ne videlicet votum quoddam, atque commentum, haec opinio esse videatur. nam, si crederem, me probe nosse, quae dico, preclare susciperetur haec adhortatio. nam tutum est, & ad animi praesentiam maxime facit, inter prudentes, & amicos de rebus maximis, & incunctis vera pronuntiare, eumque maxime hominem, qui illarum sit peritus. At cum, qui dubitabundo, diffidenti animo haesitat, in his rebus, de quibus tamen molitur, uerba facere, quemadmodum nunc ego, formidabile videlicet periculum metuet, ne se**

Socratis infinuantis verba. 450. C. D. *deridendum propinet. Hoc enim puerilis cuiusdam est futilitatis. Illud item valde per-*

*rimescendum mihi est, ne ego aberrans a vero non solum me ipsum errore inuoluam, sed & amicos mecum in eodem erroris calles agam precipites: ac proinde eodem casu omnes labamur, & in his quidem rebus, in quibus tibi minime consentaneum est. Adrastra igitur, ob eas res, quas dicturus sum, numen adoro supplex. eum enim minori peccato teneri arbitror, qui non sponte, ac volens aliquem perimit, quam eum, qui in rebus pulchris, bonis, iustis, legitimis aliquem in errorem inducit volens & sciens. Vides ne, amice lector, quantis verborum lenocinijs dere adeo turpi dicturus pudorem soluerit Socrates, & ad fidem impetrandam fateatur a communi hominum fide abhorre, & illa, quae sibi persuasit apud alios fide caritura, timuit, & si credantur, vereri, ne optima non sint, & ne videatur, alijs suae mentis votum persuadere voluisse, neque etiam se credere probe nosse, quae diceret. adhuc etiam dubitaret, ne se deridendum praebat: atque item perimere adeo dicturus, Deam inuocat implacabilem aduersus temerarios homines. & profecto in omnibus diuinavit Socrates, Daemone suo haec sibi dictante. nam & ea dixit, quae fide profus omni apud bonos semper caruerunt, quaeque inter ea, quae fieri non possunt, a vere sapientibus sunt existimata: & re uera votum suum aperuit libidinosus Socrates, ut, ni scelestissimus haberi velit, mentiri illum dicere sit necesse, qui rem secus se habere probe nouerit, & si amicos, quos ipse nouerim, non multos in hanc prauitatis foueam precipites egerit, at falcem vnua Ficinum, & Bessaronem caecutire fecit. alienum certe a homine Philosopho, immo vero homine indignum, nedum Philosopho, atque Christiano. Porro, cum singulas insanientes sententias euertere maioris sit laboris, quam ut hoc operis instituto absolui possit, rem omnem ad tria tantum capita redigemus: scilicet, ad id primum, quod mulieres ad publica negotia domi forisque admiserit, quod earundem nuditates persuasit, & ad communitatem publicamque congressum conuocauerit. nam huius gratia insanire in omnibus antedictis tum Platoni, tum etiam Socrati libuit. cetera vero partim attingemus, partim ad alios commentarios referemus, qui de Moribus proprium pensum seorsum absoluunt.*

*Hic est ille Plato, qui muliebrem naturam nunc adeo extollit, ut possit in omnibus cum viri natura communicare, Ciuitatem consilij gubernare, bellum gerere, sapientiam intellectu, mentisq. acie exercere. Hic, inquam, est Plato ille, qui in Timaeo, atque alijs plerisque locis, feminam ex viris intemperantibus, iniustis, atque timidis produxit, (quemadmodum propria Cautione dictum est) immo vero non modo e corruptis quidem viris illam genuit, verum etiam tempore generationem distulit, & in generatione secunda prodire ipsam fecit. quasi vero tunc temporis, quo prima generatio exercebatur, priusquam heroes illi Dijs geniti corrumperentur, & in intemperantiam, iniustitiam, timiditatemque abirent, sua Respub. erigi minime potuisset, ni post secundum generationis aduentum virorum sordibus (nam tales intelligit ipse feminas) suam Rempub. oneraret, quam honoraret potius. Atqui vos, viri Platonici, qui hoc differre Platonis Rempub. ab Aristotelis Ciuitate asseritis, quod illius diuina sit, atque caelestis, huius vero humana, atque terrestis, nonne fatius fuerat diuinam integris, incorruptisque viris, heroibusque Rempub. complere, quam tot seminarum inquinamentis immiscere & caelestem, ut asseritis, locum profanare, cum tamen idem Plato mulierem dictam γυνήν, γὰρ δὲ γυνήs id est genituram, uel genitricem, voluerit in Cratylo. atque idem in sexto de Legibus Dialogo mulieris naturam non solum dimidium esse, sed ad virtutum virili deteriorem.*

*deridendum propinet. Hoc enim puerilis cuiusdam est futilitatis. Illud item valde per-*

451. A. B.

Adrastra numen cui inuocauerit Socrates.

Ficinum, atque Bessaronem lapsos in huius Platonici erroris defensionem. Errorum Platonis tria tantum capita discernienda proponuntur.

De mulierum officio euerfionis principium.

Mulieris Platonica generatio, indignam virorum communitatem, atque munere ipsam indicat.

Mulier quomodo dicta, ex Cratylo. De legibus VI. Mulieris natura dimidia.

Mulieris testi-  
monium.

teriolem. Hic insuper est ille Plato, qui mulieribus, vt ferre testimonium pos-  
sent, non nisi cum quadragesimum annum excefferint, libere concessit, quasi  
vero, & generationi, & bellicis rebus, & Ciuitatis gubernationi, simul eo-  
demq. tempore, & veritati vacare non possint. Qui igitur nunc fit, vt feminam  
consilia publica inire dignum sit, quam testimonium ferre est indignum? quod  
si mutauit sententiam Plato, cum hæc in libro de Legibus asseruisset, at certe  
mulieris naturam mutare non potuit, cum interim huiusmodi legem a sacris  
litteris traditam multo ante ostendisset Moses, quem secutum fuisse Platonem  
fui amatores perhibent. ibi enim (si Iosepho credimus) ob leuitatem, & gene-  
ris procacitatem, mulierum testimonia nequaquam admittebantur. Nec hu-  
iusmodi morem aspernatos olim fuisse Romanos testis est A. Gellius, cū Tar-  
tariæ tantum Vestali alioqui ius dicendi testimonij fuisset tributum, testabilisq.  
vt esset, vni omnium feminarum est datum. quodq. magis Socrates primo de  
Repub. monet, ne uictores quidquam mortuis detrahant, præter arma, siquidem co-  
gitationis, inquit, avaræ muliebris, ac vilis esse videtur, cadauera spoliare. Ita ferme  
Virg. hoc ad vnguem expressit:

Iosephus VI.  
c. VII.  
A. Gellius de  
Romanorū mo-  
re in femina-  
rum testimo-  
nio.  
De Rep. l. i.

Virgilius  
Æneid. XI.  
Rom. magistra-  
tus in Prouin-  
sine vxoribus.  
Alex. ab Ale-  
xandro lib. IV.  
Geni. d. c. XI.

Arist. 2. Polit.  
cap. 7.  
idē 1. Rhetor.  
cap. V.

Varro.  
Aug. 18. de ciui-  
d. cap. IX.

Tacitus de Ger-  
manorum mor-  
ibus.

Mulierum aua-  
ritia. Et alia  
vicia.

Plato siue So-  
crates 5. de  
Rep.

*Femineo præda, & spoliarum ardebat amore.*  
Nec ob aliud ij, qui Romanos gerebant Magistratus, ad suam Prouinciam pro-  
ficisci sine vxoribus iubebantur. nota enim fuerat eisdem mulierum auaritia,  
prouinciales alioqui bonis omnibus spoliatura. Noui certe mulieres nonnullas  
apud quasdam gentes in Senatu fuisse adhibitas, vt de Artemisia Xerxis vxo-  
re, de Agrippina Claudij Neronis, de matre Heliogabali, deq. Mefa Heliogabali  
auiâ. Sed hæc singularia sunt, & corruptis Reip. temporibus euenere,  
reliqua vero barbara, vel ab alijs confutata, vt de Celtis mulieribus ad Con-  
cilia adhibitis.

Scio, apud Lacædemonios fuisse in vsu, vt res a mulieribus in Concilio pu-  
blico administrarentur, de quibus secundo Politicorum Arist. sed ita scio, vt  
quidem ad eiusdem Philosophi normam corrigantur. At vero memini etiam  
me apud Aristotelem primo Rhetoricorum legisse, Lacædemonios dimidia felici-  
tatis parte priuari, eo quod impudicas habeant mulieres, vel, si malint, eandem su-  
beant culpam, quam Platonem nunc subire, tot viris præclarissimis ita iubentibus,  
demonstrabimus. Nec me latet, etiam apud Priscos Athenienses fuisse  
obseruatum, vt mulieres (teste Varrone, atque Augustino de Ciuitate Dei  
libro decimo octauo) in publicis consultationibus suffragia ferrent; sed recte  
nouimus, eundem morem in desuetudinem abiisse, sapientioribus fortasse,  
atque iunioribus, expertibusq. viris ita iubentibus. Si vero Germani (quod  
refert Tacitus in eo libro, qui de Germaniæ moribus inscribitur, inesse tan-  
tum sanctum aliquid, & prouidum feminis putant, vt neque earundem confi-  
lia aspernentur, neque responsa negligant, haud certe affirmare audeam, Platonem  
Barbarorum morem sua Repub. dignaturum fuisse, licet hoc vno men-  
dacijs culpam me subire posse verear, quod, qui canum exemplo ducatur,  
idem hominum licet Barbarorum moribus aduersari non audeat: licet reue-  
ra in promptu illa sit, quam tertia ab hac Cautione claram faciemus.

Porro, de Mulierum auaritia longum esset, vel auctores, vel ipsarum di-  
cta, aut facta recensere: quemadmodum & de infidelitate, dolo, mendacio,  
periurio, libidine, inconstantia, varietate, atque leuitate. Sed, vt istæ mulierum  
naturæ condonemus, quid de illarum facultate dicet, quatenus eas ad  
Reipub. administrationem capeffendam hortatur? nonne ipsemet Socrates  
aut (quod idem est) Plato, priusquam, hanc disputationem aggredieretur, in-  
de est exorsus, vt memoria repeteret, se, veluti gregi custodes, ac pastores, ita  
viro

**A** viros mulieribus præfuisse. quod etiam non est aspernatus Aristoteles 1. Politi-  
corum, atque etiam Oeconomicorum secundo; nec eiusmodi sententiam cor-  
rexisse vquam vilis est, nisi cum eandem funditus delendam esset aggressus.  
At respondebit fortasse quispiam, quemadmodum sequenti digressione in  
quendam calumniatorem calumniatoris differemus, feminas tales quidem  
esse natura, atque ita constare, at disciplina longe meliores euadere posse.  
cuius quidem dicto nos ob duplicem ipsius falsitatem respondere cogimur. Pri-  
mum quidem, quia ipsemet Plato utrumq. sexum natura non differre, in his saltem  
exercitationibus dixerit. Est enim apertissimum argumentum, quemadmodum  
in altera insania inspicere potest: deinde, quia, si sola disciplina id constabit,  
**B** cum uirtus doceri non possit, suo Menone id iubente, si secus esset de muliebri  
natura asserendum, profecto ex ipsius Platonis sententia numquam alsuefecit  
arma capeffere mulier. Ita enim (& recte, vt solet) Aristoteles contra præcep-  
torem secundo moralium Nicomachiorum est argumentatus; & si virorum  
testimonij res esset agēda (quod nec ipsemet Plato quandoq. facere aspernat-  
ur) eidem Xenophontem, Homerum, Aristotelem, atque aliorum ferme omniū  
consensum stare contra faciā. Xenophontem quidem, quippe qui in Oeconomicis  
dixerit sibi videri, Deum naturam mulieris ad curam intus suscipiendam ad lucem  
protulisse, mollioreq. corpore, vt intra parietes officij obiret. At viri corpus animumq. frigo-  
ra, estus, inuicera, militiā, facile tolerare constituisse. Quapropter illis foras res gerēdas de-  
legasse, rursum illas ob infantium curam maiore erga liberos charitate tum ad custodienda  
quæ a viris parra essent metu uehementior, qui rebus asseruandis utilis foret, præditas esse  
voluit. viro insuper cui tueri extranea facta incumbit, ac oppugnanti resistere, maiorem  
addidit audaciam. Et paullo post: Deus item uxorem pulchriorem condidit, vt for-  
mam cum pudicitia se domi continendo tueretur: virum toriosorem, vt extra magis age-  
ret, edidit. Si quis autem huius ordinis aduersus ierit, aut viri partes vxor, seu uir uxoris  
peragerit, ultorem sentiet se habiturum Deum. Quæ cum dixisset Xenophon, li-  
cet Platonis æmulus, non longe ab illis Platonis mentem habuit, qui alicubi  
dixerit, uxoriā uirtutem esse domum gubernare, dum custodit domestica, uirōq. obe-  
dit. Sed ambobus prior Homerus hoc idem Iliados sexto cecinerat, & in hy-  
**D**mo Veneris inquit, non ob aliud Palladem pulchra opera in domibus docuisse. quo-  
rum omnium sententiæ tandem subscripsit Aristoteles secundo Politicorum,  
atque item libro tertio, immo vero octauo capite primi Politicorum prædicat,  
uirum uxori, & filijs, tanquam liberis ambobus præesse debere. at uero non eodem Im-  
perij modo, sed uxori quidem ciuilitate, filios autem regere, masculum enim, quam femina  
principaliorem esse. Addas etiam, mirum esse, Platonem; cui adeo Aegyptij  
mores arriserint, cur hunc etiam ab eisdem accipere recusasset. Apud illos  
enim lege ab Ifide lata caurum erat, ut uiri pollicerentur se omnia intra penetralia  
uxorum arbitrio relicturos. quamuis, cum hæc dicat Diodorus lib. 1. Herodotus  
tamen de Aegyptijs in Euterpe longe secus referat, sed ea quidem, quæ ad  
**E** Platonis Rempublicam nihil quidquam conducant. Et feminas bellicis rebus  
exerceant, quamuis illas paullo ciuilius e domo deducat. ait enim: Aegyptios,  
quemadmodum & celo, & flumine, diuersa sunt ab alijs natura, ita pleraque omnia a  
ceteris omnibus diuersa constituisse instituta, atque iura. Apud eos enim feminae ne-  
gotiantur, cauponanturq. & institoris operis vacant. Viri autem domi se con-  
tinent, texentes, aliaq. munera muliebria tractantes. Cui Pomponius Mela  
de eisdem libro primo subscripsit: quemadmodum, de Gelonibus refert etiam  
Clemens Ro. suarum Recognitionum libro nono: quæ omnino legi Ifidis ad-  
uersari videntur. sed tamen nihil ad nos: cum vtraq. legi Platonice sit contra-  
ria, aut saltem ab eadem diuersa. quidquid tamen id sit, illud etiam de Aegy-  
ptijs

Aristoteles 1.  
Num discipli-  
na mulieres me-  
liores effici pos-  
sint, ex Plato-  
ne?

Xenophontis  
testim. de nur-  
licer.

Homerus

Aristoteles  
C. III.  
E. III.

Aegyptiorum  
mos ex Ifidis  
lege.  
Diodorus  
Herodotus

Pomp. Mela.

Clemens Ro.

Aegyptiorum ptijs scriptum inuenio, illis quippe lege constitutum fuisse, *ut fortissimus quisq. Cantharon in anulo sculptum gereret.* quasi vero id animal dicatur esse *αβνλ υζωον*, hoc est sine feminis, quo quidem indicat legislator, eos, qui strenue pro Patria essent dimicaturi, minime effeminatos, esse oportere. Scio etiam, Diodoro Plutarchum assentiri, qui *Aegyptijs mulieribus patrium*, inquit *fuisse morem, non uti calceamentis, ut se domi continerent.* Nec dissimilis esse videtur Byzantium antiqua consuetudo, apud quos *femina neque in conuiuium adhibebatur, neque solebat nisi in adium parte interire, ut Aemilius Probus testatur in procemio sui operis.* si quid tamen simile apud antiquos reperiri possit, a Gorgonibus institutis translatum non nihil videtur, & in Platonica Republica insitum. nam, si Diodoro credimus libro quarto Bibliothecæ, apud *Gorgones sola mulieres publica munera obant, viri autem rei domesticæ curam gerunt, tum obtemperantes feminis, tum militia, ac omnis Reipublicæ expertes.* Legimus etiam, apud Seras non longe secius vsu venire, licet tamen paullo mollius. *nam crines implicant domi, sedent, unguentis delibuti, & prorsus effeminati. Mulieres contra capillum capitis tondent, virili cingulo se cingunt, & in agro omnia opera perficiunt.* In quem tamen morem insurgit Epiphanius Cyprius, libro hæreson tertio, capite tertio. quidquid autem, aut quocumque modo mores isti, aut instituta Platonice legibus similes existant, videas interim bipartitam esse vtriusque curam, de qua tamen apud Platonice feminas præter otia posita etiam re bellica nihil distincte legimus. Amplius ipsemet Plato *talem esse naturam mulierum cognouit sexto de Legibus, ut orationem recte dicentis sine ingenti clamore audire non possit.* Quomodo nam igitur fieri potest, ut ad consilia publica tale animal admittatur, animal inquam indomitum, insidiosum, libertatem, & licentiam apertissime desiderans? Quod si Brutorum exemplo, & vnus tantum speciei, nempe canum communitate motus, eandem in rationalibus communitatem inducere voluit, poterat non modo in canibus, verum etiam in multis, aut fere in omnibus brutis animaduertere, quam sit magis insidiosum feminarum, quam marium genus, quod oculatissimus Aristoteles nono de historia animalium declarauit. Poterat etiam Plato sexcentis exemplis in alijs speciebus animalium cognitis, se ipsum ab hoc proposito reuocare, & cum ipsum non latuerit, mares feminis esse robustiores, mirum igitur, cur, vno canum exemplo contentus, multis alijs refragantibus, in illam sententiam iuerit, & cur non potius a simili in alia quadam specie probauerit, feminas solas belli negotium suscipere debere? cum constet, in animalium quam plurimis feminas maribus esse ferociores, quemadmodum in genere *Panthera, atque Ursorum,* Aristotele auctore nono de historia animalium, capite primo, a quo etiam Aelianus, & Plinius non dissentiunt, vel (si Auicennæ credimus) ipse circa initium libri noni *inter Leopardos, & Lupos feminas maribus testatur ferocitate præstare:* aut, si Alberti fidem non infirmabimus, *Leopardis, & Ursis* potius hoc tribuendum ex libri octauo capite primo suæ de Animalibus historiæ. Si vero mares tamquam pastores Platonem feminis præfecerit: cur, quæso, vno exemplo *Asinorum siluestrium* noluit esse contentus? In illis enim, Plinio referente, *mares singulis feminarum gregibus fertur imperitare.* Quasi si nouerit mares feminis esse robustiores, (quod ratio, & experientia Platonem docuit) poterat etiam inspicere, quemadmodum alii animalium descriptores, eorundemq. morum indagatores, *proprium feminarum inquit esse, non arma, sed demissiore curam agere,* quod non modo Aristoteles in Physiognomicis, ut dicebamus, verum etiam

A  
B  
C  
D  
E

Aegyptiorum lex.  
Plutarchus de Aegyptijs mulieribus.  
Byzantium consuetudo.  
Aemilius Probus.  
Gorgonum instituta.  
Diodorus.  
Seras populi.  
Epiphanius.  
Plato de natura mulierum.  
Canum exemplo quatenus recte sit vsus Plato.  
Arist. 9. de hist. animal.  
Feminas in nullo speciebus esse maribus ferociores.  
Aristot.  
Aelianus.  
Plin.  
Auicenn.  
Albert.  
Asini siluestres.  
Ex Plinio lib. viij. c. iij.  
Aristoteles

A etiam quarto de generatione animalium, & tertio de partibus, & alibi docuit. quibus quidem in locis cum de varijs armorum generibus verba habeat, quibus diuersa brutorum genera ipsa natura insigniuit, puta dentibus, cornibus, aculeis, calcaribus, & alijs huiusmodi, aut maribus, inquit, *tantum naturam concessisse, aut certe hæc eadem si feminis concessit, potiora minus, atque robustiora quam maribus.* cuius etiam rei testis est Plinius libro vudecimo, & Albertus libro duodecimo, & Pausanias libro quinto de Alcis loquens, atque etiam Galenus libro tertio de causis pulsuum post principium. sed Albertus libro decimo octauo tractatu secundo causam etiam conatur assignare, *cur mulieres citius crescant, & citius compleantur, atque senescant, quam viri?* & cum ipse met Plato *mares a feminis hoc differre animaduertisset, quod illi validiores sint in operibus exercendis,* hoc ipsum Platonem accusat magis quam excusat. nec longe secus Galeni verba Platonem redarguunt nono de Hippocratis, & Platonis placitis. quoquidem loco, *cum femina, & viri similitudinem ex quinto de Rep. induxerit, quatenus, ut ipse inquit, animalia rationalia, hoc est scientie capacia sunt, cum etiam eorundem dissimilitudinem attulerit, ut puta quatenus virorum sexus robustior, validiorq. habetur; ad omneq. opus, omnemq. disciplinam melior, femina autem imbecilliores, & peiores in quo a viris discrepant,* his etiam non contentus Galenus, contrariam vtriusque naturam descripsit, & in hoc etiam inquit *contrariam viris naturam habent, quod feminae sunt, atque eam ob causam ad concipiendos fetus idonea. membra enim quaedam feminis natura comparauit, quibus viri carent.* Ex quibus certe verbis Galeni in Platone reprehendendo modestiam colligo, Galenum autem ab Aristotele hæc habuisse ex octauo Physionomicæ artis capite sit apertum, vbi passionum habituumq. in animalibus distinctionem venatur ex masculini femininiq. generis comparatione. quamuis autem eiusdem capitis pleraq. in quaestione de feminae generatione citauerimus, præsens tamen locus exposcit, ut integrum capitis eiusdem principium huc transferamus. Illud autem ferme ita habet. *Nunc autem primum tentabo genera animalium distinguere, & quæ ipsorum conuenit permutari, ut sint fortia, & timida, & iusta, & iniusta. Distinguendum autem animalium genus in duas formas, in masculinam, & in femininam, adiungentem id quod congruit unicuique formæ. sunt enim similes. Et quas conatur nutrire, ferarum, masculinæ magis, & molliores secundum animas feminae maribus sunt, minus autem fortes. verum nutrimenta, & assuetudines manuum recipientes magis. quare existentes tales erunt ferme minus iracundæ maribus. Manifestum autem id ex nobis alicubi est: quoniam, cum ab ira vincimur, difficilius persuasibiles, & maxime respicimus, ne quidquam vsquam eueniat. ferimur autem ad violentiam inferendam, & patrandum, ad quodcumq. ira impulerit. Videntur autem mihi magis masculina fieri femina masculis, & propter proteruiora, petulantiora, & liberaliora, & impotentiora. Femina igitur, & quæ apud nos nutriuntur, valde manifesta sunt: quæ vero sunt apud siluam, omnes consistunt, & pastores, & venatores, quod valia sunt, qualia sint dicta. At vero & hoc manifestum est, quod singula in vnoquoque genere, femina mare minoris capitis, & angustioris faciei, & gracilioris colli sit, & pectora imbecilliora habent, & minorum costarum sunt, coxendices autem, & coxas magis carnosas maribus, genua autem flexibilia, & crura gracilia habent. pedes vero pulchriores, & formam totius corporis molliorem, quam fortioerem, minus nervosa autem sunt, & molliora prædita humidioribus carnibus. Masculina autem his omnibus contraria habentia, eo quod natura sunt fortioerem, & iustiore genere, femina autem est timidior, & iniustior natura. Quod autem ad vnam canum speciem sibi propositam attinet, simile quid, nec minus risu dignum de Pyrrhone Dialectico audio. is cum nauigaret, & periculosa tempestate iactaretur, porcellum monstrasse fertur, qui obiecto ordeo oblectaret*

Plinius cap. xxxvj.  
Albertus c. vltimo.  
Pausanias  
Galenus  
Albertus c. V.  
Galenus  
Aristoteles ca. viij. primi de arte Physiognomica.  
Mares atque feminae discretio.  
Feminas corpore maribus molliores.  
Pyrrhonis insulsum dictum.

se, ac dixisse familiaribus, qui a rebus fortuitis cōturbari nollet, ei ex doctrina, & Philosophia huiuscemodi comparandā indolentiam esse. Vt mirer Plutarchum, in eo libello, quem admodum sentias te virtute proficere, talem porcinā, dixerim, indolentiam approbasse. Sed interim, prouerbij memor, iubere debebat, ne vltra crepidam sutor, tractentq. fabrilis fabri: ita enim cognouit esse faciendum Maro noster Aeneidos libro septimo:

Virgilius *Cura tibi, diuum effigies, & templa tueri;  
Bella viri, pacemq. gerant.*

Ouidius *Nec diuerfa ab his Ouidius duodecimo Metamorphoseon:  
I, cape cum calathis, & stammina pollice torque,  
Bella relinque viris.*

Aut saltem Homeri reuerentia moueri debebat, quem tantifacere videtur. Nam hæc eadem ab Homero sunt expressa. Nec poterat ignotum esse illi prouerbium. nam Græcum est, atque antiquum *Μη μάχεσθαι ἄγε θήλυ*: quo nos dicimus, *Ne gladiū tollas mulier*. Immo vero senario prouerbiali fertur, *Femina exercitum ducit, femina militat*: si quando accidet, vt graue negotium inepto cuidam committatur. Omitto etiam vulgatā parcemiam, *Mulieris famam, non formā vulgatam esse oportere*. Nam, licet Plutarcho non admodū arrideat, non tamen ideo feminas ad arma capefenda exhortatur. Est etiā veluti prouerbialis senarius Alexidis apud Græcos, Athenæo referente libro tertio, *Natura non sinit præesse feminam*. Nec omittā illud Aristotelis, quod habet in problematis, dum querit, *cur mulierem interficere iniquius sit, quam virum? An inquit, quia mulier imbecillior est, minusq. proinde facere iniuriam potest? Itē, Eniti aduersus id, quod longe infirmius est, nihil virile, immo solidum, atque iniquissimum est*. Quis ergo in agminum conflictu mulieri se se obijcere designabit, vt feminam feriat, & eam (egregiam certe laudem) interficiat? Nec puto Platonem ipsum latuisse *Græcorum instituta, quæ mulieribus tutores dare erant soliti, immo etiam curatores ex lege*. ita refert Harpocration, & Demosthenes aduersus Neæram. idq. etiam testatur Cicero in oratione pro Lucio Flacco. Nec item Plato ignorasse debuerat, Atheniensium legibus, feminis fuisse cautum circa commerciorum modum. *neque enim vltra sexordei modios illis mercari licebat*. quod has infirmo esse animo exploratum habere.

Dionysius Prusensis referente in libro *de non temere credendo*, eandemq. legem ad Romanos transiisse, obseruatamq. diu fuisse alij referunt. Et si multa subtiliter in Homero interpretatus est Plato, poruit etiā illud Iliados quinto perpendere, cum Diomedes Veneri exprobrat, *quod mulieres impotentes, atque imbecilles deceperit*. Cuius sententiæ imitator Virgilius ita 4. Aeneidos lunonem alloquentem Venerem introduxit:

Virgilius *Egregiam uero laudem, & spolia ampla refertis,  
Tnq. puerq. tuus, magnum & memorabile numen  
Vna dolo Diuum si femina victa duorum est.*

Vt vero tandem instituta euagatio finem habeat, si publica sustinere negotia prudentis est, cum femina sit decipi facilis, vt ex dictis, atque etiā ex Aristotele nono de Animalibus circa initū, & ex Auicenna itē nono, & ex Alberto lib. 8. plane constat. Igitur femina tantū a Reipublicæ administratione remoueri debet, quantū fatuitas a prudentiā magis quā calliditas distare dicitur. Ita etiam concludere monet nos Chrysofomus, qui in Epistola ad Corinthios, secunda homelia, *Mulierum*, inquit, *proprium esse, decipi*. Nec putarim fuisse nescium Platonem, corporis debilitatem aliquam etiam mentis præceditionem præferre. quam obrem Aristoteles libro Politicorum primo *mulierum consilium inualidum esse docuerat*. Itaque, priusquam eanum exemplo vteretur Socrates, Elsedonum populorum naturam magis testari expediebat. quippe apud quos feminæ peræque

Plutarchus

Virgilius

Ouidius

Homerus  
Prouerbia de muliere

Plutarchus

Alexidis pro-  
uerb. ex Athe-  
næo.  
Aristoteles

part. xxix.  
probl xi.  
Græcorum in-  
stituta.

Harpocration,  
& Demosthen.  
Cicero

atheniensū le-  
ges de feminis.

Dionysius Pru-  
sensis.  
Platonem ex  
Homero multo  
adnotasse.

Virgilius

De mulierum  
prudencia.  
Arist.  
Auicenn.  
Albert.  
Chrysof.  
Homil 23.  
Arist. c. vltimo.

Elsedonum na-  
tura.

æque fortes nascantur, ac viri. ita enim a simili conuenientius argumen- tari poterat, quam a dissimili. vnde a bellius ad homines transijt. nam, quatenus canum exemplo motus, tantum gubernandæ Reipub. negotium fe- minis impartitus fuerit, satis Præceptor respondet Aristoteles: *Absurdum est, inquit, eadem mulieres, quæ viros, studia, dicere, Belluarum similitudinibus docere: ad quas rei familiaris cura nihil pertinet*. Hæc Aristoteles. Et reuera dedecet, summum philosophum, vno singulari exemplo ductum, tot contrarijs in il- lum posthabitis, in re tam ardua facile ad pauca respiciendo peccare, præter- quam quod rem exemplo comprobata facile sit improbare. vt recte idem Aristoteles secundo Rhetoricorum docuit. cur etiam Platoni non placuit, vno in Spartanis exemplo, vt in quibus feminæ suis viris imperitabant? an quia eiudem fuerat cum Aristotele discipulo sententiæ? hic enim huiusmodi vsum primo Politicorum improbat. nec ob aliud primo Rhetoricorum cap. quin- to dixerat, *Lacedæmonios dimidia fere felicitatis parte carere, quod, vt supra dictum est, impudicas habent mulieres*. nam, etsi Græcorum fere omnium fuit mos, vt mulieres imperent, idem autem Spartanis vel maxime inualuit: tamen ante Aristotelem Democritus, referente Stobæo, *a muliere dominari summum excla- mauit viro esse dedecus*. Hactenus satis cum Ethnicis sumus immorati. tempus iam est ad sacra deuenire.

1. Polit. c. 3.

Exemplum de  
bile probatio-  
nis, argumentū  
ex Arist.  
Spartanorum  
femine.  
C. VII.

Democritus ex  
Stobæo.

C A V T I O N E S. CAUTIONES.

Origenes.

Ex ponens illud Pauli ad Romanos, *Saluta Mariam, qua multum laborauis in nobis*, hoc idem habet. ORIGENES.

Chrysofomus.

In Sermone, *quod regulares femina viris cohabitens civilibus*, inquit, *Negotijs a viro susceptis mulier sortita est domesticam administrationem, & curam*. Idem in Epistola Pauli ad Corint. hom. 13. *Deus vero vniuersa non commisit, nec viro nec mulieri, sed pulchre officia digessit, huic domum, illi forum tradens, & huic nutrire: agricolatur enim, & huic amicare. tela enim, & colus mulieris est, & ei texendi sapientiam commisit*. CHRYSOSTOMVS.

Gregorius Nazianzenus.

Exponens illud Pauli prima ad Timotheum quinto, cum de documētis Vir ginum loquitur, *Neque inquit domibus externis asideas, neque mensis*. GREG. NAZ.

Chrysofomus.

In Epistola Pauli ad Timotheum, homilia decima, monet matres, *ut curant sollicitæ, ut filia domi sint iugiter*. CHRYSOSTOMVS.



Idem homilia 60. A

Idem *Inquit, mulieris esse, domi philosophari, vel, ut alij uertunt, domi tamquam in quodam philosophie gymnasio sedere.*

## Idem lib. 3. de Sacerdotio.

Idem *Virginem inquit oportet undecumque tamquam muro circumseptam esse, ac toto anno perraro domo egredi; idq. demum cum inexcusabiles, ac necessariæ causæ urgebunt.* B

## Idem ibidem.

Idem *Virginem non conuenit neque frequenter, neque supernacuas in ambulationes agere.*

## Idem rursus ibidem.

Idem *Neque ei licet frequenter in forum descendere, neque, si quando ea descenderit, occurrentium oculis conspicua esse cogitur.* C

## Augustinus lib. 20. aduersus Faustum.

AVGVSTI-  
NVS. *Tradit, Poetas scribere, Venerem non quidem Martis esse uxorem, sed adulteram, quia ea bella gerentibus non congrua est.*

Idem c. caput in fi 33. q. 5. D

Idem *Mulieres debere uiris obedire, lege natura fieri docet.*

## Idem in libro de nuptijs ad Valerium, c. 9.

Idem *Nec dubitari, inquit, potest, naturali Iure uiros potius feminis, quam uiris feminas imperare.*

Idem in Epistolam Pauli priorem ad Corinth cap. 65. E

Idem *Femina inquit uiro subiecta est lege natura. Vide eundem Augustinum in lib. de catechizandis rudibus.*

Ambro-

Ambrosius in Lucam lib. 2. A

*Discite, inquit, Virgines non circum cursare per alienas ades, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones.* AMBRO-  
SIVS.

## Idem lib. 2. de Virginibus.

B *Loquens de Virgine Maria, Prodire, inquit, domo, nescia, nisi cum ad Ecclesiam conueniret, & hoc ipsum cum parentibus, aut propinquis.* Idem

## Idem epistolarum octauo, Ep. 64.

*Expendit in sacris litteris, Mariam ipsam fuisse domi repertam, cum ad eam Gabriel uenit,* Idem

Idem lib. de Arca Noe, cap. 13. C

*Scribit diem ad uirum referri, noctem ad mulierem, quoniam ille actu publico sit clarior, ista obscurior, tamquam domesticis clausa parietibus.* Idem

## Hieronymus ad Demetriadem Virginem.

*Habeo lanam semper in manibus, uel staminis pollice fila deducito, uel ad torquenda sub tegmina in alueolis fusa uertantur.* HIERONY-  
MVS.

Idem ad Lætam de institutione filia. D

*Discat & lanam facere: tenere colum, ponere in gremia calathum, gestare fufum, stamina pollice ducere. Quæ cum diceret Hieronymus, ad Romanorum quen- dam morem sibi fortasse probatum alludere uoluit. sponsæ enim apud Romanos, ut testis est Plinius libro octauo capite quadagesimo octauo, Varro etiã, atque Plutarchus, colum secum inferebant, & fufum, uirorumq. ianuam lana coronabant, atque cingebant, nihil aliud inuenientes carimonia nuptiali, nisi, lanificium a nuptis in domo maritali esse exercendum. Sed ante hunc morem uulgatum erat prouerbium apud Græcos τὸ γυναικῶν ἔργον, ἢ ἐκκλησία, id est, Tunc seminarum officia, & non conciones, siue coetus, uel concilia.* E

## Idem ad Eustoch. de custodia Virginitatis.

*Cum monet, ne domo exeat, & eo trahit illud Cantorum, Hortus conclusus, soror mea, sponsa, hortus conclusus.* Idem

Kk 3 Alc-

## Alexander de Ales. p. 2. q. 88. memb. 5.

ALEXAN-  
DER de Ales.

Quattuor assignat causas, cur mulier corpore infirmior facta fuerit, vir autem fortior. Quarum prima, ex parte actionis, & passionis; altera, ex parte regiminis, & subiectionis; tertia, ex parte nutriendæ prolis; quarta, propter spirituales quandam significationem.

## D. Thomas, in opusc. de sacr. alt. c. 7:

D. THOMAS.

Cum traxerit ad figuram sacramenti altaris illud, quod de benedictione Iacob, Geneleos cap. 27. describitur, ita postmodum habet: *Sciendum, quod in illa figura Domini corporis quattuor erant persone, Isaac, & Rebecca, & Iacob, & Esau, quasi masculus & femina significant duas naturas in nobis, scilicet corpus; & animam. Masculus, qui magis solet esse manifestus, & exterioribus plus intendit, significat hominem exteriorem, id est corpus cum suis sensibus. Femina, que domi residet, & familiam regit, hominem interiorem, id est, animam, que salutis sue & aliorum gerit curam.*

## Eusebius lib. II. præpar. Euang. c. 4.

EUSEBIUS:

Simile quiddam adnotat, quod Esau a patre, Iacob a matre fuerit dilectus, ut per illam dilectionem vitam actiuam, per hanc contemplatiuam intelligat. Mulieris enim proprium est, ut intus immota sedeat, sicut Iacob, qui fuit vir simplex habitas in tabernaculis, & ob id Israel, id est Videns Deum dictus, qualis contemplatiui hominis mens est. Viri autem officium est extera quædam negotiatio similis pratico & actiuo intellectui, qualis fuit Esau, qui venator erat, & agricola, & ut interlinearis glossa exponit, exercens est exteras actiones.

Mulierum quam  
uis non omnium  
peculiaris que  
dam vitia.

Longum esset enarrare cetera mulierum quamuis non omnium vitia, ob quæ ab auctoribus complurimis iracundiæ, clamoræ, querulæ, rixosæ, contumeliosæ, crudeles, vindictæ appetentes, intemperantes, vinosæ, ignauæ, otiosæ, & huiusmodi sexcentis nominibus appellantur. nam in immensum excresceret sermo, nec mihi nunc ea mens est ut in mulieres inuehar, nisi quantum ad publica negotia vocantur a Platone. electorem interim ad Tertullianum remitto in libro de habitu muliebri, itemque ad Origenem in homilia, quam in Euangelio Cananæ scripsit, & in secundo tractatu suorum commentariorum in Iob, & ad Cyprianum delego, in libro de singularitate feminarum, atque ad Chrysostomum in Matthæum capite decimonono, homilia trigesima secunda. Ut omittam nunc e gentilibus Græcos, & Latinos Poetas. quamuis ex istorum classe Plutarchus de mulierum virtutibus scripserit, Hesiodus, & ni fallor, Ioannes Boccaccius, eiusque Præceptor Franciscus Petrarca, & e sanctorum doctorum numero Chrysostomus in homilia decollationis D. Ioannis, & Hieronymus super psalmum quadragesimum quartum, & ad Valerium quendam in epistola quadam ad Rufinum, quæ inter


Poetæ Græci,  
atque Latini.  
Plutarchus  
Hesiodus  
Io. Boccaccius  
Fr. Petrarca  
Chrysof.  
Hieronymus

Diui

A Diui Hieronymi epistolas reperitur, & Gregorium Nazianzenum in sententiis distichis. Vide Ecclesiasticum cap. 7. & 25. Ut omittam nunc, quæ de inuerecundia tamquam propria Mulierum testatur Aristoteles, & Auicenna initio libri noni de animalibus, & Galenus vndecimo de vtilitate partium, & Albertus primo de Animalibus capite primo. Ut mirer interim D. Thomam, qui libro quarto de regimine Principum, capite sexto, dixerit, naturam femi-

nis multa frena imposuisse, præ cæteris autem verecundiam annumerauerit. quem etiam secutus est Egidius in libro eiusdem nominis, titulo secundo, parte prima. quod tamen a Diuo Hieronymo habere potuerunt in epistola ad Virgines Deo dicatas, si tamen Hieronymi est illa epistola. Sed hi viri fortasse non ab eo, quod est, sed ab eo, quod esse debet, de mulierum verecundia locuti fuisse videri voluerunt.

FINIS VNDECIMI LIBRI.

Greg. Nazianz.  
Ecclesiast.  
Aristoteles.  
Auicenna.  
Galenus.  
Albertus.  
D. Thomas.

Egidius

D. Hierony-  
mus.

V X O R E S

OMNES OMNIVM

NE COMMVNES SVNTO.


DISPV TATIONVM

I N P L A T O N E M

ATQVE CAVTIONVM

DISTRIBVTIONIS SECVNDAE

LIBER DVODECIMVS.



V X O R E S  
O M N E S O M N I V M  
N E C O M M V N E S S V N T O .

I N P L A T O N E M  
Q u æ s t i o , & C a u t i o .



L I B E R D V O D E C I M V S .

P L A T O .

**D** **L**TER erat hoc loco suscipiendus Cautiois labor, ni tamen a foribus abstinuisse præstiterit, ne ob tantam legis licentiam plures in nos concitemus, quam cautione conciliemus. nec fortasse ob aliud Socrates aperto, haud vero amplius operto (vt in Phædro) capite nunc loquitur. & cū Plato, vt recte Saluanus Massiliensis in libro de gubernatione Dei, *lupanar fecerit mundo*, haud ipsum amplius erroris penitere oportuit. quippe qui non ignorabat libidinis licentiam vix paucis ingratam esse futuram. proinde, cum Bessario non legis licentiam, sed Platonis (pro pudor) Maiestatem (inquit ipse) defendendam suscepisset, nos, honestiore nomine permoti, veniam ab eodem, atque a lectoribus petimus, si id saltem profiteamur, vt veritatis sanctitas, priusquam cuiuscumque viri auctoritas, potior nobis, priorq. vt sit, elaboramus. Enim vero, cum, quid dicat Plato, in Bessarionis scriptis magis pateat, quam propemodum in ipsius legis inuentore, nos, vno labore contenti, vnum illum Bessarionem præ manibus suscipimus, vnum ipsum alloquemur.

Primum

Cautiois Leges

*Et erunt duo in carne vna.*

Hæreses ex {  
Simone Mago  
Nicolaitis  
Saturninis  
Basilidianis  
Florianis.  
Adamianis, siue Adameis.  
Pauperibus de Lugduno.  
Adamo Pastaris  
Pitcardis } *Vide suo loco.*

Cautioes ex {  
Chrysofomo  
Lactantio  
Augustino  
Tertulliano  
Irenæo  
Epiphano, & alijs  
pæne innumeris. } *Vide post præsentem Cautioem, in ultimo sequentis, postquam de nuditate disputatum est. vtrarumq. enim unam fieri Cautioem decere putauimus.*

Questionis di-  
rectio in Pla-  
tonem quen-  
dam celeberr-  
imum.  
Oratoris falla-  
cia esse, a cau-  
sa ad personam  
confugere, &  
contra  
Aduersarium  
etiam considera-  
da relinquere.

Primum itaq. quamuis videbat ille ob causam turpitudinem suam in aduer-  
sarium excandescantiam laborare; non ignarus oratoriarum præceptionum,  
ad personam semper confugit: nunc vero causam ipsam non modo personam  
tueri tentat. quamobrem, defensionem aggrediens, inquit, *se Platonem hoc loco*

Arist. r. post. c.  
8.

inquit, *quod uerbo labefactari, refellig. non queat?* Sed & alterum addit vir iste, *Ab-*  
*st.* inquit, *hoc a nobis, ut, qui rationem didicimus, meliorem, ritumq. sancte Ecclesia*  
*probauimus, cum Platone sentiamus.* Quorsum igitur tantis in calumniatore ani-  
mis inueheris? an non poteras vel de illo silere, aut a maledictis abstinere? aut  
(quod magis placere debebat) Ecclesiam veritatem, vel in Platonem, vel in ca-  
lumniatorem aperte defendendam suscipere? & interim, quoniam primo tuo  
libro *Platonem nihil scripsisse* defenderas, nunc hoc vno verbo a præsentis accu-  
satione te liberare? sed ex tertio a nobis adnotando talem excusationem se-  
qui non posse viderat vir iste, qui his vitur verbis, *ratione scilicet eius ætatis, qua*

Plato viuens  
ob iuram legē  
redarguitur ab  
Arist.

*Plato, nulla religione adstrictus, mores, & iura arbitrari suo statuebat, haud perperam il-*  
*lum ita sensisse existimo.* sed eadem illa ætate, qua nunc per te corrupta, quo mo-  
do fieri potuit, ut iidem corrupti mores in eandem legem infunderent, & tot  
refragantibus viris illam propalauerint, sed ille ne tuus *Plato sanctissimus, qui*  
*nulla religione adstrictus* nunc a te dicitur? nonne etiam præstitisset improbas leges  
silētio præterire, & potiores, præstantioresq. eligere, & ex illis quidem eas, quæ  
suis temporibus magis probatae probis viris viderentur. Nec ob aliud iubet Plato  
*ad legislatorem plurimarum rerū doctrinam pertinere.* itemq. Aristoteles *Y. Rhetor-*  
*icorum plures Respublicas nasse oportere* iubet *cum, qui Respublica administranda*  
*præsit.* modo cum dixeris, *Platonem nulla religione esse adstrictum,* iam a te ipso cri-  
pis omnem Platonis defendendi occasionem. quid enim peius dici potest in  
Platone defendendo, quam Atheum fere ipsam facere. nam Atheos necesse  
est ut sit, qui nulla religione est adstrictus. ita .n. ex religionis descriptione con-  
prehenditur, ut quæ sit pietas erga Deum ecquid falsius de Platone, atque de  
Socrate dici potest? te ipsum interroges, tua scripta relegas, & sane videbis, te,  
cui ex nostris Patribus tuum sanctissimum Platonem post habeas, non habere.  
certe; si nulla religione esse adstrictum etiam illis temporibus Xenophontem,

Lycurgum, Xe-  
noph. & Arist.  
rectius sensis-  
se, quam Plat.

Lycurgum, & Aristotelem comprehendas, videbis eorundem menti saniorē  
fuisse sententiam. ratio autem illa, quam producis, omnino impossibilis esse vi-  
detur. nam, si *profestio* (inquit) *& instituta illorum temporum patiebantur, ut vir vnus*  
*plures habeat uxores, & quam quisque nollet, facile repudiare, & pro libidine animi sui*  
*ducere aliam posset, si denique non quid honestius, aut sanctius ciuili illorum hominum*  
*usus quæreret, sed quid aptius, aut commodius foret, ad naturæ uulgaris uoluptatem atten-*  
*debant, eatenus certe excusari posse Platonem arbitror.* Hæc tu quidem. sed, quanto  
rectius poteras cautiones in Platonem admonere, quam huiusce mendicatas  
moliri defensiones. Tu enim ita inducis. Hic, & ille homo illa tempestate plu-  
res uxores habere poterat, idque quod ex communi potiebatur quisque, & si-  
bi indulgebat, ut duceret, & quam quisque uellet repudiare. igitur omnium  
cum omnibus in ordinatam publicam, nudamq. coniunctionem esse concedē-  
dam

A cum omnibus inordinatam publicam, nudamq. coniunctionem esse concedē-  
dam, negarem tibi sanam mentem, ni exploratissimum mihi esset te tanta ani-  
mi sanctitate præstitisse, quanto nunc odio in calumniatorem efferuiscis. *in-*  
*super ciuilem aïs illorum hominum usum curasse, non quid honestius, aut sanctius, sed*  
*quid aptius, aut commodius.* ego vero video, quemadmodum ipsemet Plato præ-  
fentiat, hoc illud non esse honestum, quod præterdit, sed utile potius Ciuita-  
ti. cumque optime nosset, non idem esse utile, atque honestum, (licet in re qua-  
piam conuenire possint) nescio, inquam, quoniam persuadente contrariū de-  
cernat hoc loco, cum inquit, *id quod utile est, & honestum esse: quod autē inuile est,*  
*esse turpe:* respuit igitur a te allatas excusationes. nam tu honestum ab utili ob-

B suam defensionem frustra, licet recte, separas, dum ipse nullum aliud honestū,  
præter utile, recipit in sua Repub. Amplius ad hæc addis, *Platoni satis esse, non*  
*quasi contraxerit ijs, quæ melius, ac rectius ab Apostolis gratia exempli dicta fuerint,*  
*sed quod ijs comparari possint, qui suis temporibus uiguerunt,* quippe quibus melius cir-  
ca hoc ius a peruerit impudentiam, ut (quemadmodum idem, qui supra, in-  
quit Saluianus) *Catonis impudentiam in hoc superet: nam cum viriq. uxores prostitu-*  
*tuerint, hic de impudenti sua uoluntate leges condidit.* adeo, ut inter æquales suos  
iure debeat anteponi: sed hoc loco non esse difficile, & leges, & Respublicas  
tum scriptas, tum etiam in usu positas illius ætatis afferre. verum instar omnium  
erit, si dixerō, si illud verum est, aut melius, quod vel omnium, vel sapientum,

C aut denique sapientissimorum consensu est comprobatum, neminem latere ar-  
bitror, Aristotelis sententiam, ne dum Platonis Reipublicæ, verum etiam fere  
omnium, fuisse optimam, & iam inde usque ad nostra tempora, vel sapientum  
ore, vel ipso rei euentu comprobata, aut saltem in hoc ab Ecclesia nequaquam  
damnatam extitisse. ubi nam igitur est istiusmodi carnalis Reipublicæ diuini-  
tas? & si id fuerit malum, quod nullus approbat, idque peius, aut pessimum,  
quod omnium honestate omni ætate damnatur; quo modo nam fieri potest,  
ut Plato rectius, quam omnes, dixisse videatur? quando ne quidem a te omnino  
defendendus suscipitur? (nam ita iam inde a principio fatebaris) idq. crede-  
re de te præstat, quippe cuius cordi nullam aliam præter Christianam religio-  
nem inhæsisse existimamus. Vide igitur, in quo huius status diuinitas posita  
sit, si nullus homo, præter hæreticos quosdam, nulla ætas, nisi moribus de-  
prauata, religio nulla (si tamen religio appellari debeat) legis prauitati est  
assensa. sed quænam ætas, qui viri, quæ sectæ hæreticorum id approbauerint,  
post digressionem satis ample impurissimorum hominum Catalogus manife-  
stabit. namque huius haud quidem alterius potissimum rei gratia hocce labo-  
res ad Christiani orbis utilitatem exantlandos subiimus.

Quod addis deinde, ni ludas nos, sancte senex, importune quidem addere  
videris. Ais enim, *unionem optimam quidem esse in Repub. contra uero, meum ar-*  
*que non meum damnosum, igitur mulierum communitatem esse in eadem Repub. in-*  
*troducendam.* Quis hæc possit videre, quis possit pati? Ut pudeat certe di-  
cere, quorū modis peccet sermo iste tuus. Sed nunc satis sit dicere, illam unio-  
nem esse in Rep. admittendam, quæ ad vnum tendat, cuius sit conspiratio vna,  
& honesta; nec dissimilis uideretur esse farinae. Tertium quoddam argumentum  
ibidem recitatum, dicis enim. *Sicut alij quidam Reipublicæ auctores vni uiro plures*  
*uxores concessere, sic Plato plures pluribus dari posse sine errore existimauit.* Existima-  
uit quidem, sed, an sine errore, iudicabunt hæretici, aut barbari. nā apud Chri-  
stianos, immo uero apud suos Ethnicos iam iudicatum est. Qui uero putat qua-  
drimembrem diuisionem omnino in omnibus posse exitum habere; is in  
multa incidet incommoda. & hoc loco, si dixeris, vnam vni uiro uxorem  
concedi,

Platonem in  
hac lege fere-  
da utilitate ho-  
nestati præru-  
lisse.

Saluianus de  
Socrate atque  
Catone.

Aduersarij ra-  
tio soluitur.

Alterius ratio-  
nis solutio.

Quadrime-  
bris diuio nō  
semper habet  
exitum.

concedi, vnum virum pluribus vxoribus, plures viros vni vxori, plures viros A pluribus vxoribus; hæc quidem postrema reliquas continebit diuisiones, sed confundit magis quam distinguit, atque adeo, si argumētationibus res agatur, neganda erit consecutio: dum illi pro ea confirmanda eo deueniunt, vt nos ter-  
Terrenā Rem-  
pub. celestibus  
heroibus con-  
stare minime  
posse.  
 reos quidem, sed cælestes homines præsupponant illos, quibuscum Venerus talis congressus fieri debeat. nam ita defensor iste dicere non veretur: *modo plu-  
 res illi viri ita eruditione virtuteg. instituti essent.* Id autem quantum distet ab eo, quod fieri potest, rei confusus euentus apud quosdam huiusce mentis hæreticos cōprobasse videtur. immo vero vniuersa humana imbecillitas, si nudæ mulieres oculis exponantur. Nec pudet huius prauitatis defensores, tantam in hu-  
B  
 ius Reipublicæ heroibus virtutem, scientiam, educationem, eruditionem, insti-  
Aristotelis ar-  
gumentum.  
 tutionem præsupponere, quantam multi e nostris sanctissimis viris sibi in simili-  
 bus mulierum commercijs arrogare absque diuino fauore numquam non ausi sunt. Timuerunt etiam, a sanctissimo spiritu alioqui adiuti. necesse est igitur, apud illos potius fuisse Alexandros, apud nos tamen magis Scipiones. quanto satius certe fuisset, si cum Aristotele discipulo hæc verba protulisset? *Sequi in-  
 de necesse est, vt, quoniam commune semper negligi solet, negotia omnia destituantur, quin etiam amor.* & apud nos Christiana caritas funditus deleatur. & omnino miror valde, quo modo factum est, vt, cum hæc iuberet Plato, crederet fieri posse, dum *ciues suos præceperit virtute, doctrina* ita ad amissim educari, institui, ornariue posse, vt quasi vnus homo sibi constans videretur. credidit ta-  
C  
 men hoc defensor iste. Ego vero ne quidem data intellectus Auerroici vnitate crediderim, si quidem vix ille humanarum actionum diuersitatem ab vno in-  
Educationem  
uanam videt,  
vbi virtus do-  
ceri nõ possit.  
 tellectu demanare minus etiam sustinere potest. Plato vero, etsi animorum diuersitatem ponat, quonam modo illos diuersis corporibus insitos ad tantam virtutis, educationis, doctrinæ vnitatem vnquam perducet? Dicit tutor, *educa-  
 tione.* id fieri posse. Sed An quæ virtus doceri Platoni non poterit, tantam modo in educatione potestatem obtinebit, si in vno, aut altero vel Aristidis, vel alterius filio deiuare virtutem pater frustra exoptauit, votis etiam frustra concupiuit? nunc in tot diuersis illius Reipublicæ hominum millibus, vnde tanta virtutis potestas? num omnes vere Dij, atque Deorum filij? ecquis credat? nam, si tantam virtutis vnitatem, deriuationemque ab vno patre filius vnus im-  
D  
 petrare non potest, quomodo a tota familia, adde ab Vniuerso Ciuium cœtu illam obtinebit? difficile sane est dicere. Sed & Ciuitatis summum custo-  
Oratoria exor-  
natio.  
 dem a tot Ciuium millibus plusquam impossibile est credere haberi posse. proinde, cum satis historiarum exemplis defensor demonstrasset, quemad-  
Arist. 1. Rhet.  
c. 9.  
Communions  
& proprietatis  
comparatio.  
 modum & Regna, & Prouinciæ interierint, contentione inter ciues ob re-  
 rum proprietatem oborta, id ex oratoria etiam faciat arte, vt, dum rem, de qua agitur, defendere quis non possit, ad eandem exornandam, aut defendendam comparatione vtatur. Ita ille hoc ab Aristotele primo Rhetoricorum nosse potuerat. Ego vero propius ad Tutoris dictum accedo, quo cum fateer  
E  
 rerum illas auarissimas proprietates, non vnum Regnum, nec semel interire fecisse. atqui animaduerti rerum illum communissimum vsum illius auaræ proprietatis esse antiq̄onum, & vtramque respuo. nam, quemadmodum talis proprietatis se ipsam affirmatiue perdit, ita huiusmodi communitas se ipsam destruit: negatiue illa inhiando rebus, hæc easdem negligendo ad sui inteti-  
 tum properat.

An Aristoteles  
in hac commu-  
nitate cum Pla-  
tone cōueniat? Ad hæc contendere etiã videtur propugnator, Aristotelem, atq. Platonē in-  
 teriē in hoc nõ differre, nisi, id, qđ Plato intēsus dicit, Aristotelē remissius de-  
 cernere. *Vterque .m. inquit, vnire Ciuitatē voluit, sed alter magis, alter minus, id fecit.  
 verum,*

A *verum quo minus sit, eo plura euenire incōmoda esse necesse: principium namque, & cau-  
 sa commodi, vnio est Ciuium communitas, incommodi vero diuisio. facilius tamen, id est  
 sensui nostro propinquius, quod quidam sectari Aristoteles solet, idq. Physici officium ar-  
 birratur, Plato contra cōmune respicit, partem enim hominis, quæ sensu nobilior est, men-  
 tem videlicet, atque intelligentiam, sequitur, ob idq. difficiliora semper aggreditur, sed  
 quæ menti intelligentijs magis conueniant.* Hæc ille. cum paullo prius, quam hæc di-  
 ceret, calumniatorem increpasset, vt qui causam non explicauerit, qua Aristo-  
 telem ad contrariam Platonis opinionem ille traxerit. debuerat enim, inquit, explicare. cum tamen statim ipsemet propugnator subdat, Aristotelem sensui  
B  
 additum, Platonem vero intellectui consona dixisse. sed non videt ille, se ma-  
In Reip. Gu-  
bernatione in-  
tellectus cum  
sensu num cō-  
uenire possint.  
 gis causæ assignandæ teneri, ecurr Aristoteles, vt ipse asserit, sensui, Plato con-  
 tra Intellectui fuisset additus. est enim hæc responsio absurdissima, si qua alia.  
 quandoquidem, quis vnquam de Ciuitatum gubernationibus, de Populorum  
 imperijs, de artibus, de agricultura, de militibus, de bellis, de pugnis, de legi-  
 bus, de vectigalibus, de annona, de pace, de seditione, de concordia dicere, &  
 rebus simul intellectualibus vacare posset? sunt enim illa concreta omnia, & in  
 rebus sensibilibus posita, si quidem singularia, mutabilia, & consilio in dies, at-  
 que auxilio, & restauratione indiga. nec idem est, iubere vt intellectui vacemus, &  
 Ciuitatum foundationibus operam cōsumamus. remotius etiam est bel-  
 lum gerere, arma præ manibus habere, & expedire, atque abstracta (veluti Ar-  
C  
 chimedes) collabente Patria importune agere. spectet igitur solum ad religio-  
Archimedes  
quando impor-  
tune specula-  
tus est?  
 nem pars illa potissima; sed tamen interim manuum operibus insistendum. &  
 cum præ nostræ mētis imbecillitate vix pauci diuinis vacare possint, sit interim  
 sacerdotibus illorum cura. & si calumniator ab Impugnatore reprehenditur,  
 eo quod causam non reddiderit, cur Aristoteles sensum sequeretur, ab eodem  
 tantundem ipse quererem, quonã modo in Platone hoc intelligere valeamus?  
 ipsum scilicet sequi intellectum, dum adeo brute mulieres, simul cum viris per-  
 mixtæ, nudatæq. claro sole Venerem agunt. Hoc cene est, quæso, secundum in-  
 tellectum agere? e quodnam humanum negotium cæleste non fuerit, Si bruta  
 ista, bestialiq. exercitatio intellectualis extiterit? sunt ista quidem magnifica  
D  
 verba, quæ vulgus hominū deterrere possent. At non intellectū præditos, quid-  
 piam de loco mouere. nam hi optime norunt, fieri non posse, vt extra intelle-  
 ctum, aut infra Cælum, Ciuitas intellectualis existat, quarū altera abstractio-  
 ne præcedente, altera reuera intelligibilis existit. & si detur omnem huius  
 Reipublicæ actionem reuera esse intellectualem, quis audeat vnquam fateri  
 venerem pugnam, & illam publicam, nudamq. cæleste negotium appellare?  
 cum æquis & mulis commune insit, quibus tamen non esse intellectum, docuit  
 Propheta. Transferatur igitur, sed in suum cælum, inuisa impudentiq. hæc Pla-  
 tonis conflictatio, quam tamquam puram intellectualem, terræ facies sustinere  
 pudet. quidquid tamen illud sit, Aristoteles ipse, multo ante, quam nos ridere-  
E  
 mus, venerem huiusmodi contemplationem exploxit. nam Polyticorum  
Aristoteles 4.  
Pol. c. 1.  
 quarto hæc dicit. *Sed cognoscenda est præterea ea Respub. quæ Ciuitatibus aptissi-  
 ma est, vt ij tradiderunt, qui de Republica suam dicunt sententiam. Qui; vt  
 alia præclare dicant, at certe ab vtilitate discedunt. Non enim optimus solus Ci-  
 uitatis status cognoscendus est, sed is etiam, qui talis esse potest, itemque is qui  
 ceteris facilius est, patetque latinus, & id quidem deinde, nec aliud agit Ari-  
 stoteles in reliquis libris, vnde in hanc defensoris responsionem, & in  
 Idæalem Platonis Rempublicam inuehi aperte comprehendis. idque adeo  
 partim in secundo, reliquum in tercio exsequitur. nam in ipsius prin-  
 cipio ita pollicetur. *His autem iam constitutis, dicendum est, quo tandem  
 modo**

modo optimus Ciuitatis Status & esse, & constitui possit. Hoc enim opus, A hic non irritus labor Urbem condere, quæ condi possit, in qua homines, non Dij, vel Deorum, vt inquit ipse, filij, sed hisce carnibus, ossibusq. præditi, denique sensibiles, haud vero intelligibiles producantur. Ceterum, quoniam modo impugnatores intelligam, ignoro. Ipse enim, dum argumentatur, serio loqui vult, & reuera ita de Platone credendum iubet, atque adeo, vt sua ipsius argumenta in alios demonstrant, se vero eisdem cogi renitatur. Si quidem ipse singulis quibusque verbis repetit, Non recte hoc a Platone fuisse scriptum; & iterum eundem rationibus contra calumniatorem corroborare pergit: sed, si Plato non recte dixit, falsus hic pro Platone tuarum rationum cumulus recensetur: si autem veræ tuæ rationes extiterint, recte etiam dixit Plato, te tamen secus in animo sentiente. Itaque, vter magis fuerit calumniator, non internoscas.

**Aduersarij argumenta alijs non sibi argumenta videri cupere.**

**Bruti exemplū.**

Nunc ad aliud Bruti exemplum accedamus, filios ob Patriam percutientis, quod certe ad præsentem disputationem est importunum. quin, si huc spectaret, ad rem nostram conduceret magis, erat enim illa Respublica ab hac turpissima vnitare longe remota. & omnino haud vidit Plato, atque sui propugnatores, eum, qui vndeque libertatem sequitur, omnium seruum eausurum. ita etiam, qui communitatem sustinere vult, omnium maxime proprium futurum. dum enim vitant stulti ( vt ait ille ) vitia, in contraria currunt. multas namque res proprias facere necesse est eum, qui communia sustinere velit. quorum exempla satis nobis suppeditat Aristoteles secundo suæ Politicæ, multis adductis Rebuspublicis tam scriptis, quam in usu positis, atque realibus. C Omitto etiam eiusdem in præceptore argumentationes. nam satis, si tamen satis, ab alijs sunt ventilata. Amplius, mitto nunc quærere, an plures vxores habere, maiorem verioremq. excitet voluptatem, an vna tantum esse contentū? Cuius rei occasionem suis quibusdam verbis nobis præberet calumniatoris impugnator. vnum illud scire cuperem, an vehemens ille animi motus, quæ Græci Zelotypiam appellant, Obtrectationem Cicero, Diuus autem Thomas, illam quodammodo definitens, inquit esse Repugnantiam consortij in amato, prouidisset e Platone Republica extirpari. hoc enim crederem futurum impossibile. si quidem affectio hæc ex definitione modo tradita amori videtur esse ingenerata, nam, vt Maro inquit,

**Multa propria habeat oportet, qui commune tuetur. Arist. 2. Polit. ostendit.**

**De Zelotypia quædam in Plat. Rep. Cicero. D. Thomas 1. 2. q. 28. art. 4.**

**Virg. in Geor. 3.**

*Omne adeo genus in terris hominumq. ferarumq. Et genus equorum, pecudes, piscesq. volucres, In furias, ignemq. ruunt, amor omnibus idem*

Furias inquit, & ignem, ne simplicem, sed Zelotypum amoris ignem intelligamus. Sed, quorsum hæc? nempe, vt intelligamus, Zelotypiam ad singularem quandam inclinationem cum amore vergere, propriamq. rei possessionem exoptare: & quemadmodum oculi, duces in amore, nos in vnus magis quàm in alterius desiderium inducunt, ( hæc enim sensu patent omnia ) ita in eiusdem rei, eiusdemq. personæ fruitione, concubitu, atq. tutela inclinant. Vnde, vniuerso fere teste, testibus omnium animalium speciebus, tot conflictationes, tot pugnae, atq. immortalia bella quotidie innascuntur. Semel igitur potuisset euenire in illius Reipublicæ communi conflictu, vt casu quisq. quilibet haberet, sed iterum cuiusq. oculus in singularem quandam pulchritudinem inclinasset, eamq. secunda vice non aliã exoptasset, vnde Zelotypia, atq. adeo protinus rixæ fuissent consecutæ. quod si viris id nunquam, certe mulieribus sapius, ac semper euenisset, vt in Zelotypiæ ardorem irruerent. an igitur parem femineis viribus cõpescendis disciplinã, atq. masculis reperiri posse contendes? nec ad eos respondendo, qui ciues beneuolentia coniungunt, & amicitia, immo etiam virtute præditos

**Zelotypiæ singularium proprie vsum exoptare.**

**Platonis Reipub. ciues Zelotypia minime carere potuisse.**

**A** præditos eosdẽ faciunt. nam, quemadmodum cupidinis furias ijs legibus minime submitti nouimus; ita contraria sentiẽtes ridebo, & vno exemplo in sacris literis sermonem Zelotypiæ claudam: vt inde colligas, Zelotypiam talem fuisse affectum, vt Deum illi mederi oportuerit? quod Numeri cap. 5. longo sacrificio legitur; & Ecclesiast. cap. 26. Dolor cordis & luctus mulier Zelotypa?

**Zelotypiæ Deum medicamenta adhibuisse. Numer. c. 5. Eccl. c. 26.**

Ad propugnatores redeo. Ait insuper, Platonem etiam ipsum existimasse talem vxorum communitatem difficilem, sed, si obrineri potuisset, futurum quid magnum, atq. diuinum. Amplius addit, Platonem plura sibi opposuisse, quam Aristoteles opposuerit circa talem communitatem: immo vero in libro de Legibus vniciq. propriam vxorem assignasse. Sed, quid, quæso, ad Platonis excusationem, dum ipse disputationis initio impossibilem veretur futuram talem communitatem, quam tamen, nescio quo persuadente, obstinate statuit? quæ vero sibi opponit, leuissima sunt, & in promptu eadem legere cupienti. sed furore percitus illud a sensu impetrare non desperauit, quod sibi a ratione, & intellectu promitti non poterat. si vero in libro de Legibus ( quod verissimum est, nec Aristoteles ignorauit ) singularem cuiq. assignat vxorem, ecquis non videt, ibi a primo errore palinodiam cecinisse? aut quam arte Rhetorica posset mihi defensor persuadere, Platonem in his duobus locis sibi constantem extitisse? nam aut contradictionem, aut correctionem appellandam quis neget? sed, quam, quæso, ex his duabus responsionibus non accusabitur, aut qua illarum idem defendetur? vnum interrim, quod mihi admodum displicet, ex accusatore colligo, scilicet, ipsum nimium sensuum affectibus infici, atq. submergi, dum Platonem suum simpliciter intellectualẽ facere studet, dumq. pro Platone abstrahit, se ipsum pæne obruit.

**Vxorum communitatẽ Platonem etiam ipsum impossibilem existimasse.**

**B** Deum immortalem, quid sibi contra calumniatorẽ pro Platone quod sibi cum Platone contra veritatẽ? quorsum tantæ in calumniatorẽ iræ? tantæ ipsius animis indignationes? nam, si in hominem odiũ exercere voluit, indignum quidẽ Christiano. si Platonis amorẽ id fecerit, indignum Philosopho, veritatẽ tergiueri, & Soeratẽ, atq. Platonem sancto numini anteferre. Sane etiam præceptor Plato decimo de Repub. in principio cum Homero se excusauit pro veritate dicturus, & si quidem dicat Platonẽ recte dixisse, certe sibi repugnabit, & p veritate

**Platonem pugnantia assignasse.**

**Aduersarium sensui nimis addit, dum Platone in tãquã intellectualẽ, tuetur.**

quod peius, quod si Platonẽ penitus ab errore in hac libidine vindicet, Ecclesiã, huic legi repugnãtẽ, accuset necesse est. Pergã nũc alia Platonis verba recensere, quæ a defensore ex libro de Legibus, ipso interpretante, adducuntur: quo loco, dum vnitatem commendat, post multa ita concludit: *Talem igitur Urbem si alicubi vel Dij, vel Deorum filij incolunt, plures vnus vitam degunt, quid nã felicissime viuunt, nihilq. experiri possunt, ac sua societate incundius: quam obrem non aliiunde Reipublica exemplum petendum est, sed hoc vno proposito, enitendum pro viribus, ut statim, quẽ intendimus, Reipublica huic quam simillimã faciamus.* Hic est vnus status, quẽ vix Plato, eiusdemq. defensor explicant. Sed, quoniam ille dixerat, eundẽ statum vel Deos, vel Diis genitos obtinere in Ciuitate potuisse, dum ipse illius omnimodã difficultatẽ ita minuit, nos eundẽ suis verbis confutatũ relinquere par est, & cum eodẽ met ipso ad aliũ inquirendũ trãsibimus. quo loco animaduertas etiã defensoris inconstantia velim, qui in primis sui cap. 3. verbis ex lib. 4. Platonẽ excusat, quasi dãnandã communitatẽ ratione eius ætatis posuerit, qua Platone, nulla religione adstrictus, mores, & iura arbitrato suo statuebat, deinde vero aliũ proposuisse statum, primo illo prætermisso, quasi parum consentaneo moribus presentis ætatis.

**Platon. 10. de Rep. cũ Hom. se excusat.**

**Plat. I. de leg.**

Cum hæc dicat defensor, inde vtriusque mendacium ipse colligo: Platonis quidem, vt qui extraneum quid proposuerit; vindicis vero, qui, cum Platonem defenderit, non ob aliud de vxorum communitate verba fecisse dixerit, nisi vt ad sui temporis statum se accommodaret, & sibi in-

**Aduersarij inconstantia.**

**Platonis, & defensoris inconstantia.**

terim accusator non consentiat, dum in eodem capite de Platone, inquit, *propositum primum statum deseruisse, tamquam aetati suae non convenientem; alium secundum intulisse aetati suae moderatius consulentem.* video fieri posse, ut pro Platone respondeatur, nempe sua tempestate impudentem quandam libidinem vagari potuisse, quia professio inquit defensor, & instituta illorum temporum patiebantur, ut vir unus plures haberet uxores, & quam quisque vellet, facile repudiare, & pro libidine animi sui ducere aliam posset: sed postea in libris de Legibus aetati suae moderatius ille consulens, verum, legitimumque, proposuerit matrimonium. Cui quidem dicto ibo obuiam in huc ferme modum: quandoquidem, cum in libris de Republica communes fecerit uxores, publicum coniugium, nudamque Venerem exposuerit, tantum abest, ut illam plures concupiscendi uxores libidinem castigauerit, ut etiam licentiam eandem ampliore reddiderit, & sub Religionis praetextu vniuersaliorum patentem, nudamque fecerit, ampliore quidem reddidit. nam vnius loco, aut alterius, quam sumere, & repudiare quis posset, ipse amplam viam protulit, atque etiam lege iussit, ut quisque, quotquot libuisset, praeterquam matri, atque filiae, coniungere sibi liceret: & repudij loco fortem fanciuit, qua cum crastino die nouam degustare posset, veterem externa dimissa, atque ita deinceps quotidie semperque facere cuique esset libitum. Addidit insuper sacras sacerdotum caerimonias, festumque, de nomine die, & denique, qui sacra canerent: poetas modestiores, fortasse ob causas alias Civitate negatos, admisit. hoc ceterum est igitur, aetatis suae mores correxisse? An ergo inter ea coniugia, quae Platonis temporibus fieri consueverunt, & ea, quae in sua Republica fieri iubet, nullum inerit aliud, nisi maioris, minorisue vituperationis discrimen? quod si tutem defensor turpem existimas illum plures ducendi uxores, eandemque repudiandi morem, atque iterum alias capiendi, quomodo deinde te non pudeat non video cum publicum lupanar defendis, & ab vna in alteram distentus transeundi potestatem concedis? Ita igitur in libris de Legibus Platonem moderatius sibi consuluisse intelligendum est, & pro sua scilicet currente aetate, & pro eo, quod quinto de Republica asseruerat.

Sed pergamus etiam ulterius, quousque, Tutor nos exemplis conuincere tentet. nam ex illis, tamquam praeritis, (ut recte inquit Aristoteles primo Rhetoricorum) futura conijciantes, quid sit agendum, statuimus, in quibus lapsus videri potest ipse propugnator, dum quasi accusato Platone tamquam ille talia dixerit, quae natura ipsa sufferre non posset, contra nititur ille id falsum esse ostendere, his verbis: *Verum nos, paucis quibusdam commemoratis, ne longiores simus, huic parvi faciem imponemus: cum praesertim etiam pauciora satis superque sint ad refellendum eorum errorem, qui Platonem ea, quae ferre natura non posset, scripsisse de Republica opinantur. id tantum naturae concedendum rati, quod legibus, aut institutis, aut moribus suae, vel gentis, vel aetatis sentiunt comprobari. Massagetarum &c.* Hae ille. Ceterum, quis Platonem accuset tamquam naturae incongrua dixerit? Porro, si ita natura sumatur tamquam a ratione quid distinctum, quod non semel apud Philosophos usurpari solet, Plato certe non modo proprie, quin etiam naturaliter admodum, atque adeo ob id naturaliter, quippe quia irrationabiliter loquitur. Hoc autem timet Plato, illud non item. An vero nuditatis, concubitusque, pudor naturalis existat, mox in Cautionibus cum Diuo Augustino videbimus.

Nunc tandem ad exempla deueniamus. *Massagetarum*, inquit, *Britannos, Afros, Nasamonos, Thracas, Brachmanos, Aethiopes, quique maris Arabici ripas incolunt, Troglodytas omnes ita consueisse.* Sed, quae non inuidia fuit, tot paucos enumerare populos? quorum usque ad haereticos, catalogum deducere valeret poterat? fortasse hunc laborem Christiano cuiuspiam suscipiendum reliquit, quod a nobis pro nostris viribus exsequendum

Arist. de exemplis 1. Rhet. c. 9.

Num Plato naturae congrua dixerit.

Res exemplis agitur, & populi, qui plures uxores habuerint, ex aduersario producantur.

A pio animo forsitan praesagiuit: quodque ex libri inscriptione faciendum esse sumus polliciti. Explicemus itaque ex gentilibus pro defensore, Indos uxores etiam plures duxisse. testis est Onesicritus, Cicero 5. Tusculanarum, Strabo libro decimo quinto, Valerius Maximus de Institutis antiquus, Solinus rerum memorabilium capite sexagesimo quinto. Inualuit etiam apud Thracas, auctore Pomponio Mela, apud Iudaeos, nam de Abraham, Iacob, David, Salomone, & alijs patet, ut in Scriptura sacra legitur; apud Aegyptios etiam, testis est Diodorus libro primo. praeterquam sacerdotes, qui vna tantum cogebantur esse contenti. de Nasamonibus testis est Herodorus libro quarto. De Parthis, Bardeanes in libro de fato, & Clemens libro Recognitionum nono capite septimo. Eusebius de praeparatione Evangelica libro octauo capite octauo, & Iustinus libro quadragesimo primo. De Cyrenaicis Pomponius Mela libro primo. De Persis Ammianus Marcellinus libro vigesimo tertio. Nec omittam obiter, quae dicat vir iste, hinc scilicet proficisci ut apud eos Charitas per diuersas libidines dispersa torpescat. ne solus Aristoteles haec dixisse videatur. Adde amplius, quod idem de Syriis Regibus testatur Cicero oratione quarta in Verrem. De Paenibus Herodorus in Therpsicore. Flaccus de Gelonibus libro septimo Argonauticae. Sallustius in Iugurtha, de Mauris, & Numidis. Caesar libro primo de bello Gallico de Germanis. nam Ariouistus duas vno tempore habuit uxores.

Cum vero haec tum de populis quibusdam, tum etiam de singularibus, qui plures uxores habere, dicta sint, addam nunc eos, & quidem populos, nationesque vniuersas, apud quas uxores haud certe plures, sed communes, & omnes omnium existere. ut inde comprehendas, quas gentes, quas immanes prorsus belluas, vel suae legis quasi a seclis habuerit Plato, vel antesignanos.

Aethiopes sollemnes nuptias non norunt, sed passim in discreto concubitu miscetur, Alex. lib. 1. c. 24. Eubulibus in insulis Rex imperare dicitur, qui sine spe coniugij in quamcumque commotus fuerit sponsam vasaria capiat. idem.

Troglodytae, nudi per omnem vitam degentes, uxores filiosque omnes communes habent, excepto Tyranno, qui vnicam tenet, bestijs similes: ut qui neque voluptatis, neque doloris vllum nisi naturalem sensum percipiant, neque turpis, neque honesti discrimen norint. Diod. lib. 3. c. 3.

Nomades communes habent uxores, & filios. Apud Scythas praeter ensem & cyathum, Uxores & liberi in communi sunt, Alex. lib. 9. c. 1.

In superiore Libya mos inualuerat, ut mulieres haberentur communes, sic tamen, ut inde susceptos liberos similitudinis ratione distribuerent. Aristot. lib. 2. Polit. c. 3. Id quod Pomponius Mela Garamantibus tribuit.

Nasamonibus uxores plures singuli e consuetudine habent, cum his in propatulo coeunt, ut eodem pane quo Massagetae modo, prius, scipione praetento. Herod. lib. 4. Lymirij uxores omnes habebant communes, filiosque ex aequo omnes communiter alebant ad annum usque quintum, quo tempore exacto, distribuebant ijs parentibus alendos, & educandos, quibus forma persimiles essent. Stobaeus serm. 24. ex Nicolao de gentium moribus.

Aufes Africae populi promiscue cum mulieribus non vna habitant, sed peccatum more concumbunt. Herod. lib. 4.

Agathyrsi Scythiae populi excultissimi viri sunt, & aurum plerumque gestantes, in commune cum Mulieribus coeunt, & inter se germani sunt, ac domestici omnes: nihil neque liuoris, neque odij mutuo exercentes, cetera ad Thracum consuetudinem accedentes. Herod. lib. 4. & Stobaeus serm. 42.

Pleraque alia in aduersarij gratiam exempla producantur. Indi. Thracas. Abraham, & alij. Aegyptij.

Nasamonibus. Parthi.

Cyrenaici.

Persae. Ammianus Marcellinus.

Syrii Reges. P. ones. Gelones. Mauri. Numide. Germani.

Communes uxores qui habuerint. Aethiopes. Eubulibus insularum Rex. Troglodytae.

Nomades.

Superior Libya.

Nasamonibus. Massagetae. Lymirij.

Aufes.

Agathyrsi.

Thracas.



Thrace

Thrace Virgines non afferuantur, sed promiscue, ut collibuerit, cum viris congregiuntur. Cœlius libro decimo octavo capite 23. Antiq. lectio.

Masiagete

Masiagete singuli vxorem ducunt, sed ea communiter vtuntur. Quoties quis libidine capitur mulieris, suspensa ad plaustrum pharetra, sine metu concumbit. Herod. lib. 1. & Strabo lib. 11. & Sab. lib. 6. En. 2.

Lacedæmonio  
rum vxores.

Cum Lacedæmonij aduersus Messenios ob violatas ab eis suas Virgines in Messeniorum sacrificio expeditionem suscepissent, iurati inter se non prius ab armis discessuros, quam Messenam expugnassent, vxores, absentiam maritorum pertæsa, viros domum reuocarunt. Illi domum iuniores miserunt, qui post iurandum supplementi causa fuerant in castra acciti: ijsq. permissum, ut promiscue cum omnibus concumberent, & ab huiusmodi indiscreti concubitus nota Parthenias, qui inde orti sunt, nominauerunt. Sabellicus lib. 3. Enneadis 2. Cabades Rex Perfarum legem tulit, ut feminæ viris in communi essent

Cabades Rex  
Perfarum.

expositæ, & ut cuius ex lege liceret, ad quamcumque animus ferret, accedere, priuatiq. thori participem fieri. Agathius lib. 4.

Phœnicæ

Phœnicæ Heliopolitani sentiebant vxores debere esse communes: eamque ob causam liberi errorem incerti erant, cum nulla liberorum & parentum esset discretio. Virgines etiam hospitibus prostituiebant. Socrates lib. 1. cap. 18.

Sabæi, & Naba  
thæi.

Apud Sabæos, & Nabathæos vna omnibus vxor est. Qui prior ingreditur, posito ante ianuam baculo, cum ea congregitur. (nam in more habent, ut quisque baculum gerat) ea tamen cum grandiore pernoctat. quapropter omnes omnium sunt fratres. Coeunt etiam cum matribus. Adulter capite plectitur, is scilicet, qui ex alio genere est. sed & huiusmodi quiddam narratur. Regis cuiusdam filia, mira pulchritudine, cum fratres quindecim haberet, qui omnes eam misere adamarent, & propterea alius post alium continue ad eam ingrederentur, iam defessa, rem huiusmodi machinatur. baculos facit baculis eorum per similes, & cum quisque ab ea exiret, continuo baculum aliquem similem ante ianuam ponebat, & paullo post alium, considerans, ne, qui esset ingressus, illi similem haberet. Cum itaq. aliquando omnes in foro essent, vnus ad portam accedens, & baculum videns, putauit, ex hoc, aliquem intus cum ea esse: ex eo autem, quod fratres omnes in foro reliquisset, adulterum suspicatus adesse, currens ad patrem, atque huc eum adducens, conuictus est, fororem falso criminari. Strabo lib. 16. Gentem Anglorum spreis legalibus cō-

Anglorum gēs

nubijs adulterando & luxuriando instar Sodomiticæ gentis foedam duxisse vitam, Bonifacius Maguntius Episcopus in epistola ad Regem Anglorum testatur, apud Antoninum tit. 14. cap. 1. §. 7. Henricus Erphordiensis cap. 67. Hedio. lib. c. 9. Ecclesiasticæ historiæ. Hieronymus lib. 1. aduersus Iouianum inquit:

Scotorū natio

Scotorum natio vxores proprias non habet, quasi Platonis politiam legerit, & Catonis sectetur exemplum, Nulla apud eos coniux propria est, sed ut cuique libitum fuerit, pecudum more lasciuiunt. Ordaci Albionis incolæ, latrocinij asueti, communibus utebantur vxoribus, nati ex promiscuo concubitu, quod patrem demonstrare non possent, omnium habebantur filij. H. Boetius libro 1.

Ordaci

Tu vero, Calumniatoris impugnator, fatin putas, & tibi, & Platoni hæc omnia? His etiam addas licet antiquum Atheniensium decretum, exhaustam ciuibus Urbem reparare volentium, quo sancitum est, uti Urbanam vxorem ducerent simul etiam liceret, ex altera procreare filios. Testes sunt Satyrus Hieronymus Rhodius, atque Laertius. quam tamen legem nec ignorauit, nec spreuit Socrates, qui Xanthippen simul, & Mirtonem Aristidis neptem duxit vxores. ut, si id non ferat Athenæus, sit tamen nobiscum Callisthenes, Demetrius Phalereus, & Satyrus Peripateticus. & si cum Aristotele non conueniant, nec

Vxores fortas  
se duas Socra  
tem duxisse.

Phalereus, & Satyrus Peripateticus. & si cum Aristotele non conueniant, nec

Panatius

A Panatius Rhodius contradicat. ij enim inuicem pugnant de duabus Socratis vxoribus: quorum postremus Socratem a duabus defendit vxoribus, eo quod illius tempora repugnabant, ut inquit Athenæus, nisi fortasse plebiscito fuerit concessum ob ciuium raritatem. qui mos etiam apud Romanos inualuit. Ceterum, cum hæc a nobis exempla sint adducta, ac multo plura adduci potuissent, quid tandem pro Platone, quidue pro defensore? nuditatem conquerimur, publicum, diurnumq. conflictum deestamur, Ecclesiæ morem amplectimur. Vide igitur, quid ex allatis Barbarorum maiori ex parte exemplis colligas, quorum Græci existere contemptores vel præcipui. itaq. barbaros, quos ne sua quidem amicitia dignos existimabant, eos nunc imitari non pu-

B duisset? Sed ipse Plato præcipue in eadem sua Republica prohibet quemcumque ex ternum morem introduci: ut non ob aliud suam Ciuitatem amplius decem passuum millibus a mari distare voluerit. Quid, quod ipse Plato, cum in omnibus Dijs gratias semper egisset, ob tria tamen, quæ sibi præcipua a Dijs donata esse cognoscebat, eidem vel maximas gratias semper agebat; & quod homo, non bellua; quod mas, non femina; quod Græcus, non Barbarus, natus esset. Sudet interim defensor Barbaros pro Platone testari. nam Græcus hic, atque sapiens, procul clamabit abesse barbarum morem. Si qua autem exempla Barbarorum frustra non fuerint, etiam ab eo citantur. cum coniugij priuatim præsupponant, ut Romanorum exempla. Lycurgus vero etiam eandem

C subeat damnationem, atque poenam. quid ad me? Apage a Christianis Sancti Matrimonij esse exsortes, & passim cum feminis more feræ cum Aethiopi- bus Garamaticis degere, quemadmodum de illis testatur Plinius libro quinto capite octauo, Pomponius Mela, Solinus capite trigesimo nono, Seneca capite

quadragesimo tertio. quibus, ut de bello Geldonico inquit Claudianus,

*Non illos generis nexus, non pignora cura,  
Sed numero languet pietas.*

Satis etiã confundatur Troglodytæ, Agathyrsi, Machlyes, ex pœnis Aufses, Messeni, Icophagi, Ictyophagi, ex pœnis. itemq. Braclimanes, Tyrrheni, Afoti, Scythæ, Hircani, Britanni, Persæ, quorum meminerunt Diodorus Siculus, Eudoxus, Laertius, Herodotus, Strabo, Aelianus, Diodorus, Mela, Theopompus, Athenæus, & alij. nec Christianis cum Masiagetis, Nasamonibus, Indis, Hibernis, Boffinis, & ijs, qui Caucasum habitant, passim in uijs coeundi veniat tam dira cupido, si Herodoto, Straboni, Artemidoro, & Daldiano credimus. Nunc ad pensum. nam de Barbaris hæc tamen. Quid addit propugnator? nempe hæc postrema quo tamen homine digna verba ignoro, Verum inquit, quid melius sit, non est nostri consilij in presentia explicare, cum nostra opinio cum

E portunior tibi sese offerri poterat, ut contra externas impietates arma susciperes, vir e summis Ecclesiæ proceribus vnus, & quidem amplissimus, nisi nunc, cum diuinæ maiestatis præcepta tam prauè offenduntur? & quando verius Platonis calumniatorem ab hoc nomine vindicare poteras, nisi cum pro Christiana Rep. gentilem, profanamq. destruit, nefandamq. adeo coniunctionem ex Dei Templo expellere studet? Sed ne dum in hoc celsas, quin immo tuum consilium adhibere dissimulas, & in aliud tempus, nec tamen certum aperire differs. puto tamen te ideo non explicare, quid melius sit, quod constet te toto pectore, nedum pedibus, in Ecclesiæ sententiam ire; sed, si ita res habeat, nunc erat ille locus, nunc, si quod aliud, tempus, præsentissimum, & dum in

co con-

Romanorum  
mos.Græci Barba-  
rorum contem-  
ptores.Exteri mores  
Platoni, Reip.  
exosi.  
Platonem tres  
ob causas dijs  
gratias egisse,  
Laer.Aethiopes  
Garamantes

Claudianus

Alia impugna-  
toris verba ex-  
pugnantur.

Trapezuntius  
defenditur.

Arist. 2. Meta-  
phys. Tex. 14.  
Virgil.

Nuditas etiam  
ab impugna-  
re defenditur.  
Eadem impu-  
gnatur.

Natura in de-  
terius vergere  
proverbium.

Mulierum ma-  
riumq. Pudē-  
dorum descri-  
pcio.  
Ex Tim. vit.

eo consilio adhibendo obrumescis, interim tuus calumniator, siue Christianus, siue gentilis philosophus veritatem ipsam pro Ecclesia fatetur, nisi quod in hoc ille tibi peccet, quod eandem veritatem tuo Platoni objiciat. Tibi vero, ut ais, satis fuit, quod obiecta Aduersarij dissolueris, & quod ille dixerat, statum huiusmodi Reipublice fieri non posse, & factum noxium, exitiosumq. fore, male ab eo dictum esse, & per ignorantiam cum rationis natura, tum etiam rerum gestarum, & morum, qui fuerunt, & sunt, ita existimari te demonstrasse, plusque fere consuetudinem, usumq. presentem rei, quam naturae rationem valere. quippe, ut Aristoteli etiam placet, tanta est in unaquaque re vis consuetudinis, ut fabula etiam, & figmenta saepe numero pro veris accipiatur, ne dum praecepta legum, & instituta longo tempore comprobata. haec tua sunt, tuo calamo exarata verba. Ego vero, quid iudicem, nihil; quid inde colligam, satis habeo. nempe, Platonis illam impudentem communitatem naturalem a te legem appellari, plusq. tibi placere Barbarorum imitationem, quippe quorum exemplis legem illam concedis. deniq. vide, ne, dum Aristotelis sententiam laudas, Ecclesiae morem, ab usum magis, quam rectam rationem appelles. Postremo, cum in hac quaestione non satis multum Platonem iuueris, quem Barbarorum exemplis defenderis, nihil gratum calumniatori peregeris, dum iniurijs ipsum laceffis, nihil veritati inferueris, quam pro Platone deserueris, nihil deniq. Christo, cuius defensionem suscipere distuleris. mihi interim, cum Marone, & precari, atque exclamare libeat. *Dij meliora pjs.* Et verbum, nec amplius, adderem, ni peiora me loqui cogent, cum ne nuditatem quidem indefensam calumniatori concesseris, quasi vero. ( ut quinto capite quarti libri dicitis) etiam ab antiquis iam inde temporibus deducta fuerit, & ad dis, quae sine vitij suspitione fieri solebat. mirum certe, quanto in Christiano homine excandescencia cum non modo vitium, quin etiam vitij suspitionem, Platonis amore ductus, a meridiana nuditate remoues. possis etiam non modo pudendis corporis partibus, verum mentis cogitationibus tuo arbitratu ciues illos castrare, si tamen Deos, Deorumq. filios virilia imputare oporteat.

Sed addis: *Nec video feminas nostra aetate Lacenis illis castiores esse, quae non modo domi, sed etiam foris femore deducta tunica nudato solebant incedere. nec temporibus nostris Italicae mulieres, quae facie, collo, pectoreq. aperto ambulant magis ad libidinem mouent hominem continentem, quam Turcae; quae membris omnibus obnupte, domo procedunt.* Haec ibi. Sed, si ab illa aetate ad hanc nostram transferri ille vult, cum fateatur nostras feminas, etsi obnuptas, nihilominus tamen castas magis esse, quam Lacanas, deberet etiam proportionem quadam supputare, quanto magis impudicas illas futuras, in hac eadem aetate si currentes mores dimetiri voluisset, & ad antiquos transferre, ut ipsi libuit. at vero nostratium mulierum ratio ad Turcarum vxores comparata, nihilo magis valet. nam, si, ut ait Naso, reuera oculi sunt in amore duces, plus mouebunt, atque irritabunt nos nostrae, quam Turcae suos. sed accusator de continente loquitur, qui non magis a denudatis, quam a velatis moueatur. Habeo virum, qui pertinaciter Xenocraticum populum habere pergit, & ab eo, quod fieri debet, ad id, quod est, arguit. cum certe contra sit consecutio. Talem enim nos habemus naturam ipsam, quae semper verusto vrgente proverbio ad malum facile inclinantem & vt honestae educationi repugnet; adde nunc nuditatem, adde diurnum, & publicum consuetum. Sed, bone Deus, quid nam aliud muliebris addere oportet, nisi pudendorum vtriusq. hominis ex ipsomet Socrate descriptionem, atque naturam? is enim in vltimis Timaei verbis membra illa ita descripsit, vt non animalis totius partes, sed veluti separatum effrenum, inobediensq. rationi depinxit. Vt at tamen ipsius verbis, & intemperantius loquar. *Pudendorum* inquit, *natura in*

*viris*

**A** *viris insita vis inobediens, atque imperiosa, & quasi animal non exaudiens rationem furiosarum libidinum violentia sibi subycere cuncta conatur. Vulua quoque, matrisq. in feminis eadem ratione animal avidum generandi, quando procul a fetu per aetatis florem, aut vltro diutius detinetur, egre fert moram, ac plurimum indignatur, passimq. per corpus oberrans, meatus spiritus intercludit, respirare non sinit, extremis vexat angustijs, morbis denique omnibus premit, quousque vtrorumq. cupido, amorq. quasi ex arboribus fetum, fructumq. produunt. ipsum deinde decerpunt, & in matricem velut agrum inspargunt, hinc animalia &c.* Haec ibi Socrates. I, nunc, & in meridiana illa horum effrenatorum animalium nuditate, si potes, pone frena oculis, atque tactui sensibus, cum alioqui in omnibus, ac in Venere exercenda acerrimis, & rationis imperio penitus contumacibus. Adde etiam, si virtus doceri non possit, quod Platoni adeo gratum est. Acculator tamen perseuerat, dicens, *illis esse facile, qui ab ineunte aetate continentiam fuerunt, ac temperantiam secuti.* sed, dum ego ridebo, aut in his dictis dormitabo, orare tamen illum non desistam, vt tibi res interim sit cum toto Menone.

Nunc, ad Platonem conuersus, haec pauca subnectam, vt intelligat, se pro vno Diogene Cynico, omnium alioqui consensu improbato, tot millia in sua Rep. exluscitasse, & si vnum illum Cynicum Laertius vituperat, quod more canum passim publice, & nonnumquam in foro Venerem exercuisset. Quid, quaeso, in Platonem facere debuisset? nisi tamen, quia Diogenes non legitime, quemadmodum Plato, id faciebat? Scilicet, & sacerdotibus adstantibus, & Poetis sacra canentibus. nec existimare audeam, Platonem Atheniensium morem ignorasse, quippe apud quos canem in arcem admitti fas non erat, si Plutarcho credimus, nec Delum insulam illos attingere, non ob aliud, nisi quod animalium id genus in propatulo, atque passim coeat. nec immerito omnium consensu obsceni, & immundi canes appellantur, & impudentissimi ab Esaia. sed nec illud omittam apud Ecclesiasticum, *Qua communicatio sancto homini cum cane?* Sed apud Socratem, itemq. apud Platonem, sacer erat canis. quos quidem non semel inuenio per canem, aut per canem Aegyptium iurasse solitos, homines alioqui multitudinis Deorum non vere amicos, & tamen, Dijs patrijs derelictis, peregrinos in iureiurando adhibuisse, nisi, cum fortasse mentiri cupiebant, tunc per canem Aegyptium iurasse verius quis existimet. poterat ergo aliorum animalium, & honestiore quidem exemplo, vti, sed id quidem sibi nequaquam conducebat Cameli, & Elephanti naturalis illa quasi verecundia, qui secessum, & solitudines petunt, si quando coire lubet, Aristotele afferente libro de historia animalium quinto, itemq. Plinio libro octauo, & libro decimo, & Aeliano libro primo, & quinto, & decimo tertio. quo loco etiam tradit, Ranas interdum a Venereo complexu abhorreere, noctemq. ob id expectare. Porro, quia castitatem coniugalem cane (vt aiunt) peius, & angue vitauit in quinto de Republica, ob id putauerim, Platonem ad Turturum exemplum inuenire voluisse; quae vno tantum contentae marito. nouit hoc Aristoteles nono de animalibus. inuidit etiam laudibus Porphyrio auis. habet enim sensum adulterij, atque adeo (si vera ferunt) id Patrifamilias, in cuius domo nutritur, non voce modo, sed suo suspensio significare. cuius rei fides apud Athenarum sit, ex Polemonis auctoritate. potuit etiam ignorasse, quae de Aethnao pisce tradit Aelianus, qui, postquam cum pari suo, tamquam cum vxore, coniunctus est, aliam non attingit. Proinde ad manifestiora accedamus. Leo si pardi coitum in laena tamquam in adultera senserit, furens in poenam surgit, ac laena culpam aquis abluit, vel metu supplicij fugientem adulterum comitatur. ita Plinius libro octauo, capite decimosexto. Addam, ex Plutarcho in

Dialogo,

Atheniensium  
mos de Cani-  
bus.  
Plutarchus in  
Grecorum Pro-  
blem. c. 3.  
Esaia c. 56.  
Ecclesiast.

Socratem per  
Canem iurasse  
solum.

Cameli, & Ele-  
phanti verecun-  
dia.  
Arist. 5. de hist.  
c. 2.

Plinius l. 8. c.  
5. & l. 10. c. 60.

Aelianus de Ra-  
narum coitu.  
Turtures

Arist. 9. de hist.  
c. 7.  
Porphyrio auis

Atheniensium  
Aelianus

Leonis ingentis  
singulare.

Plinius  
Plutarchus

Cornicis viduitas.  
Aelianus que de cornicis natura credat.

Cynicorum hæresis.  
Platonem Palinodiam recantasse.

Communium vxorum legem vnde accepit Plato.  
Platonis legis detestatores.

Bessario

Dialogo, quod bruta ratione vtantur, cornicem, cum maritus obierit, nouem A hominum ætatibus viduam ducere vitam, de qua etiam Aelianus plura credit libro tertio, nempe, altera extincta, comparem vitam degere solitariam. Vtereresq. in nuptijs post Hymenæum cornices inuocare solitos. verum exempla hæc obscura fortasse erant vulgo futura, cui nempe impudens connubium persuadere conabarur, vel eiusdem auribus imperuia, fatiq. sibi fuerat, non vnus canis, quin vnus Diogenis Cynici. Adde Cynicorum philosophorum omnium exemplo moueri. hi enim mordicus defendebant, licere cuique commiseri feminis, instar canum, omni pudore sublato. Mihi tamen placeat illa Palinodia, quam his verbis in octauo de Legibus recantauit. **NEC ALIAM QVAM SVAM QVISQVE VXOREM PERTINGAT. NEC GENITALE SEMEN IRRELIGIOSE DEMANDET PELLICIBVS. QVISQVIS CONTRA FECERIT NISI VIROS SIMVL ET MVLIERES OMNES LATEAT INFAMIS LEGE OMNIBVSQ. CIVITATIS HONORIBVS PRIVATVS SIT.**

Sed tempus est ad pensum venire, ne propositi in fronte operis finis obliti esse videamur. Prius tamen noscendi sunt etiam illi, qui in eandem sententiam cum Platone iuere, immo vero a quibus ipsemet Plato acceperit: e quorum numero est Zeno in libro de Republica, Chrysippus in libro de Republica, Diogenes Sinopens, Socrates, & denique Plato. Qui vero eandem legem sunt detestati, e gentilibus quidem primus Aristoteles Politicorum secundo, capite primo, & secundo, Cassius Sceptius, referente Laertio in Zenone, Dionysius Halicarnasæus in libro Romanarum Antiquitatum secundo. e quorum numero an sit Bessario, alij viderint. & quomodo de ipso Andreas Tiraquelius dicere potuit, defendisse quidem Bessarionem Platonis legem, sed ita defendisse, vt a nostræ religionis legibus in ea re non desciscat, videat ipse. nam, hoc ego cur ita interpretet, in eo plane inuenire nequiu.

## H A E R E S E S.

### Simon Magus.

De Simone Mago scribere

Nicephorus

Epiphanius  
Augustinus  
Ignacius  
Philastrius  
Lirinensis  
Lindanus  
Sanderus  
Prateolus

Inter ceteras hæreses asseruit promiscuum feminarum vsum, atque adeo licitum, vt quisque, qua vellet vti, sine peccato posset. Prodiit monstrum hoc, omnis hæreticæ prauitatis caput, sub Domitio Nerone, & Petro Apostolo, circa Annum Domini quinquagesimum quintum. de quo vide Nicephorum Ecclesiasticæ historiæ libro secundo, capite sexto, decimo quarto, vigesimo septimo, & trigesimo sexto, Epiphanium aduersus octuaginta hæreses, Augustinum in Sermonibus de Sanctis, & Epistola octuagesima sexta. Ignacium ad Tralles, & 1. q. 1. c. fertur & 1. q. 1. c. eos. & Philastrium, & Vincentium Lirinensem, libro aduersus Romanas hæreses, & Lindanum Dialogo secundo, & omnium postremos Sanderum, & Prateolum in Simone Mago.

### Nicolaitæ.

Nicolaus vnus ex septem Diaconis.

A Nicolao Antiocheno prodiere: hic vnus fuit ex septem Diaconis, qui cum Stephano in ministerium electi, atque deputati fuerunt, vt habetur Actuum sexto. Hic, cum pulchram haberet vxorem, atque ob Zelotypiam, quam de ipsa

A ipsa præfererebat, ab Apostolis increparetur, vxorem in publicum iisdem testibus produxit, permisitque, vt per ipsum liceret, vt, qui vellet, ea vteretur, ita ratus se Zelotypiæ crimine purgari posse. inde aliis occasionem sumentibus factum est, vt hoc communiter liceret, & quisque, qua vellet, femina vteretur, & promiscuos concubitus Platonicæ legē concederet. nam feminas voluerunt esse communes: idq. Diuus Ioannes Apocalypseos secundo damnat, cum inquit, Hoc habes, quod odisti facta Nicolaitarum. Vide Nicephorum tertio Ecclesiasticæ historiæ, capite decimo quinto, Clementem Alexandrinum libro tertio Stromatum, Philastrium, & Augustinum in libro de hæresibus, Ignacium in Epistola ad Trall. & Hieronymum in Epistola de Fabiano lapso, & ad Ctesiphontem, Rupertum Abbatem in Apocalypsim, Prateolum, & Sanderum in propria dictione, Eusebium libro historiæ Ecclesiasticæ capite vigesimo tertio, Augustinum in Catalogo hæreseon. Emerfit Nicolaus circa Annum Domini octuagesimum tertium, Domitiano imperante, & Anacleto sedente.

Zelotypiæ increpatum quid egerit.

Ioannes contra Nicolam  
Nicephorus  
Clemens  
Philastrius  
Augustinus  
Ignacius  
Hieronymus  
Rupertus  
Prateolus  
Sanderus  
Eusebius

### Saturninus.

C Hic, præ ceteris hæresibus, circa præsentem, de qua agimus, Simoni subscript, referente Philastrio Brixienfi Episcopo, de quo etiam apud Nicephorum quarto Ecclesiasticæ historiæ, capite secundo, & Hieronymum aduersus Luciferianos, & Eusebium in libro quarto, capite sexto. vide etiam Tertullianum in libro de hæresibus. Floruit Traiano imperante, cum Euaristus Romæ federet Pontifex, circa Annum Domini centesimum decimum octauum.

Saturninum Simoni subscriptum, teste Philastrio & alijs.

### Basilidiani.

D

D. Epiphanius libro primo contra hæreses, tom. secundo, inter ceteros Basilidianorum, qui a Basilide Alexandrino prodiere, errores, promiscuum liberumq. refert asseruisse coitum, aliasq. nefandas libidinis species asseruisse, & in hoc errore præceptori suo Saturnino subscripsisse. D. autem Hieronymus de eodem, nuptias virginitati æquasse, refert libro secundo aduersus Iouinianum. in quem quasi in Euphorbum transformatum fuisse Basilidem. Prodiit sub Alexandro primo huius nominis Pontifice, Aelio Cesare imperante, Anno Domini 124.

Basilidianos præceptori Saturnino subscripsisse.  
D. Hieronymus

E

### Floriani.

Omnem filiorum procreationem nefando coitu putabant consistere, adeo, vt in Ecclesia sua talem habuerint consuetudinē, vt post occasum solis, lucernis extinctis, misceri cum mulierculis non dubitauerint. hoc ritu legis præceptum sese implere putantes, quo Deus in principio homini sic præcepit: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Philastrius. Vide etiam Eusebium libro quinto, capite decimo quinto. Temporibus Commodi Imperatoris, &

Florianorum mos detestandus

Philastrius  
Eusebius

Mm Sotcri

406 VXOR. OMNES OMN. NE COMM. SVNTO.  
Soteri Maximi Romani Pontificis emerere, circa Annum Domini centesimum octuagesimum secundum. A

## Adamiani, siue Adamei.

**Adameorum** Hi a quodam Adam viuente, teste Epiphano contra octuaginta hæreses, hæresi quinquagesima secunda, sunt appellati. nudi simul omnes sexus aggregabantur, perfectis lectionibus, atque precibus. Quo vero tempore hæc hæresis inceperit, non indicat Epiphanius: hoc tantum ait, solitarie illos deuixisse, continentiam exercuisse, & Ecclesiam suam Paradisum vocare solitos esse. B  
**Prateolus** ita Prateolus, qui colligit videri emerisse Aelij Pertinacis Imperatoris, & Victoris Papæ temporibus, circa Annum Domini centesimum nonagesimum quartum.

## Pauperes de Lugduno, qui & Vualdenses.

**Vualdensium** Ab Vualdone quodam Ciue Lugdunensi erupere, vnde nomen adepti sunt. hi multas asseruere blasphemias, sed hanc inter illas, vrente carnis libidine, omnem carnalem commixtionem, tam inter viros, quam inter feminas esse licitam. Fridericus Primus tum imperabat Germanis: Sed Alexander Pontifex Romæ sedebat, circa Annum Domini millesimum centesimum sexagesimum. C  
**Aeneas Silius** De his Aeneas Silius libro de origine Boemorum, capite trigesimo tertio, & Concilii Rom. Prateolus Sanderus. trigesimo quinto. eorum hæreses in Concilio Generali Romæ habito damnatæ fuerunt, circa Annum Domini centesimum septuagesimum supra millesimum. Prateolus, & Sanderus propriis dictionibus.

## Adamus Pastoris.

**Lindanus** Adameorum antiquam hæresim renouasse Adamum quendam, cognomine Pastoris, nostris quidē temporibus inquit Prateolus ex Guillelmo Damasi Lindano. sed Iuniores Adamei matrimonium quasi per se malum damnabūt. vtrique tamen, quoad nuditatem, Platonis Rempubicam imitari fuisse videntur. D  
**Prateolus**

## Piteardi.

**Piteardus** A Piteardo quodam ex Gallia Belgica oriundo sunt appellati. hi Platonice legibus magis accedunt. hic, transmissis Rheno, per Germaniā in Boemiam penetrauit, qui præstigiis quibusdam fidem sibi concilians breui tēpore non paruam mulierū, virorumq. plebem ad se traxit, quos nudos incedere iubēs, Adamitas vocauit, & occupata Insula quadam, amne Lusimino cincta, filiū Dei se dixit, & Adam vocari voluit. Aenea, Siluio, vbi supra, referēte, hic sequacibus promiscua connubia concessit. ita tamen, vt sine ipsius Adam iussu nefas esset mulierem cognoscere, sed, vt quisque libidine incensus in aliquam exarserat, eam manu comprehendens, & adiens Principem, aiebat, In hanc spiritus meus cōcaluit. cui Princeps respondebat, Ite, crescite, & multiplicamini. Prateolus in Piteardis, Lindanus, Aeneas Silius, & Sanderus. Dum Sigismundus Imperator regnabat, sedebatq. Romæ Pontifex Ioannes vigesimus tertius, Anno Domini 1414. Vide etiam Osium in libro de vtriusque speciei communiōe. E  
**Aeneas Silius**  
**Adamitarum** consuetudo. Lindanus Prateolus Sanderus Osium  
Denique

DISTRI B. II. LIB. XII. 407

A Denique videndus est Augustinus in Catalogo hæreseon. & de Basilide, & Carpocrate Irenæus lib. primo aduersus hæreses, cap. xxxij. & de Epiphano Carpocratis filio, de quo D. Epiphanius Cyprius lib. contra hæreses. 2. lib. 1. to. 2. sect. 3. 2. & de Gnosticis, de quibus idem Epiphanius eodem libro, atque tomo sect. 26. ij nullas priuatim vxores habent, sed omnibus vt communibus vtuntur.



## CAUTIONES.

B Cautiones simul omnes post sequentem disputationem de nudis, publicisq. congressibus commodius leges. Vide interim D. Chryostomum in homil. xxxiiij. in Matthæum, & homilia prima in Ioannem, & in priorem ad Cor. hom. xxxv. Lactant. lib. iij. cap. xxi.

D. Chryost.

Lactantius.

FINIS DVODECIMI LIBRI.



N V D A S  
C V M N V D I S  
M I N I M E  
C O N G R E D I O P O R T E R E .

D I S P U T A T I O N V M  
I N P L A T O N E M  
A T Q V E C A V T I O N V M  
D I S T R I B V T I O N I S S E C V N D A E  
L I B E R D E C I M V S T E R T I V S .

## Cautiois Leges

Genesis tertio.

Adam, & Eua, cum cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Et, cum audiuissent vocem Domini Dei deambulantis in Paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam, & uxor eius, a facie Domini Dei in medio ligni Paradisi. Vocatus Dominus Deus Adam, & dixit ei, Vbi es? Qui ait, Vocem tuam audiui in Paradiso: & timui, eo quod nudus essem.

Genesis capite nono.

Noe bibens vinum inebriatus est, & nudatus iacuit in tabernaculo suo. Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nuntiavit duobus fratribus suis foras. At vero Sem & Iapheth pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui: faciesq. eorum auersæ erant, & patris virilia non viderunt. Enigilans autem Noe ex vino, cum didicisset quæ fecerat ei filius suus minor, ait, Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis.

Isaias cap. vigesimo.

Sicut ambulauit seruus meus (inquit Deus) Isaias nudus, & discalceatus, trium annorum signum, & portentum erit super Aegyptum & super Aethiopiam: sic minabit Rex Assyriorum captiuitatem Aegypti, & transmigrationem Aethiopiae, iuuenem & senem, nudam & discalceatam, discoopertis natibus, ad ignominiam Aegypti.

Idem cap. quadragesimo septimo.

Descende, sede in puluere filia Babylon, sede in terra: non est folium filiae Chaldaeorum, quia ultra non uocaberis mollis, & tenera. Tolle molam, & mole farinam: denuda turpitudinem tuam, & discooperi humerum, reuela crura, transi flumina. Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum: ultionem capiam, & non resistet mihi homo.

Idem rursus.

Inebriaberis, atque nudaberis.

Tbrenorum Hieremie cap. 4.

Sed & Lamia nu dauerunt mammam.



# N V D A S

## C V M N V D I S

### M I N I M E

### C O N G R E D I O P O R T E R E

## I N P L A T O N E M

### Q u æ s t i o , & C a u t i o .



## L I B E R D E C I M V S T E R T I V S .

## P L A T O .

**D**OS autem spectatum admissi risum teneatis amici? Tertia hæc est insania, quæ cū pronuntiare aggredetur Plato, (non ignarus eorum, quæ dicenda erant, quæq. tantum abest ut hominibus persuaderi possint, ut risum magis, quam persuasione, inde eliciendam præuideret) veluti e loco decedens, non id probauit, quo mulierum nuditas persuaderi, sed quo ridiculum deleri possit: importune admodum, atq. sopherice. Sed, ut ad Socratem conuertam sermonem, memineris o qui Græcorum sapientissimus haberi visus es, qualis tibi visa fuerit Veneris aperta pugna, quæ oculorum sensibus palam exponeretur: constantem enim decet esse Philosophum, & te, si quæ alium. at tu in Hippiâ maiore, cum ipsum Hippiam sophistarum importunissimum alloquereris, dum de pulchro incideret sermo, octo ab illo pulchri traditas definitiones strenue cōfutasti, quarum septima cum ab Hippia traderetur, (pulchrum scilicet esse quod delectat) non tamen qualibet voluptate, sed illa, quæ per visum,

Socratis Incom  
stania.  
Plat. Hippias  
maior.

*sum, & auditum tantum paratur; ab eodem statim interrogasti, an pulchri, incundi- que natura ab alijs sensibus negari possit? & respondente adhuc illo, in alijs quoque sensibus magnas inesse voluptates, tu interim his tuis verbis hæc inferebas: AT*  
**Hippias 299. A** *C A V S S A M ille rogabit, cum non minus hæ, quam ille voluptates existant, conquere- tur eas pulchri nomine privari causam eam esse respondebimus, Quia nemo sit, qui nos non irideat, si dicamus, incundum non esse edere, sed pulchrum: odorari rem suavem, nõ esse incundum, sed pulchrum. Veneri e quoq. rei sensum dulcissimum quippiam esse, vni- quisque æque ac nos contendet: ita tamen, ut, cum ei operam dare aliquis voluerit, se ab aliorum hominum conspectu debeat subducere, quasi rem turpissimam acturum. Hæc tu, Socrates, modo Hippia Sophistæ hæc eadem objicis tamquam res turpissimas, quæ in tua Repub. orbi vniuerso exponere, & tamquam optima persuadere nõ puduit. tollis itidem ibidem ab ipso ridiculum, neq. ideo tollis, quod non fit malum. at nunc factum ipsum cum Hippia fateris esse turpissimum. An igitur bonum illud a te quinto de Republica præassertum, idem est, quod in Hippia maiore tamquam turpissimum est reprobatum? Adde insuper, quin demiror, quo modo nam a te factum sit, vt Poetæ a tua Republica rejiciantur? proinde, cum causam inuenire cupio, non aliam sane a te potiore habere possum, quã quod genus hoc hominum plus nimio sensus perturbet, & affectibus permouendis sit maxime deditum, scilicet, si Dijs placet, quia talem orbi exoptabas Rempublicam, cui (vt tu, atque tui sectatores de illa dicunt) cælum quam terra similem præstare possit; & reuera, si cui parti in hoc saltem publica veneris iusta, in hac prostrata pudicitia, in hoc sublato pudore, maxima cum cælesti- bus stat similitudo; & interim tu, qui Poetas verebaris, ne, plus nimio sensibus indulgentes, iuuentutem, & vniuersam Rempublicam pessumdarent, nunc, il- lis posthabitis, qui verbis errorem committere, & a verbis ad rem ipsam allie- cere iuuentutem possent, feminas omnes, omnes viros, Poetas facere videris, & ad turpia, atque obscena non priuatim, sed publice, non persuades, sed lege cogis, & si denudari toto corpore, & omnium conspectu pudendis mem- bris tentiginosum viris videri, mulieribus vero, sed honos sit auribus, subagi- tari non fuerit mouere sensum, quid, quæso, erit reliquum, quo id magis face- re possit? si vero, hac conspecta libidine, nullus maior alius reperitur furor, quam obrem, quæso, nunc hosce Poetas non expellis? cur tot sensus non eruis magis, quam impudenter concedas? Memini etiam, o Socrates, me apud Phæ- drum legisse, te non adeo quidem obscena dicere volentem, quippe quod non amanti magis, quam amanti sit gratificandum, veniam a tuo Phædro petiisse, vt obuolutus diceret. cuius rei causas ita tuis verbis ibi tradis: *OBVOLVTVS dicam, vt celerius peragam orationis meæ cursum, neque tui conspectu pudore suffun- dar, neque dicendo perturbet &c.* Te igitur pudet, o Socrates, coram vno dicen- tem, quem coram multis, immo vero coram orbe vniuerso lege adeo turpi tur pia sanciturum non puduit? Scilicet, plus tibi pudoris vnus Amasius Phædrus mouere, quam mille fortasse terrarum orbes potuissent. nunc item recolo te etiam annuente physogonono illo tua imagine a discipulis oblatratur, vt de tuis moribus a natura tibi in fitis quidquam diiudicaret, vera de te illum dixisse, quod ad libidinem admodum procliuis, & multum quantum mulierosus; aut, si quid nefandum esse videtur: vera, inquam, ille, quæ tu negan- tibus discipulis non negasti: sed, cum te continentem virtutis ergo eisdem ven- dere voluisses, quasi verò continentia naturæ defectum supplere soleres, men- dacium interim dixisse negare non potes. nam, præterquam quod ex tuo Alci- biade, alijq. Amasii patere potest, fit etiam apertum, quod nunc pudorem solneris, & mulierum non modo communitatem, ( hoc enim dimidio minus peccasses)*

Hippias 299. A

Nuda aperta- que venus, res turpissima Pla- toni.

Poetas cur sua Rep. dimo- uerit Plato?

Phædrus 273. A. Socrates capi- te obuolutus de amore ver- ba habet.

Socrates natu- ra libidinofus.

**A** peccasses) quin etiam publicam nuditatem persuadere tentas. illud stude- nec omnino quidquam magis impudenter exoptare videris. sed nã tu quidem lepidum caput esse videris, Socrates, qui Legum libro vndecimo ætatis conue- nientiam ad nuptias fanciens. si vero Iudice vti oportuerit, iusseris mares om- nino denudatos, feminas vero ad pubem vsq. conspiciendas: idque etiam an- tiquis legibus statutum est, si quando pubem cognosci accidet, aut impubem. ita enim legitur textus in lege vltima c. quando curator, vel tutor esse desinat, & in §. primo Instit. quibus modis Tutor fiat, referente Andrea Tiraquello Iu- risconsultorum laboriosissimo, e cuius commentario de Legibus connubiali- bus, & in Alexandrum ab Alexandro multa hinc inde sparsa excerptimus, & **B** in has duas Cautiones retulimus. Sed prior his omnibus Mercurius Trismegi- stus, cum ex corporis humani fabrica Dei prouidentiam admiraretur, atque probaret, ex eo etiam præ ceteris partibus illam manifestari arbitrabatur, quod, quemadmodum veneranda corporis membra voluerit Deus in propatu lo esse, ita pudenda, atque obscena ad spectu cernentium voluerit secreta iace- re. Ecquis vmquam fatebitur, illas leges, & hanc Dei voluntatem a Mercurio traditam te latere potuisse? Socratem, inquam, illum, qui, etsi vbique se nihil scire fateatur, at saltem amatorias quasdam res cognoscere non negat; & si amatoriam istã res physicas contemplationes excludunt, at saltem mortales ip- se non negat, quas vbique & re, & verbis in Platonis scriptis cernimus. an non **C** legeris etiam Hesiodum, qui ne quidem nocte mulieribus concedit intimas tu- nicas deponere? a quo fortasse sumpsit Plutarchus, qui in Præceptis connu- bialibus iubet, pudicæ mulieris ne cubitum quidem nudari oportere. Proinde Persarum leges, teste Iosepho lib. vndecimo Antiquitatum, prohibebant mu- lieribus, ne se visendas extraneis viris præberet. Vicesne adhuc, fortasse Spar- tanos mores ignotos tibi fuisse, Socrates, an improbatos potius? apud quos le- gimus obseruatum, Virginem aperta facie, nuptam vero conuelata in publicũ se visendam prodire esse solitas. cuius quidem moris non illepidam causam Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis, ex Charilai cuiusdam sententiã, tra- dit: quoniam, inquit, virginibus viros sibi quærere necessarium sit, mulieribus **D** autem, quos compararint, custodire. & si vera refert Plinius libro septimo, atque Solinus, quam fiat natura dictante pudenda esse velata patere etiam in cadaueribus mortuorũ afferitur, in quibus mulierum cadauera prona fluitare est obseruatum, veluti pudori defunctorum adhuc etiam consulente natura. Sed, dum a Lycurgi legibus hoc acceperis, qui in Lacedæmoniorum Republi- ca idem fanciuit, puto te non ignorasse, eundem Lycurgum a multis fuisse im- probatum, Plutarcho referente in Apophthegmatis Laconicis. An rectius igitur in hoc Lydi barbari illi populi? quibus magno probro esse refert Herodo- tus libro primo, virum conspici nudum? Commendantur igitur Barbari a tuis Græcis: sed improbantur Græci a Græcis, nedum a Barbaris. nam Euripides **E** ne quidem Spartanorum morem laudare potuit, quippe de quibus in Andro- made loquens in hanc prorupit sententiam:

*Neque, si velit quispiam,  
 Casta esse queat Spartana puella,  
 Que cum Iuuenibus relinquens domos  
 Nudis femoribus, & tunicis dissolutis  
 Cursus, palastrasque non tolerabiles mihi  
 Communes habent, & tamen admirabiles videtur  
 Si non castas mulieres educatis*

Hæc

Legum 11.

Andreas Tira- quellus. Alexander ab Alexandro. Mercurius Trismeg.

Hesiodus. Plutarchus. c. 32.

Spartanorum mos.

Plutarchus, ex Charilai sen- tentia. Plinius c. 17. Solinus c. 5.

Lycurgus in Lacedæmonio- rum Rep. quid statuerit. Lydi populi. Herodotus. Euripides de Spartanorum more.

Ovidius. Hæc Græcus, & grauis sane auctor. sed Ovidius in Epistola Paridis ita ad A Helenam, eam improbens:

*Mors tua gentis, nitidum nuda palæstra  
Ludis, & es nudis femina mixta viris.*

Propertius. Et, cum Propertius Spartanarum ludum commendasset integra libri tertij Elegia, cuius initium est,

*Multa tuæ Sparta miramur,*

Cato demimis nudis in scena prodeuntibus. Id sane fecit, vt amans. quamobrem serio improbare reuera videri potest illam legenti. Quid multa? vni Catoni, qui instar multorum, ob grauitatem morum, nobis esse potest, numquam digna visa est Romanorum scena, quæ a se cōspiceretur, nempe, in quam prodibant nudæ mimæ mulieres, & (vt Valerius Ma-

Valerius Max. c. 5.

Tiberius imperator nudis puellis ministrantibus cenare erat solitus. Sueton.

Heliogabalus. Lampridius in Heliogab. Clearchus carpit Anaxarchum.

Athenæus, ex Timæo, & Theopompo.

Clearchus de Tarentinorum corrupta libidine.

Plut. c. 15: Micca.

Iustinus Olympia. Euripides de Polyxena.

Plinius iunior de Cornelia. Ovidius de Polyxena.

Idem de Lucretia.

ximus est auctor libro secundo) Catone ludos feriales, quos Aedilis faciebat, spectante, Populus, vt mimæ nudarentur, postulare erubuit. quod cum a quibusdam cognouisset, discessit a Theatro, ne præsentia sua spectaculi consuetudinem impediret. vt hinc comprehendere liceat, quanto ardentius ipse Cato in Tiberium Imperatorē excanduisset, qui etiam a Suetonio taxatur, quod nudis aliquando puellis ministrantibus cenauerit. Sed in Heliogabalum certe vix manus nedum vocē continuisset, si ipsum nudū in publicū prodire conspexisset, & feminas etiam nudas currū eius per vrbes trahentes, si tamen Lanpridius nos in eius vitæ descriptione non decipiat: Sed, ne causam (vno Catone iudicante) vrgeam, scias, Clearchum carpere ipsum Anaxarchum, quod sibi a nuda puella ministrari faciebat. Nec minus improbantur Tyrrenorum quidam mores apud Athenæum, a Timæo, & Theopompo, quod illis in conuiujs, virgines nudatis corporibus olim ministrassent, quodq. tandem Virgines, pudore deposito, in gymnasijs publicis, & palæstris nudæ exerceri deinde consue-

uissent. Si vero etiam referrem, id quod ex Clearcho in quarto vitarum commentario Athenæus in sua Cena refert, vereor, ne pro Platone legem addat, & Deorum preces sacerdotibus adstantibus. atramen dicam, quæ ille habet, Tarentinos, cum Carbinam, Iapygum vrbes, expugnassent, illorum filias, quæ ad templa confugerant, iisdem in locis, sacratisq. Deorum ædibus nudatas, omnium libidini obnoxias per totū diem exposuisse, scelusq. illud adeo hominibus dijsque fuisse ingratum, vt eos omnes, qui hoc facinus parauerint, fulguribus statim, ac fulminibus obrutos fuisse ferat. Sed, vt ante dicebam, Plato hæc non sine sacerdotibus, & Poetis hymnos canentibus, committit, hoc vno sperans se ipsum fallere, & veniam ab hominibus, Dijsq. impetrare. mihi tamen videtur, ne mortuis quidem puellis, aut cuiuscumq. sortis mulieribus nuditatem placuisse. si quidem habemus apud Plutarchum in libro de claris mulieribus, non mediocriter fuisse commendatam Miccam, Eliensium Tyranni filiam, quod moribunda Megistonem rogauerit, ne se post mortē turpiter nudatam iacere pateretur. Huic simile refert exemplum Iustinus lib. 14. de Olympia matre Alexandri. Tantundem de Polyxena canit Euripides:

*At illa iam moriens tamen  
Mulum prouidit, vt honeste caderet,  
Clareq. quæ celare oculos virorum oportet*

Sed & Plinius iunior quarto Epistolarum idem narrat ad Minucianum de Cornelia quadam Vestalium maxima. E nostris autem Poetis Ovidius Metamorphos. 13. Polyxenæ immolationem describens, ita:

*Tunc quoque cura fuit partes velare pudendas,  
Cum cuperet, castiq. decus seruare pudoris.*

Et idem de Lucretia 2. Fast. ita ex Euripide transtulit.

Tunc

A Tunc quoque, iam moriens, ne non procumbat honeste, Respicit: hæc etiam cura cadentis erat.

Referrem historiam de Mileijs virginibus, quam habet Plutarchus in lib. 2. de claris mulieribus, nisi scirem hoc non ad naturam, sed ad consuetudinem referri, a Platonis quodam Amatore. sed bonam consuetudinem, quæ iam diu in naturalem, honestissimumq. morem transit, inuidia est extirpare, & oppositæ nullo honesto viro assentiente adhærere. Dicam igitur, Mileijs Virginibus omnibus, siue fato, siue terræ quodam halitu, insanientibus, & ob id se suspendentibus, decreuit Milefiorum Senatus, vt, quæ posthac suspensio se conficerent Virgines, omnes nudato corpore per medium forum palam efferrentur.

B Vnde confestim labe cessauit, ita, vt turpitudinis illius maiore phantasia, quæ insanæ furore, perterrentur. Quod vero etiam viris nuditas habeat aliquid pudoris, legas de morte Cæsaris apud Suet. & Plutarchum. Agam etiam rem fabulis, quarum fidem numquam est infirmatus Plato ad res suas confirmadas. Castitatis Deas multum adeo nudas se conspici abhoruisse, si quando a viris præcipue impudentibus conspici contigerit. Ita de Pallade se in Heliconia lauante fabulantur, quam imprudens Tiresias conspexerit, qui, oculis captus, penas dedit. & de Atheone, & Diana notissima est fabula.

C Agam etiam somnijs, quibus non omnino fidem sustulit idem Plato. Artemidorus libro de somniorum interpretatione 2. scribit, nec in somnijs quidem vlli conducere, Dianam, aut eius imaginem nudam conspiceri. & in eodem libro tradit, Venerem in somnijs visam, bonam iudicari, si infernas partes vsq. ad Zonam velatas habeat. Totam autem nudam solis meretri cibus bonam esse, & quæstus significatiuam, ad reliqua autem confusionem significare. idque dicit a se obseruatum fuisse. Sed hæc profana stent, & fidem habeant apud profanos, quibuscum res nobis in præsentia non agitur. moueantq. nos Christianos sancti Viri, quorum auctoritati subscribere iam tempus est. ponam tamen in hoc vtrorumq. consilio, quæ tradit Lactantius in libro, qui de origine erroris inscribitur, Iunonem nudatam in sacrilegos se se vindicasse. Tandem habetur prouerbium 47. Chiliadis quintæ cent. 2. *Δοριάζειν*, aduersus eos, qui corpore parum decore nudato incedebant. quod esse consuevit in Peloponneso, vbi Virgines discinctæ, & absq. tunica esse consueuerunt, tantum pallio recteq. vtrumque fenestrato, per quod patebant nuda corpora. Demum ex Aegyptiorum hieroglyphicis hoc addidisse non pœnitebit. his enim si quando maritalem coniunctionem, ipsiusq. vim significare libenat, qui mos apud Romanos exstitit, vt nuptiarum capita cælibari hasta comerentur, propterea quod, quæ nuberet, imperio viri subijceretur. Cælibarem autem hastam, inquit Valerianus, vocabant, quæ in corpore gladiatoris abiecti, occisq. stetit, quo etiam, vt dixi, coniunctionem maritalem innuerent, vt, quemadmodum hasta ipsa in corpore gladiatoris hæsisset, coniunctaq. fuisset, ita debere sponsam viro coniungi, vt, quod nostræ monent diuinæ litteræ, duo sint in carne vna.

Plutar. de Mileijs virginibus.

Plutar. de Mileijs virginibus.

Nuditatem etiam viris pudori esse. C. Cæsar. Fabularum testimonia. Castitatis deæ. Pallas. Atheon, & Diana.

Somniorum testimonia. Artemidorus c. 35. Diana nuda visa. Idem. c. 42. Venus visa & quomodo quid significet.

Lactantius de Iunone nudata. Prouerbium. Peloponnesi virgines.

Aegyptiorum hieroglyphica.

Cælibaris hasta ex Valeriano.

CAV.



CAUTIONES.

Plutarchus in Præceptis conubialibus.

PLVTA R- Oportere, inquit, congressus, oblationesq. cum uxore secreto fieri. quod & Lycurgus in suis legibus statuisse fatetur. idq. etiam testatur in vita illius, cum ait, ad sponsam sponfus: cum religione clam pergeret.

AVGVST: Augustinus de Ciuitate Dei, lib. xiiij. cap. xviiij.

Opus vero ipsum, quod libidine tali peragitur, non solum in quibusque stupris, ubi latebra ad subterfugienda humana iudicia requiruntur; verum etiam in usu scortorum, quam terrena ciuitas licitam turpitudinem fecit, quamuis id agatur, quod eius Ciuitatis nulla lex vindicat, deuitat tamen publicum etiam permissa, atque impunita libido conspiciunt, & verecundia naturali habent prouisum lupanaria ipsa secretum, faciliusq. potuit impudicitia non habere vincula prohibitionis, quam impudentia remouere latibula illius scditatis. Sed hanc etiam ipsi turpes turpitudinem vocant: cuius licet sint amatores, ostentatores esse non audent. Quid concubitus coniugalis, qui secundum matrimonialium præscripta tabularum, procreandorum sit causa liberorum? Nonne & ipse, quamquam sit licitus, & honestus, & motum ab arbitris cubile conquiri? Nonne omnes famulos, atque ipsos etiam Paranympbos, & quoscumq. ingredi qualibet necessitudo permisit, ante mittit foras, quam vel blandiri coniux coniugi incipiat? Et, quoniam, sicut ait quidam Romanus maximus auctor eloquij, omnia recte facta in luce se collocari volunt, id est, appetunt sciri, ut tamen erubescant videri. Quis enim nescit, ut filij procreentur, quid inter se coniuges agant? quandoquidem, ut id agatur, tanta celebritate ducuntur uxores, & tamen cum agitur vnde filij nascantur, nec ipsi filij, si qui inde iam nati sunt, testes fieri permittuntur. Sic enim hoc recte factum ad sui notitiam lucem appetit animorum, ut tamen refugiat oculorum. Vnde hoc, nisi quia sic geritur, quod deceat ex natura, ut etiam, quod pudeat, comitetur ex pæna. Hæc ibi Augustinus. Nec mirius postmodum læuit in cynicos similis alioqui farinæ homines capite vigesimo, quod inscribitur, De uanissima turpitudine cynicorum. nam, cum in capite decimonono de cobibenda ira, atque libidine esset locutus, in fine illius capituli ita habet:

Idem. Augustinus ibidem, cap. decimonono.

At nero genitales corporis partes ita libido suo iuri quodammodo emancipauit, ut moueri non ualeant, si ipsa defuerit, & ne ipsa uel ultro, uel exercitata surrexerit. Hoc est, quod pudet. hoc est, quod inuentium oculos erubescendo deuitat: magisq. fert homo spectantium multitudinem, quando iniuste irascitur homini, quam unius aspectum, quando iusta miscetur uxori. Hæc ibi. Sed in Cynicos sequenti capite ita.

Augu-

Augustinus ibidem, cap. xx.

Hoc illi canini Philosophi, hoc est Cynici, non uiderunt, proferentes contra humanam verecundiam quid aliud quam caninam, hoc est immundam impudentemq. sententiam: ut scilicet, quoniam iustum est, quod sit in uxore palam non pudeat id agere. nec in uico, nec in platea qualibet coniugalem decubitus deuitare. uicit tamen pudor naturalis opinionem huius erroris. Et paullo post ibidem: Postea tamen inquit a Cynicis fieri cessatum est, plusq. ualuit pudor, ut erubescerent homines hominibus, quam error, ut homines canibus esse similes affectarent. Et post pauca hæc iterum: Ibi enim Philosophi non erubescant uideri se uelle concumbere, ubi libido ipsa erubesceret surgere. Tandem inferius ita concludit: Pudet igitur huius libidinis humanam sine ulla dubitatione naturam: & merito pudet. Et reliqua uide ibi. At notandum tamen interim, quemadmodum Augustinus pudorem hunc libidinis, atque item nuditatis pudorem inquit esse naturalem, capite sequenti. Ut mirer simul, cur Augustinus Platonice legis de nuditate, & communitate vxorum hoc loco non meminerit; cur etiam Bessarion huius Augustinianæ doctrinæ uoluit se latere integritatem. Sed quam prudenter Aristoteles in Rhetoricis: Odio, & beneuolentia, & propria utilitate mentes humane continuo torquentur, quibus non liceat quidquam recte facere.

Idem cap. xxj.

Abstine itaque, ut credamus, illos coniuges in Paradiso constitutos per hanc libidinem, de qua erubescendo eadem membra texerunt, impleturos fuisse, quod in sua benedictione Deus dixit, Crescite & multiplicamini, & implete terram. Post peccatum quippe orta est hæc libido, post peccatum ea natura impudens, amissa honestate, cui corpus ex omni parte seruebat, sensit, attendit, erubuit, operuit.

Idem cap. xxij.

Nos autem nullo modo dubitamus secundum benedictionem Dei crescere, & multiplicari, & implere terram donum esse nuptiarum, quas Deus ante peccatum hominis ab initio constituit, creando masculum, & feminam.

Idem ibidem, paullo infra.

Dominus, interrogatus, utrum licet quacumque ex causa dimittere uxorem, quoniam propter duritiam cordis Israelitarum Moyses dari libellum repudij permisit, Respondit, atque ait, Non legistis, quia, qui fecit hominem ab initio, masculum, & feminam fecit eos, & dixit. Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una? Itaq. iam non sunt duo, sed una caro. quod ergo Deus coniunxit, homo non separat.

Idem in c. nuptiarum xxvij. q. j.

Filiorū procreationi operam dandam non canino more, sed honesto ordine coniugali.

Nn Augu-

A  
Augustinus in libro de honestate mulierum.AVGVST: *David ille Sanctissimus, mille passionibus pressus, vidit mulierem nudam, & ad-  
mauit eam, & statim homicidium simul fecit, & adulterium.*B  
Clemens in fine epistolæ ad Iulium &  
Iulianum.CLEMENS: *Sed & illa species castimonie obseruanda est, vt ne passim feminis coeat quis. qua  
obseruantia cum etiam in nonnullis pecudibus inueniatur, pudoris est, si non ab homi-  
nibus rationalibus, & Deum colentibus, obseruetur.*C  
Epiphanius Cyprius Episcopus.EPIPHANIVS: *Vir hic libro 3. tom. 2. hæresi octuagesima reprehendit Epicurum Noelis  
filium, quod non erubesceret publice cum perulantibus mulieribus coire. Vi-  
de eundem libro hæresum 2. cap. 32.*D  
Hieronymus ad Demetriadem, de  
Virginitate seruanda.HIERONYMVS: *Illam tibi sit pulchra, illa amabilis, illa inter socias habenda, que se nescit esse pul-  
chram, & procedens ad publicum, non pectus, non colla denudat, nec pallio reuoluto cer-  
nices aperit, sed que celat faciem, & vis vno oculo, qui vis est necessarius, patens in-  
greditur.*E  
Idem ad Lætam, de institutione filia.Idem: *Mihi omnino in adulta Virgine lauacra displicent, que se ipsam debet erubescere, &  
nudam videre non posse.*F  
Tertullianus.TERTVLLIANVS: *In libro de Virginibus velandis inquit, Corinthios suas Virgines velasse. &  
addit insuper, Arabia feminas non caput tantum, sed faciem quoque ita rotam regere,  
vt vno oculo libere contentæ sint dimidia frui luce.*

Ambro-

A  
Ambrosius lib. 3. de Virginibus, loquens  
de Herodiade.An quidquam est tam prouum ad libidinem, quam in conditis motibus, ea, quæ vel  
nature abscondit, vel disciplina velauit, membrorum operta nudare. AMBRO-  
SIVS.B  
Idem octauo lib. Epistola 64.Indignatur Diuus Ambrosius in Smagrium Veronen. Episcopum, qui Idem  
Virginis accusatæ stupri secreta genitalia inspicere iusserat ad deprehendenda  
libidinis vestigia: quamquam (vt inquit Tiraquellus) leges Pontificiæ id nul-  
la ratione permittant. sed, si quando inspicere oportet leges, & Canones, a  
Mulieribus, & ipsis quidem honestis conspici permittit.C  
Cyprianus in lib. de habitu Virginum.Simul cum amictu vestis honor corporis, & pudor ponitur. & cet. Et ibidem iu- CYPRIA-  
bet Virginibus, vt ne quidem in balneo se se nudent. NVS.D  
Theodoretus lib. 3. de cura Græcarum affe-  
ctionum, de Cupidinis quadam  
statua loquens.In qua re illam prostantibus in fornice meretricibus impudentiorem faciunt. quis enim  
vidit vquam Meretricem in foro stantem nudo corpore, sine palla, & Zona. id autem  
sumpsere Pictores a Poetis, qui & illam sepiissime nudam faciunt, aut quod libidinis cri-  
men nunquam sit celatum, quin tandem prodatur; aut quod nudis maxime conueniat;  
aut, quod iam diximus, nuditas ad libidinem prouocet. THEODO-  
RETVS.E  
Diuus Barnabas.Cum alicubi vidisset feminas nudas cum viris ludere; ita eam rem exhor- Barnabas. Ti-  
ruit, vt illis diras sit imprecatus. vnde secuta est confestim templi ruina, qua nub. de leg. cõ-  
multos oppressit. nub. l. 4.F  
Chrysostrmus hom. 6. in Matthæum.Multis inuehitur in mimos, aliosq. huiusmodi ludos, atque spectacula, qui- CHRYSO-  
bus producuntur mulieres nude veluti in maxima libidinis incitamenta. cos STOMVS  
vero, qui hæc faciunt, mille mortibus dignos pronunciat.

Nn 2 Socra-

### Socrates Historicus Ecclesiasticus in Historia tripartita lib. I. c. II.

**SOCRATES HIST.** Tradit, cum Hammonius Aegyptius, & Theodorus eius discipulus aliquando vellent fluvium transire, iussisse Hammonium, ne se alteruter nudum conspiceret, Theodorum abire. eumq. tenior se quoque ipsum erubesceret nudum intueri, repente diuina virtute translatus est ad vltiorem ripam.

### Antoninus Florentinus.

**ANTONINVS FLOR.** Tribus rationibus damnat hanc mulierum nuditatem, 2. parte tit. 5. cap. primo, in quarto gradu.

### Ioannes Grammaticus.

### In Argumento nono contra Proclum, particula tertia.

**IO. GRAM.** Postremo, cum celebris sit tum inter vtrosque Academicos, tum inter antiquissimos nostros Theologos Ioannes ille Grammaticus, cognomento Philoponus, non ab re me facturum existimem, si ipsius auctoritate vterer in hisce Cautionibus confirmandis. Quamobrem integra ipsius verba ex nono ipsius in Proclum argumento huc afferre, & legentium vtilitati, & Commentarij huius auctoritati non piguit. Habent autem illa ferme ita. *Iam & in his praecipionibus, quae pertinent ad mores, permulta alia viri huius reprehendere quibus possit. Verum, quoniam non de hac re praesens suscepta est disputatio, sed tantum, ut doceamus, quod frequenter a vero recessit, vnius aut alterius hic tantum mentionem faciam. Quis enim, qui modo communi sensu non careat, non valde eius in Repub. instituta de nuptijs, atque liberorum procreationibus statuta reprehendat? Ciuitatis enim tum feminas, tum viros custodes iubet, quamdiu in flore aetatis liberis operam dare poterunt, strenuos quidem cum strenuis misceri, contra autem abiectos, & ignauos cum ignauis. Atque strenuorum fetus tollendos, & educandos esse censet. Ignauorum autem, atque adeo strenuorum liberorum tempus custodes iam excessissent, libere in posterum congregari, & coire permittit, viros quidem cum quibuscumque velint mulieribus, & feminas itidem cum vi-*

*ris quibuslibet. Qua in re parum admodum senectutis tempus obseruare videtur. In quo enim magis decebat temperatiorem vitam persequi, in vita intemperantiam suae Ciuitatis Ciuis tantum non impellit, ut prouocet. Atque, quod molestius est, si quid ex hisce nasci contigisset, id maxime studio habendum esse iubet, ne in lucem peruenire permittatur. Sed in vtero imperfectum adhuc pharmacis nonnullis, aut vi aliqua simili abigendum esse censet. Neque enim alia ratione studio providere possumus, ne fetus in lucem edantur. Quod si quid pharmaca, & imposturas eorum, qui partum abigere nitentur, sefellisset, & in lucem esset editum, exponendum iubet, ac non nutriendum: nihil aliud suis consulens*

In platone multa reprehendi posse.

Platonem senectutis tempus in nuptiis non obseruasse. Abortus procurasse, atque iussisse. Talemq. forte editum partum non nutriendum.

**A** lens ciuibus, quam vt eorum, quae carissima sunt, caede vitam suam inquinant, ac polluunt. Atque, ne ipsi Platonem calumnijs premere uideamur, audi, quomodo ipse in s. de Repub. ea digerit, & collocat, quae diximus, ad uerbum enim haec habet. In nuptijs igitur, & liberorum procreationibus rectum in primis esse uidetur, ut hoc fiat. Oportet enim, ex ijs, quae concessa sunt, praestantissimos quoque cum praestantissimis quam sepiissime congregari, abiectissimos autem contra, cum uilissimis. Atque illorum quidem enutriendi sunt liberi, horum uero minime, si modo armentum optimum est futurum. Atque haec omnia, ita gerenda oportet, ut ab omnibus, praeterquam a principe, ignorentur. Hac enim ratione custodum grex sine seditione quam maxime est futurus. Cum igitur praestantissimorum prolem enutrirı oporteat, contrariorum autem non item, certe eam ad interitum, & mortem exponi iubet. Intereat enim necesse est, si non nutriatur. Et paullo post, in eodem s. de Repub. ait: Strenuorum igitur prolem excipientes magistratus ab ouile perferant ad nutrices, quae seorsim habitent in aliqua Ciuitatis parte. Deteriorum autem, atque etiam strenuorum, si ex ijs aliquid mutilum, aut mancum natum fuerit, in abdito, atque obscuro occultabunt, ut decus, & pudor postulant: si quidem custodum genus sincerum est futurum. Quid igitur sibi uult iterum, quod iubet, in abdito, atque obscuro ignauorum, & obscurorum prolem occultari, & quod e strenuis natum fuerit mancum, nisi alicubi defodi ad interitum? Neque enim, si nutriantur, & ad aetatem deducantur, toto uita suae tempore in obscuro esse possunt. Quod autem eos periri uelit, apertius paullo post progressus, suam ipse sententiam explicauit. Sic enim ait, Vbi autem, opinor, tum feminae, tum uiri procreandi aetatem iam excesserint, liberos ipsos permittemus congregari cum quibuscumque uolent, praeterquam cum filia, & matre, & filiarum liberis, atque cum auia, mulieres itidem, praeterquam cum filio, & patre, & horum maioribus, ac nepotibus. Atque cum haec iam omnia praeeperimus, studio in primis prouidendum esse iubemus, ne in lucem partus ullus edatur, si quis conceptus fuerit. Sin autem inuitis nobis natus fuerit, ita exponendum, ut eius nulla fiat nutritio. Qui fieri autem potest, quod iam dixi, ut studio quisquam efficiat, ne in lucem fetus edantur, nisi medicamentis partum abigentibus, aut similibus ueneficis eos perimat in utero? Porro, quod iubet eos exponi, ac non enutrirı, si medicamenta effugientes in lucem exierint, quid, quae so, est aliud, quam hortari, ut liberorum caede nos polluamus? At, quanto pietatis officijs erat conuenientius, prohibere, ne omnino cum mulieribus rem haberent, qui ita essent affecti, quam libidini indulgere, & diuinum opificium enecare? Iam uero, quam multos ex prauis praestantissimos nasci uidemus? Quam multos item ex probis fere deteriores, & ex affectis senio, tum fortes, tum probis praeditos moribus? Mirum sane dictum, quam multa, & magna hominum uita commoda adferret generosus iste optima Reip. status, qui ferociores mores, quam ferarum quamlibet immanium nos induere docet. Quae enim in hac vniuersitate tam immanis est bellua, aut quae tam humilis, & imbecilla, quae ab ipsa natura, nullo doctore, non didicerit, libenter pro fetu suo mortem oppetere? Audi igitur, quomodo Homerus pium & indulgentem naturae affectum erga prolem, atque fetus uersibus celebrarit:

**B** *Iam nunc, sicut apes, & habentes spicula uespa. Mellea, quae posuere, cubilia ad arcta uiarum Mellilego subeunte aliquo, non ipsa relinquunt, Sed remanent, stimulisque uiros pungentibus arcent, Pro natis: maluntq. mori, quam pignora linquant.*

**C** *Et alibi. Sicut anis, quae pro pullis implumibus ipsa Euolat, ut pastum miseris parat, & mala suffert. Vtrum igitur tam parua bestiola Naturae, uel, ut melius dicam, Dei precepto obsequentes, pro ijs quae ipse procreauerunt, mortem oppetere non dubitant, immanes autem fere, quae naturaliter feroces mores ostendunt, susque deq. ferent, quomodo, quae ex se nata sunt, se ha-*

**D** *liberorum caede nos polluit Plato. Platonis impietas, & rerum naturae ignorantia notatur. Morum ferocitati nos induere docet. Homeri locus de Pio parentum erga prolem affectu.*

**E** *Iliad. 12. Iliad. 9.*

Caede suos ciues polluit. Platonis uerba s. de Rep.

Alia Plat. uerba.

Libertorum caede nos polluit Plato.

Platonis impietas, & rerum naturae ignorantia notatur. Morum ferocitati nos induere docet. Homeri locus de Pio parentum erga prolem affectu.

Iliad. 12.

Iliad. 9.

se habeant? An nequaquam ita fiet? Homerus enim, cum clarorum, & illustrium heroum erga suos socios intimum amoris affectum significaret, ab hisce maxime duxit similitudinem. Ait enim:

Pratrocium clypeo protexit maximus Ajax  
Ceu Leo, qui fetus alacer defendit inermes,  
Dum nudis silua catulis comitatus in alta  
Venantes videt ire procul, videt obuia ferre  
Arma sibi toruum spectans, vellitq. sub alta  
Fronte supercilium, dum flammae lumina torquet.

In communes uxores.

Euripides

Plato nullum viduitati locum in sua Repub. reliquit.

Platonis suspensam eloquentiam reddit, qua verita introducat. Quae ante legislationem praemia inducat.

Quis igitur non absurdam prorsus legem huiusmodi esse dixerit, quae tantam Naturae in nobis benignitatem ad leuana ferociore ac seniores mores transferat? Iam vero, tantam crudelitatem in non voluntarijs liberorum calamitatibus exhibere, & eos praesertim, qui ex probis nati sunt, quam impietatem non superat? Haec quidem certe eam absurditatem continent, quae nemini non perspicua esse possit. Quod autem communes uxores esse velit, satis magnam fidem vel ex his tantum locis habere possumus, quae ex ipso producantur. Nam, si eo tempore, quo maxime procreare possunt, probos cum probis coniungit, contrarios autem cum contrarijs, ubi autem procreandi tempus excesserint, libere deinceps, & pro libidine cum quacumque velint congregari permittit, exceptis ijs, quas ipse definiuit, palam est, quod, qui prius cum ignobilibus verbi gratia, praeccepto legis parentes, congressi sunt, postea, accepta a lege libertate, cum nobilibus, & strenuis, ut sit, concumbentes, a quibus prius vi legis, & auctoritate arcebantur, & uia uisq. uerbi, ut cum Euripide dicam, γὰρ οὐκ ἀνωμόντων ἀνδρῶν ὄντων. Nam iuuenilibus annis neq. strenuis cum ignobilibus neq. ignobilibus cum strenuis coire licebit: in senectute autem nihil horum prohibetur. Quae prius igitur cum strenuo, postea autem, ut par est, cum abiecto congressa est, aut contra communis certe ad coitum uolentibus erat proposita, uerum prius nobilibus solis, aut solis ignobilibus, postea autem nullo discrimine nobilibus pariter, & ignobilibus. Praeterea, quod in Repub. de uiduitate tum uirorum, tum feminarum nihil praeciperit, palam indicat, quod in Reipub. sua statu uiduitati nullum locum relictum esse nouit, propter coniunctionis communem libertatem. Atque adeo iam aperta oratione hanc legem in u. de Repub. ipsemet exponit, legem enim illam praescribens, quae ad id pertinet, ut uirorum, & mulierum ciuiles uirtutes sint communes, in qua praescripsit, & edixit nudas mulieres in palaestris exerceri cum uiris, non solum uirgines, sed & seueriores, easq. imperare perinde, atque uiros, atque certamina, tum in uenationibus, tum in bello ex aequo subire: quoniam contra opinionem dicere uidebatur, eiusmodi esse legem, quae facile seruari, & exerceri posset, utilemque esse oratione sua confirmauit. Erat autem statim legem induciturus, quae uxores ediceret esse communes. Atque hanc uidebat longe magis contra opinionem esse futuram, quam praecedentem, & uix potest probari in uulgus. Audi, cuiusmodi ante legislationem praemij utatur. Sic enim loquitur: Hunc itaque tamquam flumen effugisse nos dicamus in legibus ad mulieres pertinentibus explicandis, ne nos omnino aquis obrui, & submergi contigerit, dum statim conuenire, ut omnia in commune studeant apud nos custodes tum uiri, tum feminae. Immo uero oratio nostra sibi consentiens est, quia, & quae fieri possint, & quae sint utilia praescribit. Sane uero, inquit, profundum gurgitem euasisti. Tum uero, inquam, profundum non esse dicis cum tu, quod deinceps sequitur, uideris. Quin tu igitur istud dicito, inquit, ut uideam. Lex inquam haec alias praecedentes, ut arbitror, consequitur. Omnes has mulieres uirorum omnium esse communes, priuatim autem nullam ulli esse coniunctam. Et liberos itidem esse communes, ut neque proles parentem agnoscat suum, neque parens liberos. Longe, inquit, istud a fide, & probabilitate magis abhorret, quam illud, cum, quod attinet ad utilita-

utilitate, tum quod ad id ut effici possit. Vides, ut legem secundam priore magis alienam esse a fide dicat, utilitate sit, & commoda, atque talis, ut effici possit. Hoc autem contra opinionem, aut a fide, aut a persuasione alienum non erit futurum, si unam uni coniunctam uoluisse, neque contra, id quod omnibus hominibus probatur, mulieres ad usum omnibus communes proposuit. Expende autem dictionis perspicuitatem: Has mulieres horum omnium uirorum esse communes, priuatim autem nullam ulli esse coniunctam. Atque in ijs, quae deinceps consequuntur, multus est in eo, ut consiciat, quod non uerbo tenus, sed re ipsa hanc communitatem amplectari decet. Nam post hoc decretum: Ad uerbum nos diximus, inquit, tum uoluptates, tum dolores consequi communes. Atque utilitatem legis de communi congressu uirorum cum mulieribus in u. de Repub. exposuit. Nihil enim ullius proprium esse in sua Rep. uelle se dicit, id enim esse, quod Ciuitates diuellat, & sollicitet ad seditionem, nempe, si Meum, & Tuum quidq. nominetur, & in suam domum deductam mulierem, & liberos quisq. sibi uideat. Vno igitur praeccepto tum dolores, tum uoluptates communes esse debere dicit. Hoc enim modo liberi communes habebuntur, non tamen, ut pecunia, communes sunt, atque uxores: hoc enim fieri non potest: sed quod, cum propter uagum & incertum concubitum, unusquisque, quin sui sint liberi, ignoret, liberos omnes communes uidebunt: atque tum uoluptates, tum dolores propter liberos ad se pertinere, & suos esse arbitrabuntur. Porro, sortium sollicitiam, non ut unam, & eandem semper quisque consequatur, fieri uult, quod nonnulli legis uitio praefecti consinxerunt, sed aperte ob id, ut nobiles cum nobilibus, alius idem cum alia, ignobiles autem cum ignobilibus, & nescientes forte coniungerentur, ut ex ipsius Platonis uerbis, quae nos paullo ante citauimus, perspicere licet, ut fortuna opus, ac non magistratum prudentiae id esse arbitrantem ciues seditionibus inter se, ut sit, minime concitarent, dum ignaui, & uiles homines nobiles obtinere uellent. Quod si eandem cum eodem semper consuetudinem habere, & coniunctam esse uoluisse, ubi quisque semel unam forte accepisset, idq. palam fuisset factum, ut nunc sit, fors deinceps superuacanea uideretur: uerum nusquam unam unam coniungere uideatur. Et alioqui absurdam, & quae fieri non possit, sortitionem eiusmodi esse apparet, & quae in contrarium legis uoluntatem adducat, si cuique unam & eandem, ut asserunt nonnulli, coniungi uoluisse. Id autem clam ciuibus fieri studeas, ut nihil proprium se quisquam habere putaret, sortitionum astitijs effecerit, ut eidem semper eadem obueniret, fieri enim non poterat, ut id lateret, si cum eadem idem perpetuo congregaretur. Neque enim communitibus, & clausis oculis ipsos edixit coire. Temporis itaque progressu, magistratum commentum in sortibus ferendis omnino deprehensum fuisset, & ridiculum comparuisset. Atque hoc deprehensum nulla prorsus fuisset legis utilitas: sed potius in contrarium relaberetur. Nunc autem, cum unam, quam quisque sibi expetit, unusquisque accipiat, atque in ea, qualis tandem cumq. ea sit, acquiescere debeat, quia sponte, ac non ui duxerit sine seditione, quod certe quidem ad hanc rem attinet, permanent Ciuitates. Quod si quis putet, sine discrimine, temporis progressu futuram cum uxoribus consuetudinem, quia unusquisque contra id, quod lex uelle uideatur, magistratum, atque dolo, non uoluntate, ut decebat, congregatur, nonne omnia, hoc est, tum Ciuitatem, tum magistratus seditione compleri est necesse? Neque enim omnibus affectio nibus prorsus uacuos esse suos Ciues Plato statuit, atque tales ut, quod incundum uideatur, non sequantur. Nam, si eiusmodi esse fuisset arbitratus, nihil ipsi opus erat istis sortium peritis, qui ita Ciues fallerent, ut clam ipsos esset, nuptias magistratum fieri iudicio: ut hac ratione cum fortunae arbitrio factum fuisset arbitrarentur, ut talem sortem esset quisque sortitus, contra magistratus seditiones non concitarent. Nam cum quibus nam seditione agerent, qui semel ob id, quod publice conducere uideretur, id negligeret, quod priuatim esset incundum? Quare, si affectibus sunt obnoxij, & ij propterea, qui uoluptates consecuntur, & fieri non potest, quin temporis progressu palam fiat, quod non sortitio, sed magistratum calculo, ac non sponte, & delectatione, ut fieri erat equum, cum eadem

Orationis Platonica perspicuitate expendit.

Sortium sollicitiam.

Unam cum uno coniungi numerum quam uoluit.

Quomodo ex Plat. dictis seditione in suos ciues oritur.

*dem idem congregaretur, qui probabile esse videtur, ut cum magistratibus seditiones non sint concitaturi, qui tum is rebus, quæ ad voluptatem facerent, tum libertate, quæ lege permitti videretur, destituti essent? Quod igitur, si eandem semper eidem per sortes obtingere diceret, fieri non potest, ut res ipsa clam esse possit, & quod legis utilitas in contrarium sensum relaberetur, satis est confirmatum. Iam vero absurdum est, si quisque cum eadem nesciat se versari, ut etiam concedamus Platonem sortibus hoc effecisse: iniquissimum enim præceptum, ac decretum animo suo impresserit. Nam adulterium, & uagum cum mulieribus concubitum incommodi nihil continere poterit. Si enim aliàs cum alia se congregi putet, atque hanc optimæ Reipub. legem esse arbitretur, quid aliud, quam, quod diximus, civem quemq. cogitare oportet? Verum cuius perspicuum esse puto, quod omnis actio absurda convincitur, non solum propter nudum ipsum usum, sed propter morum pravitatem, & rationis ad id assensionem. Neque enim omnino cum mulieribus congregari, reprehenditur, sed non ita, ut lege permissum est. Vsum autem iniquum, & contra legem, ab eo, qui legi est consentiens, ratione nimirum dijudicamus. Qui igitur rationi suæ persuasit, quod non cum eadem semper congregatur, sed aliàs cum alia, is adulterij iniquam actionem perpetravit, etiam si cum sua coeat: perinde atque ex contrario, si quis noctu cum aliena uxore congregari nolit, atque ita arbitratus, cum sua tamen congregatur imprudens, vere is adulter, & si non usu, cogitationis tamen assensione iure indicatur. Quoniam non coitus omnino, sed mores, & propter mores rationis assensio, adulterium efficiunt. Vnde animantes, quæ ratione ea dijudicante destituta sunt, unde irrationabiles dicuntur, in coeundo in peccatum nullum incurrunt. Hoc igitur consequens est, ut, qui semper cum eadem congregatur, id tamen ignoret, sed aliàs cum alia coire se putet, idq. honestum esse ex lege persuasum habeat, is apud se adulterium, quasi esset in bonis, & confirmavit, & perpetravit. Quicumq. igitur huiusmodi sollertibus commentis obliqua interpretatione Platonem exponere conantur, non obscure ferunt, hoc ipso, quod ipsos pudeat confiteri, Platonem eiusmodi edicere, se hanc rem una cum reliquis omnibus hominibus absurdam esse iudicare. Verum, cum ipsum crimine liberare non possint, ipsi suam de legis iniquitate contra illum sententiam ferunt, Hæc igitur hætenus. Sexcenta autem sunt, & alia, in quibus Platonem a vero aberravisse ostendere possimus. verum, ne digressione utamur longiore, quæ diximus, abunde fidem facere possunt, non omnia modis omnibus feliciter dicta esse Platoni. Hæc Io. Grammaticus.*


Morum pravitatem ex adulterio inducere

Adulter etiam cogitatione quomodo fieri dicatur?

Contra Platonis defensores

Sexcenta esse in Platone, quæ reprehendi possunt.


FINIS DECIMITERTII LIBRI.



DE  
ANIMORVM  
EX HAC VITA  
MIGRANTIVM  
VARIO  
INCONSTANTI QVE  
PROGRESSV  
DISPV TATIONVM  
IN PLATONEM  
ATQVE  
CAVTIONVM  
DISTRIBVTIO TERTIA  
Tribus Libris explicata.



D  
 A M I M O R U M  
 E X H A C V I T A  
 M I G R A T I O N E  
 V E R O  
 I N G O N S T A N T I O R E  
 P R O G R E S S U  
 D I S P U T A T I O N E  
 I N P U B L I C A  
 A U D I T O R I A  
 C A V A T I O N E  
 D I S T R I B U T I O N E  
 I N P U B L I C A



**ILLVSTRISSIMO**  
**AC REVERENDISSIMO**  
**D.D. ALEXANDRO SANGRIO**  
 VTRIVSQUE SIGNATVRE  
 REFERENDARIO.

I O. B A P T I S T A C R I S P V S. F.

**M**VLTAE quidem sunt Illustrissime ALEXANDER in studiorū pelago voragi-  
 nes, Syrtes multae, quib. praeter illas summis antea Cardinalibus indicatas, nūc  
 addo; quae de Animorum Migratione, ac de alijs, quae illam consequuntur, tem-  
 porū ambagibus a Platone disseminantur. Tu vero hanc etiā Moxenas adspice  
 partē: immo vero nunc mihi ALEXANDER adsis: quin potius utroq. nomine  
 meo labori faueas: & cū tibi utroq. nomine laboris huius principia, atq. incremē-  
 ta debuissē, nunc vero finem etiam debeā: adeo nihil mihi auxiliū petenti a te desuit, quod esset a  
 liberali, & a nobili animo impetrandum. Cuius ego maximi beneficij memorie, ne omnino suc-  
 cumbere viderer, non ingrātē me facturum existimavi, si, tibi verum Diuinariū metam attingere  
 cupienti, vias illas sternere, quas si iniueris, errantium h.eresum symplegadas deuitare facile  
 possis. Decent animi candorem ista tui, decent illam, quam nunc insectaris, religiosa vita nor-  
 mam, atque probitatem. Adde etiam, ne, tuorum splendori maiorum, quidquam detrahas, hoc  
 tibi esse enitendum. Quandoquidem Illustrissimi FRANCISCI Ducis Patris tui vestigijs in-  
 sistere aliter nequeas. quem unum Neapolitana nobilitas pra alijs suspicit: ut cui, & animo, & na-  
 tura dictante, nescio quid peculiare in omnibus rebus agendis contigerit. sed in bellicis praecipue  
 insigni quiddam ad decus, & ad gloriam. Caetera, ob sui corporis strenuas, & agiles dotes, cunctis  
 gratiosus. Quem superior Caroli Quinti, & praesens Regis Philippi aetas eskadmirata, cum nul-  
 lum extiterit seu domi dignitatis splendidum nomen, seu foris cum utilitate coniuncta auctoritas,  
 quibus ab eisdem non fuerit honestatus simul, & auctus. Sed illa quanta sint, siue Ducis, siue Impe-  
 ratoris Militum insignia ad solam virtutem, auctoritatem, felicitatem Patris tui spectare potue-  
 runt; Illa vero Marchionis, Ducis, atque Principis ornamenta, ab eodem in PAVLVM Princi-  
 pem Fratrem tuūm deriuentur. Et dum hic Aus, Ratre, maioribus dignum in dies se exhibet,  
 atque praestat. Tuum sit ALEXANDER, tanti GENITORIS singularem integritatem,  
 multis, magnisque rebus spectatam probitatem, toto pectore amplecti. Vt, dum tui sanguinis S. R. E.  
 Cardinales duos habeas, quos amuleris, quorum Odorifius, ab hinc quingentis annis sub Pascha-  
 li secundo in Sacrum Collegium fuit aduectus. Tu interim superioris cuiusdam naturae, atq. animi  
 generosa praestantia, proprio virtutum munere, tui generis e Longobardorum Regibus emanantem  
 claritatem illustriorem reddas, nullo unquam tempore intermorituram, quin omni seculorum  
 memoria celebrandam. Vale, Et tibi, ut facis, & Literarum studiosis, vix felicissimae.



PLATONICI ANIMI STATUS  
EX HOC CORPORE MIGRANTIS

Distributio Tertia.



<p>C. 3. Post corporis huius dissolutionem, cauendus Platonicus Animus, ijs implicatur. scilicet</p>	Migratione.	<p>Harum vero exorbitationum tres tantum hoc loco cauendas curabimus, scilicet</p>
	Locis inferis.	
	Iudicibus.	
	Ductoribus.	
	Peccatis.	
	Poenis.	
	Tormentorum ministris.	
	Varijs pro tempore in hanc vitam recursibus.	
	Vniuersali quadam resurrectione.	
	Campis Elisijs.	
Ascensu ad Deum.		
Transitu ad compares bellas.		
Inconstanti foelicitate.		

IN  
ANIMORVM  
MIGRATIONEM

DISPUTATIONVM  
IN PLATONEM  
ATQVE CAUTIONVM

DISTRIBUTIONIS TERTIAE  
LIBER PRIMVS.

## Cautionis Leges.

Paulus ad Heb. ix.

STATVTVM EST HOMINIBVS SEMEL MORI.

Ex Tertulliano lib. de Anima cap. xxxv.

*Spero huiusmodi hereticos Helie quoque innuadere exemplum, tamquam in Ioanne sic representati, ut metempsychosi patrocinetur pronuntiatio Domini: Helias iam venit, & non cognouerunt eum. & alibi: Et si vultis audire, hic est Helias, qui venturus est. Numquid ergo & Iudaei ex opinione Pythagorica consulebant Ioannem. Tu es Helias, & non ex praedicatione diuina.*

Hæreses ex {  
Simone Mago  
Gnosticis  
Tertullianistis  
Manichæis  
Mahomete  
Albanensibus  
Baiolensibus  
Albigensibus } *Vide suo loco*

Cautiones ex {  
S. Athanasio  
D. Irenæo  
Tertulliano  
D. Nysseno  
D. Augustino  
D. Epiphanio  
Theodoreto }




# IN ANIMORVM MIGRATIONEM.

## IN PLATONEM

### Quæstio, & Cautio.



### LIBER PRIMVS.



## PLATO.

**D**AVD equidem ignoro me in hac necessaria Cautione de animorum migratione adhibenda non multorum gratiam, immo vero complurimorum odium subiturum quippe eorum præcipue, qui talem metempsychosim omnium Philosophantium consensu tamquam Pythagoricam agnouerint, tamquam vero Platonicam, nulli, aut si pauci, ij quidem in Platonicos fontes ab vno Pythagora deriuatam, si tamen reuera fateantur de Platonis sententia vnam eandemq. animam multis sese insinuare corporibus, & tamquam Maronianum illum Proteum in omnia sese transformantem miracula rerum, *Ignemq. horribilemq. feram, fluniumq. liquentem.* Auctoris excusatio, cur Animarum migrationem Platoni, quâ Pythagore potius vindicet.

**E** vt omitram reliquos eosq. saniores habitos in Platonica familia, qui, si migrationem admiserint, & Platonicam illam moralem tantum esse de Platonis sententia dixerint, qualem se olim induisse Horatius testatus est ad Albium Tibullum ita scribens, Virg. 4. Georg. Horat. epist. 4. l. 1.

*Me pinguem & nitidum bene curata cute nises*

Oo 2

Cum



Cum ridere uoles Epicuri de Grege Porcum.

Ego uero (quod pace omnium dixerim) reiteratā huiusmodi generationem, quæque tamquam Pythagorica inualuit iamdiu, neque adhuc euelli potuit ex hominum mentibus, non illam quidem Pythagoricam tamquam à Pythagora traditam, sed Platoniam tamquam propriam, aut perperam a Pythagoricis fontibus haustam, cum è superiore fonte deriuetur, affirmare non dubitabo. Nam, quod ad Platonem attinet, ex multis atque adeo clarissimis locis paullo mox afferendis nullo negotio inducor ut talem migrationem non moralem, sed reuera in varia corpora fieri ab ipso creditam putem. De Pythagora uero quid affirmē ex illius scriptis non habeo, quæ nulla umquam, aut vix pauca exstiterunt, modo illius sint aurea carmina, quæ Hierocles interpretatus est, aut etiam pleraque alia fragmenta, si non & idem sit liber, quem sub sacri sermonis nomine bis citat Syrianus in expositione secundi, atque duodecimi Metaphys. Arist. & si quid iam inde ab illo tempore ad nos peruenerit, id totum illius uiri Symbolicum legitur. Ex Platone uero (quamuis illius nonnulla sensu recondita habeantur) sunt tamen quam plurima nullo velamine obtegente tradita, si quid autem aperte ab illo dictum est, certe, quæ de migratione apud ipsum leguntur, non obscure, neque dissimulanter dicta esse uideri possunt. Quod si, ad sacram nonnullorum anchoram confugientes, dixerimus, illum quidem nihil scripsisse, quod certe ab ipso testatum in epistolis legimus, is nouerit oportere talem de animorum migratione sententiam e fonte superiore ad nos, immo uero ad Pythagoram, & Platonem fuisse deriuatam. nam cum de Pythagora (ut dictum est) multa referantur, illius tamen scripta nulla exstent. Platonis uero, ut ij dicere uidentur, quæ nunc scripta circumferuntur nihil habeant, in quibus scriptoris mentem comprehendamus. uide igitur migrationis hæresis ortum habuit? mirum quidem, Timæum Locrum sapientissimum Pythagoricum in eo commentario, quem de mundi natura ille scripsit, quem totum paucis mutatis transcripsit Plato, potuisse talem animorum transitum vulgo comminari, uerum autem pro loci opportunitate aut importune filere, aut quod aperte inspicitur) irridere. Platonem uero eiusdem paraphrasi eandem migrationem a Pythagora nequaquam admissam, tamquam ueram tradere, & multis uerbis eandem exornare, nec semel aut bis, sed centies fere ubique illam inculcare, ut, quanti ipsam fecerit ex repetita toties fabula quiuis comprehendere possit. Ceterum, quoniam de ijs, quæ scripserit, aut non scripserit Plato, proprius in nostris in Platonem contradictionibus fataget locus, nunc in eo versabor, ut interim detestandum transitum si non in Platone, at saltem in Platonis scriptis mihi deprehendere liceat, eundemque pro sententiæ impietate confutare, atque simul nonnullos e Platonis familia demirari, qui tamquam Platonis Deificatores eundem non humanis quidem laudibus, sed diuinis illum extulerint quippe qui de Deo, de Mente, de fato, de alijs Dijs, de animis, atque item de ipsorum generatione, & insuper de Cælis, atque elementis, & tandem de uniuersi natura, solus & diuine quidem ille scripserit. at ubi quæso? nempe in Timæo in Phædro, in Phædone, in libris de Repub. de Legibus, & denique in omnibus, quæ nunc exstant eiusdem operibus, quæ tamen non magis Platonis esse de Platoniorum mente dicenda sunt, quam mea aut alterius cuiuspiam, si quis eiusdem Timæi Locri sensum uel etiam uerba transcripserit. Quod si in Platonico Timæo errores huiusmodi deprehendas, (qui sunt certe non pauci, a quibus ipse Plato uix, ac ne uix explicare se possit) mirum dictu, quam statim eadem omnes ad Locrum Timæum illos referant, uel, si, tales ibi non legantur eo deducant excusationem,

Pythagoram nihil scripsisse uideri. Pythag. aurea carmina Hierocles interpretatus est. Syrianus citat Sacrum pythagoræ sermonē.

Platonem de se nihil scripsisse testari.

Timæum Locrum migrationem non attulisse. Platonem ueram eandem habuisse.

In immodicos Platonis deusentes.

ationem, ut Platonem nihil scripsisse confirmet, at uero si in multis detestandis incidit, cur, quæso, diuinus? si nulla scripserit, unde ipsius diuinitas? Porro quo clarius instituti nostri ratio se manifestet, duo peragenda nobis incumbunt: quorum alterum eo se uertit, ut Platonis præcipuos fontes de uera migratione aperiamus. alterum uero, ut Pythagoram a criminæ penitus, non modo a suspitione criminis liberemus. proinde, quod ad primum attinet, quoniam asseritam apud illum migrationem nullibi clarius, quam apud Timæum, inspicimus operepretium duxi me facturum, si alterius Timæi Locri uerba in in medium afferam, ut, utriusque Timæi locis utroque collatis, uideant legentes, quid ex Locrensi Plato ipse collegerit, quid uolens in suum Timæum transfulerit, & an Locrensis, an Pythagoras, an potius Plato ueram metempsychosim asseuerit. Sed Locrensis Timæi uerba referre præstabit, quæ in illius Commentarij extremo habentur: ubi, postquam de corporis & animi re-tandem postremis uerbis nobis aperuit.

Peragenda duo proponuntur.

ὅτι μὲν ὁ δῆμιον κρείσσος τὰς δ' ἑλάττω, δι' ἀλαθεσίαν τῶν δὲ ἀγαθῶν ἐπὶ τὸν ἐσθλὸν ἀναστρέφεται, τὸν δὲ κρείσσονα ἐπὶ τὸν ἀπαιθέτην, τὸν δὲ ἐλάττω καὶ ἀπαιθέτην ἐπὶ τὸν κρείσσονα ἀναστρέφεται, ὅτι καὶ τὸ νόμον καὶ τὸν λόγον σωφρονεῖται ἐπὶ τὸν ἀπαιθέτην, καὶ τὰ πάντα ἐπιτελεῖται τὸν κρείσσονα ποιῶντα τὰς ἐλαττωτάτας, ὡς ἂν τὰ σώματα νοσώδεις πόνον ὑγιαίνουσιν, ἔτι μὴ ἀνοήτοις ὑγιαίνουσιν, ἔτι τὰς ψυχὰς ἀπειθήρους ἀποδίδει λόγους, ἔτι καὶ μὴ ἀνοήτων ἀλαθεσίαν λέγουσιν, ἔτι ἀνοήτως καὶ πτωχείας ἐνεκαί, καὶ ματηνομοδίαν τῶν ψυχῶν, ἔτι μὲν δὲ δειλῶν, ἐς ἄνομιαν καὶ σκάνδαλα, πῶς ἔβλεπεν ἐκείνου δόξασμα, τὸν δὲ ματηφόνων, ἐς θηλείων σώματα, πῶς ἔβλεπεν ἐκείνου δὲ ἐς σὺν ἢ κρείττων μορφῶν κέφων ἐπὶ καὶ μετώπων, ἐς πῆντων ἀεὶ ὑπερῶν ἀργῶν δὲ ἀπερὸν κεν, ἀμαθῶν τε καὶ ἀνοήτων, ἐς τὴν τῶν ἐνύδρων ἰδέων, ἀπαυτῶν δὲ τῶν ἐν ἐσθλῶν ἀνοήτων, ἀμαθῶν τε καὶ ἀνοήτων, καὶ τῶν ἐπὶ τῶν ἀνοήτων, ὅς οὐ πάντων ἀγαθῶν ἐπὶ τὸν ἀπαιθέτην διοίησεν κόσμῳ συμπληρωμένῳ ἐκ τῶν τε καὶ ἀνοήτων, ἔτι τὰ ἄλλα ζῶων, ὅσα δὲ δὲ μαθητῶν γὰρ ποτ' εἰκόνα τῶν ἀεὶ ἔσαν ἀδὸς ἀγυῖα καὶ ἀνοήτων.

Timæus Locrensis 104. C, D, E.

Et certe is, cui Deus has sortes attribuerit, per uerissimam opinionem ad felicissimam uitam deducitur, si quis contra durus, & præfractus fuerit, nec sanctissimis illis præceptis uoluerit parere, eum poena consequetur tum ex legibus, tum ex illorum sermonibus uocibus, quæ caelestes, & infernas poenas denunciant. Infelices uidelicet manes implacabilia supplicia manere, & alia, quæ Ionicus Poeta scripsit ex ueteri memoria repetita. Ex quorum auditu animos hominum uoluit ad religionem puritatemque informare, quo sane nomine illius consilium probō, quemadmodum enim corpora remedijs quibusdam morboſis sanamus, nisi cedant saluberrimis, ita & animos falsis sermonibus coercemus, nisi ducantur ueris. Hac igitur de causa hoc concedatur, quod necessario commemorentur peregrina supplicia, quasi anima commigrent utroque citroque. in uaria corpora: ignauorum quidem, in corpora muliebria, corporibus tribuit ad ignominiam homicidarum, in ferarum corpora, ad poenam & supplicium libidinosorum, in suum uel aprorum formam: lenium, & temerariorum hominum, in species uolantiū animantiū, quæ in aere solent uersari: segnium denique, otiosorum, impericorum, stolidorum, in aquatiliū speciem. Omnia autē hoc in secundo circuitu Nemesis certo iudicio rata, si xaq. esse uoluit cum infernarum illarū furiarum numinibus: quibus humanarū rerū inspectionem summus ille Deus, omnium imperator atque pater, attribuit: quibus etiam gubernationē mundi commisit, qui quidem mundus & dijs, & hominibus & ceteris animantibus constat, absoluta plane omnibusque numeris cumulata ratione. Et hæc quidem omnia ad optimam illam ingenitæ, æternæ, intelligibilis formæ imaginem fuerunt creata. Hæc Locrus, ille unde clarissime colligas, si quis Dei munere recte uirtutibus fuerit usus, illum ad uitam perducere felicissimam; contra uero, si

Timæum Lo-  
crum ad fabu-  
lam retulisse  
migrationem.

Eiusdem mi-  
grationis haud  
quidem Pytha-  
goram, sed Io-  
nicum poetam  
existisse aucto-  
rem.  
Quid in hac re  
asserat Timæ-  
us platonicus  
ostenditur.

Timæus Plat.  
42, A, B, C.

quis eisdem abuteretur tum similem mansurum pœnam ex legibus atque etiam A  
ex illorum sermonum vocibus quæ & cœlestes, & infernas pœnas denuntiant.  
& ex ijs verbis alterum etiam compræhendas, nempe sermonem hoc loco de  
pœna haberi qua prauos mores tum in hac vita tum etiam in altera consequetur,  
nempe infœlices (vt inquit) manes implacabilia supplicia manere. & cum  
animorum migrationem loco pœne minari vulgaribus voluisset, adeo clarissi-  
mis verbis fabulam detexit, adeoq. fabulæ auctorem nobis aperuit, vt iam  
amplius dubitandi locus nullus neque Platoni, neque vobis relinquatur, quo  
minus migrationis ipsius minusq. adeo eiusdem fabulæ assertorem Pythago-  
ram existisse vereri possimus. veritatis quidem suspensionem sustulit cum mi-  
grationem ab antiquis commemoratam ad decernendum mortalium animos B  
inductam esse voluerit. quo nomine pulchris verbis Locrensis Timæus confi-  
lium auctoris de migratione probauit, cum hæc dixerit. *Quemadmodum enim  
corpora remedijs quibusdam morbofis sanamus nisi cedant saluberrimis, ita & ani-  
mos falsis sermonibus coercemus nisi ducantur veris.* & hac de causa inquit idem  
ooncessum esse antiquitati, vt commemorentur peregrina supplicia, quasi ani-  
mæ commigrent vltro citroq. in varia corpora. Cum vero hæc de falsa migra-  
tione commemorentur, de eiusdem Auctore quid, quæso, ait Locrensis? nempe  
non præceptor Pythagoræ terroris huius inuentum defert, sed Ionico Poetæ,  
qui talia scripserit ex veteri memoria, ex quorum auditu animos hominum ad  
religionem puritatemq. informaret. Quæ cum ita habeant, nunc ad Platoni-  
cum Timæum accedamus oportet. Sed, antequam integrum contextum huc  
transferam, ex ipsius Platonis mente assero, quod toties a nobis necessario re-  
peritum est. Deum illum Deorum, postquam mundum genuerit, ad sese vocasse  
Deos iuniores a se genitos, eosq. fuisse allocutum, eisdemq. iussisse, vt corpo-  
rum reliquam generationem pergerent perficere, sibi tamen animorum pro-  
creandorum curam præseruasse, produxisse etiam astris parem numerum ani-  
morum, & singulos ad singula corpora adiunxisse, cõmonstrasseq. eisdem leges  
fatales, & ita demum inclusos corporibus animos sensu fuisse præditos, vt tum  
deniq. omnes perturbationes haurire possent, & occasionem illis præberet ille  
Deus, vt, qui sensu ratione rexerit, iuste vixerit, qui autē ijs sese dederit, iniu-  
ste. Sed his qua dicta sunt hæc sequentia integra Platonis verba innectuntur.  
*Atque ille, qui recte & honeste curriculum viuendi a natura datum confecerit, ad illud  
astrum, quo cum aptus fuerit, reuertetur, ibiq. vitam beatam viuet. Qui autem ab hone-  
sta & temperanti vita declinauerit, cum secundus ortus in muliebrem figuram transfe-  
ret. Vterq. autem millenario anno ad sortitionem accedit, & vita secundæ electionem. Tū  
vnusquisque quam voluerit vitam elegit, atque ita in feræ animantis vitam humanus  
animus aliquando venit, & si ne tum quidem vitiorum finem faciet, grauius etiam ia-  
tabitur, & in suis moribus simillimas figuras pecudum & ferarum transferetur, neque  
malorum finem prius aspiciet, quam eiusdem, atque vnus sibi innatae atque insite conuer-  
sionis ductu, & auspicijs, cui se regendum tradat, contractam, inoletamq. labem ex igne,  
aqua, aere, & terra (corporis nimirum mole ex crassa elementorum illorum massa con-  
stante) turbulentam, & rationis expertem rationis imperio depulerit, & proinde ad pri-  
mum optimumq. animi statum peruenerit. Quæ cum ita certis legibus designasset, vt sese,  
si quid postea fraudis & vitij euenisset, ipse extra omnem culpam causamq. poneret alios  
in Terra, alios in Luna, alios in reliquorum Planetarum orbis, qui sunt temporis instru-  
menta (id est ad spatiorum temporis significationem nota constituta) spargens quasi se-  
rebat. Post autem sationem eam Dijs iunioribus permisit, vt corpora mortalia  
effingerent, quantumq. esset reliquum ex humano animo quod deberet acce-  
dere, id omne & quæ sequentia essent perpolirent, & abfoluerent; deinde &  
huic*

A huic animali se principes ducesq. præberent, vitamq. eius pulcherrime rege-  
rent, & gubernarent. nisi quatenus ipse homo sua culpa sibi aliquid miseriæ  
quereret.

Quæ cum dixisset Plato, poterant interim Iamblicus, Synesius, & Iuniorum  
pleriq. inspicere, quo se proripiant verba illa, & vnde allegoricam migrationē  
suspiciandi ansa illis fuerit oblata? non enim, si recte inspexerimus, id sibi vult  
Plato, cum ait, iis qui recte vixerint, dari reditum ad cælum, atque ad illud  
astrū, quo cum aptus fuerit, proinde cum migrationis sensus qualiscumq. ille  
fuerit, ex ijs verbis veram interpretationem sumere debeat, ipse hoc modo ex-  
plicarem. primum quidem supponi apud Platonem debere, astrum quodlibet  
proprias possidere virtutes ab alijs alterius longe differentes. secus enim fru-  
stra ipse poneret iustorum animorum reditum ad sua quemq. propria sidera.  
haud enim satis recte eiusdem virtutis locum, puta stellam, locatis animis tot  
virtutum dotibus sese inuicem superantibus distribuisset, quandoquidē decet  
alias virtutum operationes, diuersas sedes in cælis occupare. hoc autem vt  
credam, inducor ex varijs animorum meritis, astri cuiuslibet differentem vir-  
tutem satis indicantibus. non enim aliud sonant verba illa Platonis (ad illud  
astrum, quo cum aptus fuerat, reuertetur, ibi beatam vitam viuet) perinde ac  
non omnia omnibus astra respondeant animis, sed singula singulis opportunas  
sternere mansiones, in quibus pro meritis quisq. degat. Quibus quidem ita po-  
sitis, facile erroris conuinci potest Iamblicus. & modo ante dicti Platonis Affe-  
clæ, si proportione quadam a iustis ad iniustas transire animas dixerimus, vt  
quemadmodum quilibet iustus animus sua propria quam hic exercuit iustitia,  
tali etiam donatur astro, ita quilibet iniustus simili tantundem affligatur car-  
cere. & vti virtutes stellis respondent, ita vitia carceribus. & quemadmodum  
vitia vitij, ita carcer carceri dissideat, atque item virtus vitio, & locus virtuti  
debitus loco vitij destinato pugnet, aut cohæreat. at, qui iustus animus etiam  
præfenti Ostreaceo solutus, corpus aliud petit, nec certe quodlibet, sed sin-  
gulare quoddam vitæ perperam antea cæta correspondens, vnde quidem patet  
nullam nobis suspensionem de morali commigratione, quin potius non dubiam  
relinqui confirmationem, de peculiari cuiusq. animi vera ex hoc corpore so-  
lutione, animi inquam aliunde suarum operationum iudicium perituri, quo iu-  
stus pœne lætitia, & hæc illis correspondeat. adde etiam cuiuslibet animi  
pœnam ex ante acto scelere debitam talem esse debere, vt mutationis sensus  
vel grauius eidem animo percipiatur, secus enim qui nam pœna dici po-  
test? at vero moralis illa commigratio eiusdem animi in idem corpus ex lapsu  
virtutis in vitium quasi nouæ cuiusdam bestię sit adeptio, cum non repente  
fiat, vnde pœnæ perceptio dolore quodam sentiri possit, nequaquam pœnalis  
dici deberet. id autem ex eo patere existimem, siquidem transitus ille in habi-  
tum ex multis frequentatus actibus, & multo intermedio tempore abiit. habi-  
tus autem, Philosophorum omnium consensu, & experimento comprobante,  
haud quaquam sentiuntur. Est enim vsque adeo vulgatum illud. Ab astuctis  
non fit passio, vt pœne in prouerbum abierit. Vbi igitur cõtrarietas? vbi passio  
in eodem corpore, in quo mutatio imperceptibilis, & habitus sine sensu plane  
iam accessit? Omitto nunc quærere, (nam alibi dabitur dubitandi locus) an, si  
in anima (Platone non dissentiente) inerint vitiorum semina, an si potius (non  
ipsa peccet, quin magis phantasticum quoddam animal) talis pœna improbi-  
tati sibi a Deo inditæ cum Platone, aut improbitati alienæ debeatur? quo cer-  
tius igitur commigratio ipsius animæ peccato adscribatur, quo Platonis ser-  
mo magis sibi constare videatur, moralem profus tollendam esse, confirman-  
dam

Iamblicum, Synesium, & Iuniorum plerosque in apertis conuinceri voluisse.

Astrum quodlibet proprias obtinere virtutes, Platonis.

Iamblicus & aliorum lapsus.

Moralis migrationis suspicio non ex antea dictis, & ijs que dicuntur auferri.

Moralis migratio quamobrem pœnæ adscribi non possit?

Habitus non sentiuntur.

Premia & poenas sibi respondere debere.

Foxius in Tim.

Platonem sapientem numero trasgredi, frequenter etiam Epistolicum esse patet.

Lactantius corrigitur.

Joan. philoponide migratio ne modus singularis.

Phædo. 70. E

Socratis probatio de regeneratione.

dam vero realem duximus. ijs adde, & præmia, & poenas pro temporis ratione A sibi respondere debere, ut, dum sint æterna præmia incomparibus stellis, etiam æterni tandem existant animi & si talia existierint peccata, quæ corrigi nequeant: scio enim Platoni creditum fuisse locum quendam post hanc vitam, in quo talia peccata plecterentur. idem etiam consequetur. Si igitur de corpore in corpus dabitur migratio, profecto animus diu afflictabitur, quod etiam (quam uis abnuente Defensore) vidit Plato, cum modo allatis verbis dixerit fieri primam mutationem in muliebrem statum, & postea in alias figuras, si finem errandi non fecerit. Quid autem ille post millenarium annum reditus in feræ animantis vitam sibi exposculet, quid etiam illa ex igne aere, aqua, & terra, purgatio portendat, inferius explicandum differimus. Addas nunc, (quod tamen ante me quidam animaduertunt) non esse Philosophi munus, ad moralem doctrinam confugere, ab ea, quam in Timæo naturali quippe ordine explicandam susceperat. ne veluti de genere in genus transire videatur. Sed, quam frequenter in huiusmodi scopulis illidet Plato, in Cōtradictionibus est adnotatum. Addunt etiam iidem viri ex Lactantio, veram esse Platonis migrationem confirmari. quandoquidem, cum vna sit eidem Platoni Mundi anima, cumque ipsius immortalitatem ab interno eius motu in Phædro probauerit, ab interno autem moueri, atque, a se ipsa, neque item brutis denegari: inde etiam fieri, ut brutorum animæ in alia se possint immittere corpora. hæc & vere quidem secundum Platonem Lactantius, nisi quantum migrantes animæ a se ipsis mouentibus differunt. nihil enim prohibet hoc habere, illud vero nequaquam, vel contra. nouimus etenim, motum, quo se mouet anima, si seipsam moueat, a propriæ voluntatis interno principio agitari. migrationem vero alio iubente, peccatrici quippe animæ demandari. vno tantum Ioanne Grammatico dissentiente, qui dixerit; animam se ipsa iudice migrationis poenam sponte subire. licet neque in hoc satis sibi constare visus fuerit. Sed hæc cum Timæo hæcenus.

Nunc ad alia Platonis loca deueniendum est. Socrates igitur, postquam multa præclare de mortis meditatione tanquam Philosopho necessaria differnit, & de spernendis corporis illecebris, & de virtute item multa, ut puta ipsam solam esse sapientiam, quoad veritate ducantur animi, & inde, si vere initiati fuerint, ad inferos facere transitum, ubi cum Dijs sit illis habitandum; sin minus, in luto ibidem esse peruoluendos; admirante tandem hæc Cebete, nec non eodem ex aliorum opinione putante, animum, ubi primum e corpore excesserit, non amplius illum existere, sed eo ipso die continuo e corpore decedentem tanquam statum euolare, nec illius quidquam postea relinqui huius rei gratia. Socrates de animi immortalitate sibi agendum fore putauit, quaestionemque ita aggreditur, Num videlicet hominum mortuorum: Anima si sit in inferis necne? (quod quidem probandum suscipit) primo ex antiqua Pythagoreorum, immo vero dixerim aliorum magis quam Pythagoræ sententia. Platonis autem verba hæc sunt: Antiquis quidem est hic sermo quem modo commemoramus, hinc eo proficisci, & illinc huc redire mortuorum animas, & fieri ex mortuis. Quod si ita res se habeat, e mortuis viuentes rursus fieri, non alibi sanè nostræ animæ essent, quam illic, non enim rursus ex illis homines fierent, si ille non essent. Et paulo mox addit: Ne hoc tantum in hominibus esse considerandum, sed & in omnibus animantibus, & plantis, & in summa de eis omnibus, quæ generationem aliquam habent, an ita fiant omnia, ut e contrarijs contraria? Hæc igitur Socrates inuestiganda proponit, & ita demum probat; nempe contrarium ex contrario fieri: & cum hæc eadem sermone de morte conuecteret, addit, viuentem ex mortuo fieri, idque vicissim

A vicissim mortuum ex viuente, ne (vt inquit ipse) sit clauda natura, si in circulum hæc remeare non faciat. quamobrem morti contrariam quandam aliam reddendam esse generationem constituit, id est ipsum reuiuiscere, & nouam quandam vitam suscipere, quæ sit e mortuis ad viuentes generatio quædam. vnde plane concludat, necesse esse, mortuorum animos alicubi esse, vnde rursus existant. idq. probare duplici modo videtur, tum, quia, si in rectum generatio fieret, tandem desinerent omnia fieri. nam, si e somnonon fieret euigilatio, & contra, fore vt omnia tandem in Endymionis fabulam abirent, & omnia etiam in vnum redirent, ex Anaxagoræ sententia. qua ratione vsus est etiam Aristoteles non semel, sed bis ad idem probandum, cum motuum perennitatem ad locales sed localium a rectis ad circulares perduxit in Physicis. quibus deinde omnibus vsus est in libris de generatione, cum ipsius æternitatem probare voluit. Altera vero ratio, quam Cebes Socrate annuente præoccupabat, ex reminiscencia desumpta est, Disciscere nimirum esse reminisci. Ex qua quidem sententia necessario concludi videtur, nos proprie aliquo tempore ea didicisse, quæ nunc in memoriam renocamus. hoc autem fieri non possit, nisi anima nostra existere prius, quam in hanc humanam formam deueniret, ita, vt hac ratione animus immortale quoddam esse videatur. Hæc Plato de vniuersali reditu ad eadem eiusdem speciei corpora adeo apertis differuit verbis, vt actum nunc agam, si ne verbum quidem addere tentarem. proinde, quoniam suspicabitur fortasse quis, hæc ad vniuersalem rerum omnium reditum, haud vero ad brutalem palingenesiam pertinere, propterea libens hæc prætereo, quæ ad Cautionem de resurrectione pertinent, dum interim duo alia mihi loca in Phædone subseruiunt, & clarius damnandæ migrationi auxiliantur.

Alter igitur occurrit in Phædone locus, ubi probare nititur animum indissolubilem esse. idque ea differentia corporis colligit, quippe cum sit compositum, mutari illud videmus, animum vero nequaquam eo, quod simplex est. quod si corpus diu seruari possit, vt apud Aegyptios factum olim fuisse testatur, nempe arte quadam illud condientes, animum tamen inquit ijs non indigere, quin etiam inconspicibilis esse naturæ, & ad locum purum, & inconspicibilem abire, nam, si quis ita recte vitam traduxerit, siue Philosophatus fuerit, siue aliud quispiam dignum egerit vt nihil a corporis labe fuerit pollutus: illius animum ad diuinum quoddam sibi simile proficisci, diuinum scilicet, & immortale. Hæc de purioris animi statu, ad sensum excerptimus. quæ vero sequuntur verba, de eiusdem impuro statu ta habent: Quod si pollutus & impurus e corpore discedat animus, quippe qui cum corpore hæcenus versatus sit, eiq. seruiert, & sibi ipsi tum a seipso, tum a cupiditatibus, & voluptatibus fascinato, nihil aliud verum visum sit, præterquam corporeum, nimirum crassum illud, quod contingitur, videtur, bibitur, & ad res Veneras usurpatur: contra vero illud quod ipsis quidem oculis tenebricosum, & inconspicibile est, intelligentia tamen vi percipi, Philosophiq. institutis, & disciplina comprehendendi potest, illud inquam assueuerit, & odio prosequi, & fugere, & tremere, sic nimirum comparatum animum ipsum apud seipsum purum integrumq. discedendum existimandum est. Nequaquam profecto, inquit. Verum opinor potius constituendum est illum discedere implicatum contaminatumq. corpore a molis labe, quam ipsa consuetudo & familiaritatis corporis quoniam cum illo assiduo versatus est, & in res heiusmodi multa cura, & cogitatione incubuit, in ipso congenitam inseruit inoleuitq. omnino. Hoc nimirum esse existimandum est onere quodam crassum, graue, terrenum, conspicabile, quo cum circumuolutus sit animus huiusmodi grauatur, & trahitur ad conspicabilem locum inconspicibilis illius metu: & quemadmodum dicitur, circa monumenta, & sepulcra oberrat, ad quæ & conspecta sunt quædam tenebræ animarum imagines, quales species representant huiusmodi

Aristoteles 5. phys. & 2. de gener. a tex. 56. ad finem 7. & 8. phys. ite 12. met. cap. 6.

Socratis ratio alter.

Alter Phædonis locus 80.

Phædo ibidem 81. A.

434 IN ANIMORVM MIGRATIONEM.

*modi animæ; quæ non pure solutæ sunt, sed conspicibilis illius crassi aliquid adhuc retinent, ideò & conspicuntur. verisimile est, Socrates, verisimile nimirum est, Cebes, nec vero illas bonorum hominum animas esse, sed improborum, qui circa illa loca coguntur obuersari, pœnas pendentes prioris educationis, quippe malæ. & tamdiu vagantur, quamdiu consequentis corporei illius cupiditate rursus in corpus illigentur. Illigentur autem (ut quidem verisimile est,) in huiusmodi quosdam mores, quales videlicet in vita cogitarint. Qualia hæc sunt, quæ dicit Socrates: quemadmodum eos, qui gulositates, contumelias, lasciuas, cogitarint: nec ab illis rebus cauerint; in animorum genera, similiaque ferarum formam indui verisimile est, an non existimas? omnino quidem verisimile dicitis, eos vero, qui iniustitias, tyrannides, rapacitates, in pretio, & honore habuerunt, ut luporum, accipitrum, miluorumque genera commutari: aut alio aliquo animus ire dicemus? Videlicet, ait Cebes, ad huiusmodi loca. Itaque, inquit statuendum est, omnes animas eo nimirum contendere, quo cogitationum similitudines illas deduxerint. Hactenus Plato immo vix hactenus, ut hoc loco illud ipse videat, si pluribus, aut clarioribus verbis veram, realemque migrationem ex eiusdem dogmate aperire contendam, ut etiam mirum dictu sit, potuisse graues Philosophantes adeo in amore Platonis cæcutire, ut hæc loca ipsi conuenientes præterierint; nec viderint, animorum immortalitatem in Phædone data opera post mortem quaeri. Post mortem, inquam, ut intelligant, qui moralem tuentur Platonem, id quod cupit assequi non posse. nam, si secundum mores Tyrannus in Miluum euadat, nulla inde corporis noui mutatio consequatur, quomodo, quæso, animi inde immortalitatem, atque post mortem deprehendere valeat? Cum tamen hunc sibi scopum quæstionis ipse præfigat, scilicet viuere post mortem corporis animas, & puras ad Deos impuros, & in alia loca pœnis addicta, atque adeo in bruta trãfire.*

Platoniorum quorundam error in morali migratione asserenda.

Verborum Platonis confideratio.

Vides ergo, primum puris animis e corpore discedentibus inconspicibilem penes Deum locum assignari; tum, etiam crassas ex corpore contagione animas in locum conspicibilem proficisci: notes proficisci, non manere: demum inspicias harum animarum plerasque circumuolitare sepulcra, ut quæ concretæ fœditatis, & labis non nihil retinuerint, tamdiu sepulcra circumuolitando, donec concretam labem exeme rint. ut inspicias, inde ab impuris illis animis sepulcra circumuolantibus, adeoque tamquam ad tertium gradum grauioris eiusdem pœnæ gradum fieri transitum, & similem subeant pœnam, quæ præteritæ vitæ moribus ex æquo respondeat. ita, ut hic in bestias transitus veluti alter existat gradus, atque grauioris pœnæ, qua iniustæ animæ cruciari debeant. quæ obrem adnotanda esse censeo verba illa, cum ait: *Nec vero illas bonorum hominum animas esse, (loquebatur autem de ijs, quas crasso quodam corporeo vallatas appellabant, quo sepulcra circumuolitabant) sed improborum, quæ circa illa loca coguntur obuersari, pœnas pendentes prioris educationis, quippe malæ.* Hæc de illis: de quibus statim subdit, *& tamdiu vagantur, quamdiu consequentis corporei illius cupiditate rursus in corpus illigentur.* Quid igitur clarius? & tandem cernis clarissimam migrationem (realem inquam) de loco ad locum a corporei ostreæ tenebris, ad eiusmodi corporeum, quo sepulcra circumuolitet, denique ab ostreæ ad tenebriosa brutorum corpora. frustra igitur ad moralem metempsychosim tantum confugiunt. itemque frustra nititur Hammonius, Auicenna, Ficinus, & Iuniorum plerique, talem illam describere, qualem ne Plato quidem somniauerit. minus Zoroaster, minus etiam Pythagoras. Sed, quoniam de Zoroastro, atque Ficino paullo mox dicemus, præstat nunc a locis in Phædone inuentis, & ab alijs Platonicis confabulationibus nos expedire, deinde ad varias in eundem expositiones, & ad Pythagoricos peruenire. Itaque ad alium in Phædone locum accedo.

Hammonius, Auicenna, Ficinus frustra moralem migrationem somniauerunt.

Postquam

**A** Postquam igitur Socrates, seu magis Plato, in prima disputationis parte circa animi immortalitatem fatis est commoratus, oborto (ut fieri solet post multa verba) silentio, susurrantibus adhuc nescio, quid Cebete, & Simmia, tamquam adhuc etiam dubitare cupientibus circa ea, quæ a Socrate modo dicta fuerat, Socrates, id, quod reuera acciderat, suspicatus, ita verentibus, atque ob reuerentiam conuiuentibus occurrit. Verebantur enim, ne, si multis Socratem pro-uocarent, negotium iam iam morituro facefferent. itaque leniter arridens Socrates, *Papæ, (inquit) quam difficile alij hominibus persuaderem, me calamitati minime ducere hunc meum præsentem ea sum, cum illud vobis persuadere non possim, at me tuitis, ne nunc mecum acerbius, quam tota antea vita mea agatur. Verum enim vero videmini existimare, me Cygnis esse inferiorem in diuinandi quidem ratione, atque facultate: qui quidem, ubi primum senserunt sibi esse moriendum, ut superiori tempore canebant, ita & ad illud tempus maxime canunt, gaudentes se ad Deum illum, cuius sunt famuli, & ministri, continuo peruenturos. At homines, quoniam ipsi mortem reformidant, mendacia quoque aduersus Cygnos comminiscuntur, aiuntque, illos mortem lugendo præ dolore vehementius canere; nec animaduertunt autem illam canere, cum esurit, aut friget, alioque quopiam doloris genere afficitur, non ipsam Lusciniam, non Hirundinem, non upupam, quas aiunt præ dolore canere solitas, sed ne hæc quidem mihi videntur aues, nec ipsi Cygni ob dolorem canere. Sed ideo opinor, quod sint dicatæ Apollini, atque adeo diuinandi instinctu quodam præditæ, cum ea præuideant bona, quæ sunt apud inferos, canunt, magisque eo die delectantur, quod priori vita tempore equidem existimo me eiusdem ministerij consortio cum Cygnis coniungi, & ipsi illi Deo sacrum esse, nec illis minorem diuinandi facultatem a Deo illo accepisse, nec iniquiori certe animo me ex hac vita discedere. Ergo nihil quidem impedit, quo minus hæc de re & dicatis, & interrogetis, quidquid nolueritis, quamdiu quidem Atheniensium undecim viri permittent.* Age nunc, quæso, videant, lectitentque. locum hunc vnus aduersarij, in quo tam magis audiant Cygnum anima canentem humana, quam minus ipsi audire, aut videre, nollent, sed immorentur, quæso, aliquantisper, adeo, dum videant Socratem pudere se discessum ex hac vita iniucundum fore confiteri, sibi que calamitati adscribendum, ne Cygnis inferior esse videretur, ne ve minus quam Cygnus ipse speraret se ad Deos bonos profecturum. at vero, quæso, quamnam est ista comparatio, num Cygno post mortem vita beata debeatur? debetur quidem, asserente Socrate. non enim, quia mortem lugeat, ipsum canere testabatur, sed quia Phæbo dicatus, diuinandique instinctu præditus, bona, quæ sunt apud inferos, præuidet: cuius nunc consortium vsque adeo non dedignatur Socrates, ut vix speret se eadem cum Cygno felicitate potiturum. an non igitur Solis luce clarius deprehendas, Socratis, & Cygni animam eiusdem esse speciei? quippe qui felicitatem eandem post mortem exoptent, funera etiam præuideant, eademque felicitate se potituros sperent. Ut non ob aliud canat ille, lætetur hic; mortis fato vtrique imminente? Stet nunc Plato, & quantum ipsi libuerit, fudet in Philebo, algeat in Repub. & vbi que locorum, ut felicitatem tot condicionibus, tantisque sudoribus, tantarumque virtutum apparatu rationali animæ præparet, qua tamen nunc vel ferina illa Cygnea potiatur? vel humana illa sub ferino tegumento, nullis præuiis meritis actionibus, operationibusue, eandem assequatur. interim fateri libeat, multum adeo exosam mihi esse felicitatis in Platone sententiam, quam nunc vnus sanctissimus (ut ipsi dicunt) Socrates vix vna cum Cygnis assequi sperat, cum tamen votis exoptet. Porro, quoniam de Cygnorum transitu ad aliam vitam factus est sermo, vnde vera migratio colligebatur; non importune me facturum existimauerim, si in præsentem locum cum Cygnorum, reliquarumque auium, tum etiam quadrupedum, &

Tertius Phædonis locus 84 E.

Cygnus, Anima canens humana, Platoni.

Communior animantium omnium palin gensia ex Platone statuitur.

aquati-

aquatilium palingenesiam, & ingressum in hanc vitam, generationemq. de Platonis mente describerim. vt vndequaue Plato ipsemet sibi in hac peruersa sententia constare videatur. Postquam igitur in Timæo de hominis generatione multis quidem differuit, tandem postremo eiusdem Commentarij sermone repetendus etiam est mihi toties huius tanti erroris locus, quippe tamquam necessario vitandus; hæc pauca de reliquorum animantium ortu subintulit.

*Sed iam disputatio illa de vniuerso vsque ad generationem hominum nobis propostia finem pæne suum adeptæ videtur. Ceterorum vero animantium generationem, quatenus dumtaxat necessitas postulat, paucis perstringemus. sic enim modum in hac disputazione tenere sibi quisq. videtur. Verum de his iam ita dicamus. Quicumque virorum iniusti, timidiq. vixerint, quemadmodum probabilis ratio nobis ostendit in generatione secunda, in feminas sunt conuersi. quo quidem tempore hanc ob causam Diij coitus amorem machinati sunt. igitur unum quiddam in feminis alterum vitæ, & animæ compos ita composuerunt. Hæc ibi. Et paullo mox: Mulieres hunc in modum omnes sunt genitæ. Autem autem genus ex nostro ita est apte formatum, vt pro pilis pennas acciperet. in hoc illi homines transcunt, qui simplices, & innocentes cum sint, leues tamen sunt, & frustra in rebus sublimibus curiosi, qui de adeo fatui sunt, vt, oculorum iudicio conspici, altissima queq. firmiter illo demonstrari posse non dubitent. Gressibilem vero ferarum genus ex his natum hominibus, qui, a Philosophia penitus alieni, ad celestia nunquam animos exerunt, ex eo quod volutionibus illis, que in capite peragi solent, vsi nunquam sunt, sed illas anime partes secuti, que in ventre, & pectore dominantur. ex his vtiq. studijs anteriora membra, & capita ob ipsam cognitionem humi penitus defixerunt, in longum productum ad diuersum corporis verticem tenere, quandoquidem ibi propter desiderium singularum collisi sunt, & contracti circuitus. & ideo quod quatuor pedum, ac etiam plurimum est instituta figura, vt insipientioribus Deus maiorem ex pedibus multis, atque progressu occasionem præstet, per quam magis etiam desleantur ad terram. eos autem, qui horum insipientissimi erant, corpusq. in terram penitus prosternebant, quasi nihil ultra pedibus opus foret, in corpora carentia pedibus & humi serpentes permutarunt. Quartum genus aquatile est, ex illis natum, qui stolidissimi, & imperitissimi fuerunt, quos nostri illi transformatores pura respiratione dignos iccirco non iudicauerunt, quia propter extremæ transgressionis iniquitatem animam impurissimam prorsus habebant. iccirco ex tenui, ac pura aeris illa respiratione in aqua respirationem profundam, turbidamq. transferunt: vnde Piscium, & Ostrearum, ac denique aquatilium omnium orta est multitudo, que certe extremas sedes nocte extremas quoque inscitie dant pœnas. Atque his quidem omnibus modis tunc temporis, atque etiam nunc animantes aliæ in alia commigrant, dum mentis & demeritæ iactura vel adeptione varic vitro citroq. commutantur.*

Hoc loco duplici nomine reprehensionem subire videtur Plato: primo, quia, cum ad calcem dialogi peruenisset, poterat Locrensis Timæi commentarium, quem præsentem præ manibus tunc temporis habuisse censendum est, inspicere, in cuius fine, cum vulgares ille terreat, nimis certe pueriliter ille decipi potuit. deinde, quia non erat ille locus, in quo de alio magis, quam de migrationis genere tractari debuisset. denique ibi de viri, & mulieris semine agitur, vbi de animantium naturali generatione differitur; ecquis credat morali aut pœnali migrationi locum dari potuisse? hoc autem loco cautionis præoccupandæ occasionem nobis Foxius accelerat, dum Platonis sententiæ auctoritatem diuinæ scripturæ facit consociam, eo quod ex Adami costa scripserit Moses Euam a Deo factam; nec viderit ille, quantum veri Dei voluntas vtrumq. hominem fabricantis a Platonica differat. cum ille quidem iam inde a prima primi hominis generationem secundam minime expectasset, quin

Timæus in fine 90. D.

Iniustorum, timidorumq. palingenesia.

Simplicium, & innocentium.

a Philosophiæ studijs Alienorum.

Insipientissimorum. Stolidissimorum, imperitissimorumq.

Platonis præsentem præ manibus tunc temporis habuisse censendum est, inspicere, in cuius fine, cum vulgares ille terreat, nimis certe pueriliter ille decipi potuit.

Foxij importuna interpretatio, Cautionem accelerat.

A quin Euam produceret. at Platonicus iste Deus modo ex timidis viris, atque iniustis in generatione secunda feminas prodire facit. nec audiendus hoc loco est, si tamen idem sentiat Eusebius, qui libro suo Præparationis Euang. duodecimo, Platonem ait, ut alia multa, ita hæc ab Hebræis accepisse, ut feminas ex viris dicat esse natas. Plura etenim ad similitudinem requiruntur. quidquid tamen id sit, suo loco ad Eusebium erit dicendum. huc etiam transtulit Foxius ea, quæ in Symposio sub Aristophanis persona dicta sunt, fuisse olim homines Hermaphroditos, seu Androgynos, deinde a Mercurio in marem; & feminam fuisse diuisos: a quo sensu non abesse etiam Rabinos, cum eundem locum Geneleos exponunt. Sed apage ineptias ab Ecclesia Dei, dum etiam

B Plato ne ita quidem explanari se pateretur, aut, si hoc fateatur; adhuc etiam nobis dubitantibus dignum putet, quibus respondeatur. primum, an a suo mundi opifice Mundus reuera productus fuerit. nam, si ita esse fatebitur, etiam fateatur necesse est, mares tantum in prima generatione fuisse productos, feminas autem nequaquam, vt quæ in secundo ortu produci debuissent. & illæ quidem ab iniustis, & timidis, a deo, vt sibi esset marium euentus expectandus. cuius occasione illæ postea nascerentur. vt, si non esset iniustitia, atque timiditas in animis hominum regnatura, (quamuis, si vitia spectet, non erat dubitandum, quin multo plures feminæ essent futura, quam viri) ne feminæ quidem fuissent productæ. Sed interim filuit

C Plato, quod silentio præteriri minime debuerat, scilicet, quanto temporis spatio primus sese prorogauerit ortus, quanto item secundus. neue etiam ab eodem quæram, an innumerabilibus sæculis viri ab vsu venereo fuerint feriat, vt qui feminas non adhuc productas nequaquam agnouerint. Quæ quidem omnia quantum ab ea, quæ est apud Genesim, veritate dissonant, ad propriam Cautionem de feminæ generatione referantur. Quod si Mundus fuerit æternus Platoni, quemadmodum omnes fere Platonici de Præceptoris mente tueri cupiunt, dicant, quæso, quæ nam est illa in Timæo marium a feminis seorsum ducta productio? immo vero, quæ productio? quid ve primus ortus, & quid secundus? & vnde horum reuolutionum initia tandem sument? licet de his paullo mox.

Sed nunc alium locum ex Phædro in medium afferamus. in quo, post multiplicem animorum conditionem ex hac vita in alteram, & econtra migrantium, quædam protulit, non longe absona ab ijs, quæ Timæus Locrensis artulit. Sed, quam fabulosam narrationem, & anicularum terculamenta ex Ionico Poeta referuauerit, contra Plato eandem tamquam Camelum deglutiens dissimulauerit, modo erit videndum. Cum igitur illius animi statum descripsisset in Phædro, qui semper vera conspexit, & item illius, qui obliuione repletus pennas amiserit, vnde ex varia eiusdem constitutione aut in Philosophum, aut in Musicum, aut in Amatorium abire, vel secundo loco in Regem, & Bellicosum, vel tertio in rei publicæ, & domesticæ administratorem, vel quarto in Gymnasticum, quinto in vatem, sexto in Poetam, septimo in Artificem, Octauo in Sophistam, nono denique in Tyrannum, in quibus statibus qui inciderint, si iuste vixerint, sortem (inquit) adepturi sunt meliorem; qui iniuste, deteriores. vt tandem decem annorum millibus quisque non reuertatur. Vnde profectus est, vno excepto Philosopho, & eo, qui sapientiæ studio pueros amauit. Hi enim tertio mille annorum ambitu recuperant alas, & hinc euolant. Alij vero (& hæc sua sunt verba) animi, cum prima vitæ sinem fuerint consecuti, iudicij quoque sententiam nanciscuntur. Iudicati autem alij sub terram profecti,

Eusebius in huius loci interpretatione non esse audiendum.

Hermaphroditum huc euocatus. Rabinos itidem excludendos. Primum in Platonem congressus.

Feminarum ortum in generatione secunda migrationem arguere.

Phædrus 248. C, D, B.

Phædrus 249. A, B, C.

facti, ad locum iudicio expendendo destinatum penas expendunt, Alij in quem-  
dam cali locum ex iudicij formula subleuati, ita viuunt, ut dignum est, ea vita,  
quam in hominis specie, siue forma vixerant. Millenario autem anno redeunt  
ambo ad sortitionem, electionemq. secunda vita deligunt unusquisque eam vitam,  
quam velit. Hinc & in Bellue vitam humanus animus commigrat, & ex Bellua  
rursus in hominem, si modo is animus quandoq. fuerit hominis, Etenim is, qui num-  
quam veritatem conspexit, in hanc figuram venire numquam poterit. Oportet autem  
hominem intelligere secundum speciem, qua ex multis rebus singularibus sub sen-  
sum cadentibus in unum quiddam ratiocinatione conceptum uno quodam ambitu con-  
cluditur. Vides hoc loco, sponte ab animis ex altera vita redeuntibus, fieri  
secundae vitae electionem, & (quod clarius) in belluae vitam humanum animum  
commigrare, & ex bellua rursus in hominem. Atque addit: Si modo is animus  
quandoq. fuerit hominis. Sed, quorsum haec dubitas, o Plato? nonne Cygni  
animus fuit quandoq. hominis? nempe sapientissimus ille Orpheus in secun-  
da vita Cygni corpus elegit, ut mox ex tua Republica proferemus? nec cor-  
rectionis illa ratio, quam in Phaedro profers, multum apud saniores valere de-  
beat. nam, cum ais, Si modo is animus fuerit hominis, haec statim subdis: Ete-  
nim is, qui veritatem numquam conspexerit, in hanc figuram venire numquam poterit.  
Hac tu, Plato, a quo sub Cygni persona quaesierim, (ut alia exempla mox  
afferenda) ecquando quaeso, aequum fuerit, illum animum, qui nunc Cy-  
gnus est, inspexisse veritatem? certe Cygno nulli vsui est veritas: & tamen  
is animus quandoq. fuit Orpheus. quo nomine scimus intelligi debere ani-  
mam quidem magnam, Philosophum & veritatis amatorem praestantissimum,  
Poetam omnium maximam, atque item Vatem, si dijs placet, diuinissimum,  
quaetam interim, hero tuo illo referete, tu nobis enarres. quamobrem verba vl-  
tima decimi de Republica paullo superius repetentes huc transferamus, ut,  
inde omne vitae genus inspicientes, clarissime colligamus, Platonem omni-  
bus reclamasse sui de migratione defensionem suscipere cupientibus. Quid  
igitur tandem ait herus ille in illo sui ex altera vita reditu, extremoq. ser-  
mone? Hoc quoque aiebat dignum consideratione esse spectaculum, quomodo anima sin-  
gulas viuendi rationes elegerint. illud enim & miserabile esse, & ridiculum, & mi-  
rum spectaculum, vti ex prioris vitae consuetudine noua viuendi genera eligerent, se-  
cundum Orphei animam uidisse aiebat Cygni vitam, in odium muliebris generis eligentem  
cum nollet ex mulieribus, a quibus interfectus fuerat, rursus nasci. Thamyris vero  
Philomela Cygnum etiam conspexisse ad humanae uitae electionem conuersum, & alia  
musica animalia, eodem modo ut consentaneum est. Quandam etiam animam, cum ob-  
lata ei fuissent sortes, Leonis uitam elegisse: hanc vero Aiace Telamonij fuisse dicebat,  
que auerteretur hominis naturam, suscipere ex memoria iudicij illius, quo arma sunt  
ipsi iniuste praerepta. Post hunc Agamemnonis animam propter varias erumnas, quas,  
dum uiueret, perpeffus fuisset, uitam Aquile accepisse. Atlantes autem animam, cui  
media quaedam sors obtigerat, cum uidisset, quantis honoribus Athleta soleant honestari,  
non potuisse se continere, quin uitam Athletae eligeret. Post hanc autem uidisse Epei Pano-  
peensis animam, qua in Mulieris industriae naturam migrauerit. longe vero inter ultimos, hi-  
strionis, ridicularijq. Therpsitis animam induisse Simiam. Vlyssis autem animam casu  
quodam ultimam obtigisse, iccirco ultimam ad sortitionem uenisse aiebat. praeteritorum  
autem laborum recordatione ita ab ambitione abhorruisse, ut diu ultroq. citroq. oberrans  
quaereret priuati hominis uitam, qui nullis negotijs occuparetur, eam uero uix ac ne uix  
inuenisse alicubi iacentem, & ab alijs neglectam, quam cum conspexisset, dixisse, non  
se aliud vitae genus electurum, etiam si sortis prerogatiua sibi fuisset tributa, ac proinde  
se eam uitam lubentissime eligere. ex feris item alijs in homines transire animas asserere-  
bat,

Belluae animi  
fuisse olim ho-  
minis ex Cy-  
gni vita proba-  
ri posse, apud  
Plat.

X. de Rep. 619.  
E.

Ibidem 620. A,  
B, C.

Ajax in Leonē.  
Agamennō in  
Aquilam.  
Atlantes in  
Athletam.

Epeus in mulie-  
rem.  
Thersites in Si-  
miam.  
Vlysses priua-  
ti hominis vi-  
tam elegisse.

A bat, & uicissim commutari, iniustas quidem in immanes, & agrestes, iustas uero in  
cicuras, atque eo modo uarias, multiplicesq. mixtiones existere.

Iustarum ani-  
marum, & iniu-  
starum migra-  
tio.

Scilicet, quam sancte, quam sapienter sperabat Socrates in Phaedone, se  
ad Deos profecturum: idque non minore animi praesagio, quam Cygnus.  
erat enim Cygnus ille Orpheus, ni tamen plures existerint Orphei. nam  
de pluribus Cygnis ibi loquitur, immo uero de tota specie: quandoqui-  
dem extremo suae vitae die canunt omnes, tamquam ad diuinorem lo-  
cum profecturi. quo loco certe, ni fallor, video Platonem puerilibus impli-  
citur incommodis, a quibus se explicare nullo modo queat. At, cum ad alia  
pergere studeam, in memoriam reuocabo, e caelo delapsas animas, alias,  
atque alias sibi vitas deligentes. Ut sileat prorsus interim magnus qui-  
dam Platonis defensor, qui tot a Platone de animorum migratione ad ter-  
rorem dicta esse interpretatus est. cum praesertim hic modo ex decimo de  
Republica citatus locus, & is qui est apud Phaedrum, iam in caelo dele-  
tae migrationes uel clarissime habeantur, & ab alijs uerbis, quae in Ti-  
maeo, & in Phaedone leguntur, longe diuersa. in quibus de poenali co-  
rundem animorum transitu post discessum ex hac vita fit mentio. porro,  
quantum differat, sponte aliquid facere, ab eo, quod ui, & coacte fieri  
solet, norunt quidem omnes. Sed, qui ueritatem perquirendo plus nimio  
curiosius certant, eos caecutire necesse est, & nimis altercando eandem inter-  
dum amittere. postremo, ne quis locus Platonis desideretur, non omit-  
tam suspicionem quandam, quam in Politico faciunt mihi uerba quaedam,  
cum ait, Anima pudore abundans, audacia uero, fortitudineq. undiq. carens, si per  
multas similiter generationes transeat, segnior sit, quam decet. Quid uero per  
multas generationes intelligere potuerit, ex antedictis Platonis locis haud  
obscure liquebit. Si quis tamen alius sensus non repugnet, non id in Pla-  
tone modo quaero, ut suspiciones in apertum proferam, uerum ut paten-  
tes offensiones ita manifestem, ut Platonicae doctrinae Oceanum ingredi cu-  
pientibus cum Piscatore illo apud Actium nostrum Sannazarium procul con-  
clamem:

In defenforem  
quendam Pla-  
tonis.

Politicus 310.  
D.

Animam per  
multas gener-  
ationes transire  
Plat.

Auctoris mens  
in erroribus ca-  
uendis.

D Dextrum fuga litus, & undas,  
Vitemus scopulos infames morte Lyconis.

Jacob Sann. in  
Piscat.

At ego uitandos esse scopulos clamo, qui mortem quidem, sed aeter-  
nam, tot adeo doctissimis uiris intulerint. quamobrem, ne, dum ipse cla-  
ra ostendo, alios per inuia loca ducere uidear, propterea consulto alium  
suspicionis locum omitto, qui ex principio fere Timaei legitur, Dum Sa-  
cerdos ille Aegyptius, Graecis in eruditionem obijciens, inquit, illos sem-  
per existisse animo iuniores, (quasi, ut quidam exponunt, in Pythagori-  
cam opinionem inclinent, qua fertur, animas omnes simul esse productas,  
& in varia corpora deinde demigrasse) nos autem suspicionis loca ne-  
quaquam quaeramus, praesertim cum aliter locus, & cerre commodius ex-  
poni possit. Quidquid tamen id est, clarius idem alicubi apud Phaedrum  
id, quod nunc inuestigamus, inspicere posset, cum ait: Omnis animus totius  
animati curam gerit, totumq. percurrit calum, alias uidelicet alias sortitus spe-  
cies.

Timaeus 22. B.

Phaedrus 246.  
B.

Disquisitionis  
de migratione  
pars altera.  
Multiplices de  
migratione opti-  
miones discu-  
tienda propo-  
nuntur.

Haecenus cum solo Platone de animorum migratione dixisse sit fatis.  
Cum autem eadem opinio iam inde a priscis temporibus ita peruagata  
sit, ut apud quamplurimos pluribus etiam modis, multifariamq. sit expo-  
sita, aut etiam credita; necessarium fore duxi, omnes omnium improba-  
biles

biles, inquam, sententias in medium afferre, priusquam nonnullorum expositiones recenserem, circa ea, quæ de Platone, atque item de Pythagora sunt prænarata: Postremo vero Pythagoram ipsum ab antiquorum calumnijs (si quid possumus) immunem reddere. Zoroaster itaque superstitionum dixerim Oceanum, primus fortasse clarissimæ veritatis perturbator existisse visus est, in quem posteri insanierint. cum enim ille dixisset, *Tuum vas habitabunt bestie terre*, inde fieri potuit, vt commigrationem qualemcumque alij acceperint, & in varios sensus distraxerint. Hinc nonnullos Zoroastrum dicere de interna mutatione intelligi debere. si enim nostrum vas ingrediantur bestie, fieri quidem posse, vt nostra stet incolumis effigies, cum interna quadam tamen mutatione: quasi Zoroastro Salomon quædam similia dixerit, vt non semel in Prouerbijis tot brutis nominibus appellet hominem, de quibus inferius. Sed, qui hoc modo Zoroastrum exponunt, eodemq. volunt Platonis sensum trahere, longe admodum illius verba, atque Platonis sensum extorquere videntur. illius quidem, qui, cum de vase tantum loquatur, alterum de duobus intelligere videtur. aut enim post animæ rationalis e proprio vase discessum illud bestie ingredientur, & hoc, si secundum mores tantum intelligas, renuit vbiq. locorum Plato. sin autem reuera tunc eorum interpretatio locum non habebit, nec Salomonis auctoritas sibi proderit. Inuenio tamen aliam eorundem verborum expositionem, a iunioribus quibusdam traditam, scilicet ex antiquorum quorundam superstitione, quippe qui admodum verebantur, ne, si corpus post animæ discessum debitis priuaretur cærimonijs, ad illud Eurionimus quidam Dæmon accederet, quasi huic operi præfectus, quique mortuorum carnes deuoraret. cuius facti Pausaniam testem referunt, aut, si maus cum Hebræorum quibusdam dicere, esse Dæmonem quendam Zazielem, quem ijdem carnis, & sanguinis Dominum appellare consueverunt. quasi vero, cum ex terra factus sit homo, in cadauer illud scire Zazielem, cuius, dum viueret, animam tamquam diuinam imaginem venerabatur, atque expauescebat. facti autem testem ex Genesios tertio suspirantur, dum ait. *Terram comedes cunctis diebus*. Hinc tandem, tamquam ex vberimo fonte, tot superstitionum cærimonias emanasse, quod passim vbiq. locorum, & gentium obseruari videmus, vt nulla sit adeo vel altera alteri vicina gens, aut natio, quæ quasdam cærimonias, aut etiam superstitiones in sepeliendis mortuorum cadaueribus proprias, peculiareque ritus non habeat. Nam, vt pauca de multis cum illis referam, Alij sarcophago contenti, eorum obtegebant corpora, qui Acheldamach ab Hebræis appellabatur. Alij eadem corpora comburebant, ne vllæ humoris reliquæ superessent, quibus Spiritus immundi insisterent. non enim defunt, qui testentur, se in Annalibus Cretensibus legisse, animas, siue potius manes quosdam in eadem remigrasse corpora, vnde exierant, coramque suis (quas reliquerant) vxoribus apparuisse, quibuscum antiquam libidinem exercuissent, atque adeo, quo talia vitarentur incommoda, legibus olim apud eosdem fuisse cautum, vt cuiuscumque hominis ex hac vita migrantis cor clauo ferreo transfigeretur, quodque erat cadaueris reliquum igni traderetur. Sed alijs, quorum melior sententia menti, visum est alijs consecrationibus, atque expiationibus, suorum mortuorum cadauera humi mandare, quorum testis est locuples Homerus in Elpenoris inferijs. Sed locupletissimus noster Maro in Miseni funere his carminibus rem omnem subiecit oculis:

Zoroaster.

Zoroastrum exponentium cōfutatō.

Impiorum quorundam interpretatio. Eurionimus Dæmon ex Pausania.

Hebræorum opinio de Zaziele Dæmone.

Genes. 3. Vana gētium cærimonias in sepeliendis mortuorum cadaueribus.

sarcophagus siue Acheldamach.

De spir. in corpora reditu mira historia.

Homerus.

Nec

Virgilius.

**A** Nec minus interea Misenum in litore Tencri  
Flebant, & cineri ingrato suprema ferebant.  
Principio pinguem tadis, & robore secto  
Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris  
Intexunt latera, & ferales ante cupressos  
Constituunt, decorantq. super fulgentibus armis.  
Pars calidos latices, & abena vndantia flammis  
Expediunt, corpusq. lauant frigentis, & vngunt.  
Fit geminus: tum membra toro deserta reponunt,  
Purpureasq. super nesses; uelamina nota  
Coniungunt. Pars ingenti subiere pheretro  
Triste ministerium. & subiectam more parentum  
Auerſi tenuere facem, congesta cremantur  
Thurea dona, dapes, fuso crateres oliuo.  
Postquam collapsi cineres, & flamma quicuit,  
Reliquias vino, & bibulam lauere fauillam:  
Ossaq. lecta cado rexit Chorineus abeno.  
Idem ter socios pura circumtulit unda,  
Spargens rore leui, & ramo felicitis oliuæ,  
Lustrantq. viros, dixitq. nouissima uerba.

**C** Sed horum pleraque cum sancta Ecclesia haud aspernata fuerit, alijs deinde auxit cærimonijs, & veriores in vsus tranſtulit, vt lustralis aquæ adſperſione, thure, lumine, facibus, precibus, custodibus, donec inhumata iacerent cadauera, & deniq. in sacris locis sepulcro sunt donata. Ceterum, vt ad Ethnicos redeam, quam timuerint, ne debita purgatione quocumque casu cadauera carerent, inde patet, quod putauerint pœnam subituram talem animam, ita hinc discedentem, quod etiam noster Maro in eodem sexto docet, cum ait:

S. Mater Ecclesia veriores in vsus antiquiores cærimonias tranſtulit.

**D** Hec omnis, quam cernis, inops, inhumataq. turba est:  
Portitor ille Charon: hi, quos uehit unda, sepulti.  
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluentia  
Transportare prius, quam sedibus ossa quierunt.  
Centum errant annos; uolitantq. hæc litora circum,  
Tum demum admissi, stagna exoptata reniſunt.

**E** Sane hæc superstitio vsque adeo vulgarij animis infedit, vt inter vetulas adhuc rumor circumferatur, eos, qui violenta morte obeunt, tam diu errare, donec alicuius temporis circuitum impleant. quidquid tamen sit, mos est ab antiquis iam inde ductus temporibus, vt iisdem sepulturæ locus intra urbem denegaretur, vt de Marcello interfecto legimus, Seruio ad Ciceronem scribente, ab Atheniensibus, locum sepulturæ vt darent intra urbem, impetrare non potuisse, quod religione se impeditos dicerent, neque id antea cuiquam concessisse, quod vero ad centum annorum periodum attinet, siue (de mente Virgilij loquor) ex aliqua vi denarij numeri in se ducti, & cubi inde resultantis virtute proueniat, siue ad Osiridis, & Isis historiam magis quispiam respexit, pulchre reuera Nascimbenius, & Lambertus Hortensius, accuratissimi locorum Virgilij, qui ad disciplinas pertinent, interpretes, declarant, patet etiã, apud Homerum, Patrocli animam orare, vt ab Achille quam primum sepeliretur, quo citius ad inferos transire possit. Sed in his satis multis immoratur Plutarchus

Vetularum falsus rumor. Extra urbem in tereſtis locum sepulturæ intra urbem olim denegatum. Seruius Galp. ad Cic. Centum annorum periodus quid apud Maronem. Nascimbenius Lambertus. Plutarchus.

Cœlius Rhodiginus in opusculo de Homero. Cetera apud Cœlium Rhodiginum. Modo ad rem, & ad Zoroastrum redeo. vt non infirier potuisse ipsum non Dæmones pro bestijs intelligere, quibus tum viuientia, tum etiam cadauera inficerentur. vtque magis adhuc eo tendant illa, quæ alias ipsemet præceperit, vt puta, spiritum non esse inquinandum, sed esse sibi festinandum ad splendorem Patris, unde nolitis demissus est animus. quod vero credam, Dæmonas bestias appellari apud Zoroastrum, inducor ex Virgillii carmine,

Virgilius.

*Tum uariæ illudent species, atque ora ferarum.*

Plato quid in hac re differat a Zoroastro.

Quodcumq. tamen illud sit, Zoroastrum non idem sentire cum Platone, inde liquet, quod Platonis paullo latior est sententia, quippe cuius animis multus in vtraq. accidit sudor, atq. labor, vt de eorū cælo in terras transitu patet, de iis etiam, qui iniuste hic vixerint, & non purgati discesserint. Et denique Plato diuisionem illam totam fere amplectitur, quam initio huius sermonis ponebamus. Hinc communi omnium ferme consensu vera est habita de Platonis mente, atque Pythagoræ, migratio, quam etiam Plotinus, eandemq. latiore sustinuit, nempe vsque ad Plantas, in lib. de Dæmone proprio. nec sine sui inconstantia eiusdem animæ migrationem citra humanam spheram non videtur produxisse, primo suo de Prouidentia lib. c. 13. & in lib. de ordine eorum, quæ sunt post primum c. 1. humanam tamquam probabilem admittit. brutalem vero tamquam in natura impossibilem, & si iustitiam respiciamus, super vacuum esse existimat. in quem propriis Cautionibus erit agendum. Idem affirmavit Cronius in libro de iterata generatione. atq. idem Theodorus, & Plutarchus lib. 5. de placitis Philosophorum idem Pythagoræ, & Platoni tribuit. nec obscure hoc innuit Porphyrius in lib. de abstinentia animalium. hoc etiã Lucius Seneca in Epistolis. atq. haud scio quomodo hinc euadat Plutarchus in illo Opusculo, an bruta animalia ratione vtantur, & Aelianus, qui canibus dialecticam impertit. nam, de Appuleio in sua Metamorphosi quid sit dicendum, hoc ipsum nomen inscriptionis indicat. Mihi vero quid esset credendum de Platone, præter enarratas ipsius multiplices, itemque clarissimas auctoritates, etiam si nusquam illas legissem, vnus Basilii in Exameron auctoritas fat esse posset. adde etiam Augustinum lib. 10. de Civitate Dei, atque Lactantii, Theodoretii, & aliorum Patrum sententiam: quorum verba post adductas hærefes a nobis afferentur.

Plotinus migrationem sustinuit, sed inconstantem.

Cronius. Theodorus. Plutarchus. Porphyrius. Seneca. Plutarchus. Aelianus. Appulcius.

Qui migrationem Platoni tribuunt. Basilii. Augustinus. Lactantius. Theodoretus.

Iuniorum de migratione Platonica sensus, ex Auicenna. Almahat, Auicenna liber. c. 7.

Auic. ibidem cap. 7. pag. 83.

Altenasach.

Hinc complurimi Platonis amatores, quo possent eorum ducem ab impostura (quam ipsi putant) vindicare, in varias abiere sententias. & vt moralem expositionem missam faciam, quam admitti non posse luce clarius est præmonstratum, iuniorum quorundam sententiam recensero, quorum alij ab Auicenna vnã e multis accepere. Lego etenim apud Barbarum Auctorem in libro, qui Almahat inscribitur, id est de reuersione animæ, mentem illorum interpretari, qui Althenasach, id est migrationem posuerunt. vt, cum anima talem duxerit in corpore vitam, & vsque adeo cupiditatibus deditam, vt praua illa, atque brutæ qualitates eidem imprimerentur, quasi deleri nullo vnquam tempore possint, cum eisdem tandem ad bestias transeat. Sed nunc eius verba (licet barbara, non tamen indocta, a Bellunensi vtcumque translata) libet apponere. *Quando igitur qualitates corporee in anima fuerint confirmate, sicut appetitus, & ira, & amor excessiuus in rebus mundanis, in quibus non est habendus amor excessiuus, & fuerit anima corpore separata, in qua qualitates prædictæ fixæ, & habitate fuerint, tunc prohibetur anima a perfectione vera, & a felicitate ultima, quæ accidit post mortem, & tunc anima est disposita, ac si adhuc esset in corpore. & secundum hoc exponitur, ut dictum est, metaphora Althenasach. neque est via remouendi qualitates illas, vel præseruandi*

A seruandi ab illis qualitatibus prædictis, nisi medianibus virtutibus. quoniam a temperato, & a virtuoso remota sunt omnia extrema, & remanet substantia eius uacua, & priuata duobus naturis simul temperatum enim in calore & frigore non est nisi illud, quod non est calidum, neque frigidum omnino. & est unum in intentione. & propter hoc leges præcipiunt, & commendant virtutes & ex eis quæ remouent animam a uelamine, seu ab impedimento elongante sunt orationes, uel adorationes diuinae, & administratio eorum, ad quæ leges prophetice, exhortantur, quoniam ipsa sunt tamquã clypeus, & tutamen anime ab hoc nocumẽto. Hæc Auicenna: cuius vltima verba propterea huc trãferre volui, vt obiter lectorẽ commoneã, an hæc eadẽ sint illa verba, quibus adeo tribuat orationi, vnde suspicentur nonnulli ex eiudẽ mente, vt quod voti cõpotes sanitate consequi, quasi Deum tangant mortales preces, sed quasi in se manẽs tunc tẽporis animus, ex vehementi sanitatis affectu se se in harmoniã corporis ab integro reponat. quod an verũ sit ex mente Auicennæ, ex ijs verbis haud cõprehẽdo, in quibus multũ orationibus, & adorationibus diuinis tribuere videtur. nobis vero nondum contingit, vt in aliquo ipsius operum tale quippiam legisse recordaremur. de quo tamen propria in ipsum Cautiones curam habebunt. Ceterum, quoad expositionem attinet, hinc sumpsit Ficinus in suo de immortalitate libro de statu animæ impuræ, quasi prauæ viuentes ob inoletos mores, in neminem, & furiam, & malum Dæmonem euadant, & quasi mutato genio in mali Dæmonis potestate incidant. additq. in anima separata dari phantasiã, siue sensum quendam intimum, vehiculo æthereo, & aereo cõiunctum. in quo tamen aereo passio insit quædam, quã Auicennæ consentiens potius affectum, aut habitum partis rationalis, sensibus obsequentis, & ad passiones corporeas declinantis appellat. ita vt anima haud quidem libertatem ad vtrumque pariter vergente vtatur, sed se ipum quasi naturæ vi, id est ad vnum sine electione, meditationeque inclinet. Hinc & in hac vita, & in altera ipsam ab intelligibili decidentem a sensibili detorqueri, & quasi dormientem semper, nec quidem post mortem sese expergifcentem, immo somno profundiore grauari, & molestioribus vrgeri somnoijs. adeo, vt, postquam terrenum corpus reliquerit, ipsamet anima quasi nutu quodam alterum sibi retexat ex elementorum vaporibus, & solo haustu idem coactum corpus continuo euanescentem iugiter reficiat. Si vero de illius corporis figura quæretur, respondet sane, secundum magos, varia simulacra diuersorum animalium ex huiusmodi vaporibus fieri, vt, qualẽ quælibet animalis vitam moribus imitata sit, talem in primis sese faciat. si modo, inquit Ficinus, ex affectu, & habitu vehementi leue corpus colorari, & figurari possit. & sicut carnis in vita passiones, ita corporis illius percipit afflictiones, & tanto corpus est purius, licet illius, atque carnis sensus longe diuerso in genere collocentur. atque ita forte intelligendum esse apud veteres hominum in bestias transformationes. Plura etiam de Phantasia affectibus dici possunt, quæ proprijs de Motibus animæ libris sunt comprehensa. Porro, cum hæc ante Auicennam, & Ficinum Plato in Phædone loco dudum citato descriperit, hæc eadem etiam tetigit duobus in locis Virgilius, quæ hic innuere ne quæso pigeat.

*Quin & supremo cum lumine uita reliquit:  
Non tamen omne malum miseris: nec fundius omnes  
Corporee excedunt pestes, penitusq. necesse est:  
Multa diu concreta modis inolescere miris.  
Ergo exercentur pennis, ueterumq. malorum  
Supplicia expendunt.*

Auicennæ falsa quædam obiter de vocis, atq. precibus ad Deum adnotantur.

Ficinus l. 1. c. 10. de immortal. An.

Animæ separatae sensum intimum dari Ficinus, ex Auicenna.

Animam ex natura vi cui applicet.

Anima sibi corpus retexens ex elementorũ vaporibus. Qualem Anima corporis figuram sibi circumtextat.

Virgilius.

Sed,



Sed, postquam ibi triplici pœnarum genere, igne, aqua, & vento, fuerunt ex-  
piatæ, adhuc etiam remanere aliquid ciuili inclinationis alijs verbis osten-  
dit:

*Quæ gratia curram,  
Armorumq. fuit uinis, quæ cura nitentes  
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.*

Sic etiam Dido fugienti Aenææ damnum se illaturum minatur:

*Omnibus, umbra, locis, adero dabis improbe pœnas.*

Et paullo post, iam iam moritura, inquit:

*Et nunc magna mei sub terras ibit imago.*

Huc etiam spectant, quæ Sibylla Aenææ inferos ingredienti præcipit:

*Tuq. inuade uiam, uaginaq. eripe ferrum.*

Nempe, quia negotium sibi erat futurum non cum nudis spiritibus, sed cum  
eisdem aliquo corporis inuolucro præditis. quamobrem aciem ferri timeant,  
& diuisionem patiantur, atque expauescant. quod Pfellus in suo de Dæmoni-  
bus libro, & alii, qui de iisdem scribunt, affirmarunt. Ceterum, quidquid a Vir-  
gilio poetice dictum est, quærere omitto. quid tamen sibi velit animi illa pote-  
stas, liberaque voluntas, qua æreum sibi congerat, & in figuram quandam  
efformet, & aliquid ita exerceat, non modo patiat, dignum perpen-  
sione exi-  
stimo. nec oscitanter talibus in dormiendum. sed, quoniam in animo est, il-  
lorum argumentationes omnes seorsum ponere, & prope Ecclesiæ sanctiões,  
& Theologicas rationes collocare, propterea hoc loco alios sensus circa mi-  
grationem adducere pergam.

Non præteribo igitur alteram quandam opinionem ab Auicenna Alexan-  
dro adscriptam, quamuis non magis Alexandri quam Scholæ Alexandreorū,  
ipsam esse putet. Vt cumque tamen, huiusmodi est, *animas diminutas absolute cor-  
rumpi cum corporis corruptione*, per diminutum autem exponit animam, *quæ defi-  
cit in speculationibus, & contemplationibus praua quadam uoluntate deficientem*, adeo  
ut, quemadmodum ipse Auicenna fatetur, tales animas cruciari, Alexandrei  
vero corrumpi eisdem penitus dicant. Hæc Auicenna, in lib. de Almahat.  
Verum sententia hæc ad Cautionem de animi mortalitate pertineret, quam  
præsentī animaria castigatione non attingimus. Propterea nunc ad proprios  
sensus Platoni adscriptos accedimus.

Bessario itaq. aliter interpretatur migrationem. non enim credit ipse, licet  
hominis anima alicuius bruti corpus induat, propterea ex materia, & hominis  
anima brutum constitui, sed animam, cum corpus alienum subeat, insinuetque  
spiritu imaginario, brutum illud ingredi, ex Platone opinandum, atque ita  
coerceri, & pœnam pendere scelerum, dum interim opus nullum humanum  
exercere illa possit, veteribus quippe amissis instrumentis, & in brutis exer-  
cendis inepta manente, donec longo temporis curriculo purificata ad cæle-  
stem demum redeat ledem. Sed Bessario, Ficinus, & Auicenna simul, quod  
putent vnum esse secundum Platonem migrationis modum, ut puta pœna-  
lem tantum, illos labi arbitraret. cum de voluntario nihil dixerint.

Nunc ad aliam deuenio expositionem, quam ex Boetij sententia quarto  
de Consolatione, prosa tertia, in hūc ferme modum quidam proferunt. *Omnia*,  
inquit Boetius, *esse unum, atque adeo unum illud bonum esse. Quapropter, quidquid*  
*ab eo, quod est, esse bonum discesserit, ab eo item, quod est suum, esse defecerit.* Cum  
vero fuisse hominem ostendat humana figura, inde fieri, ut, si in scelus aliquod  
incideret, humanam etiam naturam amitteret. eo etiam deducere uideatur  
vulgatum illud, In imaginem pertransit homo, & hunc animæ rationalis tran-  
situm,

Dæmones acie  
ferri timere  
inquit.  
Pfellus l. de  
Dæmonibus.

Alexandreorū  
sensus de Mi-  
gratione Plat-  
oni attributus  
ex Auicenna  
in lib. de Al-  
mahat. cap. 84  
M.  
Animam di-  
minutam esse  
quid significet.

Bessario de  
migratione in-  
terpretatio  
lit. 2. in ca-  
lumn. plato-  
nis. c. 7.

Erroris Ficini,  
atque Bessario-  
nis suspicio.  
Boetij circa  
eamdem migra-  
tionem inter-  
pretatio.

A situm, si ad partem superiorem fuerit, ad angelicam naturam peruenire; si ve-  
ro inferius se extenderit, ad animale, & inde ad bestias migrare pronuntiāt.  
Hæc illi. quorum verborum sensus, quantum conijcio, aut ne quidem moralem  
transitum excedit. de quo neque nos quærere iam dudum diximus, neque Pla-  
tonem loqui iam pridem satis probauimus. aut, si realis est sermo, duplo fortas-  
se peccat magis, quam Plato ipse uellet. Si quidem nunc animo libertatis po-  
restas plus nimio tribuitur, cum a brutorum vsque ad Dei naturam, & ab illo  
vsque ad plantas excurrit. quæ prauitas esset plusquam Origenica. in quo uero  
paralogizet ratiocinatio, suo loco dicemus.

Tandem alium quendam modum inuenio apud Ioannem Picum in oratio-  
ne de hominis dignitate, cum ait, nos hac natos esse conditione, ut id simus,  
quod esse uolumus, & hominem multa sese transformare in miracula rerum, ut,  
si Deo adhæserit, vnum faciat cum eo spiritum, quandoq. etiam in sanctum  
Angelum diuinitatis abire; quemadmodum de Enoch, cum Hebræorum  
Theologus sentire uidetur. Huc trahit dictum Asclepii Atheniensis, qui Pro-  
tei fabulam ad hominis naturam spectare asseruerit. & ipsemet Picus homi-  
nem Camelæonta appellat; atque ita demum Pythagoræ dictum de scelera-  
tis tantum hominibus interpretatur, quos in Bruta uult transformari; additq.  
ex Empedocle animas etiam in Plantas proficisci; amplius etiam, Mahumet-  
tem illud sæpe in ore habuisse, cum, qui a diuina lege recesserit, brutum euasu-  
rum. Ceterum, cum alia pleraq. huius generis addat, putauerim ipsum ad ho-  
minis excellentiam cuncta referre. nam hoc sermonis sui argumentum, & ora-  
tionis inscriptio exigebat: nos uero de alio quodam superiore fato loquimur,  
seu pœnam, seu quid pœna superius post mortem, & ante hanc vitam, & animæ  
conditionem spectauerimus.

Quod uero doctus sane uir Franciscus Vallesius Couarrubianus in lib. de  
sacra Philosophia tale quid ex libro Iudicum haberi admonet, adeoq. enar-  
rante Ioatham arbores locutas fuisse *inisse ligna, ut ungerent super se Regem, &*  
*dixisse oliuis, ut imperent sibi, quæ responderunt non posse deserere pinguedinem suam,*  
& sic de multis alijs deinceps arboribus, hoc inquam æqui boniq. consulo, si

D non aliud doctus pariter ac pius homo nos monere uoluerit, nisi nullam esse ra-  
ram adeo dicendi formam, nullas item figuratas locutiones, a quibus olim sa-  
cri illi Scriptores abhorruerint. patet enim, quam sit eloquens modo dicta Pro-  
fopopœia apud Iudices ab eodem allata. cui addo etiā illam in Esaia; *Montes*  
*ipsi, & colles prorumpent coram uobis in laudem. & ante omnia ligna campi plaudent*  
*manu. & cap. 23. Erubescet Sydon dixit mare. Et Psal. 93. Eleuauerunt flumina uocem*  
*suam. Et 98. Flumina plaudent manu, pariter Montes tripudrabunt.* Immo uero nec  
Hyperbole usum spreuit Ecclesiā. ut Genes. 13. *Non sustinuit eos terra, ut habita-*  
*rent simul, quia fuit possessio eorum multa.* Vbi norantur ingentes diuitiæ. Et ibi-  
dem ait: *Ponam semen tuum quasi puluerem terræ.* Quæ uerba adhuc etiam admi-  
ratur Augustinus de Ciuit. Dei lib. 16. cap. 21. *Quis inquit non uideat, quam sit*  
*incomparabiliter amplior pulueris numerus, quam potest esse omnium hominum ab ipso*  
*Adam usque ad terminum sæculi.* Et illud Exod. 3. 13. & alibi. *Dabo uobis terram*  
*fluentem lacte, & melle;* id est, ualde fecundam. Et Leuit. 26. *Dabo calum uestrum*  
*quasi ferrum, & terram, quasi æs,* denotans sterilitatem. Ut omitam periphrasim,  
allegorias, epallagem tam numeri, quam temporis. & ad pensum rediens, ni-  
hil hæc inter, & ea quæ a Platone dicta sunt, conuenit. quamuis Propheta di-  
xerit, hominem, eo quod non intellexisset, iumentis insipientibus fuisse com-  
paratum, eisdemq. similem esse factum. Ut uero figuras omitam, quibus tam  
frequentur uitur diuina Scriptura, similis quædam conuersio apud Danie-  
lem

Breuis quædam  
sensus Boetij  
confutatio.

Ioannis Pici  
sensus Plato-  
nicæ migra-  
tionis.

Asclepius A-  
theniensis.

Empedocles  
animas in pla-  
tas detruit.  
Mahumetis  
migrationem  
comminatus  
est.

Franciscus Val-  
lesius in l. de  
sacra Philoso-  
phia.  
Iudicum c. 9.

Profopopœia  
Iud. c. 9.  
Esaia 55.

Dauid 93. &  
98.  
Genes. 13.

August. l. 16. de  
ciuit. cap. 21.

Exod. 3. 13.

Leuit. 26.

Dauid.

lem capite quarto de Nabuchodonosor enarratur, minitante sancto illo, qui A de caelo descendisse Regi somnianti visus est, atque dixisse, *Cor eius ab humano commutetur, cor feræ detur ei, & septem tempora mutantur super eum.* quod tandem euenisse fertur. nam, vt ibidem legitur, *eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor: & ex hominibus abiectus est, fenum vt bos, comedit, & rore caeli corpus eius infectum est, donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & unguis eius quasi animum.* Sed, præterquam quod verba modo dicta similitudinem ipsam declarant, quæ etiam sequuntur, dissimilitudinem transmutationis a Platonica migratione satis aperte ostendunt, cum hæc subdit: *Igitur post finem dierum, Ego Nabuchodonosor oculos meos ad caelum leuaui, & sensus meus redditus est mihi: Altissimo benedixi, & uiuentem in sempiternum laudauit.* Vnde patere potest, apud sapientes hoc ex virtute Dei euenire potuisse. quippe, imaginationis virtute tantum immutata. quod si ex hoc passim, atque naturali quodam modo, in ijs, quæ sunt præter naturam, dispositionibus quotidie cernimus, quemadmodum Medicorum, & Philosophorum assertionibus haberi constat, quanto facilius ex primæ causæ potestate expectanda fuerint, si secunda hæc possint? Vt omittam alios modos, quibus Deus id potest facere.

Protinus, quid Aristoteli, sit dicendum, locus exigit vt explicemus. Aristoteles itaque non Pythagoram, sed Pythagoricos reprehensurus citat in primo libro de anima. Cum vero ipse proprijs nominibus vti semper consueuisset, eosdemq. compellasset, si quando antiquos reprehendere libuisset, cumq. proprio Præceptori Platoni non pepercisset, cui tamen aram posuit, & pluraquam sexcentis locis, apertis verbis, citato proprio nomine, in iudicium appellat, improbat, atque commendat, adeo sibi fuit veritas præceptoris reuerentia potior, si modo Pythagoram nouisset huius existisse sententiæ, Pythagoreis vero migrationem fuisse creditam, eamq. perperam illos interpretatos, quid mirum? si vnus Plato, Philosophorum (vt inquiunt) Deus, adeo perperam Timæum Locrum est interpretatus, vt, recusantibus verbis, velit nolit, in veram migrationem inciderit, & asseclorum errantes chiliadas post se traxerit? Pythagoreos itaque reprehendit Aristoteles, & fortasse tamquam perperam præceptorem intelligentes, si alijs verbis eiusdem Aristotelis de Pythagora fidem adhibuerimus, quod etiam non semel Platonicos magis, quam Platonem reprehendens facere ipse solet, licet hoc Ioanni Grammatico secundo libro contra Proclum nequaquam arridere videatur, cum de Idæarum reprehensione loquitur. Sed, cum idem circa Idæarum positionem de mente Aristotelis in eodem secundo argumento, atque in nonagesimo quinto commento primi Posteriorum, & alicubi primi Physicorum, duabus sedere sellis videatur, quibus locis Idæas Aristoteli nequaquam placitas fuisse testatur, cū tamen primo de anima super textu octauo tamquam Aristotelicas asseruerit, propterea valere ipsum nunc iubemus, adeo, donec ad locum proprium peruenerimus. De Luciano vero, atque Appuleio, immo etiam de Pythagoreo illo apud Senecam, quid attinet dicere? notæ enim sunt omnibus pluraquam poetica fabellæ. Quamobrem pro Pythagoræ iusta defensione cum illis habitenus. Et ad variarum interpretationum euerfionem nunc me conferam: quibus exactis, rem argumentis aggrediar, & Cautiones ostendam.

Ad Auicennam igitur dicimus, & ad Ficinum; optime quidem illos animæ impuræ statum nobis aperuisse. at vero, quatenus ille metaphorice de Altenasach dicendum existimat, id quidem Platonis verba non admittere, iam dudum ostensum est. Quomodo autem inoleti mores in furias, & nemicum, atque

Aristotelis de migratione sententiæ. 1. de Anima Text. 53.

Aristotelis Pythagoreos citata migratione, haud vero Pythagoram accusasse.

Ioann. philoponus secus sentire videtur, licet inconstans videatur.

Lucianus. Appuleius. Seneca. DISPVATIONIS TERTIA PARS, in qua propositæ dictionum interpretationes confutantur. Auicennæ, atque Ficini cōfuit.

A atque malum Dæmonem ipsum animum transire faciant, audio quidem ex Ficino, vel ex hoc vno, cum scilicet mens sibi conscia praua est. Ceterum, si vehiculo æthereo tamquam animæ coniuncto, & post mortem sibi derelicto, aliquid ipse tribuat, Ficinum certe tamquam Platonicum agnosco; sed tamquam Christianum in hac Cautione agre admitto; aut interim ad eam Cautionem illum refero, quo animam, vel corpus, vel corpore præditam esse cautum iam est. Minus etiam illud ex Ficino intelligo, eequomodo animus, postquam terrenum illud corpus reliquerit, ipsemet quasi nutu quodam corpus alterum sibi retexat, adeoq. ex elementorum vaporibus, & solo haustu idem coactum corpus continuo euanescens iugiter reficiat: id inquam totum, cum

B pro rei veritate, tum pro eiusdem conuenientia, difficile captum est. pro veritate quidem, eo quod, an Dæmones alioquin potiore, potestate præditi talia absque nutu diuino facere possint, minime est exploratum. neque etiam de anima id erit nobis certum, ne dum, quia id eius potestati detraho, verum etiã, quia conueniens nequaquam videtur, vt anima corporis iniurias apud inferos passura ipsamet sibi ipsum corpus conglutinet, & obtinata reficiat. quasi vero, vt contra Ioannem Grammaticum a libi dixisse memini, sibi malum pariat, & ipsa sibi tanti mali fontem perenni voluntate sufficiat. porro Ficines correctione quadam vti videatur, si modo (inquiens) ex affectu, & habitu animæ vehementi leue corpus colorari, & figurari possit: tamen adeo libenter in illam sententiam iuisse visus est, vt in eadem paulo post correctionem inciderit, & veluti canis ad vomitum redierit; immo vero omiserit distinguere, an animæ passiones ex proprijs affectibus, quos ab hac vita secum tulit, an ex conglutinato postmodum illic corpore in esse sibi sentiantur. Licet tamen ex vtroq. dici posse, ex ipsius mente videatur. Demum contra Platonem esse voluntariam illam elementorum circum animæ conglobationem, ex primis Timæi verbis a nobis allatis inde liquet. nam, & si in secundo ortu quisque vitam eligat, quam voluerit; non tamen ob illud peccatum id Animis aduenit: sed, si peccandi finem non fecerit, videbis sane suorum peccatorum consciam animam, postquam hinc euolans nouerit neque malorum finem prius se aspecturam, quam eiusdem vnusque sibi innatae atque insite conuersionis ductu & auspicijs

C CUI SE REGENDVM tradat, contractam inoletamq. labem ex IGNE, AëRE, & TERRA (corporis nimirum mole, ex crassa elementorum illorum massa constante) turbulentam, & rationis expertem Rationis imperio depulerit. Tantum igitur abest, vt anima sibi sponte corpus ex elementorum massa conglutinet, atque restauret, vt rationis imperio grauem eandem molem depellere tentet, vt ad primum, optimumq. statum perueniat. immo etiam meminimus necesse est, animæ potestati apud inferos & sub pœna iam constitutæ, multum adeo tribui, vt suæ voluntatis arbitrio pœnæ diuturnitatem breuiorem facere possit, ita, vt Ficinus, & Præceptor Plato vitia in contraria currant, dum hic animam ad libertatem assequendam sub eiusdem met (suæ inquam rationis imperio ponat; ille vero ipsorum sensuum affectibus eandem ita emancipet, vt ipsa sibi volens corporis ærumnas suorum tormentorum (dicunt ex vegetali affectu) perpetua ministra refarcat. Sed, vtrumque asserere libuerit, illud certo ex Ficino colligendum est, animam superioris numinis voluntate apud inferos nequaquam dolere, sed sponte potius affici, cum tamen in Phædone dicat Plato, nec illas bonorum hominum animas esse, sed improborum, quo circa illa loca coguntur obuersari, pœnas pendentes prioris educationis, coguntur inquit quamuis innata quadam miseria illigari illas (inquit) in huiusmodi quodam mores, quales videlicet in vita cogitarint. Quæ duo verba, Cogi, & Illigari, Spontanea-

D Timæus 42. B, C.

E Animæ plus æquopotestati tribuere Ficinum.

Phædo 81.

Animam sibi corpus non retexere.

Esse contra veritatem.

Esse inconueniens.

Esse contra Platonem.

Animæ plus æquopotestati tribuere Ficinum.

Esse contra Platonem.

Spontaneam quidem, sed damnatorum more colligationem, coactionemq. significat, ne diuersum quid sonent ab eo, quod proximis paullo antecedentibus verbis protulerat, cum illa loca obuersari cogi dixerit poenas pendentes prioris educationis. ut cumque tamen res se habeat, cum de migratione Platonis agitur, non solus hic sensus est, qui poenam spectat, sed & ille, qui voluptatis quandam electionem consequatur. Proinde, cum Ficinus a Platone, ut dictum est, in Phædone hæc habuisset, & ab Auicenna hæc minutius digessisset, putauerim tamen illum Philoponi commentaria in libris de anima Aristotelis inspicere noluisse: si tamen illa videre contigerit; licet, quæ ibi enarrantur, ab eodem Ficino ad amissim sint recitata: de quibus nos in quæstione de vehiculis differimus. Ad id vero, quod de mente Alexandreorum, aut etiam Alexandri referebat Auicenna, nunc respondere non est proprius locus, ut dictum est. nos enim migrationem, posita ipsius animæ immortalitate, quærimus. quamobrem neque Auicenna ipsam Alexandri, neque etiam Aristotelis putat esse sententiam, quam ex eo explosam esse vult, quod superius animas de necessitate post mortem remanere concluderit.

Ficinum ex Philop. sententia locutum videri. Ad Alexandreos respondendi locum hic importunum esse.

Ad Bessarionem:

Quod vero Bessarion putauerit, non propterea ex materia, & hominis anima brutum constitui, sed tamquam ipsa alienum occupet corpus, in quo poenas scelerum ipsa pendat; crediderim quidem, hoc, qualecumque sit animæ dænum; sed, tamquam a Bessarione alioquin Christianæ religionis professore dictum, respuerim; tamquam vero a Platone hæc dicta fuerint, Platonicum illum quidem identidem nequaquam agnouerim. nam, præterquæ quod solū altera ex duabus Platonis migrationibus in migrationum numero posuisse visus fuerit, de illa vero, quam ab alia in hanc vitam fieri dixit Plato, Bessarioni minime curæ fuit, & quomodo ipsa fieri possit, declarare neglexit. amplius de ea, quam post mortem intellexisse se putat, neque exacte perpendit. nam etiam ea, quæ ad transitum illum spectare potuissent, quærere omisit, & an illa peccatrix, quæ hinc discessit anima imaginario suo spiritu alieno insinuata corpori (dixerim nunc Leonino) tamdiu luat poenas præteritorum scelerum, quamdiu Leonis corpus propria vita sustineretur. quod certe admitti non posse inde patet, quia peccati commissi poenam diuturniorem minatur Plato, quam ut vnus Leonis vitæ curriculo absolui, purgariq. possit: quantumuis de corrigibilibus peccatis intelligi velimus. quod si, priore Leone corrupto, aliud viuum Leonis corpus occupet, hoc ex Platone non habemus. si vero de illorum peccatorum poena intellexerimus, quæ incorrigibilia Platonem videntur, iam migrationi, de qua loquimur, nullus amplius dabitur locus. postremo, cum omnis animorum discessus, atq. reditus non minore circulo, quam annorum numero millenario, comprehendatur, quemadmodum maximus duodecim millibus absoluitur, ut præteream nunc (quæ hic latet) contradictionem interim apud Platonem huiusmodi annorum curricula animalibus illis assignari, non video, in quæ peccatrix quæq. anima transeat, quemadmodum apud eundem vel apertis verbis lego a primo armorum millenario vsque ad duodecimum peccatrices animas suorum scelerum poenas pendere.

Ad Boetij rationem.

Magnum quid videtur quibusdam posse adeo diuturnam poenam Platonis animis assignari. mihi etiam maximum, si ea inspexerimus, quæ in Phædone, Gorgia, Timæo, & decimo de Rep. leguntur sed qui ve intelligeretur minime curauit, quomodo secus exponi poterit, in hoc præcipue duodecim millium annorum numero? Tandem, quam afferunt nonnulli ex Boetio rationem, insidiosè nobiscum agere videntur, nedum quod moralem viuientis hominis statum haud excedat, quin etiam quod paralogizet, ut quæ in eo, quod antec-

antecedit vniuersale esse complectatur, itemq. bonum illud, quod cum eo conuertitur, at in eo, quod in se consequitur, esse illud intelligit, quod accidentario quodam modo in habitum quendam euadit.

Triplex enim apud doctissimos metaphysicos est cognita, atque explicata bonitas. quarum prima est affectus entis, de quo Deus ille Platonius intellexerat apud Timæum, & Deus, Deus noster apud Genesim cuncta a se producta bona esse cognouit. hoc autem esse bonum illud, quod omnia appetunt, licet non primo, sed quatenus esse appetunt: adeo enim bonum aliquid esse dicitur, quatenus ens fuerit, non e contrario. hæc autem bonitas nec relatiua, sed absoluta dicitur. licet affectus, quo sit appetibilis,

Bonitas Triplex.

Affectus entis. Bonum quod nã sit illud, quod omnia appetunt.

ab eo oriatur, nec habet etiam contrarium, & est eadem re ipsa cum ente, cum nec de ente demonstrari possit, ne fortasse, ad aliquam mediam causam recurrentes, respondere cogamur, atque etiam fateri, illam esse, ens, & supra illud ens, de quo quærebamus bonitatis affectum, cum tamen notio quædam sit potius, quæ sine vilo medio altissimum illud consequitur ens. sed & altera relatiua dicitur bonitas, ut quæ sit congruentia quædam cuique naturæ, ut aqua pisci, & sic deinceps secundum proportionatos gradus, sua cuique bonitas quemadmodum cuique pulchrum. habet autem hæc bonitas contrarium ipsum malum. nam dicimus, æque bonam, ac malam mulierem, & similiter de vnoquoque. de qua quidem

Bonitas Relatiua.

bonitate, & definitiones, & demonstrationes inter ipsum, & illum, cui conuenit, reperiri possunt. cum enim ipsa sit perfectio cuiuscumque entis, quæ tale est ens, atque item producta ex ijs, quæ ad eiusdem talis entis finem requiruntur, quid prohibet, causas etiam reperiri posse, quibus suo insideat enti? tertia vero bonitas moralis est, quæ neque primi, neque secundi entis quidquam in se continet; sed potius perfectio quædam est actus cum recta ratione, quam sequitur qualitas animæ, qua promptitudinem quique retinet ad agendum secundum rectam rationem. Quæ cum ita habeant, iam omnibus in aperto esse existimo, quam labatur ex Boetio

Bonitas moralis.

sumpta ratio, cum ait, Omne quod est vnum esse, & ipsum vnum bonum esse, & inde consequi, ut, omne quod sit, id etiam bonum esse videatur. Vnde fit, ut, quidquid a bono deficit, esse etiam desinat; atque adeo fieri, ut mali desinant esse quod fuerant, sed fuisse homines adhuc ipsa humani corporis reliqua species ostentat, quare versos in malitiam, humanam quoque amisisse naturam. Quæ cum dicat Boetius quarto de Cons. inspiciendum legenti prædico, primum, illud ens, quod bonum est simpliciter, ad primam bonitatem pertinere. ad secundam autem, nequaquam; nec, si quid a bono defuit secundo, propterea primum illi defuerit, nec item propterea esse desinet. in malitiam autem versum, humanam amisisse naturam, multum adeo falsum est, quantum si quis dixerit, qualitates extrinsecus accedentes

Boetij ratio ponitur.

Soluitur.

animæ substantiam, atque essentiam permutare. donec etiam electio perduerit, quantumuis deprauata ipsa existerit, quæ quidem meliora inspiciens, atque probans, deteriora postmodum sequatur. Quod vero Boetij argumentatio plus probaret, quam ipse voluerit, sua ipsius indicant verba, quæ paullo inferius adhibentur, cum ait: *Euenit igitur, ut, quem transformatum vitæ videas, hominem estimare non possis. alienarum opum violentum ereptorem, similem lupo dixeris. ferox aut inquietus linguam litigij exercens, cani comparabitur. insidiator occultus, qui surripuisse fraudibus gaudet, vulpeculis exequetur. Pavidus ac fugax, qui non metuenda formidat, ceruis similis habeatur.* En

Boetij rationem in morale sensum incidere.

igitur

igitur similitudinem de mente Boetij, quam tamen argumentatio respuebat, ut quæ maiora concludere minaretur. Quæ vero ibi adhibet Diuus Thomas, eadem consecutione iudicentur. quorum plena est omnis sacra Scriptura, itemque Patres omnes, atque Theologi circa hanc internam mutationem, dum tamen nos externam quærimus, quam tamquam Platoni assertam confutamus.

Si vero etiam duplici illo bono uti velimus, quod super essentiam, & secundum essentiam dari asseruit Iamblichus, minus habebit roboris Boetij ratio. nam, essentiam esse proprietatem Deorum omnium, inquit ille: ipsum vero bonum super essentiam & dicitur causa boni, videlicet essentialis boni principium. proinde animabus rationalibus vltimis non inesse essentiale bonum, sicut Dijs, sed participationem boni secundum pulchritudinē intellectualem, & hanc immobiliter inesse. in quibus verbis boni mutationem non inuenies.

Sed ad Boetium redeo, cuius quocumque modo sumptis consequens, nequaquam subsistere posse animaduertes: primum quidem, eo quod fieri non possit, ut bonum illud amittatur, quod vniuersali enti correspondet, quantumuis etiam illud ens in particulares existentias, & prauos habitus contrahi fateberis, adeo, ut neque illud ens, neque illud bonum vllō vniuersali tempore amitti vere dixeris. quod vero a bono morali suo enti coniuncto ad vniuersale illud, siue bonum, siue ens arguere quis non possit, inde etiam sit manifestum, quod morale bonum, & huiusmodi etiam esse, accidentia quædam sunt, quibus quidem mutatis, quis vniuersalem substantiam variari, atque essentiam dicere audebit? non igitur quis recte dixerit, bonum, & ens vniuersale vniuersali vniuersali deficere, nec si accidentarium bonum mutetur, hominis etiam substantiam, aut essentiam nisi accidentario quodam modo variari. De quo neque Platonem quæsiisse, neque nos quæstionem in medium adduxisse professi sumus. Hactenus igitur ad varios migrationis sensus respondisse sit satis: quibus quidem delictis, vnica nobis, sed realis migratio contra Platonem erit examinanda. de qua cum nunc agere cupiamus, ita disputationem aggredimur.

Primum itaque, consueto more vtentes, ex ijs, quæ apud eundem Platonem inuenimus, ea, quæ illius sunt, dogmata, consistere haud posse demonstrabimus: deinde, sumptis naturæ principijs, & sacrorum Theologorum norma, eadem ad trutinam expendemus: tum demum, ex sanctorum Patrum traditionibus quæ fuerint, manifestum errorem in gentilibus detegentes. sed post hæreticorum, eorundemque dogmatum prauitatem, qui in vera Christi doctrina cæcutientes, ab eadem sunt tergiuersati, Patrum doctrinam notam, atque apertam omnibus esse volumus. Quod igitur ad primum attinet, difficile captu est, animas, quæ apud inferos versantur, ipsas sibi pœnas nece- re, modo, quo in Ficinum, & Platonem paullo superius dictum est: quodque etiã difficillimum, tum maxime ijs considerandum incumbit. His adde: apud Platonem incertum esse, an omnium animorum hinc reditus ad astra fiat; an dentur liberæ alię eiusdem speciei mentes; an ipsimet animi sint ipsi sibi Dæmones, & de mulierum ortu quam discrepet a Christiano Platonis sensus, iam alibi dictum est: & nunc quid dicam de vario, multipliciq. transitu satis habeo. nam cum, qui ex hac vita sit, non esse voluntarium, neque etiam voluntarium esse, nisi e caelo fortasse, in belluas transitum, & inde discesum, iam est antea improbatum; atque æquę nobis planum, animū vinculis, ac carcere cæco apud inferos a superiori potentia detineri. Ecquis satis vniuersaliter explicabit, vtrū vehiculum

Quæ D. Thom. super Boet. quo modo audienda.

Duplex Bonū ex Iamblico.

Boetij ratio de suo dissoluitur.

QUARTADI SPVTATIO- NIS PARS, QVÆ IN REALEM MI GRATIO- NEM dirigitur. Dicendorum ordo. Primus is est Disputationis congressus, qui in Plat. ex eius dem verbis habetur.

A culum secundum sit acreum, cum in Timæo ponat conceteram illam animi labem ex igne, aqua, aere, & terra? a qua quidem labe ad simplicem statim pertranscat ignem? &, cum eidem Platoni Elisei sint campi, qua tamen corporis compactione ibidem detineantur, non adhuc nouimus. decet enim ab ea longe aliam esse, quam modo ex elementis inoletam in cunctis animis esse diximus. Amplius, quando vniuersam apud nostram veritatem planum esse poterit, ut animi sua sponte ab inferiorum pœnis sese eximant? aut quænam fuerit illa animorum in aere, igne, & terra, & alijs planetarum orbibus disseminatio? Vnde, & quamobrem tot gradus? cur animis non adhuc in malum, aut in bonum sese exercentibus, alijs tamen splendentissimū siderum aliquod, alijs terra, aut aqua habitandum iubeatur? Sed, si in Phædone exposita resurrectione animorum eorundem postmodum probatur immortalitas, si ex antea vitæ reminiscencia eadem asseritur, cur vnus, & non potius infiniti Mundi? sed tot reuersiones in vno illi in peius labētes reponunt. de hoc autem alias. Cur etiã æternus? Ad alium vero locum, quem ex eodem Phædone adduximus, quandoquidem neq. melius, neq. verius, quam ipse Philoponus faciat, nos respondere posse speramus, suis potius, quam nostris verbis ipsum loquentem introducimus. Ait itaq. in vltimo sui proemij primi de Anima.

Ad hac autem omnia dicit aliquis, dubitans, an humana sint anime, quæ per proprios spiritus in sepulcris apparent, & non impostores aliqui Dæmones, siuapte natura facile possunt se in omnia mutare, propter eis annexum spirituale corpus, quod in quasuis figuras nullo negotio se potest transformare. Quod quidem assidue videntur facere. Quomodo autem vel ad aliquod tempus hic errauerit anima? vtrum sua sponte, & electione, an non? si enim electione, hinc numquam migrauerit anima. ad subterranea enim iudicij loca sit migratio. si autem extra electionem, a prouidentia cogitur manere, quo modo eius agatur ad improbitatem facultas, & maiora, quam hic potest? sin autem tamquam deposito hoc crassi corporis onere oportebat potius ueluti pondere liberatam, & qua prope sunt iudicij, & pœnarum loca ueluti presentiscentem modestiorem fieri. Nunc autem ea mala facit, quæ ne hic quidem facere poterat. Hæc & recte quidem cum Philopono circa locum illum dubitata sint, atque adeo, ut nihil verba illa in Phædone proficere videantur, cum ait Plato, Eum qui cupiditate corporis est infectus, per multum tempus ardentem ad ipsum affici, & circa locum visibilem multis re- luctatum modis, multaq. perpeffum, uix tandem ab eo duci demone, cui eius cura erat in- iuncta. dum interim, quæ a Grammatico hic dicuntur, partim ad Cautionem, an anima sit corporea, dicta sint, reliqua ad illam, qua de Dæmonibus idem quæretur, expendenda refero.

Cum vero de feminæ generatione dictum sit satis, iam nunc, quonam- modo reliquorum animalium migratio magis quam generatio Platoni facta fuerit, breui repetamus: nempe, Animum genus humano genere est efformatum, ut pro pilis pennas acceperet, & in hoc illos homines transire, qui, simplices, & innocentes cum sint, leues etiam sint, & frustra in rebus sublimibus curiosi. Ex quo loco Platoni sistendum iubeo tantisper, donec ille doceat nos, unde reditus ille, & animus illa generatio ex tali hominum genere, si mundus fuerit æternus? non ne præcessisse prius homines, & simplices, & innocentes oportuit, atque leues, antequam sit animus genus? Sed, & si mundus adhuc eidem sit Platoni genitus, non minora inde consurgent incommoda: primum quidem, illos hinc procul abesse volo, qui similitudine quadam idem nostros Prophetas pronunciaffe asserunt, quasi homo equus factus fuerit, aut mulus: quandoquidem cum Propheta stat quidem similitudo, quæ hominis viuētis lapsum describat, quæque fe-

Ioa. Philop. in proo. primi de Anima Acti.

Timæus 90.

Mundum siue æternum Platonis, siue genitum migratione admittere.

rinam mutationem comminetur, at in Timæo statim quam oritur auium **A** genus, ex hominum genere gignitur, nequaquam secundum mores lapsa, iam enim esset homo, & aut similis moribus fieret: quemadmodum eundem hominem non corruptum similem factum esse iumentis insipientibus apud eundem Prophetam legimus. præcessere igitur homines prius, quorum non nulli tales exstiterunt, ut inde in generatione secunda genus auium prodierit, quæ nisi ita Plato intelligat, aberrare ipsum dicere est necesse; si vero etiam fateatur, meminerit, huiusmodi tali in loco esse, ubi de generatione agitur, & ab eo quod non est, ad id quod est proceditur, atque adeo, ut auium genus ex sua constet materia, siue genita illa quidem, siue Platónico Ioui digesta tantum, in ordinemq. redacta; sin autem prius exstiterunt simplices illi, & curiosi, ut auium **B** genus in secunda generatione, præexstiterit quidem, alter mundus necesse est, dum ipse quæro, an ita ex hominibus curiosis aues fuerint genitæ? unde vel in infinitum abire fuerit necessarium, aut saltem fateri, curiosos illos, & leues, & fatuos, & suo iudicio confisos, suorum scelerum poenas apud inferos numquam luisse, non purgatos iterum rediisse, noua corpora, puta auium, induisse, nec finem amplius ita migrandi facturos fuisse, nec cælum amplius reuifuros. & quid indignius? quid inconstantius? quid foedius dici poterit? idem etiam comprehendas velim in gressibilium generatione, quorum originem ab illis haberi decet, qui a Philosophiæ studio fuerint alieni. Sed, ad aues rediens, ipse tamen existimauerim, cygnum vel vnum vel integram dixerim speciem, **C** quin ille idem Orpheus, postquam satis concessit, in beatorem transiisse vitam innuitur a Platone. cum vero ex lege fatali in generationem iterum veniret, non propterea huc accessit, Cygni vitam suscepturus, quia Philosophiæ osor antea exstiterat, nec coactus, sed sponte, cygni induit gressibile genus: cum tamen hic ille sit Orpheus, quem ab eodem laudari legimus in Cratylo, cum de corporis etymologia quæreret, eo quod nouerit dici *σῶμα* quasi *σῆμα*, id est sepulcrum, quasi corpus nostrum sit animæ sepulcrum, in quo poenas ipsa pendat: & cum hoc multo ante nouisset Orpheus, Cygneum tamen sepulcrum eligere maluit. Sed, ne tot inexplacabilibus inuoluamur, quandoquidem ferunt Historiæ, Orpheum eodem, **D** quo nos, genitum, fuisse mundo, atque vixisse, quo etiam tempore Cygnos extitisse credimus, quod de Pythagora dicemus, sibi tantum palingenesiam ope Mercurij alteri vero nequaquam accidisse, tantundem de Orpheo dicere necesse est, ut puta, vni sibi euenisse, ut Cygnus euaderet, ne pluribus irretiamur incommotis. & quonam scilicet modo vna Orphei anima, quæ olim vnius erat indiuidui forma singularis, nunc totam Cygneam speciem forma propria donet. quod si id quomodocumque humana posset efficiere anima, equidem e singularibus vniuersales, & ex informantibus assistentes fiunt formæ. nam secus ne quidem fieri, aut intelligi possit. Sed, si vni Orpheo tantum id accidisset, quid est, quæso, quod omnes Cygni canunt morituri? an omnes, & si non essent Orphei, identidem ad Apollinem se profecturos sperant? Ecquidam sint reliqui Cygni? Quales inquam animæ sub Cygni forma canentes, & Apollini tantum præterea auium nullæ dicatæ. Decebat sane hoc nobis aperire Platonem, nec tot errorum ambagibus mortales inuoluere. De gressibilibus autem, de serpentibus, & aquatilibus, æquonam modo, & quas ob causas, talia inuaserint, ibidem patet. quænam quidem insaniam quanto magis ipsa sese manifestat, tanto inculcare libeat minus: mihi tamen, ut ingenue fatear, nusquam illustrius visus est delirasse Plato, æque ac in his verbis, **E**

Orpheus in Cygnum quomodo?

Cratylus 400. D.

Pythagoræ migrationem sibi tantum accidisse, non alijs.

**A** bis, in quibus & æternitatem, & temporaneam generationem, & ordinem inculcat productarum specierum, & electionem, in quo poena. Sed, quoniam hæc alias planius deducuntur, nunc ad alia me conferam.

In Phædro igitur multiplices disponit animorum gradus. Sed, ut, antequam **B** Adrastæ decretum audiant, variam animorum propensionem ad malum sub aurigarum prauitate, & pennarum fractione describit, ita, ut omnes magno obuoluti labore, & irrita exitu discedant, eius, quod vere est, contemplationis expertes, ut incredibile quiddam videri possit, quomodo animus, cum ita productus ille sit a Deo Platonis, ut peccare in cælo possit, nunc, audito Adrastæ decreto, possit, Deum comitatus, verorum semper quippiam conspicere, & ad alterum vsque circuitum indemnus perdurare. & rursus, cum obliuione: & si nesciam, unde contracta grauatum in cælis, & quod magis grauitate repletum fecerit animum, adeo, ut ob id pennas amiserit, & in terram inciderit, vetuit tamen anceps illa Adrastæ lex in ferinam quandam naturam illum commutari, sed potius, si plura viderit, in Philosophi, aut studiosi pulchritudinis, aut Musici, atque Amatoris, genituram abire, & in alios illos gradus suis locis enarratos. Porro de vario annorum illorum circuitu suo loco, atque in Contradictionibus satis est explicatum. quod etiam animorum nonnulli millenario anno ad fortitionem secundæ vitæ redeunt de- **C** ligant eam vitam, quam velint, velint autem in belluæ vitam commigrare, & ex belluæ rursum in hominem, est certe perpenfione dignum, quippe qui iisdem iam dudum in cælo producti suarum voluntatum impotes, claudicantes, & pennis exfuti, in eodem statu continere se nequiuērunt. Nunc vero sine alterius tam dirum imperantis lege, aut superioris numinis edicto in belluam sponte sua transire velint, eligantque, & ita denique faciant. Sed hæc contra Platonem ex eiusdem dogmatibus hæctenus.

Nunc in eundem ex principijs naturæ tantum agam, nec tamen ad Theologicos fontes disputationem referam. nam fusius de hac quæstione differere, & totis viribus in eandem insurgere, ad alios Commentarios, quamuis ad Cautionem, num anima vere sit forma corporis, pleraque spectare potuerunt.

**D** Ex eo, quod verissimo axiome Aristoteles secundo de Physico auditu nobis obseruandum exposuit, oportere nos in vna quaque natura dignoscenda summam quærere causam, quam propriam cum Simplicio exponentes ita eiusdem contextus exempla intelligere nos monet, ut quod homo ædificet, quoniam ædificator est, ædificator autem secundum ædificandi artem, atque adeo in omnibus ita esse faciendum. nam vniuersalium vniuersales monuit esse causas, genera quidem generum, & singularia singularium, & potentias possibilem, & actu existentium actu existentia. quibus omnibus continentes causas (ut Simplicij verbo vtar) semper, & vbiq. inuestigare monemur. Cum vero idem Philosophus a primis statim eiusdem Physici verbis docuisset, *tunc arbitrari nos scire, cum causas primas, & vsque ad elementa cognouerimus, re-*

**E** ste quidem eiusdem præcepti memor, animæ naturam inuestigaturus, hæc eadem sibi rata sumpsit, quæ tum vbiq. tum etiam dictis antea locis passim diffeminauerat. quamobrem, quoniam viderat negotium de anima sibi suscipiendum, esse quidem illud Physicum: quod si non secundum animæ integram naturam, at saltem eo modo dixerimus, quo & ipse de anima differuit: aut fortasse, quo ipsam Philosophus non altioris gradus esse cognouit. merito igitur memoria repetens ea, quæ modo dicta sunt, non prius negotium illud tractandum suscepit, quam differentiam definitionum naturalium traderet ab eis quidē, quas Dialecticus facere solet. unde postmodum colligat, ad naturalē Philosophum,

Ad Phædrum redit. 248. A. B.

DISPUTATIONIS congressus alter, ex naturæ principijs depromptus.

Aristoteles 2. Phys. context. 38. In rebus dignoscendis summam propriam causam esse requirendam.

Continentes cause Simplicio. Primo phys. Tom. 1.

Naturalem Philosophum formam in materia querere. Arist. 1. de An. particula 16.

Naturalis inquisitor quomodo materiae munere utatur.

Cuique materiae propriam formam respondere.

Arist. 1. Phys. a. Tex. 44. & infra.

Ar. 9. Met. Tex. 11. & 12. & alibi.

Animam triplicis causae rationem in corpore obtinere. Arist. 2. de An. 36. Anima quomodo finis corporis.

Arist. 2. phys. tex. 76.

plum, præter finem, & efficientem, non magis formam, quam materiam spectare, quippe quam ceteras causas necessario consecuturas nouerat. ubi enim materia, ibi omnes causæ. quod & illa verba indicant, quæ primo de Anima ostenduntur: *Nece est autem (inquit) hanc in materia huiusmodi esse, si erit sicuti domus, hæc quidem ratio talis fuerit: quod operimentum prohibens corruptionem a ventis, & imbris, & aestibus. hæc autem dicit lapides, lateres, ligna, alia vero in his formam propter ista. quæ igitur naturalis harum? utrum quæ circa rationem solum, an magis quæ ex utrisque?* & respondet, illarum inquit, quæ ex utrisque. quod ex tradita iræ definitione mox aperit. habet enim hoc vel præcipue materia, ut, quemadmodum nullus per ipsam solam definitiones tractat, ita omnis, qui de compositis naturalibus aliquam adhibet considerationem, & materiam suscipiat, & in eadem reliquas causas considerandas non negligat, quamobrem naturalis inquisitor circa omnia corporis quidem talis, & materiae talis versatur opera, passionisque. Quibus ita constitutis, utro dixeris modo, neque Simplicius, neque Aristoteles ibi infitias, cuique materiae formam respondere debere, siue formalis sit illa relatio, siue efficientis, siue inquam materia illa materia sit, ut formæ correspondeat, siue instrumentum, ut suo agenti utendum se præbeat. nam, quocumque modo animam ad corpus se habere dixeris, exiget illa quidem sibi tale corpus talis formæ, siue instrumentum tale efficientis talis: scilicet hoc erat, quod sibi multo ante a primo physico præparauerat Aristoteles, & experimento in artificialibus, & communi consensu, & ratione approbante sumpserat, *non quodlibet fieri ex quolibet sed determinatum a determinato: immo vero in metaphysicis dixerat, actui correspondere potentiam, & quod sublimius tertio de Anima in omni natura docuit dari unum quod est omnia facere, aliud, quod est omnia pati.* adeo, ut in vnaquaque natura propriam agentem causam sumere doceamur, cui patientem propriam correspondere faciamus. & quid multis immoror? nonne, si secus fecerimus, omnia in vnum redirent, & omnia in omnibus agerent, & ab omnibus paterentur? & tandem vniuersi ordo in antiquum chaos reuertetur, & confusum collaberetur? contra vero, nonne in hoc stat rerum magna sapientia, & ille vere dicitur sapiens, qui actiua passiuus applicare nouerit? Ad rem igitur redeuntes, quoniam anima ex naturæ veritate triplicis causæ ius in suum corpus retinet, cui inest, ut Aristoteles docet: propterea, de ipsius imperio in eodem corpore, quatenus finis rationem habet, quædam dicemus. non enim vllum genus causæ in rebus naturalibus considerandis omittere possumus, & erroris esse expertes. Quod si in aliquo trium generum omittendo culpa vacare possemus, eandem tamen subterfugere, prætermisso sine, nullo vnquam tempore, nullo item modo valebimus. quamobrem, cum in nobilissimo entium naturalium versemur, (est enim tale anima, si quid aliud) non alienum quid a suscepto opere facturos putamus, si, quomodo anima sit corporis finis, considerare volentes, paullo diligentius quædam de sine præfari volumus. Cum multa itaque de sine dicta sint ab Aristotele in locis compluribus, præter ea, quæ in secundo Physico capite de causis explicantur, seorsum tamen ibidem iterum ad finem rediens, de eodem pluribus septuagesimo sexto contextu immoratus est. Non enim desuerunt, qui omnia casu fieri tuerentur, sine omni profus exclusio: ut, & si sit licet pluuiosus Iuppiter, id ad Plantarum, aut alterius rei commodam productionem fieri negauerit, quin ex necessitate potius hoc euenire, eo quod substantiam uaporem frigefieri oporteat, & quod frigefactum est aquam factam deorsum uentire, augeri autem frumentum, cum hoc fiat, accidere potius, cum neque etiam ob id pluat Iuppiter, ut frumentum in area non tritum perire faciat: quod vero ibi accidat, tantum-

**A** tantundem euenire in animalium partibus, nihil prohibere dicebat, ut, quod anteriores dentes acuti sint, non ut apti ad diuidendum a natura producantur, nec e contra maxillares lati ad terendum, sed accidere: & cum alia pleraque ijs similia, sibi que aduersantia protulisset Aristoteles, nouerat ille quidem, quam nullo negotio talia dicentes condemnari potuissent: paucis deinde, sed efficacibus, contra eosdem ita est argumentatus: *omnia, quæ natura sunt, aut semper sic fiunt, aut frequenter: atqui eorum, quæ fiunt a fortuna, vel a casu, nihil. Neque enim a fortuna, neque a casu uideatur pluere sæpe hieme. Sed, si sub cane, nec cauiata sub cane, sed si hieme. & omnino, ut cetera omittam, destruit, inquit Aristoteles, sic dicens, ea, quæ natura sunt, & naturam. natura enim sunt quæcumque ab aliquo in se ipsis principio continue mota perueniunt ad aliquem finem, ab uno quoque autem non idem quibusque. neque quibusque semper ad eundem nisi aliquid impederit.* Porro, cum hæc dixerit Aristoteles, si modo ad rem, de qua loquimur, hæc eadem applicare uoluerimus, nihilominus a Simplicio sumere possumus: quo loco, cum considerasset naturam tamquam instrumentum facere tamquam finem, quanto magis (inquit) id, quod mouet instrumentum? cuius verba sunt. *Num autem, si prima quidem esset, & maxima propria causa natura, prouidentem id, quod facit, oporteret facere, sed cum alij inseruiat, qui proprie facit alicuius gratia, nec tamen id ratiocinans aut ante reputans, quandoquidem etiam dolabra facit alicuius gratia, dum dolat, sed non potius reputans, aut ratiocinans, verum ei, quod ante ratiocinatur, & reputat, inseruiat.*

**C** Ex his igitur tot tantisque, rationabiliter quidem a summis Philosophis positis, iam percipere puto, quanta sit causæ finalis in rebus necessitas: ut si Natura ne quidem cognoscens (asserente Simplicio) agit illa quidem propter finem, & mouet, nec ob aliud, nisi quia cognoscit: atqui cognoscens est anima sed, siue anima in corpus, tamquam in opus cognitum, (licet a Diis iunioribus factum) siue a se potius fabrefaciendum accedat secundum Platonem, non aliunde, quam ab eodẽ Platone, haberi nunc uolumus, & quomodo, & gratia cuius agat, quæ agit in corpore humano: & cum in Timæo de partium hominis generatione multa Plato explicasset, quod tamen ad præsentem considerationem attinet, quodque magis eundem Platonem migrantem infirmare potest, illud est, quod quippe quod partium humani corporis constitutionem adeo affabre, & ad amissim rationali animæ conuenire docuit, contra vero, si inuicem repugnent, adeo proprios corporis morbos, atque animi ærumnas in eodem detexit, ut vel clarissime discernas, rationalem animam huius corporis fabricam, & humanum corpus huius rationalis animæ sibi inuicem tamquam proprium finem, & sponte sua, & dijs etiam annuentibus, elegisse, ut, cum altera alterius forma esse cupiat, alterum materiae stratum eidem elargiri vel maxime exoptet & cum illa efficientis munus præstare cupiat, hoc instrumenti vicem daturum præsto adfir: ita suo utraque sine ponuntur. Ut autem omittam, quæ de quinque sensuum structura in eodem Timæo præmissa sunt, & quæ de reliquarum partium conueniente ad propriam formam temperamento, hæc deinde subdit: *Nam dij illi minores, qui hoc nostrum corpus constituerunt ex Patris & summi Dei mandato, cuius erant memores, uti uidelicet humanum genus conderent quam optimum, ita opus illud suum effecerunt, ut & bonitate ornarent, & prauam etiam nostri partem ueritate quadam illustrarent, ac proinde in ea iecoris parte diuina uim inseruerunt.* Omitto etiam, quæ de ceteris partibus construendis satagit Plato. quasi uero hæc homini tantum, non uero etiam brutis donata sint. ut frustra labore hoc probare, si putet, non bonam, & cuique rei proportionatam diligentiam in quocumque minimo rei cuiusque naturalis opere Deos attribuisse. ut ex anatomicis ceterorum animalium dissectionibus quotidie obseruamus. deuiet etiam in eodem Philo-

Arist. argumentum.

Arist. ibidem tex. 84.

Simplicius super 2. phys. com. suo 76. in fine.

Animæ, & corporis familiaris connexus ex Timæo.

Timæo, 71. D.

Philoponus super tex. 53. primi de An. Ar.

Philoponus super primo de Anima, qui putauerit satis roboris habiturum Platonis sermonem, si a cordis structura, vel alterius membri nobilioris fabrica, vera, congruensque animæ rationalis sedes arguatur. immo vero non minus

Hermes Trismegistus in Pin.

Dei prouidentiam non modo in hominis, verum in quocumque animalis corpore deprehendi. Ar. 1. de part. animal. c. 7.

Heracliti verba ad hospites.

Timus de partium capituli structura.

Aristotelis de Animalibus libri quinquaginta, vel plures.

4. de part. Animal. c. 10.

Cur homo prudentissimus, Anaxagoræ dictum. Aristotelis sententia.

labatur Mercurius Trismegistus, si probaturus Dei prouidentiam, ex eo putet se illam manifestari potuisse, quæ solius humani corporis, non autem ceterorum animalium fabricam circumspiciens, inde pulchræ illius imaginis Conditorum deprehenderet, & cum admiraretur, quis aures, naresque, tornauerit, quis labia distenderit oris, quis nervos tetenderit, atque ligauerit, quis Pyramidis insculperit cordi figuram, & alia huiusmodi, ex eo iusserit deinde nos cauere, ne vnumquam artificium priuemus artifice. Recte ille quidem Dei opera in vno humano corpore admiratus est. Sed, si ad corporis structuram spectemus, nihil est, quod magis Dei opificium in homine, quam in Leone, (pro sua cuiusque proportione intelligo) aut in Sue, immo etiam in Culicis corpufculo suspiciamus. vt rectius in hoc Aristoteles, qui primo de partibus Animalium animaduertit naturæ causas perspicere volenti viliorum etiam animalium disputationem, per pensionemque fastidio puerili quodam spreuisse, molesteque tulisse, dignum nequaquam esse: cum nulla res sit natura, qua non mirandum aliquid inditum habeatur, & quod Heraclitum ad eos, qui cum alloqui eum vellent, quod forte in casa furnaria quadam calor gratia sedentem vidissent accedere, temperarunt, ingredi eos fidenter inisse ferunt. Quoniam (inquit) ne huic quidem loco Dijs desunt immortales: immo etiam addit, in omnibus naturæ operibus & honestum, & pulchrum inesse ingenium. Rectius ergo se facturum putauit Plato, si Deorum singularem curam, & rationalis animæ proprium munus, ommissis communibus, in capitis humani structura manifestaret, cum ait: Oris vero nostri naturam dentibus, & lingua, & labijs necessariorum, & optimorum causa ornarunt, qui hæc ornamenta corpori nostro tribuerunt, quemadmodum nunc corpus nostrum videmus constitutum, quippe qui ingressum necessariorum causa molirentur, & egressum optimorum. Necessarium est videlicet, quidquid ingreditur, alimentum corpori tribuens, & orationis latex emanans, & prudentia subseruiens, omnium laticum pulcherrimus est, & optimus. Quibus quidem verbis vides, quam parum abfuerit, quin propositi causam amitteret Plato, nisi post oris, & linguæ necessitatem, quæ perfectis animalibus omnibus data est, non & egressum optimorum ab eodem ore tanquam proprium hominis addidisset. Proinde, cum Aristoteles de necessariis, quæ animalibus a natura data sunt, plusquam quinquaginta libris de natura animalium conscriptis (Plinio asserente) fuisset amplexus, aut etiam septuaginta, (si Antigono credimus) ex illis tamen vix viginti superstitibus: ideo, quæ inibi citantur, ad animi, & corporis congruentem sympathiam, breuitatis causa non adduco: licet cogar vnum, sed Illustrissimum ex illis locum ex libro de partibus Animalium quarto, in medium afferre: quo loco, cum partes quam plurimas corporis humani ad brutorum corpora comparasset, tandem de manu dicturus, ab Anaxagoræ dicto initium aggreditur. Anaxagoras igitur (inquit) hominem prudentissimum omnium animalium esse ait, quoniam vnus omnium manus obtinet. sed recta ratio exigat, vt, quoniam prudentissimus omnium est, ideo manus receperit. manus enim instrumentum sunt, natura autem, ut homo prudens, ita tribuere solet cuique rem, qua vti possit. rectius enim tibi dabitur peritio tibi, quam tibi habenti peritio tibi addetur. rem enim minorem maiori, posteriorique natura addidit, non maiorem nobilioremque minori. quod si ita melius est, natura autem ex his quæ fieri possunt facere solet, quod melius sit, homo non propter manus prudentissimus est, sed, quia prudentissimus omnium animalium est, ideo manus obtinet. qui enim prudentissimus est, recte plurimis vti instrumentis potest. manus autem esse videtur non vnum instrumentum, sed multa. est enim, ut ita loquar, instrumentum ante instrumenta.

**A** instrumenta natura igitur ei, qui artes plurimas recipere potest, manum reddidit, quæ ad plura instrumenta utilis est. Sed, cum multa ibi præclara legantur, humanum letorem moneo, vt locum illum adeat, & totum perlegat. fore enim polliceor, vt ibidem eundem Aristotelem plusquam alijs in locis admiretur. Ego vero, quod ad mutuam animi & corporis consecutionem conducit, hanc particulam ex principio libelli artis Physiognomicæ subnectam, qua quidem, tamquam fundamento quodam, illius artis principia videtur velle stabilire. Quod

**B** anima inquit sequuntur corpora, & ipse secundum se ipsas, non sunt impassibiles a motibus corporis: id manifestum sit ualde in ebrietatibus, & aegritudinibus. multum namque anime mutata videntur a passionibus corporis, & e contrario, quod corpus compatitur passionibus anime, manifestum circa amores, & timores, & dolores, & voluptates. Amplius autem, in his, quæ natura sunt, magis utique, alijs conspiciet, quod corpus & anima ita se habent connaturalia, ut fiant causæ plurimarum passionum ad inuicem. numquam enim animal factum, vel generatum est tale, quod formam haberet alterius animalis, animam vero alterius, sed semper eiusdem corpus, & animam. Quare necessarium est consequi tali corpori talem formam. Amplius autem est scientes circa vnum quodque animalium ex forma possint considerare equites equos, & venatores canes. Si autem hæc uera fuerint, (semper autem hæc uera sunt) erit sane ars quapiam Physiognomica. Hæc Aristoteles. Vnde in Medicorum scholas verissimum illud emanauit, corporis qualitates in animam transire posse, & e contra, animi affectiones, & motus, & imagines ad corporis bonam, vel malam temperaturam prodesse plurimum, identidemque nocere. Quod Galenus iusto Commentario huius inscriptionis titulo demonstrat, & tertio artis cap. 3. & cap. 34. & lib. de substantia virtutum naturalium circa principium, & cap. 6. non semel id affirmat, & Hippocratis, & Platonis, & Aristotelis placitis, & tertio de locis affectis, & in libro de præfagijs ex insomnijs. vt alios recteam, Auicennam, & Damascenum in aphorismo vigesimo secundo, & quisquis ille est, cuius de incantatione est liber inter Galeni opera redactus.

**C** Sed tandem ad Aristotelem redeo, qui, proprio loco primi de Anima in migrationem arguens, hæc omnia præintelligi vult, quæ modo a nobis sunt enarrata, adeo, vt, siue animus corporis existat forma, siue efficientis modo, siue utroque eidem infideat, aut etiam finali officio illud moderetur, nullo modo effici possit, quin corpori organico talis respondeat forma, qualem aliud ab eo corpus suscipere omnino sit impossibile. Sed nunc præstat ad Aristotelis locum citatum accedere, vbi, postquam satis illorum dogmata perturbauit, qui animam moueri asserbant, (talis enim opinio multas ob causas maiori curæ sibi fuerat) tandem ad extremum disceptationis non modo in proxime confutatos se conuertit, verum etiam antiquos omnes reprehendit, quorum de anima placita recensuerat. vt cunctis, qui de animi (ante se) natura quæsierunt, illud inconueniens accidisse animaduertit, quod collegerint, ac posuerint animam in corpus, nihil vterius determinantes, propter quam causam, & quo pacto sese habente corpore. quæ cum considerasset Simplicius, acute animaduertit præsentem Aristotelicam considerationem. ad vteriolem, & altiorem referri Philosophiam, quam obrem quibusdam vsum fuisse nunc tamquam notis acceptis, quorum vnum est ad præsentem de anima sermonem pertinens, vt puta, animam agere, corpus pati. alterum, animam mouere, corpus moueri. addit etiam tertium, animam vterem, corpus vero organum. quas quidem propositiones ad superiores hypothèses resolui certum est, quas antea citauimus: vt puta, non quodlibet fieri ex quolibet, aut corrumpi in quodlibet, & potentie actiue correspondere passivam, in unoquoque genere, & in natura dari certum finem, ad quem semper, aut frequenter pergant,

Animi, atque corporis mutua consecutio, ex Aristot. phys. & Galen. c. 7.

Animi, & corporis qualitates mutuo se consequi, ex Medicorum schola.

Galenus in libro, quod animi mores, &c.

Auicenna. Damascenus. Liber de incantatione Galeno adscriptus. Ar. 1. de Anima Tex. 53. in Pythagoricos.

a. 19. tex. vsque ad 36.

Simplicij adnotation.

2<sup>o</sup> de An. Tex. 25: *pergant, quæ natura sunt. Adde etiam, quod secundo de Anima dixerat, actus acti-  
norum in patiente fieri bene disposito, ut ex illis rata sint, atque firma, quæ mo-  
do Simplicius produxerat. Cum igitur dicat Aristoteles, y vero conantur dicere,  
quale quid est anima, de suscipiente autem corpore non ulterius determinant, quid sibi  
vult Philosophus, scilicet, cum confessi fuisset veteres, animam esse motuam,  
quam certe talem esse & motu, & sensu deprehenderunt: cum vero mouens sit  
in mobili, mobile autem motu moueat, motus vero sit actus entis in potentia  
quatenus in potentia, quando quidem non quodlibet ad quodlibet est po-  
tentia. nam actus in patiente sunt disposito. inde fit, ut, cum animæ opus sit nu-  
trire, mouere, cognoscere, quas quidem operationes cõpositi esse docuit Phi-  
losofus, ut non liceat alteram compositi partem, altera spreta, considerare, B  
aut etiam casu asumere. hoc enim erat, quod indignum Aristoteli videbatur,  
animam non minus ad ferinam, quam humanum corpus mouendum habere  
propensionem, immo vero non minus plantam, quam perfectum animal, quod  
fortasse Simplicius, aut etiam Philoponus effugere non possent, si, quemad-  
modum in ultimo capite primi de Anima dicere videntur, elementis ipsis ani-  
mam intrudunt.*

Simplicii, atq.  
Philop. inter-  
pretatio.

Et interim æquius fuerit, nosmet intra pudoris Philosophici claustra conti-  
nere, & ad propositæ disputationis limites accedenres, dicere, animam, cum  
sit motrix corporis, ex vtriusque Philosophi concordante sententia, aut tam-  
quam formam mouere, vel tamquam efficientem, aut denique vtroque modo: C  
primum quidem, si forma sit hoc modo nouum corpus, permeare non posse ex  
rei veritate, atque ex Aristotelis verbis erit inspiciendum, cum ex ea, quæ est in  
Philopono, atque Simplicio versione ita ille aserit. Videtur autem vnũ quod-  
que propriam habere formam, & speciem. Et, licet hæc priora verba de forma  
& specie antiqua versio non admittat, sed in calce eiusdem capituli illa repõ-  
nat, tamen, illorum Philosophorum auctoritatem secutus, eadem priori loco  
restitui. ut hoc eodem ordine argumenter a formali ad efficientem causam

Ar. 1. de An.  
Tex. 53.

Aristotelis in  
migrationem  
Argumentum.

procedendo, & a materia item ad instrumentum. Vnaqua. igitur forma pro-  
prias sibi dispositiones in materia adscribit, in qua recipiatur. quod satis mul-  
tis est probatum. atqui animam formam esse rursus accipimus. igitur, si prius D  
in tali organico existerit corpore, quod rationali sit accommodatum, in bru-  
to postmodum si transferit, permanere posse, erit impossibile, si quidem, cum  
inde istac, aut e conuerso transferit, nouas magnitudines, nouas figuras, nouas  
item inueniet qualitates. vnde etiam noua instrumenta, & instrumentorum mo-  
dos, atque actiones immutari necesse est. His autem omnibus commutatis, ean-  
dem in homine, atque in bruto harmonicam proportionem inuenire, erit im-  
possibile. Ad hæc, animam illam indiuiduam vnitatem retinere in composito di-  
cimus simul cum suæ materiæ fundamento. (siue vniuersalitatibus fundamentum  
forma sit, siue indiuiduationis principium, ad alias causas referri maluerimus)  
non enim hoc in præsentia quærimus, sed constitutum indiuiduum, & mox dis-  
soluendum consideramus. igitur nouæ materiæ mutatio nouam in composito E  
indiuiduationem producet. Amplius, esto anima in nouum corpus migratura,  
cum hæc signata materia alia prorsus sita priore aliam etiam vnionem habe-  
re necesse est, atq. adeo, quoniam variatis terminis variantur etiam relatio-  
nes, quæ accipiunt esse a terminis; cumq. hæc anima nunc indiuiduatione re-  
cipiat, id est ut sit vna per hanc vnionem huic materiæ habeat, recipiat etiam  
aliam vnitatem, itemq. vna anima esset duæ animæ, quando quidem duæ indi-  
uiduationes, duo facere indiuidua non secus palam omnibus est apertum, ac si  
deæ humanitates particulares duos faciunt homines particulares. Et hæc hæ-  
tenus,

Alterum argu-  
mentum: aliud  
de formatum.

Tertium argu-  
mentum ex To-  
stado in Para-  
doxis.

A ttenus, si anima tamquam forma migrare existimetur. Si vero non forma, sed  
efficienter existerit, quod Platonis doctrinæ magis congruit, ne id quidem sine  
consideratione omisit Aristoteles. nam in reliqua illius quinquagesimi tertij  
contextus parte ait: *Similiter autem dicunt, quemadmodum si quis diceret, fabrilem  
in tibias ingredi, oportet enim artem uti instrumentis, animam autem corpore.* Ex qui-  
bus nobis facilius occurreret in Platonem arguendi via, quanto eidem diffici-  
lius aufugiendi modus apparebit. primum enim cum Philopono in hunc mo-  
dum arguerem, quemadmodum se habet atq. ad instrumenta, ita anima ad ipsi  
corpus. atqui ars quolibet instrumento non vtitur, neque anima quolibet cor-  
pore. id, quod antecedit, ita est ab Aristotele in textu confirmatum, ut eius op-  
positum derisum magis esse videatur. cum ait similiter itaq. dicunt, atque si  
quis dicat testoniam in fistulas ingredi. quod autem inde cõsequitur, nulla in di-  
get probatione. Quoniam vero Simplicio ax proprio, & Platonis dogmate ani-  
ma est assistens, si ex eodem probatum fuerit, ipsam vno eodemq. instrumento  
corpore, non autem pluribus debere esse contentam, habebimus sane ex Ad-  
uersarijs, id, quod assequi cupimus. quamobrem obiter quædã in eiusdem Sim-  
plicij Commentario sunt adnotanda, in homine duplicem inesse vitam, quarũ  
altera est, quæ animato corpori adeo dat esse, ut fiat aptum animæ introducen-  
dæ receptaculum: quæ quidẽ vitam non semel sed vbiq. Simplicius appellare  
solet *formam Organici, determinatricem, effectricemq. Organici*, quatenus organici, viuẽs

Animam neq.  
si corporis sit  
efficientis tan-  
tum, migrare  
posse.  
Arist. vbi su-  
pra.

Philoponi in  
migrationem  
argumentum.

Animam asst-  
tere tuetur  
Simplicius ex  
proprio, atque  
Platonis do-  
gmate.

Vita, teste Sim-  
plicio, in homi-  
ne duplex, su-  
per tex. 53. &  
54. primi de A-  
nima.

Alterius vite  
nomina multi-  
plicia, ex Sim-  
plicio.

Alterã vita  
quid sit, qui-  
busue insignia  
tur appellatio-  
nibus.

corpore vitam corporeis motibus complicatam, cuius actiones motus sunt, iux-  
ta quam, non a qua mouetur corpus, absolute complicatam, animæ idolum, &  
simulacrũ, non siue anima, per quam dicitur anima irasci & cogitare, & deniq;  
esse substantiam, quia omnis vita est substantia Altera autem vita est forma su-  
perueniens priori, quæ & ipsa multis etiam nominibus a Simplicio est insigni-  
ri solita. nam & vtens organo dicitur, & per quam mouetur corpus iracunde,  
aut per cogitationes, cuius proprium est mouere, & nõ esse complicatam cum  
ipso moueri, & actiua causa, & assistens, a qua mouetur corpus potius, quam lux  
ta quam, sincere agens, magis, anima immobilis per se, licet quodammodo mo-  
tus in ipsa est. cum per ipsam corpus motum determinetur, & absoluatur. omit-  
tunt nunc tertiam vitam, immo vero quærere desisto, an tertia illa sit, quæ quin-  
quaginta circiter nominibus plusue minusue a Simplicio citari solet. ut fortas-  
se non parua inde Simplicij Commentariis accesserit obscuritas. de quo tamẽ  
nos alibi. Ad rem igitur. Cum corpus (Simplicio ita iubente) animatum sit,  
nec ab vtente anima animatum, minusq. adeo informatum, ut quartum quen-  
dam animæ gradum inferne potius admittere videatur: cumq. hoc eodem gra-  
du sit hæc vita ab anima vtente organo separata, tamen concludit oportere  
corpus vitæ susceptiuum vndequa. concinne apparatus esse, ac quasi per cõ-  
centum innascenti animæ congrue adaptari; ut ideo ad ipsius vitæ assumptio-  
nem per commodum sit: oportere insuper omnino, quod ad susceptionem ap-  
paratus est, discriminari a reassumenda, quodq. formæ vt materia substernitur: præ-  
terea etiam, quod ad formam intuetur, ideam spectabit, vt organi determina-  
tricem, nunc autem vt vtentem intuebitur, vt huiusmodi lignorum structura  
apta quidem est ad nauis formam, non eadem tamen cum forma nauis est, nec  
multo magis cum gubernatrice ipsa arte. non igitur quæq. corporeorum ele-  
mentorum structura; nec qualitatum temperatura, vel mutua compositorum,  
mixtorumq. ratio est animata vita, verum vt materia. vitæ organici determina-  
tricis substrata est. Et, cum hæc dicat Simplicius, ab eo quod minus videtur  
inesse doctus argumentari. etenim, si anima tali indiget corpore, cuius illa non  
est effectrix, sed veluti in alieno adueniens illud ita mouet, & vicissim corpus  
adco

Tertia vita no-  
minibus plus-  
quam quinquaginta a Simp-  
licio descripta.

Corpus qua sit  
anima info-  
matum, ex Sim-  
plicio.

Quod neque a  
simplicio quar-  
to animatio-  
nis gradu mi-  
gratio admitti  
possit.

Argumentum  
ex Simplicio  
verbis forma-  
tum.



adeo propria, peculiarique vita præparatur ad illam animam suscipiendam, ut aliam suscipere non possit, quemadmodum vicissim illa alteri corpori infidere, ignorat, igitur multo minus, diuersa, & plura corpora permeare illa posset, minus etiam corpus ad plures causas efficientes sese vtédum præbere. ut non ab re Aristoteles primo de Anima, prioris dicti memor, postquam animæ definitionem ex eo confirmauerit, quod illa sit principium, quo uiuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus primo, & quod anima sit eorūdem principium, ut forma, illos deinde in loco citato cōmendauerit, quib. visum est neque sine corpore esse, neque corpus aliquod animam, corpus autem non esse, sed aliquid corporis & propter hoc in corpore inesse, & in corpore huiusmodi, & non sicut priores ( tangit autem citandos a se Pythagoricos) ad corpus aptabant ipsam, nihil ultra desinientes, in quo, & in quali quāuis non uideatur quodlibet recipere quodlibet sic autem fieri, & secundum rationem uniuscuiusq. enim actus in eo, quod potentia existit, & in propria materia aptus natura est fieri. Hæc Arist. quo loco Simplicius iterum recollit, quam sit necessarium ab hac veritate impermutabiles esse Philosophantes, scilicet cuiusque actum proprio, atque conuenienti sibi potestate in se. quo etiam loco animaduertit Philoponus Platonem hæc omnia ante Aristotelem definiuisse. quæ cum vellet ipse ostendere, rursus ad Timæū reuertitur, hoc est ( quod aiunt) canis ad vomitum, cum a structura humani corporis progrediatur. quæ omnia sunt a nobis superius confutata, ut quæ ex communibus procedant. quod si dixerimus, vniuscuiusq. Entelechiam in propria potentia natam esse fieri, erit quidem talis Entelechia corporis, talis animæ, nec e contra, nec secus vnquam. Sed, ne firmissimo in Philosophia fermōni alius Colophon, præter Aristotelem, summam coronidem imponat, hæc tandem suis verbis ex primo de partibus rata, firmaq. sint omnib. Cum autem instrumentum omne rei alicuius gratia sit, & partes corporis quasque gratia esse alicuius uideamus, id autem ipsum esse alicuius gratia non nisi pro aliqua actione sit, patet iam, totum etiam corpus constare alicuius gratia actionis plenioris. Non enim sectio serræ gratia facta est, sed serræ sectionis gratia, cum sectio quedam usio sit. Quapropter corpus etiam totum animæ gratia conditum est: & membra officiorum gratia constant, & munerum, ad quæ singula accommodantur. Cum autem propria cautio de animorum informante potestate peculiare hoc sibi debitum exposulasset, in locum illum lectorem remittimus. Nunc vero ad Hæreses accedemus.

Ar. tex. 26. 1. de anima.

Philoponus.

Ar. 1. de partibus c. 5. quod Anima sit finis corporis.

H A E R E T I C I.

Patefactis iam huius virosi fontis faucibus, necessario describendum putamus, per quas veluti terræ partes scaturientes riui transferint, quorum vicinia infecerint, quosue necauerint, quos etiam Orco adegerint, impulerintque. cuius præmonitionis gratia præsens susceptus est a me labor.

Simon Magus.

De hoc Simone, Actorum octauo, inter Hæreticos ab ipsis Christianis ortos, & veluti hæreticorum omnium principe, multa habentur. nam, præter quam quod, pecunia, Petro, & Ioanni oblata, Spiritum sanctum se emere putauerit, cum multas hæreses excogitasset, hæc etiam labe non caruit. nam docuit, transmigrationem animarum de corpore in corpus, cuius rei testis est Irenæus libro primo, capite vigesimo. Sed Paulus ad Hebræos nono, in ipsum, & in omnes hu-

Simon Spiritu sanctum emere se posse sperauit. Irenæus libro primo, capite vigesimo. Paulus ad Hebræos nono.

A ius sententiæ intonat, statutum est hominibus semel mori. Hunc Simonem Simon Petrus, in aere volare se iactantem, ac etiam volitantem, precibus ad Deum fufus, in terram deijci impetrauit. Hic est ille Simon, qui ( teste Eusebio libro secundo Ecclesiasticæ historiæ ) omnis hæreticæ prauitatis principium existit, Nerone imperante, & Petro Apostolo sedente, circa Annum a Christo quinquagesimum quintum: de quo Nicephorus Ecclesiasticæ historiæ libro secundo, capite sexto, & capite decimo quarto, & vicesimo septimo, & de interitu ipsius lib. 2. cap. 36. Iustinus Martyr ad Antoninum, Irenæus Lugdunensis Episcopus primo suo libro contra hæreses, Epiphanius aduersus hæresim simoniacam, Augustinus in Sermonibus de sanctis, & in epistola octuagesima sexta, Ignatius ad Tralleis, & in prima quæstione prima, capite fertur; & capite eos, & Vincentius Lirinensis in libro aduersus profanas hæreses vanitates. Lindanus Dubitantij sui dilogo secundo docet, quo modo Simonis prauitas iterum coepit reuiuiscere in Luthero, & Illyricon, & Antidiaphoristis, Caluino, & Libertino. item de Simone omnium postremo Sanderus de visibili Monarchia libro septimo, & Prateolus in eiusdem vita.

petrus Simonem ex aere deturbauit. Simon, omnis hæreticæ prauitatis principium. Eusebius. Nicephorus. Iustinus. Irenæus. Epiphanius. Augustinus. Ignatius. Lirinensis. Lindanus. Simonis hæresis in quibus reuixerit. Sanderus. Prateolus. Philastrius.

Gnostici.

C Afferuere etiam ij, Bruta esse rationis capacia. Huius hæresis meminit Philastrius: quin etiam rationem illam in brutis æqualem homini habere sensum, & intelligentiam, ij hoc nomine se se insignierunt, ab excellentia scientiæ, quam iactabant, se habere, quasi cognoscentes e vita vulgo se haberi cupientes; siue ipsorum auctor Basilides extiterit, ut Hieronymo placet in libro de viris illustribus, siue, ut aliis, ad Valentinum, vel, ut Augustino in libro de hæresibus, & Philastrio, ad Nicolaum Diaconum referant originem, exorti sunt, Hadriano imperante, & Sixto Primo sedente, Anno Domini 129. Quomodo item nostris temporibus pullulauerint, Lindanus docet in suo Dubitantij dialogo, & ad Iuniores Libertinos.

Philastrius. Gnosticorum auctor ex Hieronymo. Ex aliis Ex Augustino. Lindanus.

Tertullianistæ.

E Sceleratorum improborum animas etfi Tertullianistæ corporeas ipsas possuerint, ut suo loco patuit, & refert Augustinus in libro de hæresibus cap. 86, post mortem tamen in demones verti affirmabant, & in quæcumque animalia bruta suis meritis congrua. An autem a Tertulliano hæc didicerint, ex eiusdem Tertulliani in impium dogma disputatione paullo post in Cautionibus videre poteris.

Tertullianistæ etiam in demones vertebant Animas. Augustinus. Tertullianistæ hæc haud quamquam a Tertulliano habuissent.

Manichæi.

Hivna cum Pythagora, & Platone, dicebant, solas animas perpetuo manere, & in alia vel hominum, vel pecudum corpora transmigrare. licet dixerint, ipsa

Manichæi, pythagoras, & plato in quo conueniunt.

**A** ipsa corpora nullo modo resurgere. Sanderus libro septimo de visibili Monarchia. Manetis etiam sectatores, a quo Manichæi dicti sunt, elementa omnia animata esse arbitrabantur, ex Nicephoro lib. sexto Ecclesiasticæ historiæ cap. tertio. Quibus Minucius in Octauio: *Ista inquit sententia, qua corporibus dissolutis animas solas perpetuo manere, & in noua corpora sepius vult commeari, non Philosophi studio, sed Mimi officio digna est. vide adeo, quam in solatium nostri resurrectionem futuram omnis natura meditetur. Sol emergit, & nascitur: astra labuntur, & redeunt: flores occidunt, & reuiuiscunt: post senium arbuta frondescent, semina non nisi corrupta reuiuiscunt: ita in seculo corpus, ut arbores in hiberno, occultant uiridem ariditate mentita. Quid festinas, ut cruda adhuc hieme reuiuiscat, & redeat? expectandum nobis etiam corporis uer est.*

**Mahometes.**

**A** Quamuis apud Ecclesiasticos Scriptores adhuc non repererim, Mahometem præsentem scelere suum Alcoranum decorasse, satis tamen sit ex Auicenna hoc referre libro secundo de Almahad, siue de conditione animæ post discessum ex hac vita. Illius autem verba sunt hæc, sensu tantum expressa, videlicet: esse quosdam, qui, fidem Alcorano Mahometi adhibentes, ex ipsius præcursoris Antichristi opinione, affirmant, animalia super terram progredientia, & auium genus non esse nisi turbam copiosam nobis similem, quæ nobiscum in eadem anima communicet. Quin etiam addunt ijdem, in libro Mahometis scriptum esse, donec camelus penetrauerit per foramen acus, non cessaturam animam hominis nequam de corpore in corpus subtilius permutari, quousque clarior reddatur, adeo, ut vel in corpus vermis permutata, vel si quid subtilius, unde post modum per foramen acus transire possit, idem etiam memini me legisse alicubi apud clarissimos Picos. dictorum tamen ex Alcorano euerfionem ad argumentationes superius positas remitto. Quid tandem ex Mahometis peruersa doctrina, vel ex vno quilibet intelligat, quod vnus mutilus, & præfractæ doctrinæ Alcorani liber sectas septuaginta vel amplius pepererit. Prodiit furor hic, seu indignatio, nam hoc sonat nomen Mahometi, Anno a Christo sexcentesimo tricesimo, Heraclio imperante, & sedente Honorio huius nominis Primo Romanorum Pontifice, regnantibus etiam Regibus Dagoberto Francorum, & Sisebode Hispaniarum.

**Albanenses.**

**E** Verum enimvero, quam impie labantur, qui talem blasphemiam quasi antesignanam suis præponunt erroribus, Albanensium hæretica prauitas in exemplo est. nam, præterquam quod duo asserbant rerum principia, & Deum non creare animas nouas, nec illas in corpore infundere, addebant insuper, illas transmigrare. quibus positis, quid, quæso, erat amplius, a quo illorum impudens error retrahi potuisset? itaque

Sanderus. Manetis sectatores elementa anima prædita esse putasse. Nicephorus. Minucius.

Mahometi quid tribuat. Auicenna. Lib. Almahad. Alcoranus.

Migrationis modus, a Mahomete positus.

Albanensium alie hæretice asserciones se se mutuo consequentes.

**A** itaque eosdem non puduit corporum resurrectionem infirmare vniuersale Iudicium esse iam factum, nec aliud vltius futurum. conseqebatur etiam ex dictis, ut dicerent, non alias esse inferni pœnas, quam illas, quas in hoc mundo perpetimur, & experimur; nullos esse locos inferos, nulla pœnarum loca, quæ omnia vno posito consequi debuerant. ut simile quippiam de Pythagora somnians Ouidius posuerit: ut dictum est.

**Baiolenses, & Concordenses.**

**B** Proximi errore Albanensibus Bagnolenses, siue Baiolenses, & Concordenses, siue Cozorenses Hæretici exstiterunt, eodem fere tempore Constantini Sexæti Imperatoris, & Leonis Tertij Papæ temporibus, circa Annum septingentesimum nonagesimum sextum. quos omnes in suis erroribus paucis dissentire docet Antoninus quarta parte Summæ, titulo vndecimo, capite septimo.

**Albigenses, vel Albiani, sine Albigei, aut Albij.**

**D** Ita sæpe inficitur pars sincera, si vulnus negligitur. Ab Albanensibus non multo dissimiles Albigenses, gens ista in Comitatu Tolosano Friderici Secundi Imperatoris temporibus, & Innocentij, Tertij, Anno 1216. multa protulit, partim e Manichæorum erroribus, partim ex iis, quæ in Periarchon scriptis fertur Origenes, plurimis e proprio penu depromptis. quod autem ad rem attinet, dicebant, animam hominis secundum eius meritum per diuersa transire corpora, etiam animalium & serpentum, si male vixisset; si vero probe, in alicuius Principis, vel alterius illustris personæ corpus transmeare. Tu vero conferas, quam hæc similia sint illis, quæ protulit Plato in Phædro de multiplici transmutatione animi nostri in Regem, Artificem, Agricolum, & quo magis quisque intueri possit, quam facile, sublato diuino timore, minima quæuis malitia dementia pariat, ex qua in furorem impudentissimum deueniat, ex inconuenienti posito, id, quod maximum apud ipsos est secutum, legat horrendissima apud Prateolum. Si vero etiam animi omnes de corpore in corpus æterno tempore transierint, certe & Stygia, & tenebras, & inferni pœnas, & cælestem gloriam tamquam nomina vana sibi delusa esse oportuit, neque salui quidquæ eisdem esse potuit, diuino timore tam impie sublato, licet olim Deus, quemadmodum facere semper solet, deploratis illius Prouinciæ rebus, D. Dominicū opportune attulerit, in quos decennium prædicationis officium, & in


Rr 2 illorum

Albanenses. Baiolenses. Concordenses. Antoninus.

Albigensium origo.

Quomodo migrationem asseruerint.

Inferorum nomina vana apud Albigenses. D. Dominicū illis temporibus floruisse quæ præstiterit.



illorū heresum extirpatione indefatigatus ille exercuit. Huic heresi Saderus **A** opponit Gotfridum secunda parte Chromiæ, vbi declarat, animam hominum in bestiis numquam reperiri: alioqui nec irrationales forent: nunc autem nec consilia, nec virtutes, nec aliud ad intellectum pertinens in ipsis est. Deinde vnumquodque animal secundum suam speciem similiter eadem operatur. Omnis lepus similiter timet, & omnis lupus similiter insidiatur: sed mille sunt femitæ actionum humanarum propter humani arbitrii libertatem, ex his efficitur, vt anima hominis in nullius animalis corpus aliquando transmigrat. Ac neque vnus hominis anima in alterius hominis corpus ingreditur secundum fidem nostram, cum vnaquæque rationem redditura sit de ijs, quæ in corpore suo gessit. **B**

Fides nostra in migrationem quid afferat.

## Origenis defensio.

**O**RIGENIS Tutela suscipitur, quate- nus illi migratione tribuunt nonnulli. Quoniam autem D. Hieronymus ad Auitum scribens testatur, Origenem non modo in Pythagoricam opinionem incidisse, verum etiam, vt alij in eundem errorem inciderent, fecisse, non ab re me facturum existimem; **C** si, quæ in Origene passim inuenimus, pro nostra apud D. Hieronymum excusatione huc transtulerimus. Origenis porro verba citat D. Hieronymus ex primo Periarchon, quæ sunt hæc: *In fine, & consummatione mundi, quando velut de quibusdam repagulis, atque carceribus, misse fuerint a Domino Anima, & rationales Creatura, alias earum tardius incedere ob segnitatem, alias pernici volare cursu propter industriam: cumque omnes liberum habeant arbitrium, & sponte sua vel virtutes possint capere, vel vitia, illa multo in peiori erunt condicione, quam nunc sunt, & ad meliorem statim peruenient, quia diuersi motus, & varie voluntates in utramque partem diuersum accipient statum, id est, ut Angeli homines, vel Dæmones, & rursus ex ijs homines, & Angeli fiant.* Hæc ex Origene D. Hieronymus. **D** quibus etiam ipse addit, quid de Origene fenserit: cuius verba in eadem Epistola sunt huiusmodi:

**D.** Hieronymi interpretatio in Orig. verbis. *Cum uario sermone Origenis hæc omnia tractasset, asserens; Diabolum non incapax esse virtutis & tamen nec dum velle capere virtutem, ad extremum sermonem latissime disputauit, Angelum; siue Animam, aut certe Dæmonem, quos vnus asserit esse naturæ, sed diuersarum voluntatum, pro magnitudine negligentia iumentum posse fieri, & pro dolore panarum, & ignis ardore magis eligere, vt brutum animal sit, & in aquis habitet, & fluctibus, ac corpus assumere huius, vel illius pecoris, ut non solum quadrupedum, sed etiam piscium corpora sint timenda.* Hæc Hieronymus. Cuius quidem verba cum lectito, cogor voti nescius esse mei, non vt Origenis gloriæ quidquam nunc addam, aut detraham: nam, quantæ admirationi apud summos Ecclesiæ Proceres fuerit, quot eisdem fuerit vsus discipulis, quanta etiam in eos fuerit indignatio, qui peruersa, & peregrina in Ecclesiam Dei transtulerit dogmata, consulendus est Nicephorus libro quinto, capite vigesimo secundo, vigesimo tertio, & vigesimo quarto: vt omittam etiam, quod suus cuique lapsus, & ad inferos descensus, proprijs exstat in manibus. quod fecisse creditur Origenes, si licet ex eiusdem doctrina Doctorum, Sacerdotum, Confessorū, & Martyrum infinitū fere ad Ecclesiam Dei accessisse, cumulum. Esto etiam, vt Vincentii Lirinensis verbis vtat, corruptos **E**

Lirinensis.

**A** corruptos esse Origenis libros: cui quidem suspicioni non resisto: quin ita esse malo: cum tamen hoc ægre admittat Hieronymus, ad Pammachium, & Oceanum scribens. Quidquid id est, (inquam) duplici nomine videtur Origenes in hac opinione de migratione excusandus. primo, quod putet Hieronymus Origenem in sententia de migratione Pythagorica incidisse: cum tamen neque ipse Origenes in his modo adductis verbis id suspicari videatur, neque ipsemet Hieronymus inde colligere potuerit: si quidem Origenis verba eo tendunt, vt animam, dæmonem, & Angelum vnus velit esse naturæ. at vero Pythagoricam migrationem quis non videt Dæmonum magis, & a rationali ad brutam pendere animam. Quod si Hieronymo libeat identitatem (vt ita dicam) naturæ Angelicæ humanæ, atque dæmonicæ migrationem appellare, tunc responsum sancto viro infirmabo, & interrim propriæ meæ temeritati consulam; deinde, quo alio nomine possit Origenes excusari, de migratione tantum loquor, ex eiusdem verbis manifestare aggredere, & ex ijs potissimum, quæ in eodem primo Periarchon habentur, quæque verbis a D. Hieronymo citatis proxima sunt. capite enim de Angelis octauo, postquam de tertio rationalis creaturæ ordine locutus est, in quo Animam hominum perfectam assumptam in Angelorum ordinem credidit, hæc tandem habet verba: *Illam sane nos nequaquam recipienda censemus, quæ & a quibusdam superfluo vel requiri, vel adstrui solent, id est, quod anima in tantum sui decessum veniant, vt, natura rationalis, ac dignitatis oblita, etiam in ordinem irrationabilium animalium, vel bestiarum, vel pecudum deuoluantur.* Pro quibus etiam quædam ex scripturis commenticias asserre adstruuntur solent, id est, quod vel pecus, cui se mulier contra naturam subiocerit, in reatum pariter cum muliere deuoneatur, ac lapidari iubeatur, vel quod taurus cornupeta lapidari nihilominus præcipitur, sed & quod Balaam asina, os eius Deo aperiente, locuta est, & subiugale mutum in hominum voce respondens arguit Prophetæ inclementiam, quas nos non solum non suspicimus, sed & omnes has apertiones eorum contra fidem nostram uenientes refutamus, atque respicimus. Veruntamen, suo loco, & tempore confutato hoc peruerso dogmate, & depulso, ea, quæ de sanctis scripturis sunt ab alijs prolata, exponemus. **D**

Hieronymus.

Origenem circa migratione duplici nomine videri excusandum esse. Primus excusationis modus.

Origenis verba migratione refellentia. Locus primus.

Num. 22.

## Ex secundo Periarchon, capite de Anima octauo:

Probaturus ibi Origenes, esse animas in singulis animalibus & auctoritate Scripturæ, & ab animæ quadam definitione, & a gradibus animatorum procedens, de brutis ita inquit: *De iumentis vero, vel pecudibus, quod animantia sint, etiam apud communem opinionem nulla dubitatio est. Euidens tamen est diuina Scripturæ sententia, cum dicit Deus, Producat terra animam viuam secundum genus. Iam uero, de homine, quamuis nulli dubium sit, nec requirere aliquis possit, tamen e Scriptura diuina designat, quod Deus in faciem eius inspirauerit spiramentum vite, & factus est homo in animam viuam.* Ex quibus verbis Origenis posset ipse facile conuinci, si crediderit, eandem esse hominum, & brutorum animam, quam videat nunc nõ eodẽ modo, nec eadem producendi ratione a summo rerum conditore creatam, & suo cuique corpori infusam. vnde licet obiter cautioni intentum lectorem animaduertere. cupio diuersam esse etiam apud Platonem **Rr 3** tonem

Eiusdem locus alter.

Bruta esse animæ prædita, quomodo probet Orig.

Quomodo ite de homine.

Platonis locus tonem brutorum, & hominum animæ productionem, sed tamen præposterum A  
obiter notatus, a Deo Platonis ordinem fuisse, obseruatū, vt, qui prius ex suo mentis retrocessu  
de efficiente primitias decerpens, Mundi animam produxerit, vnde nostra constiterit ani-  
animarū cau- ma, mixtis tamen in magno illo cratere secundæ perfectionis reliquijs, tertio  
fa. tandem loco, Deos Iuniores, tum reliquam in homine requisitam perfectionē,  
tum etiam reliquorum generationem perfecisse legas. Contra vero docet nos  
veritas, vnum Deum cuncta creasse, & hominem omnium postremum. Nunc  
ad Origenem. nam, quidquid de animarum speciebus fuerit, propria Cautione  
dictum est.

## In Epistola ad Romanos, libro quinto, capite septimo.

Eiusdem locus In Epistola ad Romanos, capite septimo, exponens illud, *Ego autem vine-*  
tercius. *bam sine lege aliquando*, cum dixisset, illud intelligere debere in puerili ætate,  
antequam rationis capax fieret, sine naturali lege, dixisse. *Nondum enim in illa*  
*ætate inerat iusti, iniusti, distinctio, nec recti, prauis, patebat examen*: deinde Basilides C  
quendam reprehendit ita: *Sed hæc Basilides non aduertens de lege naturali*  
Basilides re- *debere intelligi, ad ineptas, & impias fabulas sermonem Apostolicum traxit in Pythago-*  
prehensus. *ricum dogma: id est, quod anima in alia, atque alia corpora transfundantur*: ex hoc  
Verborum P. *Apostoli dicto conatur adstruere. dixit enim (inquit) Apostolus, quia ego vinebam sine*  
Apostoli inter- *lege aliquando, hoc est, antequam in istud corpus venirem; in eam speciem corporis vi-*  
pretatio. *xi, que sub lege non esset, pecudis scilicet, vel auis. sed non respexit ad id, quod se-*  
*quitur, id est, sed, ubi venit mandatum, peccatum reuixit. Non enim dixit, se ve-*  
*nisse ad mandatum, sed aduenisse mandatum: & peccatum non dixit non fuisse in se,*  
*sed mortuum fuisse, & reuixisse, in quo utique ostendit, quod de vna eademque vita*  
*sua vtrumque loqueretur: verum Basilides, & si qui cum ipso hoc sentiunt, in sua im-*  
*pietate relinquuntur: nos autem Apostoli sensum secundum pietatem Ecclesiastici dog-*  
*matis aduertimus.* D

## Idem ibidem, cap. 7. lib. 7.

Eiusdem locus Iterum super eisdem Pauli verbis dubitans, ita inquit: *Si ergo anima dicitur*  
quartus. *reuixisse peccato, quomodo de hoc sermone Apostolus ait: Ego autem vinebam sine lege*  
Alicorum ver- *aliquando? Respondent Pythagorizantes Heretici, qui docent, animam hominum prius*  
borum Apost. *in pecudibus, vel auibus, aut piscibus fuisse, & sic ad homines fluxisse, propterea dixit*  
interpretatio *se Apostolum, Ego autem vinebam sine lege aliquando, quasi, qui, antequam in hoc cor-*  
contra Pytha- *pus veniret humanum, vixerit in eo ordine, (verbi gratia) aut auium, aut animalium,*  
gorizantes. *ubi lex nulla haberetur. Et paulo post concludens, inquit: Hæc aduersum illos dicta sunt,*  
*qui Apostoli sermonem ad dogma impium trahunt.*

Idem

## Idem in Matthæum, capite decimo quinto.

Exponens illud Chananeæ responsum, hæc addit præ ceteris. *Alij quidem* Quinthus Ori-  
igitur *Peregrini ab Ecclesiastico sermone alieni opinantur, animas a corporibus hominū* genis locus.  
*migrare in corpora canum, iuxta differentiam vitiorum. Nos vero, nequaquam hoc com-* Migrantes Pe-  
perientes in *Scriptura diuina, dicimus, quod affectus rationalis mutatur in brutum tale* reginos, & ab  
quiddam *patiens, ex multa socordia, negligentiaque: similiter autem & bruta volun-* Ecclesiastico  
tas ob neglectam *rationem nonnumquam conuertitur in hoc, vt fiat rationalis, ut, qui* sermone alie-  
*prius erat canis, amans comedere de micis cadentibus de mensa Dominorum suorum, ue-* nos appellat.  
*niat in statum filij. uehementer enim conducit uirtus quidem ad hoc, ut fias filius Dei*  
*malitia contra, multa, graucolentia in uerbis contumeliosis, & impudentia ualeat ad ef-*  
*ficiendum, ut quis iuxta Scripturæ sermonem uocetur Canis. Porro similia cogitabis de-*  
*veteris item nominibus reliquorum brutorum animantium.*

## I D E M: Contra Celsum, libro quarto.

Cum Origenes Celsum confutasset, non intelligentem Christi transforma- Sextus Orig.  
tionem tandem ait: *Itaq. nullo modo Celsus nouit mentem nostrarum litterarum, &* locus.  
*proinde, non, quod ille dicunt, calumniatur, sed quod ipsa inde excerpit: qui si intel-*  
lexisset, *quid animam in futura uita æterna maneat, & quid sentiendum sit de ipsius*  
substantia, *& origine, non ita irrisisset immortalem ob assumptum mortale corpus: idq.*  
non iuxta *Platonis opinionem, (& hoc loco Platoni etiam tribuit migrationem*  
Origenes) *de migratione animorum in aliud corpus ex alio, sed iuxta sublimiorem* Migratio Pla-  
*quandam contemplationem, uidiissetq. unam e multis insignem Dei beneficentiam de-* toni asserta ex  
*scensum ad conuertendas (ut sacra Scriptura loquitur) oues perditas domus Israeliticæ, &* Orig.  
*errore delatas ab illis montibus, in quibus pastor saluas reliquit ceteras, ut has quæreret.*

## I D E M. In Ioannem Tomo septimo.

Cum super illis verbis, *Elias es tu*, multa inuolueret & explicaret Origenes, Septimus Ori-  
quærens etiam, an, & quomodo Ioannes ignorauerit se esse Eliam, ita suspi- genis locus.  
cionem profert: *Ad primum igitur aliquis dicit, Ioannem ignorasse seipsum esse Eliam,* Migratio μετῆρ  
*& fortassis hac ratione usuri sunt, qui fauent opinioni eorum, qui ponunt μετῆρ μετα- σομῆσεων, id*  
*trationis, hoc est transcorporationem, perinde quasi anima subinde inducat corpora, prorsus est transcorpo-*  
*immemor antea uitæ. Et, cum mox quædam de Christo nato similia dubitaf-* ratio alio no-  
*set,* mine dicta.

fet, ita subdit: Ceterorum alius Ecclesiasticus, orationem eam, quae adstruat transcorp- rationem, veluti falsam, respiciens, nec admittens Ioannis animam, aliquando Eliam fuisse, praedicta oratione Angeli usus est, qui non nominauerit Eliae animam in ortu Io- annis, sed spiritum, & virtutem, per haec verba: Et ipse praecedet cum spiritu & virtute Eliae, ut corda Patrum ad filios conuertat. Quae cum dixisset Origenes, pro Ecclesia- stico ita exponente inquit: Multis Scripturae locis posse ostendi, aliud esse spiritum, & id quod nominatur virtus spiritus; aliud esse animam, ut illud Lucae primo, Et virtus Altissimi obumbrabit tibi, & illo requieuit spiritus Eliae super Eliseum, & pleraque alia pro Ecclesiastico videnda sunt ibi usque in fine capitis. Haec volui pro Origene subnectere, dicturus alioqui contra ipsum, quem multis in locis tamquam lapsum proprijs Cautionibus citauimus, atque citabimus. Sed, quia Hieronymi ver- ba superius citata videbantur metempsychosim Platonice cum illa, quam ponit Origenes de transitu animae rationalis in daemones inculcare, effecit, ut in haec diuerterem, quae mihi in promptu erant ex Origenis scriptis. reliqua vero apud Pamphilium Martyrem in apologia pro Origene sunt consulenda, & in ultimo illius capite, vbi nouissima criminatio μεταψυχώσεως defendi- tur. proinde de identitate naturae humanae, atque Daemonicae, apud Platonem tunc quaeram, & Christiane cauebo, cum de daemionibus habebitur dispu- tatio.

Pamphilus Martyr.

Vide D. Th. 2. contra gent. cap. 90.

Digressio pro Pythagora.

Arduum quidem opus est, contra ea niti, quae communi omnium sententia, tot illabentibus annis, dicta sunt, atque asserta: sed, & si nullus opinionem, quam passim circumferunt, de Pythagora, confirmauerit, cum tamen vnus Aristoteles eandem fateri aperte videatur, cum primo de Anima impossibile ha- beat, quamlibet animam quodlibet corpus ingredi; secundum (inquit ipse) Pythagori- cas fabulas, hinc impudens quiddam me facturum verear, qui tanto viro con- tradicere audeam: & ut omittam omnium fere consensum, addo ad haec, quae de Pythagora in suo ultimo Metamorphoseos retulerit Ouidius. quae si vera fuerint, iam nulla eidem Philosopho felicitatis caelestis cura, nullus infero- rum timor erit reliquus. nam Pythagoram talia concionantem inducit:

XV. Metamor.

O genus attonitum gelidae formidine mortis, Quid Styga, quid tenebras, & nomina vana timetis, Materiem vatum, falsiq. pericula Mundi? Corpora, siue rogius flamma, seu tate vetustas Abstulerit, mala posse pati non vlla putetis. Morre carent anima, semperq. priore relicta Sede, nouis domibus viuunt, habitantq. recepta.

Quae vero fuerit animae eiusdem Pythagorae pronitas, & an vlllo vmquam tempore caeli beatas sedes colere potuisset, aut etiam sperasset, ex ijs, quae se- quuntur, patere arbitror, cum inquit.

Ouid. ibidem.

Ipsa ego (nam memini) Troiani tempore belli Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam Hesis in aduerso grauis hasta minoris Atridae. Cognoui clypeum laua gestamina nostra

Nuper

Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis. Omnia mutantur. nihil interit. errant, & illinc Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus. Spiritus eq. feris humana in corpora transit, Inq. feras noster, nec tempore deperit vlllo.

Quin etiam Philoponus in eodem primo de Anima, vbi Aristoteles migra- tionem ad Pythagoreas fabellas retulit, duo quaedam recenset Empedoclis carminz, quem Pythagoricum fuisse refert. sunt autem huiusmodi:

Philoponus. Empedoclis Pythagorici carmina.

Olim namq. fuit cespesque, puerque, puella, Et volucris calis, atque alii maris incolae piscis.

Vnde colligas, etiam in plantas abire animas. Porro Aristoteles in secun- do de Anima iterum vellicare videtur Pythagoram, quo loco, cum perfectae ipsius definitioni extremam manum imponderet, haec tandem subintulit:

Arist. 2. de An. tex. 26.

Ob eamq. causam recte sentiunt ij, quibus animus non sine corpore esse, nec aliquid corpus videtur. neque enim ipse corpus est, sed aliquid corporis, ob eamq. causam in corpore inest, atque ita affecto corpore, ac non quemadmodum superiores, qui cum ad corpus accommodabant, cum, nec, quodnam id esset, nec, quale, explicassent, quamquam non videatur ita temere in quoduis recipi.

Et, ut omittam Luciani Gallum, & Appuleij Asinum, quidquid ipsis libue- rit sub ipsis ludicris inferre, ad Plutarchum deuenio, qui in libro de Homero eandem opinionem Pythagoricam esse existimat. Quidquid tamen id sit, aut quicumque fuerint illi viri, qui talia Pythagorae adscripserint, mihi tamen, pa- ce omnium, pro Italiae splendore, & alumno sapientissimo, haec pauca de mul- tis praefari liceat, quae de Pythagora omnium Philosophantium sunt decan- tata consensu: in quibus quidem enarrandis, prout quaeque res occurrit, nullo seruato ordine, rem aggrediar.


Lucianus in Gallo. Appuleius in Asino. Plutarchus. Pythagorae de- fensio suscipi- tur.

Primum itaque, mirum videri potest, opinionem multis ante saeculis natam vni Pythagorae, praeterea fere nulli, fuisse adscriptam: cum tamen Homerus Hectorem induxerit cum equis colloquentem, & ipsum Achil- lem non loquentem modo, sed & verba equi audientem, & idem etiam Ho- merus Vlyssis canem, priusquam homines, herum agnouisse. quasi vero, ut in- quit Plutarchus, nihil aliud, quam communitatem rationis, & agnationem humanae cum brutorum animis naturae, ostenderit. adeoq. ob id perisse illos, qui Solis boues occiderunt, ob id etiam mutatos fuisse Vlyssis socios in porcos, & alia id generis animantia, ut indicet dementiae hominum animas in be- stiarum corpora migrare, cum incidant in vniuersi circularem reuolutionem, quam Circem ipse appellat, & Soli filiam fecerit habitantem in Insula Aeaea: cui insulae a verbo ἀϊζαῖν nomen dedit, quia homines propter mortem lamen- tantur. Et, ni obstant, quae de Trismegisto refert Genebrardus in suis Chro- nicis, in quibus probat centum circiter annis ipsum fuisse Platone posteriorē.

Migrationem multis ante Pythagoram saeculis assertam. Homerus. Vlyssis canis quare herum agnouerit.

sed fuerit (ut inquit Ficinus, & Iuniorum docti plerique) maioris illius Mercurij nepos, quo tempore Moses natus est, & accurate ut solet in historijs Fran- ciscus Patricius eundem pristinae antiquitati restituit. fuerit etiam Trismegi- sti magis, quam Pythagorae migratio: proinde, cum multa in Pythagoram po- tius, quam de Pythagora, dicta sint, tum ab omnibus, tum maxime ab Ouidio, Luciano, Seneca, & alijs, dum tamen summi viri quamuis falsam pertinacemq. religionem memoria repeto, quo etiam modo cum vana gentilitate dicta, atq. a me de ipso dicenda intelligi velim, & ex antiquorum monumentis aliqua e- ruo: cogor certe minus ijs assentiri, qui talem palingenesiam illi tribuerunt, vnde caelum,

Circes & eius in Aeaea insula habitatio quidem. Mercurius Trismeg. Genebrardi de Mercurij temporibus iudicium. Ficinus, & Iuniorum plerique de eodem mercurio. Pythagorae laus.



Iamblici de pythagora iudicium.  
Deorū vnus.  
Dæmon  
Apollo  
Dæmon Lunæ  
Iacoleus.

Aristotelis hyperbolica animalium ratione prædicatorum diuisio in Pythagore laudē.  
Que ex Pyth. in Greciam bona fluxerint.  
Plutarchus in Numa.

Numam pythagore consuetudinem fuisse.  
Aquilam cicurata habuisse.  
Femur aureum ostendisse.  
Timon philiastus.

pythag. leges de simulacris.  
Rerum omnium principium quomodo posuerit.  
Sacrificiorum ritus.

Plutarchus de pythagoricis.

cælum, & inferos, pietatemque omnem de medio sustulisse virum illum crediderint, virum inquam illum, si Iamblichō fidem adhibeamus in ijs fragmentis, quæ de Pythagoræ secta, atque moribus passim collegit, ab Antiquis Deorum adscriptum numero, & perinde ac optimum, quendam dæmonem hominum beneficio missum, quem Pythium nonnulli, quidam Apollinem, ex hyperboreis Pæana, complures alij inhabitantium Lunam dæmonum vnū existimabant, sed plurimi Deorum omnino quempiam humana in forma aduentasse aiebāt, opem ad bene beatęque viuendum mortalibus allaturum, vt felicitatis, ac philosophiæ donum nobis veheret. Terrore insuper magis magnifica illa diuisione animalium ab Aristotele (si Iamblichō credimus) pronunciata, qua scilicet animalium ratione viuentium, aliud quidem Deus afferebatur, aliud vero homo, aliud Pythagoras, vnde inspicias, quanti ipsum fecerit Aristoteles, qui virum ab hominum exemerit numero, quo in viuis adhuc agente, eodemque auctore affulsere Graiis optimus Reipublicæ status, & Popularis consensus, & communicatio amicorum, & cultus Deorum, & sanctitas, legumque institutio, & eruditio, & silentium, & ab alijs animantibus abstinentia, modestia, & continentia, & sollertia, & quidquid diuinum, & piū, si vero etiam Plutarcho credimus, hoc de ipso in Numa refert, cum id in animo haberet, vt ferream, quam acceperat, Urbem molliorem, iustiorēque efficeret, a religione auxilium sibi petendum existimauit, terramque, & belli cupidam multitudinem plerumque sacrificiis, pompis, & choreis, quarum ipse dux, auctorque esset, & quæ Maie-  
C  
stati delectationem gratam, voluptatemque haberent adiunctam, blandam circumcurauit, atque deliniuit, non vnquam terrores a Diis oblatos, spectraque genitorum prodigiola, & voces parum propitias enuncians, animos eorum luperstitione captos deiecit. quæ res cum primis effecit, vt sapientiam, disciplinamque suam Numa Pythagoræ consuetudine parasse videretur. nam & huius philosophiæ, & illius ciuilis prudentiæ magna pars in congressu cum Diis, & itudiodio religionis consumebatur, iam splendorem etiam externum, habitumque, eodem, quo Pythagoras, consilio, assumpsisse dicitur, qui aquilam cicuratum, cum superuolaret, vocibus quibusdam sistere, atque deducere solitus, & in Olympiis per coetum Populi transitus femur aureum ostendisse, aliisque portentosis machinationibus, & actionibus vnus fuisse perhibetur, propter quas etiam Timon Philiastus scripserit;

*Pythagoram ad magicas studio qui numinis artes  
Transit, & impostor tumidis illudere suetus  
Verborum ampullis homines venatur inanes.*

Præterea leges de simulacris positæ germanæ sunt Pythagoricis placitis. Pythagoras enim principium omnium rerum nõ sensile, aut motui obnoxium, sed inuisibile, interitus expers, soloque intellectu perspicit quod posset, esse statuit: & paullo mox de similibus sacrificiis hæc habet: Sacrificiorum quoque ritus Pythagoricæ religioni proxime accedunt. fiebant enim sine sanguine, & plerumque farina, libatione, rebusque vilissimis constabant: & si hæc adeo religiose agitare non esset iuuenilis potius ardoris, quam honesti desiderii, huc quidem multa ex eodem Iamblichō afferre possem. Sed, ne actum agere videar, ad alia me conferam. Quamobrem illud non est prætereundum, Pythagoricos, referente Plutarcho, noluisse, vt obiter quisquam in transitu Dijs supplicaret, sed vt domum potius, mente adhuc præparatus, adoratum veniret. Ex quibus summam religionem apud Pythagoram colligas, eamque ad superstitionem

ationem vsque fuisse prouectam. quæquidem si vera fuerint, tam differunt ab eis, quæ de illo refert Ouidius, quam (vt prouerbio fertur) Myforum, & Phrygum termini. quinimmo Plato X. de Rep. adeo ipsum commendat, vt Philosophiæ moralis parentem moribus magis, quam scriptis, affinxisse videretur. ait enim Pythagoras, hac in re summum de se amorem, studiumque superstes concitauit, & ipsius etiamnum posteriorum vitæ Pythagoræ nomen circumferentes inter ceteros homines celebrantur. ad hunc etiam locum spectare videntur ea, quæ de numerorum Pythagoreorum expositione traduntur ab Aristotele c. 5. primo Metaphys. vt de his, quæ sunt, quæque fiunt, de animo, ac mente, de prudentia. atque adeo eadem de causa inquit Aristoteles, quod scilicet numeri naturam omnem antiquitate vincunt numerorum principia eorum, quæ sunt omnium elementa: totumque cælum, concentum, & numerum esse censent, quæque & in numeris, & in concentibus cæli, affectionibus, ac partibus, vniuersoque ornati, & discrepationi consentanea docere poterant, ea colligentes, accommodabant. quod si quid vsquam abesset, id studiose addebant, vt eis omnis ratio constaret, veluti exempli causa: quoniam decem perfectus numerus esse videretur, omnemque numerorum vim, atque naturam continere, & quæ de cælo seruntur, decem quidem esse aiunt, sed nouem tantum quæ videntur: iccirco terram oppositam decimi faciunt. Et primo Ethicorum libro laudat ipse Pythagoram, qui posuerit vnū in bonorum ordine. Simplicius etiã super 3. Physicorum, quo loco Aristoteles affert Pythagoricorum, & Platoniorum circa infinitum differentiam, refert orationem quandam Pythagoricorum. sunt autem verba Simplicii: *Differunt autem Plato Pythagorici, quod ij quidem in sensibilibus ponebant infinitum, & minime separabile. & etenim in numeris dicunt esse infinitum, numerum autem, & ut in summa dicam, Mathematica per se quidem mente percipi: per se autem dicunt non consistere, sed esse in sensibilibus. non enim illum quoque, quem laudantes, & celebrantes dicunt*

*Clare audi, o numerus, o genitor Diuumque, uirumque.*

Nec desunt, qui suspicentur, Pythagoram, cum iurare esset solitus per quaternitatem, fortasse quadrilaterum Dei nomen ex Hebræorum traditis intellexisse. In quam etiam sententiã iuit Plutarchus, qui Iurifurandi formam primo de Placitis Philosophorum his duobus testatur carminibus:

*Iuro per hunc, Anima potuit qui tetradia nostra  
Aeternæ fontes Naturæ infundere habentem.*

Sed numerum alio, nempe ad animam nostram, trahit, quasi illa ex numero constet quaternario, mente, scientia opinione, & sensu. ex quibus ars, & scientia omnis, & nos ipsi rationis compotes sumus. per monadem autem mentem intelligebat, quandoquidem ex illorum disciplina multa illum in suam Philosophiam transtulisse tradit Hermippus: quin etiam Theodoretus refert, accepisse ab eisdem circumcissionem, qua tunc utebantur Aegyptii. refert etiã Philoponus super tex. 25. primi de Anima verba quædam Pythagoræ, vbi de lite, & amicitia ex Empedoclis mente loquitur, quo Pythagoream opinionem ad bonum sensum perducatur. Sed eius verba sunt: *Sic & ego huc sum profugus diuinitus contentione insanienti errabundus, unde animam de cælo delapsam clare inspicias.* Porro de Pythagoreorum religione Plutarchus in libro de Iside & Osiride de Aegyptiorum religione prius ita: *Ac religio quidem diuina apud Aegyptios sapientiæ tanta fuit: id testantur Græcorum sapientissimi Solon, Thales, Plato, Endoxus, Pythagoras, & ut nonnulli uolunt, Lycurgus quoque, qui in Aegyptum profecti cum sacerdotibus consuetudinem habuere. Atque Endoxum auditorem fuisse Oenupheos autumant Memphis, Sonchis, Saira, Solonem, Oenupheos, Heliopolim Pythagoram hic, ut creditur,*

Plato de Pythagora X de Rep. 600. B.

Aristoteles 1. Metaphys. c. 5. de numeris Pythagoricis.

Orbes decem Pythagoricis cognitos. Arist. 1. Ethic.

Simplicius 3. phys. super tex. 26.

Pythagora Iurandum. Plutarchus quo referat 1. de Placitis phil. c. 3.

Anima, numerus Pythagore. Mens monas pyth.

Hermippus. Theodoretus de circumcissione pythag.

philoponus super 1. de Anima. tex. 25.

Anima de cælo delapsa pythagore atque Emped.

de pythagoreo rui & Aegypt. religione plutarchus.

Qui Græcorum sapientes in Aegyptum profecti, quorumque ibi auditores fuerint.

*creditor, apud illos magna in admiratione fuit, admiratusq. illos eorum gryphos, & my-  
stheria est initiatus, scitisq. suis enigmata intexuit. Si quidem a litteris Hieroglyphicis  
multa ex praeceptis Pythagoricis nihil discedunt, ceu haec, In fellam ne comedas, Super  
charicem ne insideas, Palmam ne seras, Ignem domi gladio ne fodias, Equidem etiã  
censeo, quod monadem nuncupant Pythagoreum Apollinem, Diadem Dia-  
nam, Hebdomadem Mineruam, Primã Tesseram Neptunum, cum ijs, quæ in  
illorum templis sunt dicata, congruere, & nimirum etiam cum ijs, quæ ibi agût,  
& scribunt. Sed & idem Plutarchus in libro de Superstitione refert, Pythago-  
ram dicere fuisse solitum, reddi nos, cum ad Deos pergimus, optimos: quando-  
quidem tunc agunt superstitioni miserime, & pessime, ac, velut ad vrsarum lu-  
stra, vel antra draconum, vel cetorum cubilia, ad Deorum delubra, & pene-  
tralia accedunt. Ut fileat interim Ouidius, qui solam æternam migrationem  
sine inferis, sine beatitudine Pythagoræ adscribit. de quibus paullo mox plu-  
ra. Sunt etiam omnibus in ape rto, quæ de religione Pythagoræ apud Plutar-  
chum in lib. de Iside, & Osiride, deq. Pythagoreis referuntur. nam & numeros,  
& figuras Deorum appellationibus insignierunt, Triquetri nomine Mineruam  
fastigigenam, & tritogeniam, quia tribus perpendicularibus ductis a tribus angu-  
lis definitur. vnum, Apollinem leporis gratia, & simplicitatis monadis, Diadis  
contentionem, & audaciam. Omitto nunc Pythagoræ, atque sequacium fru-  
galitatem, satis ab Alexi in Tarentinis, & ab Antiphone in monumentis, au-  
ctore Athenæo libro 4. & 10. decantatam: apud quem etiam Athenæum Anti-  
phanes testis citatur in Noctide, & Lycon Taseus in lib. de vita Pythagoræ.  
quem librum vtinam præ manibus haberemus. vtinam etiam Syriani illius co-  
gnomento Magni Concordiam Orphei, Pythagoræ, & Platonis, referente Sui-  
da, teneremus. sperarem enim futurum, vt nos præsentem labore vtriq. leuarent.  
& si vera sunt, quæ Aristoxenus tradit, eundem Pythagoram ab animatis non  
abstinuisse, haud certe credendum est, virum optimum illis animalibus vesci  
noluisse, quasi in illa olim se fuisse, aut futurum credidisset. Sed, si re uera ab  
illis abstinuit, id frugalitati ipsius, ex communi omnium consensu, esset refe-  
rendum: quamuis iisdem ferme verbis perperam vtatur Seneca in Epistolis. Nunc  
pius ad religionem accedo, vt in ijs immoer aliquantisper, an scilicet spera-  
uerit ille quandoq. se ad Deos profecturum, an item timuerit ad inferos descē-  
surum. Primum itaq. Pythagoram Musis Hecatombæ fecisse, quod triangulis  
rectanguli subiectum latus lateribus continentibus æquiuale repperisset, testis  
est Laertius lib. 8. & Apollodorus Arithmeticus: cuius carmina duo citantur  
apud Athenæum lib. 10.*

Pythagorica  
symbola.

Deos quosdam  
quo modo nun-  
cupauerit Py-  
thagoras.

Pythagoræ re-  
ligiosum dictū  
Plutarchus in  
lib. de Superst.

De pythag. reli-  
gione.

Deorū plerq.  
appellationes.  
pythag. fragili-  
tas.

Alexis.  
Antipho.  
Athenæus.  
Antiphanes.  
Lycon.

Syriani Con-  
cordia orphei,  
pythagoræ, &  
Plat.  
Suidas.  
Aristoxenus.  
pythag. cur ani-  
malibus vesci  
noluit.

pythagoræ fa-  
cta Numinibus  
fecisse.  
Musis hecatombæ

Diog. Laertius

Apollodorus  
M. Tullius  
Vitruuius  
Euclides

Sacra nulli cre-  
dita sine Deo.  
Iamblichus  
Templum a  
Crotoniatis, &  
Metapontinis,  
pythagoræ cre-  
ditum.  
Trogus  
Iustinus

*Cum famosus Pythagoras descriptionem linearum celebrem  
Repperit, ob quam nobili sacrificio boues immolauit.*

Licet Bouem dixerit Cicero 3. de natura Deorum. Cuius etiam sacrificii meminit Vitruuius. Propositio tamen exstat integra apud Euclidem 47. primi, & Juniorum quempiam lib. 5. c. 9. Animaduersionum. Immolauit itaque, & sacrū fecit Pythagoras. Deos igitur posuit, quandoquidem nulli credita sunt sacrificia sine Deo. nam, vt recte Iamblichus, nisi diuina sint, vbiq. tollitur sacrificij virtus, quæ in quadam Deorum ad homines communionem consistit. frustra etiã facturos Crotoniatis, & Metapontinos exclamassent, quo tempore extremum diem Pythagoras obiuit, cum populi illi, ob illius viri venerationem, ex domo eius templum erexissent, & virum pro Deo coluissent, vt habet ex Trogo libro vigesimo Iustinus. nam, quos ipse docuit nullos esse Deos superos, aut inferos, iure ego redarguere potuissem, ne novos facerent, quos natura ipsa non fecerat, nec ipse Pythagoras fuisse crediderat: frustra insuper ipse suæ vitæ sanctitate,

**A** tate, & abstinentia Crotoniatis mulieres eo perduxisset, vt auratas vestes, or-  
namenta q. lasciuia in templo Iunonis consecrarent; quemadmodum Vo-  
laterranus lib. 18. Anthropologiæ refert. Mirarer etiam magis atq. magis, qui  
corporis cultū damnauerit in quodam e suis discipulis, qui, cum esset attentus  
curando corpori, id ageret, vt obesus esset, & nitida cute videretur. cui Pytha-  
goras, Hic (inquit) non definit sibi carcerem molestiorē struere. hoc autem dixit  
rat; vt auctor est quidam, eo quod senferat, hominem esse animum corpori,  
tamquam carceri, inclusum. quod quidē quo magis reddas habitus, eo magis  
incorpoream vim animi grauabis. Si vero etiam Pythagoræ sunt illa poemata,  
quæ sub Orphei nomine circumferuntur, quæq. ipse sub illius herois nomine  
circumferri voluit, iam plura inde nostris votis respondebunt, quam desideramus,  
& Ouidius contra recusabit. nam in Typhonis suffimento ita exorditur,  
**B** Renato Perdrierio interprete:

*O subterraneam habitans domum, fortis animo,  
Tariarcum campum umbrosū, & luminibus carentem.*

Et paullo infra:

*Qui thronum firmasti sub tenebroso loco,  
Longum meatum habentem, laborem non sentientem,  
Spiritus desertorem, incognitum infernum:  
Nigrumq. Acherontem, qui habet radices terra.  
Qui imperas mortalibus mortis gratia &c.*

**C** Et in hymno Persephones paullo post principium inquit:

*Plutonis honoranda uxor, incluta vitæ datrix:  
Que tenes inferni portas sub profunditatibus terra.  
Praxidice, amabilis, comis, Iouis germen purum,  
Furiarum genitrix, subterraneorum Regina.*

Et in Furiarum suffimento vocat tres illas furias, Alecto, Tesiphonem, & Megeram:

*Nocturna, abdita, sub profunditatibus domos habentes  
Antro in obscuro, ad Stygis sacram aquam.*

**D** Quid igitur dixit Ouidianus ille Pythagoras, non timēda esse Stygia, vt que  
vana sint nomina? immo vero credidit antiquitas, si Porphyrio nos credimus,  
qui in vita Plotini inquit, Platonē, & Pythagorā apud inferos commorari apud  
Minoem, Rhadamantū, & Aeacum, non tamquam iudicandos, sed tamquam iu-  
dicij inferēdi, damniq. consortes. mirarer insuper Aristotelē, qui, cum symbolo  
illud Pythagoræ, A fabis abstineto, exponeret, dixerit, a fabis abstineri ius-  
sisse, quod inferorū portis essent similes. Et alias addit expositiones Diogenes  
Laertius ex Aristotele in libro de fabis. quod si nouisset, ex Pythagoræ sentē-  
tia, neque Stygia, neque tenebras reperiri, frustra certe talem inter ceteras af-  
signasset expositionem. neque nos deceptos voluit tantus vir, neque se ipsum hi-  
storix ignorantia sefellisse credendum est: cuius adeo cupidissimum fuisse le-  
**E** gimus, vt neque celo, neque terræ quidquam ignotum dimitteret, & si de natu-  
ralibus hæc intelligantur, scimus tamen, cum ex alijs, tū ex Politicis libris præ-  
cipue, humanam historiam fuisse sibi notissimam, & eam potissimū, quæ ad re-  
publicarum mores pertineret, atque item eam maxime, quæ in illius Italiæ  
angulo gesta sunt, in quo Pythagoras (apud Locros inquā) diutissime vixit, &  
conuersatus est, quin etiam primū vitæ diem inspexit, si nonnullis credimus: li-  
cet Iamblichus Samiū, Pierius Valerianus, ex Clemente, ni fallor, Alexandri-  
no, Tuscum faciat, alij etiã, si recolo, Aegyptiū. Sed ad vtrosq. reuertor. Anno  
integrali Pythagoras, matre sola conscia, sub antro ipsi necessaria submi-  
strante

Lasciuia orna-  
menta suadete  
Pyth. Iunoni  
consecrata.  
Volaterranus.

Pythagoræ di-  
ctū in obesum  
quendam.

Orphei Carmi-  
na, Pythagoræ  
esse videri.  
Orphei  
Typhonis suffi-  
mentum.

Persephones  
hymnus.

Furiarum suffi-  
mentum.

Porphyr. in vi-  
ta Plotini apud  
inferos, inquit,  
Pythagorā, &  
Platonē iudi-  
ces degere.  
A fabis abstine-  
to, pythagoræ  
symbolum ab  
Arist. interpre-  
tatum.  
Diog. Laert.  
Aristotelis Po-  
litici libri, hi-  
storica cogni-  
tione referti.

pythagoræ va-  
teria incerta.

Anno integro  
latuisse.

nistrante: tandē egressus, vocata ad se audiendū concione, ex inferis adscendit se confessus est, atque, vt fidē faceret, recitasse quiddid euenisset: atqui forsasse potuit alijs ob suam auctoritatem persuadere, quod ipse non credidit, potuit magicis artibus aquilam (vt antea dicebamus), superne, volitantē deducere, femur aureū ostendere, arcum ab hyperboreo accipere, quo momento temporis se, quocumq. libuisset, conferre posset: adde insuper, vrsam domare potuisse, ita, vt nulli vquam antea nocuerit. quæ omnia ad magicas artes, etiam me libenter asserēte, referantur. & hoc sane mihi responderi cupiebam. nam, si magicis ipse utebatur artibus, effugi certe non potest, quin fateamur, ipsum cū dæmonibus habuisse commercium. quod si mali dæmones conceduntur, quis negabit, reperiri etiam bonos, atque ælestes. Deos; iamq. adeo clariora sunt illa, quæ de Deo in suis symbolis habentur, quæ vt ab vilo quoq. negari possint, cum iusserit, superis, impari numero; inferis, pari esse sacrificandam. sed neque superis sacrificare debebat gens, quæ nihil inde sperat, neque inferis, quæ nihil inde timet. neque etiam assequuntur, id, quod volunt, Plinius, aut alij, qui symbolum illud exponunt, Aduersus Solem ne mirro. similiter, qui ita intelligat illud, Surgens e lecto, vestigiū corporis confundito, ac si maligni spiritus locis humano corpore impressis incubent. frustra etiam laborant, si exponant illud, In anulo Dei figuram ne gestato, Ne libaris Dijs, Ex vitibus non amputatis ne sacrificato, Sine farina adorato, Circum actus adoraturi, se deant. nam, quorsum, quæso, hæc ita religiose non modo exponere, sed ne quidem proferre, si is, qui talia dixit, religionē omnem e medio iustulit? Quidue tandem de Deo senserit, non obscure, neque symbolice Iustinus Martyr fidedignus est auctor in Admonitorio gentium. *Deus* (inquit ipse de mente Pythagoræ) *vnus est, neque, vt nonnulli suspicantur, extra mundi ornatum, sed in ipso omnino est, atque omnes uniuerso in circulo generationes considerat, annos omnes, & secula temperat, potestates dispensat, & opifex omnium, quæ in celo sunt, principū, illuminator, & Pater omnium cunctorum, præterea, quæ in circulo sunt, mens, motus, & vita.* Omitto nunc, quæ Timæus habet Locrus, si modo ad Pythagoræ doctrinā sint referēda. cui vni si fidem adhibere voluerimus, plura profecto inde retulerimus, quæ ad pietatē, & veram religionem spectant, quæ Ouidij verba præferant. Si vero etiam aurea ipsius carmina inspexerimus, & quæ optimus ille vir Hierocles ibidē exponit, certe parum fere aberit, quin ipsum moribus quouis Ethnico meliorē existimemus. ceterū esto: sit Ethnicus; putet, animā incorporeum esse Dæmonē peccato delapsū, vt Franciscus Picus c. 13. lib. 1. doctrinæ gentiū Pythagoræ tribuere videtur. esto: sit etiā, volente Chrylostomo in hom. 2. de Pythagoræ mēte, anima ipsa Deus, & ita (vt Chrylostomi verbis utar) Pythagorici superabundantiā confusionis relinquāt muscas, & canopes, & arbores, hominū dicentes fieri animas, etiam Deū ipsum animā esse dicentes, & aliqui quadā talia deformantes. satis interim nobis fuerit, nullū sese offerre locū, in quo non contrariā illius Poetæ sententiā inueniamus, & inferos esse, & animū ad cælū ascendere fateamur. nam ipse dicere erat solit⁹, si, deposito corpore, æthera adscēderis, eris immortalis. quorū verborū si auctor est Pythagoras, nihil impedit, quo Ouidij sententiā de loco penitus deturbare vereamur: tandem vero, si Diogenis verba ex libro octauo ad trutinā expendere voluerimus, quæq. ex Heraclide Pontico ipse refert, Pythagoram certe ab hac metempsychosi prorsus liberabimus, & solum Platonem in huius erroris pelago immeritum deseremus. elicio enim ex verbis Diogenis, Pythagoram haud illum quidem vniuersalem asseruisse migrationem, neque id voluisse, vt ad suos talis sententiā transmitteretur, quin sibi suam particularem metempsychosim accidisse, ope Mercurii fuisse confesum, vt in tot

Si mali dæmones concedantur, reperiri etiam Deos, ne gari non possent. Quibus numeris quibus dijs sit sacrificandū. Ex pyth. Plinius.

Quorundam Pythagoricorū symbolorū interpretatio.

Iustini Martyris testimonij de Deo Pythagoræ.

Timæus Locrus. Aurea Carmina. Hierocles.

Franciscus Picus.

Chrylostomus

Pythagoræ dictum. Diogenes Laertius. Heraclides Ponticus.

Pythagorā sui ipsius migrationem tantū alijs ereditam esse voluisse.

VIROS

A viros transferit. ipsum enim hæc dicere esse solitum, se olim fuisse Athalidem, Mercurij filium creditum. Mercurio autem optionem ei concedente, vt, præter immortalitatē, peteret a se quiddid vellet, petijisse, vt viuens, & mortuus, omnium, quæ accidissent, memoriam haberet. Id muneris a Mercurio affecutum post fata in Euphorbum Aetholidis animam transijisse, qui a Menelao vulneratus est; post in Hermotimum; tandem, in Pyrrhum Delium Piscatorem; vltimo; in Pythagoram, atque has omnes *μεταμυχησας* se memoria tenere; quæque apud inferos, & superos interim gesta essent, probe nosse affirmabat. Hæc ex Diogene. Vt plane colligam, grauitur illos errasse, qui oratione illa Pythagoræ, quasi vniuersali præiudicata sententia, vniuersum genus humanum commigrare voluissent. si vero tamquam particularem agnouerit, vt ea tantum narret ibidem Pythagoras, quæ vni sibi ope vnus Mercurij accidissent, frustra deinde mortales a religionis timore infera loca destruendo dehortatur. tandem Pythagoræ aut nullam assertam esse migrationem, aut suam tantum propriam, particularemque dicimus: vel denique, si Timæo Locro credimus, posuisse illam quidem, vt minaretur, tales pœnas, quibus vulgariū animos deterrere possit: vt, quemadmodum corpora remedijs morboſis sanari debeant, nisi cedant saluberrimis, ita & animi falsi sermonibus coerceantur, nisi ducantur veris. Hæc autem cum vidisset Bessario, putauit tantundem de Platonica migratione dici potuisse. sed, quam non recte, iam ex proprijs Platonis fontibus, & sibi, & sectatoribus est conelamarum, atque adeo, vt in tot inanum antiquorum commentationibus nullum æque ac Pythagoram tali migrationem modestius fuisse vsū, si modo Timæi verba Pythagorica esse fatebimur; contra vero, nullum æque ac Platonē in eandem prauitatem cæcūisse credamus. Quod si Pythagoræ quamuis profanam religionem ex eius discipulorum scriptis, quorum vix pauca fragmenta nunc exstant, quasi Leonem ex vnguibus, æstimare liceret; videbis modo, quam præclare de virtutibus vtendis magis, quam cognoscendis, pronuncient; & quam vnanimi consensu in hoc conueniant, vt per virtutem brutas, & rationis compotes animæ partes componant; quamq. iidem ipsimet timeant, ne irrationalis animæ pars superiori parti imperet; & insuper, quam exoptent, vt virtutum apparatu ad beatitudinem, & ad Deos aditum sibi quærant; vt impie certe faciat, si quis putet, Pythagoricos animos sua vitæ morum probitate cælestem semper exoptare beatitudinem, aut etiam terrenam, & tamen brutalem vitam sese effugere non posse existimare: Itaque, quid de Dijs, quid ue de inferis illi senserint, singulorum sententias propriis verbis huc transferam, & extremam coronidem nostræ de Pythagora sententiæ imponam.

Timæus Locrus.

Bessarioſi la- psus vnde sibi acciderit.

Pythagoræ doctrinam, cum suis scriptis ipsa non conſtat, ex eius sectatoribus esse deprehendendam. Pythagorici in quo potissimū insudent.

Hippodamus Thurius Pythagoricus, ex lib. Hippodamus. de beatitudine ex Stobæo.

Animalia, beatitudinis alia capacia sunt, alia nō sunt capacia. capacia sunt, quæ ratione sunt prædita, quandoquidem beatitudo sine virtute subsistere non potest. virtus autem, in eo, quod rationis est compos, cernitur non sunt, quæ ratione carent.

Animalium di- uisio. Beatitudo, & virtus. Virtus in ratio- ne.

Sf 2 Euripha-



**Euriphamus Pythagoricus,**  
in libro de vita.

**EVRI PHAMVS.** Perfecta hominis vita, quemadmodum Deo cedit, quoniam ipsa perfecta non est, ita brutis præstat, quoniam virtutis, & beatitudinis est particeps. nam nec Deus externam causam requirit, (cum enim natura bonus, & beatus sit, per se perfectus est) nec brutum vllum. etenim, cum ratione careant, actionum quoque carent scientia. At hominis natura partim sui est consilij, partim etiam diuinum requirit auxilium.

**Hipparchus Pythagoricus, in lib.**  
De Animi tranquillitate.

**HIPPARCHVS.** Cum breuissimum sit humanae vitæ tempus cum æternitate collatum, pulcherrimam homines tamquam peregrinationem instituent, si in animi tranquillitate viuere statuerint.

**Architas Pythagoricus, in lib. de**  
bono viro, & beato.

**ARCHITAS.** Ac Dei quidem beatitas est, & vita præstantissima propria. hominis autem, e scientia, virtute, ac tertia felicitate componitur. scientiam dico, Deorum, ac Dæmonum sapientiam, tum hominum ac rerum ad vitam pertinentium prudentiam.

**Theages Pythagoricus, in lib.**  
De virtute.

**THEAGES.** Rerum diuinarum, ac præstantissimarum cognitio, beatitudinis humanae principium, & causa.

**Metopus Pythagoricus, in lib.**  
De virtute.

**METOPVS.** Cum rationis compos pars moderatur expertem, Tolerantia gignitur, & Continentia. cum altera imperat parte altera, & inter se ambæ consentiunt, Virtus nascitur.

Clinia

**Clinia Pythagoricus:**

Sunt initia iuuenes, & Deorum, & legum honorem docendi. sic etenim omnine factum humanum, totaq. vita, si non desit successus, sanctimoniam, pietatisque particeps erit.

**CLINIA**  
Vnde humana operatio exordiri debeat.

**Theages Pythagoricus, in lib.**  
De virtutibus:

Quapropter inter Deos, magnam vim habet, & inter homines, iustitia. Tottius enim, atque vniuersi, tum internos, tum inter illos communionem hæc virtus continet. ac Themis quidem apud superos, Dice autem apud inferos, Lex vero inter homines prædicatur, hæc porro iustitiam supremam esse virtutem indicant.

**THEAGES**  
Iustitiæ vis  
Themis  
Dice  
Lex

**Crito Pythagoricus, in libro de**  
Prudentia, & Felicitate.

Nec aliter vniuersum subsistere potuisset, nisi & creatum cum diuino, & quod semper patitur cum eo, quod semper mouet, fuisset compositum. In homine vero partis animi ratione carentis cum rationis compote compositio fit virtus.

**CRITO**  
Vniuersum quomodo subsistat.  
Virtus in homine ac quomodo.

**Architas Pythagoricus, in lib.**  
De bono viro, & beato.

Vir prudens ita fit maxime, naturam primum, quæ ingenio, memoria, ac labore valeat, nactus in ratiocinationibus, ac disciplinis, & accuratis contemplationibus, a puero rectam sectatus Philosophiam se exercent. Deinde Deorum, legum, ac viuendi generum experientiam sibi comparet.

**ARCHITAS**  
Vir prudens quomodo fiat.

**Polus Pythagoreus, in libro**  
De Iustitia.

In mundo quidem (de ipsa Iustitia loquens) totum administrans imperium, prouidentia, harmonia, ac dice vocatur, ex Deorum quorundam decreto; in vrbe vero, pax, & recta legum constitutio, in familia autem, viri, & vxoris inter ipsos concordia, famulorum erga dominos beneuolentia, dominorum de famulis cura, in corpore porro, quæ prima est, & omnibus animalibus carissima, sanitas, & bona valetudo, in animo denique, sapientia, quæ inter homines & scientia constat, atque iustitia.

**SOLVS**  
prouidentia vbi dominatur.  
pax  
Concordia  
Beneuolentia  
Sanitas  
Sapientia

Sf 3 Dio

Diogenes, in libro de Saturitate.

**DIOGENES,**  
Dei inuocatio.

Honestum hoc insuper Deum initio cenæ, & prandij inuocari, non quasi ipse aliquo horum indigeat, sed vt anima tantum ornamentum ex hac recordatione accipiat. cum enim ab eo simus, & muniminis facti particeps, decet, nos illud honore prosequi. cum autem Deus iustus sit, æquum etiam est, nos iuste omnia facere.

Charondas Cataneus, in Procœmijis legum.

**CHARONDAS.**  
Deliberationis initium a dijs. A prauis actionibus abstinendum.

Qui deliberant, aut quippiam agunt, a Dijs debent initium sumere. si quidem optimum est, vt parœmia dicit, Deum esse horum omnium auctorem. insuper, a prauis actionibus abstinere, & maxime propter consilium, quod cum Deo commune habemus: si quidem nullum sit Deo cum iniusto commercium,

Pythagoreorum Carmina.

**PYTHAGOREORVM**  
Carmina.  
Carminum initium.

Tandem, si quid pro tempore illo melius inter Ethnicos a quocumq. puro purgato animo audiri, quodq. aureis illis Pythagoreorum carminibus comparari possit, ex eorundem carminum principio, atque fine satis patere arbitror. Illorum enim initium ita legitur: Immortales primum Deos, sicuti lege dispositi sunt, honora. sed finis longe præclarior, quanto Nasoni exosus magis esse potuit, cum ait: Sin autem relicto corpore commigres ad liberum ætherem eris immortalis Deus incorruptibilis, nec amplius morti obnoxius.

**HIEROCLES.**

Quid autem Hierocles de Pythagoreorum mente ibidem congerat, ad eundem æquum bonumq. lectorem remitto; & ad Pythagoræ defensionem, quandoquidem satis dictum puto, verbum non amplius addam.

CAUTIONES.

Athanasius lib. 6. de beat. fil.

**ATHANASIVS.**

Si quis confitetur animas hominum in resolutionem rursus in Mundo, aut in pecudibus, aut in serpentibus verti, athatiana sit.

D. Irenæus Episcopus Lugd. aduersus hæreticos Valentini, & simillium.

**IRENEVS.**  
Non inigere animas, quia non reminiscuntur.

De corpore inuicem in corpus transmigrationem ipsorum subuertamus, ex eo, quod nihil omnino eorum, quæ antea fuerint, meminerint anima. si enim ob hoc emittantur, uti in omni fierent operatione, oportebat eas meminisse eorum, quæ ante facta sunt, uti ea, quæ decerant, adimplerent, & non circa eadem semper voluntates

**A** continuatim miserabiliter laborent. Non enim poterat corporis admixtio in totum uniuersam ipsorum, quæ ante habita erant, extinguere memoriam, & contemplationem, & maxime ad hoc uenientes. Quo modo enim nunc soporato, & quiescente corpore quæcumque anima ipsa apud se uidet, & in phantasmate agit, & horum plura reminiscens communicat cum corpore, & est quando & post plurimum temporis quæcumque per somnium quis uidit uigilans annunciat, sic utique reminisceretur & illorum, quæ, antequam in hoc corpus ueniret, egit. si enim hoc, quod in breuissimo tempore uisum est, uel in phantasmate conceptum est, & ab ea sola per somnium, postquam commixta sit corpori, & uniuersum membrum dispersa commemoratur, multo magis illorum reminisceretur, in quibus temporibus tantis, & uniuersa præterita uita secula immorata est. Quæ cum dixisset Diuus Irenæus, patet, in Platonem uerbi disputationem, nam, posita animorum reminiscencia, quæ Platonica est, in impium dogma insurgit. quod etiam ex capite sequenti sexagesimo fit manifestum, ubi contra Platonis obliuiofas animas insurgit.

Frustrarentur sua poenitentiâ.

Ratio ducta à somno.

Tert. lib. de anima, cap. 34. & 35.

**C** Nulla quidem ad hodiernum dementiæ huiusmodi sententia erupit sub nomine heretico, quæ humanas animas refringat in bestias. Sed necessarie hanc quoq. speciem intulimus, & exclusimus, ut superioribus coherentem, quo perinde in panone uideretur Homerus, sicut in Pythagora Euphorbus: atque ita hac etiam metempsychosis, siue metempsychosis repercutta, illa rursus cederetur, quæ aliquid hereticis subministravit. Nam & Simon Samarites in Actis Apostolorum Redemptor Spiritus sancti, postquam, damnatus ab ipso cum pecunia sua, interitum frustra fleuit, conuersus ad ueritatis expugnationem, quasi pro solatio uisionis fultus etiam artis suæ uiribus, ad prestigias uirtutis alicuius, Helenem quandam Tyriam de loco libidinis publicæ eadem pecunia redemit, dignam sibi mercedem pro Spiritu sancto, & se quidem fingit summum patrem, illam uero iniectionem suam primam, quæ iniecerat Angelos, & Archangelos condere: huius eam propositi compotem exsilisse de patre, & inferiora desultasse: atque illic præuento patris proposito Angelicas potestates genuisse ignaras patris artificis mundi huius, ab his perinde animo retentam ne digressa ea alterius gentimina uiderentur. Et iccirco omni contumeliæ addictam, ut nusquam discedere de pretiata liberet, humanæ quoque formæ succidisse, uelut uinculis carnis coercendam. ita multis uis per alios atque alios habitus femininos uolutatam etiam illam Helenam fuisse exitiosissimam Priamo, & Sesechori postea oculis, quem & excæcasset ob conuicium carminis, dehinc reluminasset ob satisfactionem laudis. Proinde migrantem eam de corporibus in corpora postrema dedecoratione sub titulo prostituisse Helenam uiliorem. Hanc igitur esse uicem perditam, ad quam descenderit Pater summus, Simon scilicet, & primum recuperata ea, & reuicta nescio humeris, an feminibus, exinde ad hominum respexerit salutem, quasi per uindictam liberandorum ex illis Angeicis potestatibus, quibus fallendis & ipse configuratus æquæ hominibus, & hominem ementitus, in Iudæa quidem filium, in Samaria uero patrem gesserit. O Helenam inter Poetas, & hereticos laborantem, tunc adulterio, nunc stupro infamem, nisi quod de Troia gloriosius eruitur, quam de Lupanari, mille nauibus de Troia, nec mille denarijs forsitan de Lupanari. Erubescere Simon tardior in requirendo, inconstantior in retrahendo. At Menelaus statim insequitur amissam, statim repetit ereptam, decennij prælio extorquet, non latens, non fallens, non cauillabundus. Vereor, ne ille magis pater fuerit, qui circa Helenæ recuperationem & uigilantius, & audentius, & diutius laborauerit. Sed non tibi soli metempsychosis hanc fabulam instruxit, inde etiam Carpocrates uicitur, pariter magus, pariter fornicarius, & si Helena minus, quid mirum cum propter om-

Simon Spiritus sancti redemptor damnatus cum pecunia sua.

Simonis Helena.

Simon ouis perditam.

Simoni Helenam per iocum exprobrat.

Carpocrates metempsychosian adhibet.

ier omnimodam diuinæ, & humanæ discipline euerſionem conſtituendam recorporari animas adſcuerauerit. Nulli enim vitam iſtam ratio fieri, niſi vniuerſis, que arguunt eam, expunctis, quia non natura quid malum habeatur, ſed opinione. Itaque metemphychoſis neceſſarie imminere, ſi non in primo quoque vita huius commeatu omnibus illicitis ſatisfiat, ſcilicet facinora tributa ſunt vitæ. ceterum toties animam reuocari habere, quoties minus quid intulerit, reliquatricem delictorum, donec exfoluat nouiſſimum quadrantem, de ruſa identidem in carcerem corporis. Huc enim temperat totam illam allegoriam Domini, certis interpretationibus relucentem, & primo quidem ſimpliciter intelligendâ. Nam & Ethnicus homo. Aduerſarius noſter eſt, incedens in eadem via vitæ communis. Ceterum oportebat nos de mundo exire, ſi cū illis conuerſari non liceret. Huic ergo bonum animi præſtes iubet. Diligite enim inimicos veſtros, (inquit) orate pro maledicentibus vos, ne aliquo commercio, negotiorum iniuria, prouocatus, abſtrahat te ad ſuum Iudicem, & in cuſtodiam delegatus ad exſolutionem totius debiti areris. Tum, ſi in Diabolum transfertur Aduerſarij mentio, ex obſervatione comitante, cum illo quoque moneris eam inire concordiam, que deputetur ex fidei conuentione: pactus eſ enim renunciare ipſi, & pompa, & Angelis eius. Conuenit inter vos de iſto. Hæc erit amicitia, obſervatione ſponſionis, ne quid eius poſtea reſumas ex his, que ei eiecaſti, que illi reddidiſti, ne te ut fraudatorem, ut pacti transgreſſorem, Iudici Deo obijciat, (ſicut eum legimus alibi, Sanctorum criminatorem, & de ipſo etiam nomine Diaboli delatorem) & Index te tradat Angelo executionis, & ille te in carcerem mandet infernum, vnde non dimittaris, niſi modo dico quoque delicto mora reſurrectionis expenſo. Quid his ſenſibus aptius? quid his interpretationibus verius? Ceterum apud Carpocratem ſi omnium facinorum debitorum anima eſt, quis erit inimicus, & aduerſarius eius intelligendus? credo, mens melior, que illam in aliquid innocentia impegit, adigendam rursus ac rursus in corpus, donec in nullo readeprehendatur bonæ vitæ. Hoc eſt ex malis fructibus bonam arborcm intelligi, id eſt, ex peſſimis præceptis doctrinam veritatis agnoſci. Spero huiusmodi hæreticos Helia quoque inuadere exemplum, tamquam in Ioanne ſic reſtatuati; ut metemphychoſi patrocinetur pronuntiatio Domini. Helias iam venit, & non cognouerunt eum. Et alibi: Et ſeruentis audire, hic eſt Helias, qui venturus eſt. Numquid ergo & Iudæi ex opinione Pythagorica conſulebant Ioannem, Tu eſ Helias, & non ex prædicatione diuina, & ecce mitam vobis Heliam Theſbitem, ſed enim metemphychoſis illorum reuocatio eſt anima iam pridem morte functa, & in aliud corpus iterata. Helias autem non ex deceſſione vitæ, ſed ex translatione venturus eſt, nec corpori reſtituendus, de quo non eſt exemptus, ſed mundo reddendus, de quo eſt translatus, non ex poſtliminio vitæ, ſed ex ſupplemento prophetiæ, idem & ipſe, & ſui nominis, & ſui hominis. Sed quomodo Helias Ioannes? habes Angeli vocem, Et ipſe (inquit) præcedet coram populo in uirtute, & in Spiritu Helia, non in anima eius, nec in carne. Hæc enim ſubſtantia ſui cuiuſque ſunt hominis. ſpiritus vero, & uirtus extrinſecus conferuntur ex Dei gratia: ita & transferri in alterum poſſunt ex Dei uoluntate, ut factum eſt retro de Moſei ſpiritu. Hæc pauca e Tertulliani capitibus trigefimo quarto & quinto aſſerre maluimus, quam a capite vigefimo octauo exordiri, vnde in Pythagoram, & Platonem diſputationem aggreditur. immo vero ſunt alia non minus illuſtria loca, in quibus ad eodem confutandos reuertitur: ut in libro de reſurrectione cap. i. ubi cum Pythagora Empedoclem ſimul, & Platonem redarguit. & in lib. de teſtimonio animæ, cum de reſurrectionis cauſis loqueretur: Ea (inquit) opinio Chriſtiana, & ſi honeſtior multo Pythagorica, que te non in beſtias transfert, eſt plenior Platonica, que tibi etiam dotem corporis redit, eſt Epicurea gratior, que te ab interitu defendit, tamen propter ſuum nomen ſoli nanitati, & ſtupori, & ut dicitur, præſumptioni deputatur.

D. Greg.

In Carpocratem:

Timet Tertullianus, ne, qui metemphychoſim admittunt, Elia etiã exemplo perperam expoſito decipiuntur. Metemphychoſis & Elia diſcrimen.

Tertulliani alia pleraque in Metemphychoſim loca.

D. Greg. Nyſſenus in lib. de hominis opificio, cap. xxviii.

Diuus autem Nyſſenus, poſtquam multis Pythagoreorum, & Platonicorum ſententiam explanauit, quam nos toto fere libro aperuimus, ita demum contra eandem habet: Hucusque progreſſa ipſorum oratio quamquam extra veritatis limites feratur, tamen continua quadam conſecutionis ſerie de abſurdis abſurda colligit. Deinceps vero, doctrina de fabulis meris conſtituta, rebus nullo plane pacto ne ſibi quidem coherentibus, pertexitur. Conſequitur enim porro, animum profuſus interire. Nam, qui ſemel de ſtatu eccellente velut excidit, numquam vitiorum in curſu metam ad aliquam, ubi deinde quieſcat, peruenire ſcilicet poterit. Sed propter ipſius animi erga morbos, & perturbationes affectionem de natura compote rationis ad allam huius expertem tranſibit, de hac rursus ad plantas, ſenſu etiam carentes, quibus ea natura eſt proxima, in qua profuſus anima nulla eſt, poſtquam nihil eſt aliud reliquum, niſi de inanimato in nihilum commigratio. De quo colligi poteſt, animum per ipſorum rationes vniuerſe tandem exſtinctum iri, ideoque fieri non poſſe villo pacto, ut ad ſtatum præſtantiorem redeat. At enim hi animum ex arbuſto ad hominem reducunt. quamobrem oſtendunt, ſe ſtatueri vitam in arbuſto præſtantiorem illa eſſe, quam extra corpus animus agit. Eſt enim demonſtratum, non poſſe ad ſtatum deteriore animum progredi, extra quam ſi ad inferiora prolatabatur. Eſt autem proxime infra naturam ſenſus expertem profuſus in anima inquam continua ſerie doctrinæ ipſorum principium tandem animum deducit. Quod ſi hoc velle ſe negant, fateantur neceſſe eſt, vel ad extremum profuſus animum nature ſenſus experti manere incluſum, vel ſi de hac ad vitam humanam reuertatur, id eſſe uerum, quod ante diximus, ex hoc ſequi, præſtantiorem ſcilicet ab eis eam vitam ſtatu, que in lignis exiſtit, vita, & conditione principis: quando a principe conditione ſit ad uitium prolapſo, a natura vero ſenſus experte ad vitam reditus. Ergo tota ipſorum ratio, & capite caret, & ſine, quia probare conantur, animos, antequam in carne uiuant, inter ſe degeri; vitijque primum contaminatos, corporibus alligari.

Idem in diſputatione de Anima, & reſurrectione, paulo poſt medium.

Quid igitur dicere oporteat, videamus. Ac magiſtra quia noſtra quidem, inquit, Philoſophia alieni ſunt in diuerſis opinionibus, alius aliter ex parte quadam de reſurrectione doctrinam attigerunt, nec plane cum noſtris ſentientes, nec penitus ab huiusmodi ſpe aberrantes. Nam nonnulli quidem rem communicando contumelia aſſiciunt, ac dehoneſtant humanum genus, eandem animam cenſentes inuicem tum hominis, tum ratione carentis, ac bruti fieri animalis, alia poſt alia ſubinde corpora induentem, & ad id, quod placeat ſemper tranſcuntem, uel volatile, uel aquatile, uel terreſtre animal poſt hominem fieri, ac rursus ab his ad humanam redire naturam. Alij vero etiam ad fructus eiſmodi deliramentum extendunt, ut etiam arboream, ac ligneam ei vitam conuenientem, atque commodatam eſſe putent. Nonnullis vero hoc ſolum videtur, videlicet, quod ex homine ſemper alium hominem inuicem ſumat, & per eaſdem omni tempore humana vita exigatur, atque regatur, cum nunc quidem in his rursus, item in alijs eadem in perpetuum anima ſint. Nos autem commodiſſimum eſſe cenſemus, ut, ab Ecclēſiaſticis ſententijs,

GREG. NYSS.

Migrationem poſtam quomodo Animæ interitus conſequatur.

Sequi, etiam vitam, que eſt in arbuſto, & in plantis, præſtantiorem futuram.

IDEM. pag. 86. vſque ad 810. In doctrina de reſurrectione quomodo non biſcum conueniant Philoſophi, aut a nobis diſcrepent. Variæ de Migratione ſententiæ. primus modus. Modus alter. Tertius modus.

A philosophis migrationem affuerantibus quid nobis accipiendum sit doctrinae resurrectionis com-mune. Simile.

Dissimile.

Migrantium Philosophorum confutatio.

Quod proprie rates nature confundantur.

Quod omnia unum facere videantur.

Vnitatis, vel potius confusionis argumentum exaggerat D. Greg.

zentijs, atque decretis exordientes, isque quasi fundamentis nixi, tantum dumtaxat de A opinionibus eorum, qui hęc philosophico more tractauerunt, accipiamus, quantum satis sit ad demonstrandum, eos aliquo modo conuenire cum doctrina resurrectionis. Nam, quod dicunt, animam, postquam a corpore disuncta fuerit, rursus penetrare, & insinuare se in aliqua corpora, non admodum discrepat ab ea, quam speramus, resurrectione, quoniam & nostra quoque. Scriptura dicit, ex elementis mundi & nunc constare nostrum corpus, & in posterum constat, & constitutum iri. & idem externis Philosophis placet. Non enim aliunde constari corpus excogitare possint, quam ex concursu elementorum. Differentia autem, & controuersia, in eo consistit, quod a nobis quidem dicitur, idem rursus circa animam eandem concretere corpus, quod ex istis elementis coeat, & concinetur, illi vero putant, ad alia quaedam corpora, tum ratione predicta, tum rationis, atque adeo sensu, experia, animam redigi, atque transire. quæ quidem corpora quin ex partibus mundi consentur, non dubitatur. nec de ea re controuersia est, sed in eo dissensio est, quod illi non putant, ex istis partibus eam constari, quæ partes ab initio in carnali uita anima adhaeserant. Hęc, & alia pleraque multa habet Nyssen. post quæ ita subdit: Ergo, ueri quidem non absimile esse, quod anima rursus in corpore existat, externæ Philosophiæ testimonio comprobatum esto. Quod autem eorum doctrinam consistere non possit, tempestiuum fuerit dispicere, atque per eam, quæ ex recta, ratione nobis existit, consequentiam, quoad eius fieri potest, ostendere, ac declarare ueritatem. Quenam igitur hisce de rebus oratio est? Quibus ad diuersas naturas animam transire, atque migrare placet. hi mihi proprietates nature confundere uidentur, omnesque res inter se confundere, atque commiscere: ratione carens, ratione præditum, sensu præditum, sensu carens. Si quidem hæc inuicem aliud in alio sint: nullo nature quasi carcere, & claustro, immutabiliter alterum ab altero dirempta. Nam eandem animam dicere nunc quidem & ratione, & intelligentia, atque cogitandi uis præditam per talem quendam corporis amicum fieri, rursus uero cum reptilibus in cauernis latitare, aut cum auiculis congregari, aut sarcinas gestare, aut crudis carnibus uesci, aut submersam esse, aut etiam in sensu carentem naturam degenerare, ut uel radices agat, uel arbor euadat, ramorumque germina producat, & in his uel stas, uel spirina, uel aliquid nutriendi uis præditum, uel noxium fiat, atque euadat, nihil aliud est, nisi omnia idem esse putare, unamque in rebus uniuersis esse naturam, inconflua quadam, & indistincta, atque indiscreta communione secum commixtam, nulla proprietate alterum ab altero secernente. Qui enim dicit, idem in uniuersa natura rerum fieri, nihil aliud, quam omnia unum esse, uult, ea, quæ in rebus uniuersis apparet, differentia, nullo modo earum rerum, quibus inter se nulla communio est, permutationem impediens, ut necesse sit, ut, etiam si aliquam bestiam uenenatam, & carnioaram, uideat sui generis, atque cognatum sibi putet id, quod uidetur, neque cicutam quidem, is tamquam alienam ab sua natura adspiciet. Si quidem etiam in plantis cernit humanam naturam, ac ne tali quidem suspitione de ipso racemo carbit, qui racemus ad usum uitæ producit. etenim is quoque de genere germinum, stirpium, ac plantarum exterra enascentium, atque prouenientium est: germina autem etiam nobis sunt fruges spicarum, quibus nutrimur. Quomodo igitur falcem aduouebit spicis secandis? quomodo item exprimet racemum, aut ex aruo spinam effodiet? aut florem decerpit? aut aues uenabatur? aut ex lignis rogam accendit? cum incertum sit, an ne cognatis, aut parentibus, aut popularibus manibus asserantur, & per eorum corpus uel ignis accendatur, uel crater temperetur, uel cibus paratur? Nam, si quis putet, animam hominis per unum quodque horum, plantam, uel animal fieri, ac nulla apposita esse signa, quibus notetur, qualis quidem sit ex homine planta, uel animal, quale item id, quod aliter factum sit: aduersus omnia parit er; & eodem modo, qui eiusmodi persuasionem præceperit, effectus, & animatus erit, ut etiam necessario uel aduersus eos quoque,

A que, qui in rerum natura uiuunt, homines asper, & immitis sit, aut, si quidem natura aduersus propinquos, & populares ad humanitatem propensus, & inclinatus est, eodem modo aduersus omne animatum affectus sit, siue id inter reptilia, siue inter feras fuerit; quin etiam, si in siluam arborum peruenit is, qui hanc doctrinam amplexus sit, cæcum, atque conuentum hominum arbores existimabit. Quæ nam ergo uita ratio est eius, qui uel aduersus omnia propter necessitudinem, ac propinquitatem, quam subesse putet, pius, officiosus, ac sollicitus, uel etiam aduersus homines, propterea quod inter eos, ceterasque res nihil interesse existimet, asper, immitis, inhumanus, & inofficiosus sit? Ergo, ut etiam dictis apparet, reiicienda fuerit eiusmodi oratio, atque doctrina, multis etiam alijs rebus haud imbecuto nos abducantibus ab huiusmodi opinione. Nam audiui ex ijs, qui talia tradunt, quod nationes quædam animarum esse ponant in peculiari quadam Ciuitate, antequam ad corpoream uitam deueniant uiuentes: quæ in tenui, atque agili sua natura una cum reuolutione, atque conuersione uniuersitatis uagentur, atque oberrent, propensione uero quadam ad uitium, atque nequitiam quasi defluentibus pennis, animas intra corpora redigi, primum quidem humana, deinde eodem modo propter consuetudinem ratione carentium affectuum, atque perturbationum, postquam e uita humana excefferint, in pecora degenerare, atque inde usque ad hanc plantarum, sensuque carentem uitam delabi, adeo, ut natura tenuis, atque agile, sic ut an ima est, primum quidem ponderosum, ac deorsum uergens efficiatur in corpora humana propter uitium, atque nequitiam immigrans, deinde ratione prædita uis existit. Ita in ratione carentibus uitam degere, illinc uero sensuum quoque dono adepto hanc plantarum uitam, quæ sensus expertus est, inuicem suscipere, ac postea rursus per eandem gradum ascendere, & restitui in locum caelestem. Atque huiusmodi doctrina ab ijs, qui uel mediocriter exercitatio fuerint, ex se ipsa facile deprehenditur, nullum in se stabile firmamentum habere. Nam, si a caelesti uita propter uitium, & nequitiam ad ligneam uitam anima detrahatur, ab ea uero rursus propter uirtutem ad caelestem recurrat, reperitur eorum oratio dubitare, quid præstabilius, magisque preferendum putet, ligneam uel, an caelestem uitam. Circuitus enim, & quasi orbis quidam est, qui per similia peragitur, at quoque consicitur anima semper, ubicunque fuerit, nullum firmum, certumque consistendi locum habente. Nam, si ex incorporea uita ad corpoream delabatur, & ex illa ad eam, quæ sensu caret, itemque, illinc rursus ad incorpoream recurrit; nihil aliud, nisi indistincta, atque indiscreta, tum malorum, tum bonorum confusio, ab ijs, qui hæc tradunt, fingitur, & existimatur. Neque enim caelestis uita in beatitudine permanebit: si quidem uitiositas illic uincens inuadit, neque ligna, ac stipites uirtutis expertes erunt. Si quidem hinc ad bonum recurrere, illinc uero uitiose, uitæ initium sumere animam putant. Nam, si anima, quæ una cum celo uersatur, cum uitio, atque nequitia consistatur, ac propter uitiositatem ad materiale, ac siluestrem uitam detrusa, rursus hinc subuehitur, ut uitam degat in sublimi, res nimirum inuersa ab illis asseritur, atque affirmatur; nempe, quod materialis quidem uita uitiositatis expiatrix uim contineat: stellarum uero inerrantium, & celoque inherentium conuersio atque reuolutio, malorum causa, atque principium animabus existat, si quidem hinc per uirtutem alas adeptæ sublimes abeunt, atque caelestia contemplantur; illinc uero per uitium, atque nequitiam, quasi alis amissis, humiles, & abiecti fiunt, & ad terram depressi, cum crassitudine materialis nature commiscetur. Atque hæcenus nondum consistit eiusmodi sententiarum, atque doctrinarum absurditas, ut in contrarium inuersa sint opiniones. Sed ne hæc quidem perpetuo certa, stabilisque eia imaginatio, opinioque, permanet. Nam, si immutabilem dicunt caelestem esse naturam, quo pacto in immutabili passio, & affectio locum habet? Itemque, si affectibus, & uitijs obnoxia est inferna natura, quo pacto in eo, quod affectibus obnoxium est, passionum, atque affectuum uacuitas, & abolitio confici, atque expediri potest? Verum permiscet ea, quæ misceri non possunt, atque uniuert ea, quibus inter se nulla

Ridiculus quidam animarum populus tamquam auditus refertur a D. Nyss.

Assertionis modo dictæ labile fundamentum. Quod circuitus animorum nullum discrimen deteriorum a melioribus faciat.

Animam in celo cum uirio nitine conflitari. Cælum malorum causam animabus minime existere. Noua in assertiones argumentatio. In immutabili passionem minime locum habere. Affectibus obnoxium istem uacuum esse non posse.

platonis animam ob vitium e celo deducunt, & eandem illo, immortalitate potituram reducant.

nulla communio est, in affectione immutabilitatem, in mutabili rursus passionum, & affectuum abolitionem, & uacuitatem, imaginantes: ac ne in his quidem semper permanent, ac perseverant, sed, unde animam per uitium, & nequitiam deduxerunt, illo rursus eam, tamquam in tutam, & immortalam uitam, ex materiali reducant: quasi obliti, quod, uitiositate grauata, illinc, quasi pennis amissis infera commixta nature sit. Itaque obtretractio, & uituperatio huius uitae, caelestiumq. ac superiorum laus inter sese confunduntur, & commiscetur: quippe cum illa quidem uita, quae male audit, & infamia laborat, boni (ut illorum opinio fert) auctor, & dux sit: quae autem pro meliore habetur, propensionis ad malum ansam, & occasionem animae det. Quocirca eijcienda ex doctrina ueritatis omnis falsa pariter, & instabilis de huiusmodi reb. persuasio est: ac ne illos quidem sequamur, quibus animas ex muliebribus corporibus ad uirilem uitam transire placet: aut contra a uirilibus corporibus separatas animas intra mulieres redigi, aut etiam ad uiros ex uiris transire, & ex mulieribus rursus fieri mulieres. sed illos, ut eos, qui a ueritate aberrauerint, misos faciamus. Nam prior quidem opinio, non solum quod & instabilis, & fallax sit, reprobata est, cum ipsa per sese propter contrarias opiniones euertatur, uerum etiam, quod impia est, ut quae tradat, nihil in rerum naturam produci, nisi uitiositas principium cuiusque naturae det. Nam, si neque homines, neque plantae, neque pecora, nisi superne in hac anima delapsa fuerit, nascuntur, lapsus autem is propter uitiositatem sit, utique uitium, ac nequitiam praesse putant rerum creationi: ac circa idem quodammodo tempus utraq. accidunt, ut & homo ex nuptijs procreetur, & animae delapsus cum nuptiarum studio conueniat, & concurrat. Et, quod absurdius est, & adhuc magis abhorret a communi sensu, atque opinione, uere pleraque animalia, rationis experti natura praedita, cocunt, & coniunguntur. Ergo ne dici potest, quod uer efficiat, ut supra quoque reuolutioni, atque conuersioni uitiositas innascatur, ut contingat simul, & animas uitio compleri, atque delabi, & uteros brutorum animalium concipere? Quid autem dixerit aliquis de agricola, defectos, & auulsos plantarum surculos in terram defigente? quo pacto manus huius una cum planta animam humanam terra obruit, atque defodit, concurrente cum hominis studio plantandi defluxione pennarum, quibus anima spoliatur? Eadem item absurditas est etiam in altera opinione, si quis putet &c. Haec ille, atque plura; quae, breuitati consulentes, omisimus.

Opinionis impietas.

Augustinus in libro de fide contra Manichæos, capite 73.

AVGVSTINVS. Quomodo Christus tam multas animas necandas Daemonibus in porcis tradidit, cum tales animas dicatis esse pecorum, quales sunt hominum? Et capite 44. Anima irrationalis peccare non potest, quia nec precepta rationis potest accipere: rationalis autem, quia potest recte factorum rationalia precepta percipere, & recte factis ad aeternam beatitudinem peruenire, si hoc peccando noluerit, iuste ad inferiora damnatur.

IDEM. Porphyrium nonnulla platonica emendasse, & migrationem potissimum.

IDEM Augustinus libro decimo de Ciuitate Dei, capite 30.

Si post Platonem aliquid emendare existimatur indignum, cur ipse Porphyrius nonnulla, & non parua emendauit? nam, Platonem animas hominum post mortem reuolui

usque ad corpora bestiarum scripserit, certissimum est. Hanc sententiam Plato doctor tenuit, & Platonis discipulo Porphyrio tamen iure displicuit. In hominum sane non sua, quae dimiserant, sed in alia noua corpora redire humanas animas arbitratus est. Puduit scilicet illud credere, ne mater fortasse filium, in mulam reuoluta, uerteret, & non puduit hoc credere, ne reuoluta mater in puellam filio forsitan nuberet. Quanto creditur honestius, quod sancti, & ueraces Angeli docuerunt, quod Propheta, Dei spiritu acti, locuti sunt, quod ipse, quem uenturum Saluatorem praemissi Nuncij praedixerunt, quod missi apostoli, qui orbem terrarum Euangelio replerunt. Quanto, inquam, honestius creditur, reuerri semel animas ad corpora propria, quam reuerri toties ad diuersa. Verumtamen, ut dixi, ex magna parte in hac opinione correctus est Porphyrius, ut saltem in solos homines humanas animas praecipitari posse sentiret: belluinos autem carceres euertere minime dubitaret. Vide etiam eundem ibidem lib. 13. c. 39. & lib. 12. c. 26. quamuis 7. de Gen. ad literam c. 10. atque etiam cap. 9. ad moralem trahere eandem migrationem exoptet.

Augustini ad Christianam fidem exhortatio.

D. Epiphanius.

Diuus Epiphanius inconstans quodammodo uidetur, eadem opinionem de migratione animorum tribuere debeat. nam modo Pythagorae, modo Platonis, non semel autem Stoicis, & e Stoicorum secta ueni illius Principi Zenoni illam adscribit: quam uis nec certus esse uidetur in Zenone describendo, quem modo Stoicorum Principem Eleatem, modo Cittheium facit, ut patet primo contra haereses libro, Tom. 1. & 1. 2. Tomo secundo, & libro tertio Tomo secundo. & cum hoc ultimo loco de Zenone Citthensi (sic enim appellat Cittheium) retulisset animae separationem a corpore, uocataque ab eodem fuisse animam spiritum longeuum, non tamen incorruptibilem per totum, sed consumi tandem a multo tempore interitum, nescio tamen quomodo primi libri loco citato in Stoicorum haeresi ordine quinta de eorumdem Stoicorum mente referat, transitum animarum a corpore in corpus, eademque corpora ingredi, & denique partem Dei, & immortalem animam Stoicos asseruisse. quorum tamen Princeps Zeno ille praeficitur, ni tamen Stoici potius, quam Epiphanius sibi contradicant. quidquid tamen sit, cum duobus ibidem sequentibus capitibus, & Platonis, & Pythagorae dicat esse migrationem, tandem libro secundo tomi secundi, euerteret migrationis dogma contra Manichæos, Platoni potius, atque Zenoni tribuit illud, quos nomine proprio citat, Pythagora suppresso, cuius uerba ita habent: Transitus deinceps animarum narrat a corporibus in corpora, quos fortassis aut a Platone, aut a Zenone Stoico, aut ab aliquo Phanatico collegit, & hoc mendacium reperit. Quomodo enim possibile est, animam a corpore in corpus incerni? Si quidem enim corpora formata, ac parata essent, & sic animas susciperent, probabilis esset haec tragica fabula. Si uero, quod seminatur, ex modica gutta est, quo modo anima in tam exiguo corpore talem reperit amplitudinem? sic enim formantur ea, quae formantur, & non amplius consistet ipsius sermo. Neque enim a corpore in corpus transcunt animae. Nam citra mixtionem feminae ad marem, & maris ad feminam in singulis animalibus nihil formatur. Numquid igitur sic consistit anima, ut per duorum corporum coniunctionem tragicum hoc prestigatorem signum perficiatur? & multa est absurditas in his, qui talia uel cogitant, saltem. Nos uero, ut ne integritatis grauitatem mutemus, contenti sumus eminus solum huius argumenti speciem proposuisse. Præteribo itaque corruptam hanc opinionem, omnes enim eiusmodi cogitationes absurdae sunt, si enim ex corpore in corpus animarum transitus contingit, & quando postea homo fit canis, cur non ab homine canis fit? aut a boue? cur auicula non gignitur? At si forte contigerit tempore aliquo immenso seculo, ut monstrum nascatur

D. EPIPHANIUS.

Anima spiritus longeuus Zenoni Cittheio, non tamen incorruptibilis. Migrationis stoicorum modus.

Platoni asserita migratio ab Epiphanio.

Epiphanius argumentatio in metempsychosim.

Cur si homo sit canis Platonis, non etiam canis fiat ab homine?

scatur, hoc signi causa fit, & natura quidem suos terminos nouit, & non euariat, ut ho-

Aliud argumētum a maiori. Aliud a cognitione.

Theodoretus.

Qua vero is (de Platone loquens Theodoretus) de animarū in hac, atque illa corpora transmigratio...

THEODOR. RETVS.

Platonica ridicula, que in Phedone.

Platonem non modo ridicula, verum etiam contraria dicitur.

Que plat. dicta superiori- bus contraria.

Alia platonis fabulamenta.

A enim, in eum quidem locum, vnde anima proficiscitur, non qualibet vique peruenit infra decies mille annos...

Verborum platonis stultitia.

Plat. contra-dictio.

Eiusdem plat. infalsa dogmata.

Plato iocari visus Theodoretus.

Idem Theodoretus libro quinto de diuinis decretis, capite de Iudicio.

Itaque Pythagoras animarum in corpora transitus fabulatus est, dicens, eas non solum in corpora Brutorum, sed etiam in arbores transire...

IDEM. Manes platone errandi ansam suscepit. Carpocrates. Epiphanes. Prodicus.

Ecclesia.

Idem Theodoretus hæreticarum fabularum primo, de Carpocrate.

Verum enimvero, quoniam nunc in hoc loco uersor nescio quo modo possum transilire legem in iudicium...

IDEM.

**A** Carpostratis migratio deterior ea, quae ex Pythagora. tur: ij autem causam afferunt illius in corpora transitu, quae Pythagorice ex diametro repugnat. dicunt enim, animas mitti in corpora, ut omne genus libidinis, & petulantiae peragent. eas ergo, quae in uno descensu impleverint, non egere alia missione. Quae autem parum peccarunt, & bis mitti, & ter, & saepius, donec omnia vitiorum genera impleverint.

Idem ibidem, de Epiphane.

**B** IDBM. Epiphanes autem, eius filius, in Platonica institutus doctrina, eius fabulas obiores, & ampliores effecit. Hi autem Hadriano imperante, improbas has haereses confirmarunt.

Guilielmus Parisiensis Primae Partis de Vniuerso Parte secunda capite xliij.

**C** GVILIELMVS Parisiensis. Primum argumentum. *Ista translatio, quam Pythagoras posuit, animarum, quousque extenditur? in omnia corpora animalium? an stabit in animabus aliquibus, quod est dicere, an sint in omnibus corporibus animalium anime humanae secundum intentionem & Platonis, & Pythagorae, an in corporibus hominum tantum, an in corporibus etiam quorundam animalium aliorum, & de translatione eadem est questio, uidelicet, an transferantur a corporibus humanis in alia corpora humana tantum, an etiam in corpora aliorum animalium. Quod si dixerit, quod in corporibus omnium animalium: ergo in corporibus pulicis, & muscarum: quare quotidie exhibent a corporibus huiusmodi innumerabilia millia animarum humanarum per solum venatum hirundinum. Omni enim die unaquaeque hirundo uenatur plusquam duo millia muscarum. Quotidie igitur reuertuntur innumerabilia millia animarum humanarum ad comparas stellas de solis corporibus muscarum. Amplius, manifestum est, non esse tot stellas in Caelo, quot sunt pulices, & muscae. Cum enim nota sit magnitudo Caeli, & declaratum sit, unamquamque stellarum visibilitatem, & notabilium maiorem esse tota terra, manifestum est, musculus, & pulices numero excedere stellas omnes, quare & omnes animas humanas. Plato autem posuit, animas humanas creatas esse ad numerum stellarum. Si dixerit, quod in aliquibus animalibus stat opinio Platonis, & Pythagorae, uel in hominibus solis, illa igitur sola erunt uera animalia, utpote habentia animas naturali aptitudine congruentes corporibus sui: ex anima enim humana, & corpore brutali, non potest esse uerus Asinus, aut uerus Leo: & ita de alijs. Erunt igitur quaedam animalia brutalia uera, & quaedam falsa, quod est dicere, equi ueri, & equi quidam non ueri: & de leonibus similiter manifestum autem est, quia translatio humanarum in corpora brutorum nihil omnino habet utilitatis, plurimum uero habet noxietatis. Si enim currens per omnes uias utilitatis quantum ad ipsas animas; nullam prorsus inuenies, quia nec ibi sapientiores, immo prorsus desipiunt ibi, & indocibiles sapientia, & honestatis omnino efficiuntur: ad expiationem uero, uel correctionem, siue emendationem penitus inutilis est huiusmodi translatio: impossibile enim est, eas corrigi, uel emendari in brutali corporibus. Quod si dixerit, quia ex ordine diuinae iustitiae, uidelicet ad poenam propter delicta sua transferuntur a nobilibus corporibus humanis ad ignobiliora, et uiliora, et hoc ipsum uerum est, quia poena huiusmodi non sentiet ipse, uel*

**D** Aliud argumentum.

**E** Argumentum Tertium.

Migrationis affectionem nihil habere utilitatis, noxiam uero plurimum.

Alia impugnatio.


**A** uel alie, quas metus huiusmodi detertere possit, & arcere a similibus delictis. Inutilis autem est manifeste poena omnis, quae nec patienti, nec alijs, prodesse potest. talis est autem omnis poena incognoscibilis. Haec autem adeo incognoscibilis est, ut nec Prophetis reuelata sit, nec a tantis Prophetis potuerit inueniri. Quod si dixerit quia a Pythagora inuenta est: respondeo, quia non est inuentum, nisi quod uel sensu, uel ratione irrefragabili uerum esse declaratum est, nisi forte creatoris reuelatione fuerit ostensum. In huiusmodi enim rebus opiniones hominum, non inuentiones, sed somnia reputanda sunt, nisi sint certis probationibus, aut saltem uerisimilibus finaliter approbate. Si uero dixerit, quia Manichaei inuenerunt hanc translationem, & qualiter radicitus destructa est per me in prima parte Tractatus istius secta eorum, in quo apparet tibi euidenter, quia positiones eorum non solum impossibiles sunt, sed deliramenta sunt mente alienatorum, & fabulae aniles: quapropter nec dignum eas sigillatim, & omnes destruere: magis enim risu & derisione dignae sunt, quam disputatione.

Poena, quae non cognoscitur, illa patienti inutilem esse.

In rebus, quae non apparent, inuentiones somnia sunt.

Contra Manichaeos.

F I N I S P R I M I L I B R I.



PLATONICORVM

ANIMORVM

TAMQVAM RESVRGENTIVM  
FALSI IN HANC VITAM REDITVS

EXPLODUNTVR

DISPVATIONVM

IN PLATONEM

ATQVE CAVTONVM

DISTRIBVTIONIS TERTIAE

LIBER SECVNDVS.



## Cautionis Leges.

Ioannes Apocal. XXI.


*Et vidi calum nouum, & terram nouam. Primum enim calum, & prima terra abiit, & mare iam non est. Et ego Ioannes uidi sanctam Civitatem Ierusalem nouam, descendentem de caelo, a Deo paratam, sicut sponsam ornata[m] uiro suo. Et audiui uocem tamquam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis, erit eorum Deus. Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra qua prima abierunt.*

Paulus Prima ad Corinthios XV.

*Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur: oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in uictoria.*

Hæresis suspicionem ex { Origene }  
{ & alijs }

Cautiones ex { D. Paulo }  
{ Epiphanio }  
{ Theophilo }  
{ Augustino } Vide suo loco



# PLATONICORVM

## ANIMORVM

### FALSI IN HANC VITAM REDITVS

#### MANIFESTANTVR

## IN PLATONEM

### Quæstio, & Cautio.



### LIBER SECVNDVS.

## PLATO.

**D**ROTINVS de animorum in hanc vitam reditu dicendum <sup>Presentis cau-</sup> esse, cuilibet, ex ijs, quæ antea præmissa sunt, patere arbitror. <sup>tionis cum præ-</sup> si quidem, cum (quæ fuerat migrationis occasio) a nobis non <sup>cedente con-</sup> semel dictum fuisset, & generari animas, & e caelo in terras <sup>nexus.</sup> descendere, & iterum hinc illuc migrare, facere nunc aliter non possumus, quin in hoc circulo aliquantisper commoremur, dum de animorum tantum reditu quædam de Platonis mente explanauerimus, ne, e quæstione in quæstionem transgredientes, resurrectionis quamuis haud angustam considerationem in magnum illud migrationis pelagus reducamus. Quamobrem, a Mundi generatione, atque excidio declinantes, libenter Phaetontis fabulæ, quæ initio Timæi statim fere ab Aegypcio sacerdote enarratur, explanationem omittemus, ecquid sub illius inuolucro sit obtectum: quamuis ipse dicat: *Eorum, quæ circa terram, & in caelo uoluantur, existere longorum temporum curriculo commutationem quandam, atque euariationem. Vide in D. Timæo 22. C.* <sup>Timæus 22. C.</sup> res terrenas, caelo nimirum subiectas, copiosi ignis impetu magna immanat vastitas. quâuis etiam inferius ibidem in Timæo, ubi de temporum cursu, & de caeli orbibus ad eun-

ad eundem punctum redeuntibus dicat. Postquam immensum cæli pelagus ab A  
 ipsis fuerit emensum, quasi tantarum rerum ignoracionem humano generi ex-  
 Timæus 39.C. probrans, ita ferme habet: *Ceterorum siderum ambitus ignorantes homines præter  
 admodum paucos neque nomen appellare, neque inter se numero commetiri. Itaq. nescire  
 hos siderum errores id ipsum esse, quod rite dicitur tempus, multitudine infinita, varia-  
 te mirabili, multipliciter discriminatos. Attamen illud perspicere, & intelligi posse, abso-  
 luto, perfectoque numero temporis. Absolutum, perfectumque annum tunc compleri: deni-  
 que, cum se octo ambitus consecutis suis cursibus ad idem caput retulerunt, cumq. eos per-  
 mensus est, idem atque semper sui similis orbis.* Hæc, inquam, nunc omitto: nec mi-  
 nus quærere differo, quid sibi velit in Politico, mundum neque seipsum conuertere  
 Politicus. semper, neque totum semper gemino, contrarioque circuitu ab ipso Deo reflecti; & alia, quæ B  
 inibi leguntur: similiter etiam, cum taceam, quid hic Platonius annus sibi ve-  
 lit, quidue apud Chalcidum annus Cynicus, qui quater trecentis sexaginta  
 Annus Cynic⁹  
 ex Chalcidio. quinque quadrennijs completeret, vnum tamen, aut alterum locum dissimulare  
 non possum huic Cautioni opportune sese offerentem, quorum alter in Prota-  
 gora est, & si fabulam sapere videatur, qua tamen Philosopho esse vtendum Pla-  
 tonici tuerentur, & inde veros sensus eruendos præmonent. quamobrem eandem  
 fabulam adhibere minus interim verear, eo quod fabulosa (quæ est apud Pro-  
 tagoram) narrationi, veram disputationem apud Menonem correspondere fe-  
 cit. Quid ait itaq. in Protagora? nempe, mundi, atque animantium omnium, &  
 Protogoras a  
 230. v. quæ ad  
 322. hominis generacionem existisse, & multis ornamentis a Deo animalia donata fuisse, ho-  
 minem vero vix paucis admodum dignatum, nisi Prometheus ignem e celo fuisset furatus. C  
 Quid vero in toto Menone? nempe, eorum, quæ in altera vita sunt peracta, re-  
 miniscenciam. & cum multis similibus Platonis locis sit locus ille confirmatus,  
 vt in Cautione de animorum reminiscencia visum est, non ante id aggredior,  
 quam lectorem moneo, vt ea memoria, repetat, quæ de animorum reditu in Ti-  
 mæo dicta sunt. quemadmodum ille, qui recte, honeste, curriculum viuendi a natura  
 datum confecerit, ad illud astrum, quo, cum aptus fuerit, reuertetur, ibiq. vitam beatam  
 viuere: qui autem ab honesta, & temperanti vita declinauerit, eum secundus ortus in mu-  
 liebrem figuram transferet. Vterque autem millenario anno ad sortitionem accedit, &  
 vite secundæ electionem. Tenere etiam memoria lectorem moneo pauca illa in D  
 Phædone: *Antiquum esse sermonem, hinc eo proficisci, & illinc huc redire mortuorum  
 animas, & viuentes fieri ex mortuis.* E quibus deinde verius confirmatis, animæ  
 persuadet immortalitatem. Nec obliuione mædet ea, quæ superius ex Phædro  
 sunt recitata, quo loco reditus huius circuitu, decem annorum millibus cuiq. com-  
 Phædrus 299. pleri asseruit, excepto Philosopho, & eo, qui sapientia studio pueros amauit. ij enim tertio  
 mille annorum ambitu recuperant alas. ceterum nec omittenda ea, quæ sequuntur,  
 quæq. ad iudicium animorum pertinent. *Alij vero (inquit) animi, cum prima vita  
 finem fuerint consecuti, iudicij quoque sententiam nanciscuntur. Iudicati autem, alij sub  
 terram profecti ad locum iudicio exponendo destinatum, pœnas expendant alij, alij in  
 quendam cæli locum ex iudicij formula subleuati, ita viuunt, vt dignum est ea vita, quam  
 in hominis specie, siue forma vixerant. Millenario autem anno redeuntibus ambo ad forti-  
 tionem, electionemque secundæ vitæ deligunt, unusquisque eam vitam, quam uelit. Inte-  
 rim, quod ad præsentem Cautionem pertinebit, hæc pauca collegisse iuuet,  
 vnde animorum reditum a Platone colligere, & in eodem reprehendere yalea-  
 mus. nam, quia veræ nostræ carnis resurrectioni similis est, ne quis in simili de-  
 In simili est  
 error. cipi possit, quemadmodum in alijs accidisse videbimus, propterea huius nego-  
 tij onus seorsum a nobis est susceptum. sed, quoniam, vt recte Horatius,  
 Horatius. *Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt,*  
 opportune huc transferenda putauit Lucretij Carmina, quæ in libro suo de rerū  
 natura*

A natura tertio leguntur. quæ fere Antistrophe dicta sunt ad ea, quæ de reminiscencia docet Plato; vt, quemadmodum ex illa immortalitatem animi Plato colligebat, ita ex eadem Lucretius mortalitatem eiusdem comprobet. quod autem ad rem attinet, est, quia ne quidem Lucretius animæ in corpus inuincionem concedit, cum ait:

*Præterea si immortalis natura animæ  
 Constat, & in corpus nascentibus insinatur,  
 Cur super antea ætatem meminisse nequimus?  
 Nec vestigia gestarum rerum vlla tenemus.  
 Nam, si tantopere est animi mutata potestas  
 Omnis, vt actarum exciderit retinentia rerum,  
 Non (vt opinor) leto iam longiter errat.*

Lucretius:

B Quod vero propius ad rem accedit, quanto magis ipso sensu recedit, illud est, quod non multis interpositis carminibus inferit:

*Quod si forte putas extrinsecus insinuatam  
 Permanare animam nobis per membra solere  
 Tanto quæq. magis cum corpore fusa peribit.  
 Quod permanat enim, dissoluitur, interim ergo  
 Dissertitur enim per caulas corporis omneis,  
 Vt cibus, in membra, atque vitæ cum diditur omneis,  
 Dissertit, atque aliam naturam sufficit ex se:  
 Sic anima, atque animus, quamuis integra recens in  
 Corpus eunt, tamen in manando dissoluuntur,  
 Dum quasi per caulas omnes diduntur in artus  
 Particulæ, quibus hæc animi natura creatur,  
 Quæ nunc in nostro dominatur corpore nata  
 Ex illa, quæ tunc perijt partita per artus  
 Quapropter neque natali priuata videtur  
 Esse die natura animæ, nec funeris expers.*

Idem Lucreti⁹.

D Ceterum, cum horum, quæ dicta sunt, hæc quidem, quæ ex Lucretio, tamquam parergon; (nam suo loco sunt confutanda) illa vero, quæ ex Platone, cursim asserta; propterea, suo quæq. ordine Platonica recensentes, in primaria loca digerere nunc erit consentaneum. Locorum autem Platoniorum ille primus sese offert, qui decimo de Republica habetur: in quo dubium est, An, (vt Iustinus Martyr affirmat in Exhortatorio ad gentes) apertissime, quæ apud Prophetas legerat Plato, ipse pronunciet, & auctores metu Grecorum dissimulet, vt sub ficticia personâ cuiusdam in acie cas, & duodecima post die funerandi, ac in rogi strue rediuiui, denarrantisq. res inferas recenscat. An vero potius pius, immo vero neque pius Plato ea sibi fuerit commentatus, quæ iustitiæ diuinæ perfectionem, & præmiorum, & pœnarum complementum consequi debuerant. quidquid tamen illud sit, (vt cum Iustino, aut etiam cum Platone, vel diuinem, vel errem) talem ipse loco citato Iudicij diuini formulam quandam tangere videtur, quæ ad corpus simul, & animam post primam vitam dirigatur. vt simile admodum sit, quod de futuro vniuersali iudicio nostra canit Ecclesia. Ergo, postquam Plato Poetas omnes, tamquam pestem, perniciemque, e sua Republica exterminauit, omnem, inquam, poeticam, vix hymnis retentis, qui ad Deorum, & Illustrium virorum laudes canendas vsui esse poterant, tandem extrema illius libri parte eo conuertit sermonem, vt de præmijs, itemq. de supplicijs,

X. de Rep.  
Iustinus Mart.  
cyc.

placiti, quæ iustum, vel iniustum in hac, aut in altera magis vita manent, satis abunde differeret; idq. posita animi immortalitate, tandem eo exemplo confirmat, de quo Iustinus, ut modo diximus, veretur, ne Plato, suppresso auctoris nomine, metu Græcorum, aliquem Prophetarum innueret. ibi enim, præter multa, quæ vidit Armenius ille herus, genere Pamphilius, hæc habet; unde de Iudicii extremi formam fuerit suspicatus vir ille: *Aiebat vero, se tum interfuisse, cum quidam ab alio quopiam quæreret, vbinam esset Arideus, magnus quidem, & nominatus vir. hic autem in quadam Pamphilia Vrbe Tyrannus fuerat, annis iam mille ab illo tempore exactis: qui senem patrem, & fratrem maiorem natu interfecerat, aliaq. plurima scelera perpetrarat. Illum autem, qui interrogaretur, aiebat respondisse, Nec venisse eo Arideum, nec venturum. Atque horrendum spectaculum (inquiebat) inde conspeximus. dum enim egressuri hiatus peteremus, alia omnia itineris incommoda perpepsi, illum protinus vidimus, aliosq. plurimos, quorum maxima fere pars Tyranniterant, inter quos tamen erant quidam privati homines, qui magnis quibusdam sceleribus se obstrinxerant, quos egredi conatos hiatus, cum iam ad ipsius aditum accessissent, repulit. ita enim solet adiuncto etiam horribili mugitu, quoties aliquis ex illa insanabilem sceleratorum turba, aut eorum, qui non iustas poenas lucerint, egredi nitentur. Aderant & illic immanes quidam, & feri homines, aspectu quodam igneo formidolosi, qui, cum hiatus mugitum audissent, eo confestim aduolabant, & illos singulatim rapiebant, Arideum videlicet, & socios, manibusque, & pedibus, & ceruce ligatos in terram affligebant, & excarnificabant, & ad vitam quandam raptatos tribulis lace- rabant, prætereuntibus indicaturos, eequam illi ob causam talia paterentur, eosq. adeo in Tartarum datum iri præcipites. Vbi, cum multa & varia eos terrent, hic vero pa- uor illos conturbabat, cum excitaretur ille mugitus, & tamen unusquisque, ubi siluisset, ardentissime cupiebat illinc egredi. Ita igitur poenas, & supplicia herus recenset: *bat: contrarius vero his supplicij mercedes huiusmodi. Hæc Plato. Ex quibus quidem verbis etiam a se citatis colligit Iustinus, sibi videri, Platonem non solum de extremo iudicio Prophetarum didicisse oracula, sed & de ea, quam Græci non credunt, resurrectione. Dum enim inquit animam iudicari cum corpore satis indicare se resurrectionem credere. Alioqui, quomodo Arideus, sine (ut idem inquit) Arideus, & ceteri, relicto super terram corpore, cuius sunt partes manus, caput, pedes, cutimq. habere animam. sed, cum in Aegypto audisset Plato Prophetarum testimonia, & percepisset doctrinam de resurrectione corporis, docet nos cum corpore iudicari animam. nec Plato solus, sed & Homerus similiter in Aegypto edoctus, Tityum simili- ter poenas ait pendere. sic enim in Necyomantia facit Vlysses narrantem Alcino: :**

*Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum  
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus  
Porrigitur, rostroq. immanis uultur adunco  
Immortale iecur tondet.*

*Iecur enim non anima, sed corporis indicat. Ad eundem modum & Sisyphum, & Tantalum cum corpore puniri scribit. Peregrinatum autem Homerum in Aegyptum, multa, quæ ibi didicerat, transtulisse in suum poema, satis nos docere Diodorum historicorum celeberrimum, inquit idem Iustinus. Ego vero neque ipsius sermonem nunc infirmabo, neque etiam confirmabo: quandoquidem cautiones quæro: quin potius, quoniam nimia ista similitudo recurrentis anni Platonici, eiusdemq. resurrectionis facies effecit, ut nonnulli, quemadmodum inferius*

Platonē de ex-  
tremo iudicio  
a prophetis hau-  
sisse, quæ dixe-  
runt Iust.

Homerus in Æ-  
gypto edoctus.

**A** inferius videbimus, eandem & Platonem & Christianam putarent, quod quidem cum Magis, & Aegyptiis Platonem dixisse afferunt, præterea Pythagoram, Plotinum, & Proclum, eo quod non fuerit animæ præternaturale, & cum æterno, & cum mortali corpore, iungi idem asseruisse, ut, quemadmodum planetis singulis connaturale sit, proprijs quibusq. signis insistere, non est ei præternaturale ab eodem discedere, sed ad idem tandem reuerti. tantumdem etiam maxime accidisse animæ rationali, cui cum naturale sit esse cum sempiterno corpore, quandoquidem inde discedit, huc accedens, tandem post modicum temporis hinc illuc euolat, ne in sempiternum naturalis ille animi affectus, quo utrumq. habitaculum exoptat, frustratorius esse dicatur, futurumq. inde, ut aliquod violentum æterno tempore perduret. quæ quidem omnia decursu temporis Platonem comprobasse in libris de Regno, dicunt, cum (si modo tale quid sonant verba ex longa illa fabula desumpta) ita inquit: *Vniuersum hoc aliquando Deus quasi ipsis vestigijs dirigit, atque omnes illius motus contorquet, atque agitat, aliquando dimittit, cum ipsius circumuolutiones iustum temporis modum sunt consecute. Et paullo infra: Ex ijs (inquit) omnibus constituen- dum est, mundum neque seipsum conuertere semper, neque totum semper gemino, con- rariog. circuitu ab ipso Deo reflecti. Quod vero ad animorum reditum spectat, hæc habet: Postquam omnium illorum tempus esset expletum, mutatioq. circuitus appete- ret, & terrenum genus consumptum esset: cum videlicet qualibet anima generationes om- nes sibi tributas impleset, & prout mandatum erat, cuiq. totidem unaqueq. in terram semina proieciisset, tunc vniuersi gubernator Deus, quasi gubernandi dimissis habitibus, in suam ipsius redijt speculam, Mundum vero deinceps fatum reuoluit iterum, & cupiditas innata. Video, in ijs locis, tam cursim citatis, quam dedita opera a me ad- ductis, multas deprehendi posse Platonis inconstantias, licet dictorum non- nulla ad fabulam, alia ad initia ciuiliis vitæ pertineant, quædam ad particula- riores quosdam animorum circuitus, multa etiã ad alias poenas, atque iu- dicia, reliqua incerta, vel penitus obscura. quæ quidem omnia si quis mihi obji- ciet, is certe propositi a me argumenti ignorationem fatebitur. patet enim, nunc haud quidem magis argumentis rem agere profiteri, quam, adductis, quantum pro nostra in eius lectione diligentia satis est, eiusdem verborum con- textibus, eorundem inde sumptis rationibus uti velle. quibus deinde si quid tale polliceri possum, alibi plenius agam: præsentem vero Cautioni optime con- sulturum putauit, si, quantum Platonis de resurrectione sermo ab ea veritate differat, quam Ecclesia nostra confirmat, ex sequentibus similibus, & dissimi- lium locis lectoris ipsius oculis subiecero.*

**Loci similibus, & dissimilibus, atque con- trariis, qui de animorum iudicio, & resurrectione apud Ecclesiasticos, & Platonem reperiuntur.**


Primum quidem, in iis locis recensendis sequar diuini nostri Iudicij ordi- em, & nostræ expectatæ resurrectionis veritatem. Platonem vero, qualitates eri potest, eidem ordini adnectã, siue eadem, siue similia, siue etiam contraria iixerit. illud tamen lectorem tacere nolim, me ea, quæ habentur in Gorgia, & 524.

Nonnullorum  
infra nomina-  
dorum error.

Politicus 269.  
C.

Idem 269. E.

Platonē & si ab  
inconstantia  
quis vindicet,  
non ob id tamē  
cauendum esse  
negabit.



Gorgias 523.  
& 524.

V u liben-

libenter omittere, quomodo scilicet prius homines induti iudicabantur, Iudicesq. etiam corporibus item induti iudicabant. vnde, cum non recte haberentur, ferrenturq. sententiæ, factum est, vt vtrique mortui iudicarent, & iudicarentur: itemq. de duobus locis, & de duobus peccatorum generibus. nam hæc omnia ad aliud quoddam Platonicum, & particulare iudicium pertinent, & ad sua quæq. loca partim referentur. itaq. parallela in hunc modum exponere aggrediar.

Theologorum Consensus

Theologi. Efficientis Dei potentiam infinitam satis exploratam tuam in omnibus operibus habet, tum in plerisq. peculiaribus, & in hoc maxime resurrectionis opere Theologis omnibus tam subtiliter, quam vere suffragantibus.

Plato

Neque hoc loco, vbi maxime oportuit, neque alicubi fortasse vsquam, quod oportebat, de diuina potentia suspicatus est. oportuerat autem in opere de mundi generatione. at ibi in deformem materiam, sed æternam Mandi compositionem ordinaturus accessit: quemadmodum, cum de animæ generatione perscrutabimur, suo loco alibi erit dicendum.

D. Aug. 20. de ciuit. Dei.

Aug. 20. de ciuit. Dei. Præter alias causas generalis Iudicij a Theologis comprobatas, vna tantum ex Augustino vigesimo lib. de Ciuitate Dei, fit satis, nempe, diuinæ Iustitiæ manifestatio.

Plato

plato X. de Rep. 613. E. 614. A. Decimo de Republica, postquam satis de præmijs, quæ hominibus a dijs in hac vita tribuuntur locutus est, de eisdem, quæ eisdem homines in altera manent, exemplo, & fabula Eri Pamphili de superiore Deorum Iustitia ita meminuit. Hac igitur, inquam, sunt præmia, mercedes, dona, quæ a Dijs & ab hominibus iusto viro tribuuntur, præter illa bona, quæ ipsa per se Iustitia suis liberaliter suppeditat, & huiusmodi quidem, qualis ipsa est, nimirum & præclara, & certa. verum hæc omnia nihil plane sunt, & numero, & magnitudine, si cum iis comparentur, quæ vtrumque hominum genus post hanc vitam manent, quæ tamen ad vniuersale Iudicium non diriguntur, sed ad particulare præmium vniuscuiusque. de quo in Cautione de locis inferis.

Matth. 24. & Paul. 2. Cor.

Matthæus 24. Paul. 2. Cor. Vniuersalem inquit futuram citationem Matth. 26. & Apost. 2. Corinth. Omnes nos manifestari oportet ante Tribunal Iesu Christi.

Plato.

Plato

A Decimo de Republica idem Erus vidisse se commemorabat per vtrumq. caeli, & telluris hiatus animas descendentes, postquam de illis lata fuisset sententia; per alium vero hiatus ex terra ascendentes animas puluere, squalore, & macie confectas, e caelo autem nitidas descendere &c. Quæ tamen cum dicat Plato, iussu illas quidem, & ascendisse censendum est, quemadmodum & iussu Lachesis easdem animas ad generationem descendisse postmodum retulit. Quidquid autem sit vocatio ista, vix vniuersalis esse videtur. nam de vniuersis, & de Dæmonibus nulla fit mentio.

Apost. 1. Cor. 15.

Canet tuba Apost. 1. Cor. 15. quam Apoc. 14. Ioannes audiuit, vocem scilicet de caelo tamquam vocem aquarum multarum tamquam tonitruum magni.

Plato

C Decimo de Rep. vbi vero ad mediam vsque noctem dormierint, subito tonitruum & terræ motu excitatos de repente alium alio sursum ferri ad generationem stellarum instar proficientes. Verum, quantum differat sonus hic ab illo, ex eo patet, quia hic descensui animarum, quæ in caelis sunt, signum præbet; & si etiam ascensui, non tamen resurrectioni cadauerum minus etiam est similis sudor ille, & tumultus descensus animarum apud Phædrum; denique ea ad generationem, non ad iudicium veniunt.

Ioel proph.

D Locum in valle Iosaphat constituit ex Ioel Propheta, Congregabo omnes gentes, & deducam eas in valle Iosaphat, quæ est inter montem Syon, & montem Oliueti.

Plato

E Decimo de Repub. Aiebat igitur Erus, postquam ipsius anima fuisset a corpore separata, se cum multis profectum, & in diuinum quendam locum venisse, in quo duos sibi proximos telluris hiatus conspexerit, duos item alios superne in caelo e regione, sed, vt diximus, non tamquam iudicaturæ ibi descendunt Platonis animæ.

D. Aug. 29. de ciuitate Dei.

Ministros futuros Angelos communi doctorum & Aug. præcipue sententia, Aug. ex Apost. & Apostolus primo Thel. 4. Quoniam ipse Dominus in iussu & voce Archangeli, Vu 2

*Et in tuba Dei descendet de celo, & mortui qui in Christo sunt resurgent primi.*

## Plato

Ministri dupli-  
ces Platoni.

Ministros quadruplices cognoscere potuit, quamuis alijs muneribus exsequendis illos implicuerit, vt alias videbimus. Quod autem ad præsentem sermonem attinet, duplices inuenio, quorum alteros in mundi fabrica Deos appellauit iuniores, nostris angelis orbis mouentibus respondentes. quorum tamen nullus vsus in Platonica resurrectione, atque iudicio; alteros vero duos esse comperio, huic muneri subministrantes: quorum vnus Propheta B quidam est, alter puella Lachesis, decimo de Repub. cum ait: *Ergo aiebat, animas, vbi primum illo venissent, continuo oportere ad Lachesium accedere: tum Prophetam quendam eas animas suo quamque ordine collocare: postea, cum ex Lachesis genibus sortes, & vitarum exempla suscepisset, & in sublime quoddam tribunal conscendisset, ita fari, &cet.* Et hos ministros ad ingressum alterius vitæ potius, quam ad egressum, & iudicium præteritæ introducit Plato. sunt tamen alii ministri, quamuis apud inferos iudicantes, de quibus propria fuerit Cautio.

X. de Rep. 617,  
C.D.

## Theologi.

Theologi ex Apostoli prima ad Thesal. quarto cap. cum ait, *Quoniam ipse dominus in insu & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de celo, & mortui qui in Christo sunt resurgent primi.* Triplicem causam resurrectionis colligunt, scilicet virtutem diuinitatis, vt per Christum animæ vnio fiat ad corpus, virtutem humanitatis Christi, quæ instrumentalis causæ vicem subit; quemadmodum tertia ministerialis dicitur; quæ per virtutem Angelorum fiet.

## Plato

De prioribus causis nihil neque nouit, neque noscere ille potuit, tertia vero ad Deos iuniores pertineret, sed in rerum productione aliquid apud Timæum illi perfecerunt: in hac autem secunda vita ab hoc negotio feriatos illos video. nam, præterquam quod animarum e celo descensus, & si iubente illius Deo, fortasse fiat, & electio vitæ voluntaria sit; Animæ tamen nec veteres cineres, nec nouam quærunt materiam, quin etiam nouas, si libeat, species, libet autem semper ex migrationis voluntate. inquit enim Lachesis: *Animæ diurnæ adest primordium alterius vitæ circuitus, mortali & vere letifero hominum generi destinatum, non vos demon excipiet, sed vos demonem eligetis, qui primus sortitus fuerit, primus vitam eligito, cum qua necessario permanebit.* Hæc ille. Sed interim aliæ sunt animæ hinc ad cælum euolantes. De Minoe, Aeaco, & Rhadamanto alius erit sermo, vt diximus.

X. de Rep. 617,  
D.

Apost.

## Apost. i. Corinth. 18.

*Fiet omnium resurrectio, & bonorum scilicet, atque malorum & in momento, & in ictu oculi, & in nouissima tuba: Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti.*

Apost. i. Cor.  
18.

## Plato.

Neque omnium malorum dicit futuram resurrectionem: sunt enim peccata incorrigibilia Platoni, de quibus suo loco. illorum vero, qui in cælis degunt, adhuc nescimus, an omnium. nam de iis, qui apud inferos beatitatem captant, nulla fit mentio. sunt enim ibi, præter cælestia beatorum loca. neque fortasse etiam illorum dicitur resurrectio, sed migratio. nam decimo de Repub. ita inquit. *Cum autem ille felices animæ septem dies in prato quiescent, octauo inde die eas illinc surgere, vt alio proficiscerentur, quarto autem ad locum destinatum venire solitas &cet.* Et deinde, cum verticulos descripsisset, accessisse ad Lachesium animas, a qua mandatum audiuisse vt in terras descenderent, Instarum igitur, sed non omnium fit resurrectio Platoni. Instarum vero non item. De hoc autem inferius, de magni vero illius anni retrogressu pauca quædam mox dicam.

X. de Rep. 616.

## Iob. 19.

Eisdem numero tum bonos cum etiam improbos resurrecturos canet, vnde Iob. 19. *Et in carne mea videbo Deum.* nam de visione post resurrectionem loquitur atque addit: *Quem visurus sum ego ipse & non alius.*

Iob. 19.

## Plato.

Etsi resurrectionis eundem fere modum cum Ecclesia tangat, Iudicii tamen modum nullum, item præmiorum, atque pœnarum nullam facit mentionem, quorum tamen alijs in locis supra citatis apertis verbis idem meminerat, migrationemq. ad pœnas, & præmia pollicebatur. nunc vero, in magno istius anni recurſu, & si idem Individuum, eadem forma substantiali, atque mixti reuerti posse Platonicijs minime negetur, non tamen illorum aliqui, cum Iob se visurum Deum in carne sua dicere audeat, quin potius rediturum mundum in eisdem delicijs, quemadmodum Chiliaſta Millenarii hæretici afferbant de quibus alias.

## Genesis 3:

Resurrectionem nostram ex puluere tamquam ex termino a quo futuram afferit Genesis 3. *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Viuorum autem corpora igne conflagrationis in cineres esse resoluenda.

Gen. 3.

V u 3 Plato

Plato.

Et si incertam habet, numquam tamen ex cineribus, sed ex animalibus, aut eiusdem, aut diuersæ speciei migrantibus, etiam si a cælo aduentent animi, iustis quidem ex ostreaceo ad æreum, a quo ad æthereum, iniustus vero idem accidet, si peccandi finem facient, post aliquot annos tamen, sin minus, æterna poena illi punientur, cuius eidem Platoni multa exstant loca.

D.Tho. in addit. 3. p. art. 3.

D.Tho. in add. 3. par. art. 3. Quidquid est de integritate naturæ, resurget. resurrectio enim fiet opere diuino immediate. Dei autem perfecta sunt opera.

Plato.

Ex anni magni reuolutione hoc idem asserit. atqui non negaret ille eorundem corporum defectus eisdem animos consecuturos, vnde iterum dissolutionem experientur. quod negat Ecclesia, quæ homines suos immortales reddet, nec cibo, aut potu indigos: licet frustra nonnulli multas ventris, & aliarum voluptatum illecebras Mahumetano more postmodum sperent. quorum meminit Augustinus 20. de Ciuitate Dei, & nos suo loco videbimus.

Aug. 20. de Ciuit. Dei.

Aug. Gen. 1. & D. Tho. vbi supra q. 81.

Aug. Gen. 1. & D. Th. vbi q. 81. Non omnes resurgent in sexu virili, vt melius (Augustino approbante super Genesis primo) sapere illi videantur, qui vtrumq. sexum resurrecturum non dubitant.

Plato.

X. de Rep. Ex illius anni magni vi ita futurum polliceri posset. at decimo de Repub. & aliis locis eisdem animis datur optio cuiuscumq. alterius speciei vitæ deligendæ: vix vnus tamen eligit femineum sexum, quippe quem Plato poenæ quasi loco in generatione secunda posuerat, quam me non intelligere fateor. elaborabimus tamen alibi, vt veritas inde elucescat.

Christus Matth. 22.

Iesus Christus Matth. 22. In resurrectione non nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei.

Plato.

Hærebit certe, si quisnam sit Veneris vsus, aut qualis hominibus, antequam ex eorum malitia fieret femina, interrogabitur: sed, & si statim in malitiam inciderint

**A** inciderint homines, cum Platoni secunda vita a prima non nisi ordine temporis differat, idem vtrobiq. ab iisdem perageretur, in quemcumque sexum, aut speciem euaserint.

Constans Ecclesiæ, & Theologorum sententia.

**B** Ex abundantia gloriæ animæ glorificabitur corpus.

Plato.

Si annum magnum spectemus, identissimum vt ita dicam huius vitæ futurum pollicebitur; si vero eam, quam decimo de Repub. resurrectionem asseruit, possit etiam in peius ruere rationalis animæ, si bruti vitam eligendi sibi potestas condonatur, vt dictum est; sin eam, quæ in Phædro inspiciamus, iterum ad eundem vsu post decem circiter annorum millia, vel citius redibunt.

Paul. 1. Corinth. 26.

Resurgent sine aliqua diminutione membrorum, Apost. 1. Corinth. 26. & mortui resurgent incorrupti. Paul. 1. Cor. 26

Plato.

**D** Si vsu dedit animalis vitæ instrumenta, quomodo negabit? incorruptam autem non habebunt Platonis animæ vitam.

Ecclesia ex Apost. Ephes. 3.

**E** Non erunt gigantes, neque nani, sed, vt ait Apostolus, *donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Apost. Ephes. 3. & psal. 48.

Plato.

Nihil tale concedit, si potuit Orpheus in Cygnum euadere; & si in hoc Mundo Platoni Gigantes assererentur, in alio alterius anni eisdem non defuturos sperari posset.

Apocal.

Apoc. 9.

Apoc. 9. Erunt omnes incorruptibiles, Apoc. 9. *Quarent homines mortem, & non inuenient, desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis.*

Plato.

Nihil tale dicet tale suas animas impetraturas, nec desideraturas, quin prauertantur in utroque circulo.

Matth. 25

Boni præmiabuntur mercede perpetua, & mali pæna perpetua Matth. 25. Ibunt in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.

Plato.

Nutat in hoc, nam modo peccata quædã incorrigibilia, & propterea æterno tempore punienda, modo nec præmia, nec pænas æternas futuras esse affirmat, de quo in nostris in eundem contradictionibus.

D. Thom. in addit. 3. p. q. 86.

D. Th. in add. 3. p. q. 86. Incorruptibilitas præcipua erit communis Beatis, atq. Damnatæ, quia tam boni, quam mali erunt incorruptibiles, iuxta illud. *In diebus illis quarent homines mortem, & non inuenient eam. desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis.*

Plato.

Omne ligatum soluetur ex Timæo. Etsi non sine magna sui contradictione ætherea vehicula sint animæ coætæna, quod etiam in nostris contradictionibus patebit. An vero in fine magni cuiusque circuitus syderum futuros sit aliquis status, ex Platone non liquet; verisimile tamen est, non futurum, & si fuerit, non erit ille quidem cum illo æterno cæli statu comparandus. quem aduenturum ponunt omnes Ecclesiastici viri.

D. Thom. in add. 2. p. quæst. 86.

D. Th. ubi supra. In bonorum corporibus quatuor dotes resultabunt, quæ ex animæ gloria redundant, quibus mali erunt priuati, præcipue impassibilitate, cum passibilitas damnatorum.

A damnatos perpetuo comitabitur, siue, vt Theologi dicunt, intentionaliter, siue alio modo, vt iidem volunt, & habet D. Thom. in additione tertiæ partis quæst. 86.

Plato

Ne id quidem somniat. passibilitas autem videtur Platoni asserta, ex Iustino etiam, ex Homero, quasi secundum corpus Syphi illi, atque Tantali crucientur. Sed de hoc suo loco.

Theologi ex Esai. 11. & Matth. 24.

Ordo Angelorum præcedet ante Christum, & suo quisque ordine, atque loco passionis mysteria feret, quorum primum erit Crux, Esaiæ 11. & eleuabit signum in nationes, & Christus dixit in Matth. 24. Tunc apparebit signum filii hominis.

Plato.

Obscura sibi omnia confitebitur, ad eaq. oculos, & mentem caligare, si fidei lumine destituatur.

Matth. 24.

D Omnibus congregatis, Christus veniet subito Matth. 24. sicut fulgur exijt ab oriente.

Plato

Quandoquidem iudicium illud nunquam asseruit, vel vniuersale futurum suspicatus est, non est, cur congregatis omnibus ipsi Iudex expectetur, debebat enim tunc mens illa Platonica, tamquam Iudex accedere, sed frustra illam expectent animæ, quemadmodum frustra de eadem quidam nugantur. Non desunt tamen Iudices pro descendentibus animis decimo de Rep. cum ait: *Inter hos vero hiatus Iudices sedere, qui postquam de mortuorum animis cognita causa iudicium tulerint, &c.*

Paulus 2. ad Corinth.

Veniet in Maiestate, 2. Corint. 5. siue in maiestate, hoc est, in diuinitate, vt in Maiestate suæ sede, hoc est, in humanitate glorificata (Remigio exponente) siue in Maiestate, hoc est, in gloria corporis, ex Origene.

Plato

Plato

Nimij effemus in hoc, si per maiestatem apud Platonem locum quendam diuinum intellexerimus, cum inquit: *Erns. Postquam ipsius anima fuisset a corpore separata, se cum multis profectum, & in diuinum quendam locum venisse, in quo duos sibi proximos telluris hiatus conspexerit, duos item alios superne in celo.* sed cum illos iudices proprio nomine ibidem non appellasset, an ex illis tribus, Aeaco, Rhadamanto, & Minoe, alicubi a se nuncupatis, sint ij duo, diuinare non licet. illi enim varias iuxta orbis terrae partes sibi causas iudicandas diuisere, at ii, de omnibus nullo discrimine iudicaturi, induci videantur, ille in caelis, ij vero apud inferos causas inspiciunt.

Matth. 24.

Tempus Iudicii erit incertum. Estote (Christus inquit) parati, quia nescitis diem, neq. horam. Matth. 24. De die autem illa, & hora nemo scit, & addit Marcus 13. neque Angeli in celo, neque filius, nisi pater.

Plato

Quid conferam cum incertitudine quantitatis anni magni Platonici, vel potius Platoniorum, iam non habeo: si quidem longe alia est huius, & illius temporis supputatio, qua nonnulli, tamquam certa, vti se credunt, licet abnuente, & recusante Deo, an vero Lachesis, vel Propheta ille, vel Iudices illi apud decimum de Repub. nouerint, illos dixerim Epicyclos animarum, nihil ad nostrum iudicium.

Matth. Marc. Luc.

Præcedet octo signa Iudicii tempus. nam abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum. Matth. 24. erit bellorum tumultus, nam Christus ibidem, audituri estis praelia, & opiniones praeliorum. Exurget gens contra gentem, Marcus 13. erit in terris pressura gentium, Luc. 12. item Fames. Matth. vbi supra, item pestis ex eodem, & Marco 13. & Luca vbi supra. terremotus ex eisdem, discessio, de qua Apost. 2. Thessal. 2. rogamus ne terreamini, neque per spiritum, neque &c. Euangelii prædicatio in vniuerso mundo ex Matth. Luca, & Marco vbi supra abominatio, desolationis, qui & Antichristus dicitur. Marcus 13. de quo etiam Daniel.

Plato

Nihil ad hæc attinet, tumultus ille in animorum descensu apud Phædrum, cum longe alia de causa committatur, præterquam quod in caelis exitit, illa vero in terris pressura gentium erit futura.

David.

Dauid.

Post Antichristum erit ignis conflagrationis, de quo Dauid. Ignis ante ipsum præcedat, & inflammabit in circuitu inimicos eius, ad hoc, vt Mundus purgetur, & apud eod datur ad susceptionem gloriæ.

Plato

Simile quid somniant Platonici in fine illius anni, sed tamen alterna, modo ab igne, modo ab aqua mundi desolatione, quæ tamquam a Platone dicta non agnosco, si vero det ignem apud inferos, alia occasio est, & suo loco videnda.

Lucæ 13.

Collocabuntur boni in partem dexteram, mali in sinistram, Luc. 13.

Plato

Inter hos vero, inquit de Repub. hiatus, Iudices sedere, qui postquam de mortuorum animis, cognita causa, iudicium tulerint, iustos quidem ad dexteram, in superiorem caeli locum, conscendere iubeant, appensis rerum ab se iudicatarum in anteriore parte monumentis, iniustos contra ad sinistra, in locum inferiorem, appensis post terga eorum omnium, quæ in hac vita perpetrauerint, monumentis.

Ioel 3.

Singularis discussio. Ioel. 3. congregabo omnes gentes in valle Iosaphat, & ibi disceptabo cum eis, quæ potestas filio data est, quia pater non iudicat quemcumq. Ioannes 5.

Plato

Hoc est illud, de mortuorum animis cognita causa, iudicium tulisse Iudices. Vallis autem Iosaphat, diuino loco a Platone asserto, respondere potest. sed interim nihil ad nostrum iudicium, vt dictum est.

Matth. 24.

Sententia bonorum. Possidete regnum &c.

Plato



Plato

Licet iustæ animæ lucem quandam videant, veluti columnam Iridi simillimam, decimo de Repub. ibi tamen, ne tum quidem commorantur, alioquin iam iam ex Lachesis necessitatis filiæ iussu, in terras descensuræ.

Matth. 25:

March. 23: Sententia malorum: Ite maledicti in ignem æternum.

Plato

Habet ille quidem in Phædone incorrigibilia peccata, habet etiam loca iis destinata, & præter pœnalem transitum in bestias, habet Tartarum, Coccyrum, Pyriphlegetontem, & Acherusiam paludem, sed lōge diuersis peccatis claustra destinata: de quibus alias fufius.

Matth. ibidem.

Matth. ibid. Rationem damnationis adhibet Christus, Esurii &c.

Plato

Communi nomine si iniuste vixerint, sed tamen particularius condemnari videtur ex appensis post terga, eorum omnium, quæ in hac vita perpetraverint, monumentis, nam hoc etiam canit Ecclesia: Index ergo cum sedebit, quidquid laeserit, apparebit.

Ecclesia.

Ministerio Dæmonum ibunt damnati in supplicium æternum.

Plato

Cratylus. 10. De Rep. Dæmonibus iniustas animas daturas pœnam post mortem non semel minatur Plato, & in Cratyllo, ni fallor, immo etiam alibi apud ipsum memini me legisse hæc ab eo bis citata carmina. sunt tamen ignei quidam Viri, in decimo de Re-

A de Repub. mortuorum sceleratorum animas verberantes, quos Dæmones esse, multi ex Platonis non dubitant Carmina autem sunt hæc:

Dæmones existunt ima tellure repositi, Custodes hominum, depulsoresq. malorum.

De Dæmonibus autem, & de multiplici eorum munere, suus dabitur Cautioni locus.

Ecclesia:

B Denique, Ecclesiæ, animæ, aliæ creatæ sunt, aliæ creantur, aliæ creandæ, & vsque in illum diem non fiet finis nascendi; in quo tandem cessabit omnis generatio.

Plato

C Contra vero Platoni iam pridem productus est, & expletus animorum numerus, nec in aliquo extremo die stabitur, sed multæ futuræ sunt eorundem Palingenesiæ, atq. cæli circumuolutiones, diuersis temporibus, atque corporibus; cum Ecclesia vnum tantum ponat regressum in vnius Mundi finem, quo, & motus, & tempus etiam cessabit.

Ecclesia.

Propter mutationem in melius, resurrectio, regeneratio dicitur; Luc. 19. & Paulus ad Corinth. 6. Luc. 19. Paul. 6.

Plato

D Vel indeterius semper, si in bruta, vel in similes vitas, quamuis videatur etiã supremus ille præmiorum, & pœnarum dies, quo boni, & mali suo quippe merito finali præmientur, quodammodo a Platone subodoratus, tum in Phædone, tum etiam in decimo de Rep.

Io. Apoc. 21.

E De cælo nouo, & terra noua fit mentio Ioann. 21. Apocal. & Esai. 65. & perituros cælos testatur Dauid. Ipsi peribunt. & Christus ait: Cælum & terra transibunt. Licet de modo, quo corrumpentur, non omnes conueniant. Io. 21. Esai. 65. 1

Plato

Licet dictum sit a nonnullis, ex Platonis mente, alternatim modo aqua, modo igne perituros mundos, id ex recurso illo fiderum colligere clare non possumus, sed, etsi fuerit tale quid suspicandum; alternatio illa infinitos mundos inducere

510 PLAT. ANI. TAMQVAM RESVRG.  
 ducere videtur, cum Ecclesia altum tantum diuini illius, & æterni status A  
 inducat, aut potius hunc præsentem, quo nunc potimur, in meliorem statum a  
 motu sistendum, & decorandum.

### Damascenus.

DAMASCE-  
 NVS.  
 Resurrectio  
 quid ex Dama-  
 scen.  
 Alia resur. asi-  
 gnatio secun-  
 dum alios.  
 Origenes con-  
 tra Celsum li-  
 7.

Decipi Celsū  
 in Resurrectio-  
 nis nomine su-  
 mendo.

Anima pro lo-  
 ci varietate  
 multiplex cor-  
 pus.

Celsi ruditas  
 cauillantis quod  
 non intelligit.  
 Origenem etiā  
 ipsum ab Epi-  
 phanio repre-  
 hendi in resur-  
 rectione asse-  
 ueranda.  
 Epistol. contra  
 hæres.  
 Methodij Epi-  
 tome.  
 Origenis error  
 de carnis resur-  
 rectione.

Contraria  
 Theophili sen-  
 tentia de Ori-  
 genica resur-  
 rectione.

Epiphanius  
 quid de eodem  
 sentiat.  
 Alphonfus de  
 Castro.

Tandem, vt vltimo loco pænam, quod primo collocare debebam, Resurre-  
 ctio, ex Damasceno, est partium separatarum reiterata vnio. sed adhuc non er-  
 rabimus, si cum nonnullis addiderimus, esse transmutationem in meliorem for-  
 tem, scilicet incorruptibilem, ne migrationem Platoniam cum nostra resurre-  
 ctione similem faciamus, & Celsi peccandi occasionem præbeamus. quamuis  
 etiam, aliqua posita similitudine, maior adhuc restat dissimilitudinis ratio Sed  
 contra Celsum scribit Origenes, cuius erroris ab eo lib. 7. ita redarguitur :

*Quoniam autem de resurrectione longum, & difficilem sermonem, qui non minus, quam  
 quoduis dogma, opus habet doctore proeecto, ac sapiente, ostensuro simile esse semini hoc  
 anima (vt Scriptura vocat) tabernaculum, in quo iusti ingemiscunt nolentes id exsueri,  
 Celsus autem intelligens, mirum inauditum ab imperitis aliquibus, non valentibus eius  
 rationem reddere, totam rem irridet; unum etiam ad superius de hoc dicta addendum est,  
 falli Celsum, qui putat, nos resurrectionis nomine, accipere migrationem animarum ex  
 corporibus in corpora, iuxta Græcorum opinionem: sed scimus animam suapte natura in-  
 corpoream, & inuisibilem, in quocumq. corporeo loco degat, opus habere corpore conue-  
 niente loci eius natura. quod interdum gestat exsuto priore, necessario quidem, sed iam su-  
 peruacuo ad sequentia; interdum priori super induitur, opus habenti meliore vestimen-  
 to ad regionem priorem ætheream, calestemque. etenim nascitura corpus accepit idoneis  
 inhabitanda vnua certo tempore, at rursus quod erat necessarium in terra victuro. hoc  
 terrenum tabernaculum Scriptura dicit corrumpi, quamuis in terra necessarium foreq. vt  
 superinduamur domum, non manu factam, sempiternam in celis. Aiuunt autem homines  
 Dei, corruptibile hoc induturum incorruptionem, & que quidem differt ab incorruptibili, &  
 mortale hoc induturum immortalitatem, que item differt ab immortalitate. nam sicut se ha-  
 bet sapientia ad ipsum sapiens, & iustitia ad ipsum iustum, & pax ad ipsum pacatum, D  
 ita se habet incorruptio ad ipsum incorruptum, immortalitas ad ipsum immortale. Vide,  
 quo nos inuitet Scriptura, dicens: Induite incorruptionem, & immortalitatem: que res  
 dum pro indumento sunt, indutum talibus indumentis, eaq. retinentem non sinunt cor-  
 rumpti, aut emori. Atq. hæc vt audacius proferrem, coegit me istius ruditas, nō intelligentis  
 quid dicatur resurrectio, ac proinde irridens, cauillantisq. quod non intelligit.*

Sed, quoniam, ne quidem ipse Origenes, in nostra asserenda resurrectione,  
 fuit admodum constans, propterea sciendum est, ipsum ab Epiphanio repre-  
 hendi, vt qui circa ea, quæ de resurrectione credenda sunt, & ex Prophetis ex-  
 ponenda, in ancipiti multum se esse ostenderit. Locum autem Epiphanius est con-  
 tra Hæreses lib. 2. Tomi primi, hæresi sexagesima quarta, cōtra Origenem, Ada-  
 mantium. idque vt exactius peragat Epiphanius, inducit Methodij verba ex  
 Epitome in Origenem de resurrectione, quibus circa eandem inconstantiam  
 dem reprehēdit, quod dixerit hanc carnem non resurgere, sed aliā pro hac ex  
 Deo dari, in quod etiam inuehitur Epiphanius in libro Anchoratus. Verum de  
 eo, quod senserit Origenes, contraria sit sententia Theophili Alexandrini Epi-  
 scopi in lib. 2. sui Paschalis, cum inquit, Origenē asseruisse, corpora post resur-  
 rectionē futura iterum mortalia, & post illam resurrectionem, multis sæculis trā  
 factis, corpora in nihilum redigenda. Epiphanius aurem de Origenem refert, ne  
 gasse resurrectionē, vt refert Alphonfus de Castro lib. decimo tertio aduersus  
 hæreses,

Hæreses, quamobrem, cum non eadem de sententia Epiphanius modo retuleri-  
 mus, neque etiam ex Origene quidquam temere affirmare debeamus, ad hæ-  
 resim me conferam, qua asseritur, corpora post resurrectionem, futura iterum  
 mortalia, quod, ex Platonis relictibus, idem apparet, cum tamen ita cauenda  
 sit hæresis.

### Paulus ad Romanos 6.

*Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, sed* D. PAVLVS.  
 B *Christi exemplum fuit signum future nostre resurrectionis.* Quoniam autem viro-  
 rum generationem Plato primam facit, feminarum autem secundam, postquā  
 virorum animi in illa quatuor vitia inciderint, non prætereundam duxi admo-  
 nitionem, qua quis animaduertat, Ecclesiam hæresi adscribere, si quis dix-  
 erit homines in resurrectione omnes in sexu virili esse resurrecturos. quem er-  
 rorem, referente Alphonso, inter errores Armenorum recenset, & Augustinus  
 vigesimo secundo de Ciuitate Dei hoc idem nonnullis tribuit. Vide eundem  
 Alphonsum loco citato, titulo de resurrectione hæresi quinta.

Platonis du-  
 plex generatio  
 damnatur.

Omnes resur-  
 gere in sexu vt  
 rili dicere est  
 hæresis Arme-  
 norum.  
 Alphonfus de  
 Castro.  
 Augustinus.

### Ex Augustino lib. x. de Ciuitate Dei cap. xxxj.

*Falso igitur a quibusdā Platonis est creditus, quasi necessarius orbis ille ab eisdem ab-  
 eundi, & ad eadem reuertendi. Quod etiā si verum esset, quid hoc scire prodesset, nisi forte  
 inde se nobis auerent præferre Platonici, quia id nos in hac vita iam nesciremus, quod ipsi  
 in alia meliore vita purgatissimi, & sapientissimi fuerant nascituri, & falsum credendo  
 beati futuri. Quod si absurdissimum, & stultissimum est dicere, Porphyrij profecto est præse-  
 renda sententia his, qui animarum circulos, alternante semper beatitudine & miseria, su-  
 spicati sunt. Quod si ita est, ecce Platonis in melius a Platone dissentit: ecce vidit hic,  
 quod ille non vidit, nec post talem, ac tantum magistrum refugit correctionem, sed homi-  
 ni præposuit veritatem.*

AVGVSTI-  
 NVS.

Porphyrij Cen-  
 tertia Platonis  
 præferretur  
 ex August.

### Digressio.

Quomodo sit naturale, aut præter naturam Animæ, vt corpori iungatur.  
 Digrediendi occasionem nobis hoc loco prebet Ficinus clarissimus Platoni-  
 cus, in quæ monuit me Augustinus. ait itaq. ille libro decimo quinto suæ Theo-  
 logiæ, non esse præter naturā animæ humanæ, vt corpori coniungatur, sed ani-  
 mæ huic sempiternæ naturale esse, vt semper cum sempiterno sit corpore, atq.  
 cælesti, & cum temporali corpore, atq. terreno sit ad tempus, non secus, inquit,  
 ac Planetæ cuiq. naturale esse dicimus, vt semper in sphaera sua permaneat. sic  
 aut ad tēpus sub tali signo, vel tali, postquam vero e corpore soluerit, naturale  
 eidem esse corpori conciliari, ita, vt seorsum a corpore maneat, cum affectione  
 quadam ad idem corpus iterum reuertendi, sicut & lapis sursum positus, ma-  
 net integer, sed interim pro viribus ad inferiora declinat; & Planeta disce-  
 dens a signo, naturali ordine ad idem quandoque reuertitur. Redituram ve-  
 ro quādoq. Animā in eiusdē corporis habitaculū, ne in sēpiternū frustra sit il-  
 le naturalis affectus, Magos, & Aegyptios cū Platonis cōsēsisse, aliq. n violē  
 tum

Digressio  
 occasio ex Fici-  
 no cap. 12. li-  
 bri 15.  
 C. 12.

Dictorum con-  
futatio.  
Phædo.

Phædrus.

Duplicis cor-  
poris error cō-  
futatur.

Anima num-  
quid cum sem-  
piterno corpo-  
re, & quomo-  
do stare pos-  
sit.

Ecclesie plac-  
ta de humano  
corpore.

Aegyptii, &  
Magi.

Naturalis ne-  
scit Animorum  
resurrectio.

Aegidij senten-  
tia.  
Resurrectio  
Quomodo di-  
catur esse natu-  
ralis ex Aegid-  
dio.

tum aliquid esset æternum, quæ quidem, sicuti nec Platonica penitus, ita non omnino Christiana mihi videntur, cum tamen vtrumq. participent. Platonica quidem non omni ex parte videri, quod, tum vbiq. cum præcipue in Phædone legimus, nobis ad locum illum purum, & omni corpore solutum esse uigilandum, ibi deniq. libera, æternaq. vita esse fruendum, insuper, in Phædro cū sudore, & tumultu descendere animos, & pluribus verbis describit Animæ miseriam, eamq. antiquam appellat, cuius pænas Proserpinam sumere, sed, etsi alibi hoc idem a nobis est adnotatum, & inter Platonis contradictiones animaduersum, interim cautionis sine nequaquam frustrari debemus, nam, vbi controuerfia, ibidem cautio sequatur necesse est. cum vero etiam ijdem viri duplicis corporis mentionem faciunt, sempiterni scilicet, & vt sempiternæ animæ respondeat, & temporalis, vt ad tempus cum anima coniungatur, videntur quidem duo longe a Christiana fide remota innuere; primum, animam stare cum sempiterno corpore, quod certe tribus modis esset intelligendum, namq. sempiternum illud corpus aut cælum ipsi fuerit, atque ita non cum cælo, sed in cælo stabit potius, secus enim deum ipsum corpore præditum esse diceremus. Etenim, Deum ipsum in cælo esse dicimus, haud tamen tamquam in corpore stare fatemur) aut stella quepiam sempiternum illud corpus fuerit, quod propria cautione a nobis est exploratum, vel deniq. æthereum quoddam vehiculum illud erit, quod tamen ex Platonica doctrina in contradictionibus, & propria rursus cautione est confutatum, & ex veritate Christiana reprobatum, nec est corpus Terreum, quia nec sempiterno tempore cum illo staret anima de sententia Platonis, nempe, quia rursus incipiat in corpora velle reuerti; & rursus cupiat inde exolui. at vero, de Christianorum sententia, fide firmissima dicendum est, oportere corpus hoc terreum mortale, immortalitatem induere, atq. incorruptionem. De hoc itaq. quarto, non æthereo corpore, sed terreo corruptibili, cum sentiat nostra fides, multum quantum a Platonis erroribus remouemur, ac, licet Platonici, & cum ipsis Aegyptij, atq. Magi nobiscum animum afferant inclinationem, & in suo corpore iterum redeundi propensionem, non tamen idem est illorum, atq. Christianorum sensus; illi si quidem æternos, & in æternum abire mundos, mundi q. circuitus affirmant, hi vero semel, nec post id amplius mundi corruptibilitatem repeti, quin incorrupta remanentia omnia firmissime credunt.

Quod autem ad animorum in sua corpora reditum spectat, quoniam idem Platonis interpres (sicut etiam quidam asserunt) resurrectionem naturalem esse sustinent, ea potissimum ratione, qua, cum ex anima, & corpore vnū quiddam naturale compositum fieri certum sit, inde fieri, vt contra talis naturæ ordinem animus seorsum a corpore permaneat. Existente autem ipso animo sempiterno tempore, fieri non posse, vt sempiternum violentum concedatur. Igitur animos in sua corpora redituros, hac ratione concludendum; firmiterq. tenendum affirmant. nolim tamen interim (etsi obiter) Doctissimi Egidij Romani doctrinam hanc sententiam corrigentem hoc loco defraudari. itaq. Egidius ni doctrinam hanc sententiam corrigentem hoc loco defraudari. itaq. Egidius q. 2. de resurrectione mortuorum negari, inquit, non posse, quin resurrectio dicatur naturalis, quatenus talis resurrectionis actus ad formam redit, immo vero ad esse; adde ad viuere, deniq. ad animam, quæ omnia naturalē quandam inclinationē præ se ferre hoc vno philosophi dicto præmonstratur, quod viuere viuētibus sit esse, secundo de anima trigesimo septimo; hoc aut multis rationibus probari posse, cum sit manifestum; tamen, non satis esse (inquit Egidius) formæ ad materiam coniunctionem eatenus naturalem appellari, quatenus ad formam fiat terminus, quin & ulterius modū, & ordinē naturalem requiri debere, Si. n. termi-

**A** terminatio ad formam satis esset ad mutationem quampiam naturalē denominandam, inde consequi dicebat idē doctor, vt omnis transmutatio ad formam naturalis dici debeat; hoc autem esse inconueniens inde probari, quod Aristoteles 5. Physicorum, inquit, *generutiones quasdam, atq. augmentationes violentas esse, quamuis has, & illas ad formas suas terminari depræhendamus.* Cum enim constet multa per artis diligentiam citius augeri, aut generari quam tempus, & ordo exigat, Talesq. generationes violentas dici, hinc fit manifestum, nō illas quidem dici violentas, perinde ac ad formam non tendant (tendunt enim, & illam assequuntur) sed quia modus, & oreo naturalis nequaquam seruetur, & cum omnia in resurrectione animorum inesse videamus, hoc vno excepto, quod ordo, & modus naturales non sint, propterea naturalem resurrectionem dici non debere, sed supernaturalem potius, verisima persuasione videtur ducis Aegidius. Et, re vera, si aliquid supra naturam non sapiat tanta resurrectio, quoniam quæso ab anno magno Platonico differet? ibi enim ex magnarum, maximarumq. stellarum coniunctione ad eundem punctum vnde discesserint, reditū, etiam eosdem animos non modo ad eadem corpora, quin ad easdem indiuiduas actiones duci naturaliter confirmatur. quod si haud secus in nostra resurrectione fieret, non esset profecto, cur tantum opus admirantes, & affectantes, fide venturum, atq. faciendū crederemus. Hæc contra Ficini primam, atq. secundam rationem, nam tertia, & quarta diuinę potentię miraculum non deturunt, quin eiusdem summam, irrefragabilem iustitiam manifestant, de qua tamen iustitia cum Platone a nobis aliquid dicitur, vbi de locis inferis habetur sermo; atq. adeo, vt nihilo melius ac sanctius cum Theologis dici possit. Plato enim, tum 10. de Republic. cum etiam in Phædone, adeo diuinę iustitię tribuit, vt inferorum pænas, & præmia post vitam sibi confirmet. Sed hæc hæc genus. Hæc autem quo nam modo eadem admitti, probariue oporteat, præstabit ex proprijs D. Augustini, verbis, & ipsius admiranda sententia confirmare. Namq. 13. l. de Ciui. Dei sic, inquit, *sanctorum animas defunctorū ideo non habere grauem mortem, quod a Corporibus suis sunt separate, eo quod caro eorum requiescat in spe, quamlibet sine vllō iam sensu contumelias accepisse videatur. non enim, sicut Platoni visum est, corpori obliuionem desiderant, sed potius, quia meminerunt, quid sibi ab eo sit promissum, qui neminem fallit, qui eis etiam de capillorum suorum integritate securitatem dedit, resurrectionem corporum, in quibus multa perpessi sunt, nihil in eis ulterius tale sensuri desiderabiliter, & patienter expectant. Si enim carnem suam nō oderant, quando eam suæ menti infirmitate resistentem spiritali iure coercerant, quanto magis eam diligunt, etiam ipsam spiritalem futuram? Sicut enim spiritus carni seruiens nō incongrue carnalis, ita caro spiritui seruiens recte appellatur spiritalis, non quia in spiritum conuertitur, sicut nonnulli putant, eo quod scriptum est. Seminatur corpus animale, resurgit corpus spiritale, sed quia spiritui summa & mirabili obtemperandi facilitate subdetur vsq; ad implendam immortalitatis indissolubilis securissimam voluntatem, omni molestia sensu omni corruptibilitate, & tarditate detracta. Non solum enim non erit tale, quale nunc est in quavis optima valetudine, sed nec tale quidem, quale fuit in primis hominibus ante peccatum.* Dubitat autē Augustinus ex Philosophorum mente. Sed necesse est, inquit, vt terrena corpora naturale pondus vel in terra teneat, vel cogat ad terrā, & ideo in cælo esse non possunt, nam primi illi homines etiam secundū nos Christianos in terra erant, memorosa, atq. fructuosa, quæ Paradisi nomen obtinuit. Ac nos eiusdem Augustini verbis additis, tū propter Christi corpus, cum quo ascendit in cælum, tum propter sanctorum corpora, qualia in resurrectione futura sunt, ita prosequimur. *Si enim ars humana efficit, vt ex metallis, quæ in aquis posita continuo submerguntur, quibusdam modis vasa fabricata etiam natate possint,*

Xx 3 quanto

Gene rationes  
quasdam vio-  
lentas esse.  
Arist. 5. Tex. 56.

Resurrectio  
quomodo natu-  
ralis dici nou-  
debeat. sed su-  
pra naturam.

Plat. diuinę iu-  
stitiæ multum  
tribuisse.  
AVGVSTI-  
NVS 13. de  
Ciuit. c. 20.

Sanctorū mor-  
tem non esse  
grauem quo-  
modo intelli-  
gat Aug.  
Plato nota tuta

Spiritalis ca-  
ro quomodo di-  
ci possit?

Terrena corpo-  
ra verum in cæ-  
lo esse possunt  
& quomodo?

Aug. 13. l. de  
Ciuit. C 18.

Dei voluntas  
omnipotens ex  
platione .  
Ex Angelorum  
potestate idem  
arguitur .  
Aliud argumē-  
tum a saniori-  
bus ductū cor-  
poribus .  
Aliud circa idē  
argumentū ex  
rotius terrā in  
medio libratio-  
ne .  
Aliud argumē-  
tum ad homi-  
nē pura ad Pla-  
tonem quē suis  
assertionibus  
conuincit .

quanto credibilis, & efficacius occultus aliquis modus operationis Dei, cuius omnipoten-  
tissima voluntate Plato dicit, nec orta interire, nec colligata posse dissolui, cum multo mi-  
rabilius incorporea corporeis, quā quaecumq. corpora quibuscūq. corporibus copulentur, po-  
test mollibus prestare terrenis, ut nullo in ima pondere deprimantur, ipsiq. animis perfe-  
ctissime beatis, ut quāuis terrena, tamen incorruptibilia iam corpora, ubi volunt, ponāt,  
& quo volunt, agant situ, motuq. facillimo. An vero, si hoc Angeli faciant, ut qualibet  
animalia terrestria rapiant unde libet, constitutūq. ubi libet, aut eos sine labore nō posse,  
aut onera sentire credendum est. Cur ergo sanctorum perfectos atque beatos diuino mu-  
nere spiritus sine ulla difficultate posse ferre, quo uoluerint, & sistere ubi uoluerint, sua  
corpora non credamus? Nam, cum terrenorum corporum sicut onera in gestando sentire  
consueuimus, quanto maior est quantitas, tanto maior sit & grauitas; ita, ut plura pon-  
do, quam pauciora plus premant, membra tamen suā carnis leuius portat anima, cum  
in sanitate robusta sunt, quam in languore, cum macra sint. Et cum alijs gestantibus  
onerosior sit sanus, & ualidus, quam exsiliis, & morbidus, ipse tamen ad suum corpus mo-  
uendum, atque portandum agilior est, cum in bona ualeitudine plus habet molis, quam  
cum in peste, uel fame minimum roboris. Tantum ualet in habendis etiam terrenis cor-  
poribus, quamuis adhuc corruptibilibus, atque mortalibus non quantitatis pondus, sed  
temperationis modus; & quis uerbis explicet, quantum distat inter presentem, quam  
dicimus, sanitatem, & immortalitatem futuram? Non igitur nostram fidem redarguāt  
Philosophi de ponderibus corporum. Nolo enim querere, cur non credant terrenum posse  
esse corpus in celo, cum terra uniuersa libretur in nihilo. Fortassis enim de ipso medio  
mundi loco, eo quod in eum cocant quæq. grauiora, etiam argumentatio uerisimilior ha-  
beatur. Illud dico, si Dijs minores, quibus inter animalia terrestria cetera, etiam homi-  
nem faciendum commisit Plato, potuerunt, sicut dicit, ab igne remouere urendi qualita-  
tem, lucendi relinquere, quæ per oculos emicaret: ita ne Deo summo concedere dubita-  
bimus, cuius ille uoluntati, potestatiq. ne moriantur concessit, quæ orta sint tam  
diuersa, tam dissimilia, id est, corporea, & incorporea sibi met connexa, nulla  
possint dissolutione seiungi, ut de Carne hominis, cui donat immorta-  
litate, corruptionem auferat, naturam relinquat, congruen-  
tiam figuræ, membrorumq. detineat, detrahat ponderis tar-  
ditatem. sed de fide resurrectionis mortuorum, &  
de corporibus eorundem immortalibus dili-  
gentius, si Deus uoluerit, alibi diseren-  
dum est. Hæc Augustinus.

FINIS SECVNDI LIBRI.



RATIONALIUM  
ANIMORVM  
FALSI INCONSTANTES, ET VARIJ  
PRO TEMPORE, ATQVE NVMERO  
IN HANC VITAM  
PROGRESSVS, ATQVE REGRESSVS  
EVERTVNTVR.

DISPVATIONVM  
IN PLATONEM  
ATQVE CAUTIONVM

DISTRIBUTIONIS TERTIAE  
LIBER TERTIVS.

Cautiois leges.

D. Paul. ad Cor. 15.

Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.

Statutum est hominibus semel mori.

Tripartitos presentis cautionis assertos errores ex { Atheis  
Epicureis  
Chiliasis  
Origene  
Nepote } Vide infra

Eisdem autem confutatos ex { D. Paulo  
D. Augustino  
D. Hieronymo  
& alijs Iunioribus } suo etiam loco, & qua ibidem citantur.



PLATONIS FALSA  
TEMPORIS PERIODVS  
DE ANIMORVM REDITV  
IN CORPORA

IN PLATONEM

Quæstio, & Cautio.



LIBER TERTIVS.

PLATO.



NIMORVM resurrectione, eorundemq. in corpora reditu, sub Cautione posito, vocat nos consequens labor, nempe indagandi temporis, quo reditus iste Platoni fiat. nam, vt varius sibi, ita pariter Christiano dissimilis esse videtur. Vnde fortasse hæretici illi emerere, qui ab annorum numero millenario, Chiliasæ sunt appellati. Et cum illis, Nepos quidam, Aegypti Episcopus, vt in fine Cautiois patebit. Sed

Chiliasæ hæretici vnde, emergere potuerint.

X. de Rep. 614.

nunc, more consueto, a Platone sumamus exordium. Herus itaq. ille Armenus decimo de Repub. ad Iudices accedens, duplici conspecto hiatu, cæli scilicet, atque telluris, hinc animas adscendentes, inde vero descendentes adspiciebat, quæ (vt Platoni verbis utar) cum assiduo aduentarent, undiq. videri eas velut longa peregrinatione fatigatas, in prato, tamquam in celebri quodam conuentu, turmatim considerare: & eas, quæ mutuan notitiam olim habuissent, se mutuo salutare, atque complecti, & ab ijs, quæ vel ex terra, vel ex calo venirent, eorum, qui in his locis adhuc essent, statum diligenter percunctari, atque etiam illis sibi vicissim ad singula respondere, has quidem dolentes, & flentes eorum malorum memoria, quæ & passæ essent,

Phædrus 248. B.

essent, & in alijs conspicatæ in illo sub terras itinere laboriosissimo quidem, atque longissimo, quippe quod sit mille annorum; illas vero, quæ de calo descenderent, commemorare delicias, & infinitæ cuiusdam pulchritudinis spectacula. Hæc ibi. At vero, in Phædro quid asserit? primum ponit ibidem circuitus cum ait, quicumq; animus Deæ comitatus verorum quippiam conspexerit, is ad alterum usque circuitum indemnis perduret. & paullo mox secundæ cuiusdam meminit generationis. nam ad eos, qui præcessere, sermones ita connectit: Quod si id semper facere possit, ille sus semper esto: sin assequendi impotens minime inspexerit, & infortunio quodam usus obliuione, & prauitate repletus grauetur, grauatius autem pennas amiserit, & in terram incidere: vetat lex, ne in ferinam quandam naturam in prima generatione commutetur. Et post illorum graduum dispensationes, tandem ibidem ita inquit: In his autem omnibus quicumque iuste uitam egerit, sortem postea nanciscitur meliorem; qui uero iniuste, deteriorem. In idem enim, unde profectus est, unusquisque animus annis decem millibus nou reuertitur. Alas enim ante hoc tempus minime capit, excepto animo illius unius, qui sine dolo philosophatus est, vel quicum sapientiæ studio pueros amauit. Hi quidem tertio mille annorum ambitu, si ter hanc uitam deinceps elegerint, sic recuperatis alis, post tria annorum millia abeuntes uolant. Alij uero animi, cum prima uite sine fuerint consecuti; iudicij quoque sententiam nanciscuntur: indicati autem alij sub terram profecti ad locum iudicio exponendo destinatum penas expendunt. Alij in quandam cæli locum ex iudicij formula subleuati ita uiuunt, ut dignum est ea uita, quam in hominis specie, sine forma uixerant. Millenario autem anno redeuntes ambo ad sortitionem, electionemq; secundæ uite, deligunt unusquisque eam uitam quam uelit. Hactenus in

Timæus.

Phædro. Est & tertius locus in Timæo, quem nono parallelo de animorum resurrectione citauimus: ubi tangitur anni illius magni circuitus. cum inquit, absoluto, perfectoque numero temporis absolutum, perfectumq; annum tunc compleri, denique, cum se octo ambitus consecutis suis cursibus ad idem caput retrulerunt, cumq; eos permensus est idem, atque semper sui similis orbis &c. Ex Phædone autem spatium illud habes. haud quidem sub præscripto annorum numero sed sub quædam

Phædo 108. C.

temporis momenta quippiam colliges, cum (de impura quapiam anima loquens) hæc addit: illum (inquam) animum quilibet alius animus auersatur, & refugit, & ei neque comes, neque dux esse uult: ipse uero errat, maximis rerum angustijs districtus, donec certa quædam temporum momenta peruenerint: quibus clapsis necessitate quadam fertur ad eum locum, qui ei fuerit ad habitandum destinatus; qui uero pure & moderate uitam traduxerit, Deos & comites, & duces consecutus, &c. Sexto autem de legibus, supponit Atheniensis, hominum genus uel nullum umquam principium habuisse, neque finem habiturum umquam, sed extitisse semper olim, & semper omnino futurum, uel certe finatum est, immensam quandam, & pene infinitam temporis longitudinem ab illo ad hoc nostrum tempus intercessisse, & ita ponendum fatetur Clinias.

Timæus 23. E.

Sed in Timæo sacerdos ille, antiquiorum suarum rerum statum repetens, Ecquis olim fuerit, annorum octo millium seriem, in sacris suis libris recenseri affirmat, polliceturq; se, nouem annorum millium seriem ostensurum Soloni, quibus Aegyptij maiores Græcis exstitissent.

Politic. 269. A.

Hæc sunt, quæ de temporum omnium curriculo in uniuersum apud Platonem reperiuntur: quamuis ea huc afferre nunc pigeat, quæ ex Politico multis uerbis, longaq; fabella differuntur, & de priscis hominibus ex terra procreari solitis, de quo supra multis in locis dictum est. Et quod uniuersum aliquando Deus

Ibidem C.

quasi ipsius uestigijs dirigat, atque omnes illius motus contorqueat, atque agitet, & aliquando dimittat, cum ipsius circumuolutiones iustum temporis modum sint consecuta, itemq; mundum proprio, & libero tum motu contra reflecti, seq. ipsum conuertere semper,

A per, neque totum semper gemino, contrariiq; circuitu ab ipso Deo reflecti, & alias ab alia quadam diuina ui duci, atque regi, uitamq; rursus haurire extrinsecus. At uero aliam auctoritatem in eodem Politico, cuius monuit me Ficinus, inueniendi hucusq; mihi non vacauit. Sic enim ille & Plato in lib. de Regno inquit, post presentem, fatalemq; Mundi cursum, hominum animas imperante Deo, atque suscitante corpora sua, quæ in hoc cursu amiserunt, ideo recepturas, ut, quemadmodum sub fato quondam corpora humana in terram deciderant, ita sub prouidentia diuina imperio ex terra resurgant, atque reuiuiscant. Quæ tamen singula cum alijs plerisq; in eodem Politico uel ad proprias Cautiones, uel ad eam, quæ de Mundi æternitate, pertinebunt, hoc enim loco nihil aliud plane, nisi illa annorum curricula, quærimus, quibus animæ suis circuitibus, generationibusq; ob præmia, pœnasq; circumuoluunt.

Cuius rei gratia primum in præsentia colligo, non esse eiusdem quantitatis tempus illud, quo ex Timæo uisus est claudi anni magni circuitus, atque illud, quo animus concretam apud Inferos labem exemerit. hoc autem ex eo comprehendo. nam, si anni magni circulum ad trutinam communis consensus expendamus; ut Diaceti Catanei suspicionem missam faciam: cum constet ille haud fere minus triginta sex annorum millibus uel ad summum quadraginta nouem compleatur: tunc quidem annos illos, quorum in Phædro fit mentio, quadruplo circiter magisue minusue superabit, fere æquabit. fit autem

C ibidem mentio decem millium annorum ad summum, multarum uero animarum minores circulos infra, uel scilicet uno, uel tribus contineri millenarijs, ibidem patet. nec longe secus decimo de Republica legimus, quo loco sceleratorum purgatorum terminum, reditumq; mille annis præfigit, poterunt itaq; ab Inferis plus quam quadragies nonnulli animi remeare, donec annus ille magnus compleatur, si tamen suum tot annis regressum conficiat, aut si, ut malunt nonnulli, de quo suo loco uidebimus, decem, uel nouem annorum millibus contineatur; post totidem millenarios reuerti. De his itaq; annorum decursibus nobis præfens est sermo, qui circulis minoribus, ætatumq; periodis breuioribus compleantur, quiq; assertæ migrationi magis conueniant. secus

D enim migratio illa Pythagoræ ab Ouidio adscripta, & quod fuerit Euphorbus tempore belli Troiani, & quod Gallus, & quod tandem in Pythagoram euasere, intelligi minime poterit: cum constet, utrosq; viros infra unam mundi huius nostri uitam floruisse. quo quidem temporis spatio, nullus anno magno dabitur locus, immo uero ab excidio Troiano ad Pythagoram uix pauca intercessere annorum curricula. Nunc itaque duo consideranda fore duxi pro duplici uidelicet animorum statu recte intelligendo animæ uidelicet statû impuræ, atq; puræ: quorum hunc Phædrus, illum X. de Repub. locis citatis nobis præ-

E spatio, quasi hæc humana uita sit meta. Exempli gratia, si qui multarum cadum causa exstitissent, ciuitatesque, uel exercitus prodidissent, uel in seruitutem homines adegissent, uel alicuius alterius sceleris, atque flagitij auctores, conscij uel exstitissent, eorum omnium pro quolibet facinore pœnas decuplas expendere. Et paullo mox, aduersus eos, inquit, qui in Deos, & parentes impie egissent, uel cadum auctores, ministri uel exstitissent, grauiora supplicia commemorabat. Amplius, illud ex Platone tenendum est, his scilicet modo dictis pœnis condigna opponi præmia, pariter atque illis, qui recte uitam administauerint; cum ait, rursus, si qui bene, & cum laude aliquid in uita egissent, pietatem, iustitiamq; coluissent, eadem ratione præmia reportare, & paullo infra: ita igitur pœnas, & supplicia Herus recensabat, contrarias uero his supplicij

De animorum reditu temporis, modo longiora, modo breuiora spatia apud Platonē.

Animi duplex status ob temporis spatium considerandus sumitur.

quæ ex X. col-  
ligantur

**A** *placis mercedes huiusmodi.* Habes igitur ex hoc decimo laboriosissimum, & longissimum iter illarum animarum, quæ sub terras adhuc degerent, esseq. mille annorum, ut inquit. Habes paullo inferius, sceleratas animas pro suo scelere poenas decies dare; illud autem, decies, quid sit, aperit nobis ibidem Plato, id est centum annorum spatium. Vnde, si libet, plane inferrem, illud mille annorum curriculum, cuius paullo supra meminimus, & de quo supra etiam diximus, illorum animorum nequaquam esse, qui supplicijs affiguntur, sed eorum, qui in humanis adhuc, haud vero apud Inferos degerint. his enim animis, qui apud Inferos poenas luunt, definitum, statutumq. annorum numerum præfigi non posse, ex eo constat, quod, cum diuersis sese polluisent in hac vita sceleribus, eorumq. peccatis decupla temporis supplicia respondere fecisset, sicuti peccandi modus, & finis apud libere peccantem præfigi non potest, ita etiam decupla annorum poena eisdem statui nequaquam debere, non indecenter eoneiectari existimo: nisi quis dixerit, vberiore peccandi licentiam non dari, nisi penes terminum, quo cuiusq. animus mille annorum spatium poenas apud Inferos pendere debeat. Quod si ita visus est Virgilius locum Platonis exposuisse, ne pudeat nos cum eodem in Platone interpretando errare. Nam, quid aliud fortasse intelligere voluit magnus ille vates, cum in sexto inquit:

Virg. Aeneid.  
6.

*Has omnes, ubi mille rotam voluere per annos,  
Lethæum ad fluvium Deus euocat agmine magno,  
Scilicet immemores superavit conuexa reuisant,  
Rursus ut incipiant in corpora velle reuertii.*

Numeri millenarij Platoniorum interpretatio.

Sed, quam recte correspondeat poenis a Platone decuplo præfixis, videant alij, qui locum ad aliud quiddam referunt. quasi vero Plato ex numeris denarium vniuersalem appellet, qui in seipsum ductus centenarium gignat. vnde prima animi apud Maronem purgatio:

*Centum errant annos, volitantq. hæc litora circum,  
Tum demum admissi stagna exoptata reuisunt.*

Quis Deorum ab Orco animas euocet Platoni.

Atque insuper centenarius, si in se ducatur, millenarium proferat. & cum labes animæ per denarium expurgari debeat, ut isti somniant, eo quod denarium numerum in se duci oporteat, centenarium procreando, hinc significari inquit, animam a corpore ad se per rationem emergere oportere. quod vero ex centenario millenarius ducatur, significari animam non modo erga se per centenarium rationi attributum verti, verum etiam per intelligentiam in se millenario conuerti, & ad propriam vnitatem redactam, tum demum Deo vere vno frui. Sed hæc ipsi viderint. Alia nunc quæro, & veriora. Interim obiter vnum in Virgilij carmine adnoto: Deum illum animas Lethæum ad fluvium euocantem, non esse Mercurium, ut nonnulli exponunt. & si Maro Aeneidos quarto de eodem dixerit, cum de illius Virga loqueretur:

*Hæc animas ille euocat Orco  
Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit.*

Proinde, cum locus ille in sexto Aeneidos a Platone sit descriptus, ex his quæ X. de Repub. habentur, ibi non de Mercurio, sed de Lachesi, necessitatis filia, animas diurnas alloquente, sit mentio. & paullo infra Prophetam quendam inducit,

**A** inducit, fortes super illas animas proiicientem, ex quibus quemlibet capere, quæ sibi cecidisset. at in calce decimi de Republica, & throni, atque necessitatis, & rursus Demonis meminit. Tandem, ubi animi illi descenduri ad mediâ usque noctem dormierint, nullum de Mercurio verbum. sed inquit, subito tonitru, & terræ motu excitos de repente alium alio sursum ferri ad generationem stellarum insular profilientes. Hæc autem utcumque. Nunc ad Phædrum. ibi enim de animis in cælo degentibus, Deamq. comitantibus, ita loquitur: ut, quicumque animus Deam fuerit comitatus, illæsus semper existat; sin vero assequendi impotens fuerit, & obliuione grauatus, penas amiserit, in terram incidit, primo prohiberi, ne uertatur in ferinam figuram, sed tamen in philosophum verti, & amatorem pulchritudinis, deinde in Regem, & in Reipub. administratorem, & in gymnasticum, & in vatem, & in poetam, & in artificem, & in Sophistam, & in Tyrannum euadere. denique hæc subdit ibidem: In his autem omnibus quicumque iuste vitam egerit, sortem postea nanciscitur meliorem; qui vero iniuste, deteriolem. In idem enim, vnde profectus est, vnius cuiusq. animus annis decem millibus non reuertitur. alas enim ante hoc tempus minime capit, excepto animo illius vnius, qui sine ullo dolo philosophatus est, vel qui cum sapientie studio pueros amauit. hi quidem tertio mille annorum ambitu (si hanc vitam deinceps elegerint.) Quæ alibi, sane ter a nobis sūt repetita. Sed priusquã ulterius pergamus, animaduertendum esse putarim, totum huc decem annorum millium circulum, a quo prius in cælum redeundi potestas non datur, migrationem necessario includere, & omnem aliam mutationem siue in ferinam, siue in humanam formam dimiseris. hoc autem ex eo comprehendo, quod inquit *animum iam grauatam obliuione in terras descendentem* prima sua informante potestate in belluam non mutari. vetitum enim ex lege esse, sed in philosophum, & Regem & aliquem illorum modo enumeratorum graduum, in quibus (inquit) *si quis iuste vitam egerit, sortem postea nanciscetur meliorem.* nos autem sortem illam, quam quis meliorem nancisci posset, non esse in eadem vita audiamus, sed post obitum potius. Non enim datur vita, quæ decem annorum millibus proregetur. nec item in cælum adscendit, qui a decem annorum millibus non reuertitur. itaq. ex migrationis vi, atque potestate in alias abeat figuras oportet. quod etiam infra indicare videtur, cum ait: *hinc & in belluæ vitam humanus animus commigrat, & e bellua rursus in hominem &c.* En vnum apud Platonem migrationis modum. En etiam decem annorum millium progressionem, & ad cælum redeundi terminum. habes insuper, talem circulum non esse annum magnum. in quo lapsus videri fortasse potest Cataneus Diacerus in sua quadam de anno magno Platonis epistola. alius enim est finis huius anni decem millium annorum, atque illius, qui ex omnium stellarum reditu ad quoddam cæli punctum fieri solet; idque in Cautionibus de mundi æternitate satis clare, Deo annuente, ostendemus.

**C** Nunc ad alias computationes accedam. Animaduertendum tamen prius duco, apud Platonem dari posse quosdam animos, qui e cælo aut vix, aut fortasse numquam descendunt. namque, ut in Phædro habetur, *quicumque animus Deam comitatus, uerorum quippiam conspexerit, is ad alteram usque circuitum indemnus perduret. quod si id semper facere possit ille ius semper esto; sin assequendi impotens, &c.* Vnde etiam circuitum alterum colligas velim, de quo inferius nos cum eodem Platone dicemus. Namq. nullum inquit recuperare alas, quibus ad cælum euolet, excepto philosopho, & amatore puerorum. hos enim homines tertio mille annorum ambitu (ut antea diximus) si ter hanc vitam deinceps elegerint, sic recuperatis alis, post tria annorum millia abeuntes euolare. cuius quidem loci explicationem primo ab illius discrimine sumemus,

Quo annorum circulo Migratione includatur?

249.B.

Caranei diaceti lapsus.

Quosdam animos numquam e cælo videri descendere.

Discrimen locorum Plat. in Phædro, & Rep.

mus, qui decimo de Repub. legitur, ne quis putet inter hunc, & illum quidquam simile intercedere, cum ibi de reditu animæ apud Inferos degentis, & ad corpora iterum redeuntis sermo habeatur. voluit enim illam mille annorum rotam ob patrata ab eo scelera. quod si hic intelligeretur redire ad cælum, profecto melioris esset conditionis, quam philosophi animus, qui non nisi post ter mille annorum spatium illuc redit. huic enim, & amatori puerorum infra spatium decem annorum millium (nam ita intelligerem locum Phædri) accidet ter cælum repetere, terq. inde ad nos accedere, ita, vt philosopho ad minus post tria annorum millia detur ad cælum reditus, sceleratis vero, & iam purgatis, fortasse non nisi toto millium annorum peractio, absolutoq. decennio concedatur: atque ita deinceps de reliquis intermedijs animis. nam hunc in modum prosequitur Plato: *Alij vero animi, cum primæ vitæ finem fuerint consecuti, Iudicij quoque sententiam nanciscuntur. Iudicati autem, alij, sub terram profecti, ad locum Iudicio expendendo destinatum pœnas expendunt, alij in quendam Cæli locum ex iudicij formula subleuati ita viuunt, vt dignum est ea vitæ, quam in hominis specie, siue forma vixerant. Millenario autem anno redeuntibus ambo ad sortitionem, electionemq. secundæ vitæ deligunt, vnusquisque eam vitam, quam velit. hic & in belluæ vitam humanus animus commigrat, & ex belluæ rursus in hominem.* Vnde clare habeas, post vnum, vel alterum ex hac vita discessum ante illud spatium decem annorum millium his animis impuris non dari ad cælum reditum. vides etiam, locum hunc ei, qui est apud decimum de Rep. apprime respondere, si illorum animorum ritum conferamus, qui ex terra adscendebant, puluere, squalore, macie confecti, & in prato confidebant, & post enumeratas impiorum pœnas, atque iustorum præmia, post puellæ Lachesis, necessitatis filiæ, sermonem; illis animis fuisse tabellas diuersarum rationum, atque vitæ generum expositas, & Tyrannidum, & illustrium virorum vitas, quæ decimo de Repub. recensentur, hinc quendam elegisse Tyrannidem, Orpheum in Cygnum, Thamyrim in Philomenam, Aiace in Leonem, Agamemnonem in Aquilam, Atlantem in Athletam, Epeum in Mulierem, Thersitem in Simiam, Vlysem in priuati hominis vitam abiisse. Porro, cum hæc in Phædro similia legantur, illiq. correspondent; locum hunc ab illo in eo dissentire suspicor, quod ibi iustæ a lege animæ, aut veritæ, vitæ electionem talem vel talem eligant, vel fugiant. Ita enim inquit: *Sin obliuione repletus grauetur, grauatus autem pennas amiserit, vetat lex, ne in ferinam quandam naturam in prima generatione commutetur: sed iubet, eum, qui plurima viderit, in genituram philosophi, aut studiosi pulchritudinis, aut Musici, atque Amatoris, abire &cet.* Decimo autem de Repub. semper sermo de electione habetur, quam sponte quilibet faceret animus. de quo in Contradictionibus. Ex his vero suspicarer, illum, qui est apud Phædrum, animorum descensum, esse fere primum, si cum eo conferatur, de quo decimo de Repub. dicebatur. nam hic, experimentis edocti animi vitæ genera quædam eligunt: quemadmodum Orpheus in Cygnum &cet. ibi vero, lege iussi, nisi aliud esset descensum iuberi, & aliud posse vitæ genus descendendo eligi. Sed, vtcumque sit, hic non determino. Amplius, electionis vitarum ordo variat: nam primus, qui est in Phædro, gradus in philosophum euadit; secundus in Regem: at vero decimo de Repub. primus quidem in Tyrannum, idque propter errorem abit, & in experientiam alterius vitæ &cet. de quo in Contradictionibus. Vnum tamen quis mihi obijciat, quod inter nos status numquam cælum attingi videatur, cum tamen ex Phædro dictum sit, alios animos in quendam cæli locum

Animorum & descensus vicietas.

A locum ex iudicij formula subleuatos ita viuere, vt dignum est ea vitæ, quam in hominis specie, siue forma vixerant. huic tamen dicimus, cæli nomen apud Platonem multis accipi modis. interdum enim pro solo cælesti ambitu, qui supra Lunam continetur, cuius multa sunt apud Platonem loca, alias vero pro parte elementari, illorum tamen facta collatione, qui apud Inferos vitam traducunt. item ferme sumpsit iuxta Platonis placita Maro. nam locum illum a Platone prius descriptum in ornatiorum sermonem transtulit Poeta sexto Aeneidos, cum ait:

Cæli nomē Platonem multiplex.

O pater, an ne aliquas ad cælum hinc ire putandum est  
Sublimes animas, iterumq. ad tarda reuertit  
Corpora? que lucis miseris tam dira Cupido?

Virg. quomodo Cæli nomine sic vsus in 6.

Quo loco. Cælum intellexit locum vitæ hominum destinatum. nam de reditu ad corpora sermo habebatur. Sumitur etiam Cælum apud Platonem, loco vbi supra, pro illa inferorum parte, quæ ad beatiores defunctorum animos pertinet, in qua ita viuunt, vt dignum est (inquit idem) ea vitæ, quam in hominis specie, siue forma vixerunt. Sane, talem vitam viuere, ad supremum cælum nequaquam spectare, sed ad illam partem, quam modo diximus potius pertinere, docuit nos Maro, Platoniorum alioqui dogmatum obseruantissimus, & hoc loco Platonis expositor. nedum imitator. Proinde, cum Elifios campos, eorundemq. incolas voluit describere, ecquid ibidem rerum agatur, ita similem Platonis in Phædone doctrinam carmine depinxit:

Largior hic campos æther, & lumine uestit  
Purpureo, Solemq. suum, sua sidera norunt,  
Pars in gramineis exercent membra palestris. &c.

Virg. in 6.

D Vides Solem, & Sidera illis lucescentia. vt non immerito Cælum dici possit. quod vero animus ad Inferos proficiscens (vt dicebat in eodem Phædone) nihil aliud secum afferat, quam institutionem, educationemq. quam profecto ex nostro Poetarum Marone dulcius audire licebit?

Stant Terra defixæ hæc, passimq. soluti  
Per campos pascuntur equi, quæ gratia currum  
Armorumq. fuit uicis, quæ cura nitentes  
Pascere equos, eadem sequitur Tellure repostos.

Idem ibidem.

E Nunc conferas verba illa Platonis in Phædro, & idem iisdem fere verbis dictum ab eo inuenies, cum alios, inquit, animos in quendam cæli locum ex Iudicij formula subleuatos ita viuere, ut dignum est ea vitæ, quam in hominis specie, siue forma vixerant.

Postremo, cum ex Platonis mente habeamus, terminum, quo animus a cælo exfulat, esse annorum duodecim millium, non leuis postmodum oritur difficultas ex verbis, quæ in Menone habentur. Ibi enim nescio cuius noni anni habetur mentio, a quo tandem fiat animæ ad supernum Solem rectius. Ita enim inquit *immortalem esse hominis animum, & modo quidem desinere cum corpore coniungi, quod mori appellant, modo rursus existere*

Noni anni mentio Platonis.



*Et in nonam vitam emergere, numquam vero perire. his de causis necessarium plane esse, quam sanctissime vitam traducere. De quibus enim Proserpina penas antiqui lucis sumpsi in supernum Solem illorum rursus animum NONO ANNO redit. Ex quibus Reges clari, & robore vehementes, & sapientia maximi viri propagantur. In posterum vero tempus augusti heroes apud homines nuncupantur. Horum verborum causa Fraciscus Cataneus Diacetus Platonis annum illum, cognomento Magnum appellatum ad annorum duodecim millium terminum, quamuis non sine errore, vt antea dicebamus, redigit. cum autem hic nil aliud, quam Platonis varietatem, aut, si mauis, inconstantiam dixisse voluerimus, cum de tempore loquitur, quo animus variis circuitibus itque, reditq. & in hunc mundum immoratur, propterea hactenus dixisse sit satis, quatenus propter animi moram magis susceptus est sermo, quam vt de vniuersa celi, mundique diuturnitate inecatur disputatio. quamobrem ad præmonitiones accedo.*

Catanei interpretatio.

CAVTIO.

**C** Sententia hæc tria continere videtur. quorum vnum est de circuitu animorum, alterum de fine supplicii damnatorum, tertium de circumscripta temporis periodo. De primo quidem, in Cautionem de animorum resurrectione, & quod vnum tantum sit futurum iudicium, nec post aliud vquam repetendum, satis multa parallelis iuxta se positæ habentur. Nunc tamen, quod ad rem præsentem atinet, cum D. Augustino melius, sanctiusq. faciemus, si ea, quæ vigesimo capite libri duodecimi de ciuit. Dei pluribus habet, huc transfulerimus; cuius quidem capitis summa in fronte ita præfigitur.

AVGVSTI NVS.

*De impietate eorum, qui asserunt, animas, summe, veræq. beatitudinis participes, iterum atque iterum per circuitus temporum, ad eandem miseriam, laboresq. redduntur.*

Augustini verba in sententias redacta.

I. Vitam beatam incommutabilem futuram.

**D** Nos autem, quo lectorem longioris capitis lectione non affligeremus, illud idem viginti sex, plusue, minusue sententiis dissectuimus. Rem autem ita aggreditur magnus Augustinus: *Quorum enim aures piorum ferant, post emensam tantisq. calamitatibus vitam, si tamen vita ista dicenda est, quæ potius mors, est ita grauis, vt mors, quæ ab hac liberat mortis huius amore timeatur, post tam magna mala, tamq. multa, & horrenda, tandem aliquando per veram religionem, atque sapientiam expiata, atque finita ita peruenire ad conspectum Dei, atque ita fieri beatum contemplatione incorporea lucis per participationem incommutabilis immortalitatis eius, cuius adipiscendæ amore flagramus, vt eam quandoq. necesse sit deserere, & eos, qui deserunt, ab illa æternitate, veritate, felicitate deiectos tartarea mortalitati, turpi stultitiæ, miseris execrabilibus implicari, ubi Deus amittatur, ubi odio veritas habeatur, ubi per immundas nequitias beatitudo queratur, & hoc itidem, atque itidem sine vilo sine priorum, & posteriorum certis interuallis, & dimensionibus seculorum factum, & futurum. Et hoc propterea, vt passim Deo circumscriptis definitis, euntibus semper, atque redeuntibus per nostras falsas beatitudines, & veras miserias, alternatim quidem, sed reuolutione incessabili, sempiternis nãta esse opera sua, quoniam neque a faciendo quiescere, neque sciendo possit ea, quæ infinita sunt, indagare.*

II. Que de circuitibus dicuntur, doctius nesciuntur.

*Quis hæc audiat? quis credat? qui seruat? quæ si vera essent, non solum sacerdotibus prudentius, verum etiam (ut, quo modo valeo, dicam, quod volo) doctius nesciuntur.*

**A** ventur. Nam, si hæc illic in memoria non habebimus, & ideo beati erimus, cur hic per eorum scientiam grauetur amplius nostra miseria? Si autem ibi ea necessario scituri sumus, hic saltem nesciamus, vt hic felicior sit expectatio, quam illic adeptio summi boni, quando hic æterna vita consequenda expectatur: ibi autem beata; sed non æterna quandoq. amittenda cognoscitur.

*Si autem dicunt, neminem posse ad illam beatitudinem peruenire, nisi hos circumitus, ubi beatitudo, & miseria vicissim alternant, in huius vite eruditione cognouerit: quo modo ergo fatentur, quanto plus quisq. amauerit Deum, tanto eum facilius ad beatitudinem peruenturum, qui ea docent, quibus amor ipse torpescat?*

III. Affectos circuitus docere nos, quo in Deum amor torpescat.

**B** turum, & contra eius veritatem, sapientiamq. sensurum, & hoc cum ad eius plenam pro sua capacitate notitiam, beatitudinis perfectione peruenierit, quando nec hominem amicum possit quisque amare fideliter, cui se futurum nonerit inimicum?

*Sed absit, ut vera sint, quæ nobis minantur veram miseriam numquam finiendam, sed interpositionibus falsæ beatitudinis sepe, ac sine fine rumpendam.*

IV. Interponentes falsam beatitudinem quid committant.

*Quid enim illa beatitudine falsus, atque fallacius, ubi nos futuros miseros, aut in tanta veritatis luce nesciamus, aut in summa felicitatis arce timeamus? si enim futuram ibi calamitatem ignoraturi sumus, peritior est hic nostra miseria, ubi futuram beatitudinem nouimus.*

V. Talem illorum Beatitudinem falsam, atque fallacem futuram.

**C** Si autem nos illic clades imminens non latebit, beatius tempora transigit anima misera, quibus transactis ad beatitudinem subleuetur, quam beata, quibus transactis in miseriam reuoluatur,

VI. Quomodo beatus viueret anima misera, quæ beata.

*Atque ita spes nostræ felicitatis est felix, & felicitatis infelix. Vnde sit, ut, quia hic mala presentia, patimur, ibi metuimus imminentia, verius semper miseri, quam beati aliquando esse possimus.*

VII. Felicitatis spes infelix.

*Sed, quoniam hæc falsa sunt, clamante pietate, conuincente veritate, illa enim nobis veraciter promittitur vera felicitas, cuius erit semper retinenda, & nulla infelicitate rumpenda, certa securitas, viam rectam sequentes, quæ nobis est Christus, eo duce, ac Salvatore a vano & inepto impiorum circumitu iter fidei, mentemq. auertamus.*

VIII. Verius nos miseros esse posse.

**D** Si enim de istis circumitibus, & sine cessatione alternantibus itionibus, & reditionibus animarum Porphyrius, Platonis suorum opinionem sequi noluit, siue ipsius reuerentia permotus, siue iam tempora Christiana reueritus, & quod in libro decimo commemorata ui dicere maluit, animam propter cognoscenda mala traditam mundo ab eis liberata, atque purgata, cum ad patrem redierit, nihil ulterius tale patiatur: quanto magis nos istam inimicam Christianæ fidei falsitatem detestari, ac deuitare debemus?

IX. Ante dictorum destructio semper piteana felicitate posita.

*Hic autem circumitibus euacuatis, atque frustratis, nulla necessitas nos compellet, ideo putare non habere initium temporis, ex quo esse cæperit genus humanum, quia nescio per quos circumitus nihil sit in rebus noui, quod non & antea certis interuallis temporum fuerit, & postea sit futurum.*

X. Falsis circuitibus ne quidem Porphyrii assenti voluisse.

**E** Si enim liberatur anima non reditura ad miseriam, sicut nunquam antea liberata est, fit in illa aliquid, quod antea nunquam factum est, & hoc quidem valde magnum, id est, quæ nunquam detinet æterna felicitas.

XI. Circuitibus positus, nequaquam nos cogi negare initium temporis.

*Si autem in natura immortalis sit tanta nouitas futura nullo repetita, nullo repetenda circumitu, cur in rebus mortalibus fieri non posse contenditur?*

XII. Ablatis circuitibus magnum quid cedet in animæ emolumentum.

*Si dicunt, non fieri in anima beatitudinis nouitatem, quoniam ad eam reuertitur, in qua semper fuit, ipsa certe liberatio noua fit, cum de miseria liberatur, in qua nunquam fuit, & ipsa miseriæ nouitas in ea facta est, quæ nunquam fuit.*

XIII. A maiori. XIV. Nouitates affectibus nunquam defuturas.

xv. Quid, si nouitas non ueniat a prouidentia?

Hæc autem, nouitas, si non uti rerum, quæ diuina prouidentia gubernantur, ordine venit, sed casu potius euenit, ubi sunt illi determinati, dimensiq. circumscripti, in quibus nulla noua fiunt, sed repetuntur eadem, quæ fuerunt?

xvj. Quid, si a prouidentia?

Si autem hæc nouitas ab ordinatione diuina prouidentia non excluditur, siue data sit anima, siue lapsa sit, possunt fieri noua, quæ neque antea facta sint, nec tamen a rerum ordine aliena sint.

xvij. Quid, si per Animæ imprudentiam?

Et, si potuit anima facere per imprudentiam sibi nouam miseriam, quæ non esset improuisa diuina prouidentia, ut hanc quoque in rerum ordinem includeret, & ab hac eam non improuide liberaret, quæ tandem temeritate humane uanitatæ audeamus negare diuinitatem facere posse res non sibi, sed mundo nouas, quas neque antea fecerit, nec umquam habuerit improuisas?

xviii. Quid, si liberate animæ ad miseriam non reuertantur?

Si autem dicunt, liberatas quidem animas ad miseriam non reuersuras, sed, cum hoc sit, in rebus nihil noui fieri, quoniam semper aliæ, atque aliæ liberatæ sunt, & liberantur: hoc certe concedunt, si ita est, nouas animas fieri, quibus sit & noua miseria, & noua liberatio.

xix. Quomodo antiq. animæ infinitatem includat?

Nam, si antiquas eas dicunt esse, & retrorsum sempiternas, ex quibus quotidie noui fiunt homines, de quorum corporibus, si sapienter uixerint, ita liberentur, ut nunquam ad miseriam reuoluantur, consequenter dicturi sunt infinitas.

xx. Consecutionis antedictæ probatio.

Quantuslibet namq. finitus numerus fuisset animarum, infinitis retro seculis sufficere non ualeret, ut ex illo semper fierent homines, quorum essent animæ ab ista semper mortalitate liberandæ, nunquam ad eam deinceps redituræ.

xxi. Quid conuenientius sit credendum?

Nec ullo modo explicabunt, quo modo in rebus, quas Deos notas esse, eo quod sint infinitæ, non uolunt, infinitus sit numerus animarum.

Dei ineffabili præsentia uoluntate immutabilem non habere. De animarum finito vel infinito numero.

Quapropter, quoniam circumscripti illi iam explosi sunt, quibus ad easdem miserias necessario putabatur anima reditura, quid restat conuenientius pietati, quam, credere, non esse impossibile Deo, & ea, quæ nunquam fecerit, noua facere, & ineffabili præscientia uoluntatem mutabilem non habere?

Alteri in hæc eadem cautio- re animaduertendum de damnatorum supplicij sine.

Porro autem, utrum animarum liberatarum, nec ulterius ad miseriam rediturarum numerus possit semper augeri, ipsi uiderint, qui de rerum infinitate cohibenda tam subtiliter disputant: nos uero ratiocinationem nostram ex utroque latere terminamus. Si enim potest, quid causæ est, ut negetur, creati potuisse, quod nunquam antea creatum esset? Si liberatarum animarum numerus, qui nunquam antea fuit, non solum factus est semel, sed nunquam fieri desinet. Si autem oportet, ut certus sit liberatarum aliquis numerus animarum, quæ ad miseriam nunquam redeant, neque iste numerus ulterius augeatur, etiam ipse sine dubio quicumq. erit, ante utiq. nunquam fuit. Qui profecto crescere, & ad suæ quantitatis terminum peruenire sine aliquo non posset initio. Quod initium quoniam antea nunquam fuit, hoc ergo ut esset, creatus est homo, ante quem nullus fuit. Hactenus de primo Augustinus.

qualem reditum animorum alle- gat Ecclesia?

Alterum est de fine supplicij damnatorum: in quo aliquid præmonendum censeo, nam, & si clare apud Platonem habeamus, incorrigibilia quædam esse peccata, quibus æqualis poena soluenda sit, tum in Phædone, tum in decimo de Repub. datur tamen reditus reliquorum animorum in hanc vitam ex circumscripto quodam annorum curriculo. Quod uero ad reditum attinet, non ita, ut Plato, arbitrari Ecclesiam, censeo, esse manifestum, nam, siue Plato poenæ ut puto adscribat reditum animorum in hanc vitam, siue præmii loco nihil tale admiserit Ecclesia, quæ unum reditum, illumque, & si in eadem corpora, longe his, quæ modo habentur, præstantiora, iubet esse expectandū, quippe quæ incorruptibilia sint euasura, nec cibo, potuue indiga, aut alio huius præsentis humanitatis incómodo defatigatæ. patet itaque, errori Platonis magis similem

A similem quendam esse illum, quem Hieronymo licet falso obijcit Ruffinus, quæ si Hieronymus exponens illud ad Ephesios primo, *Ut sumus in laudem gloriæ, qui ante sperauimus in Christo*, dixerit, finienda esse quandoq. damnatorum supplicia, & quod idem asseuerauerit in plerisq. alijs locis eiusdem ad Ephesios epistolæ secundo, & quarto cap. idè etiam impingit Hieronymo Stanislaus Osius. quali uero Hieronymus (nam Osius ille Origenis errores modestius interpretari cupit) Origenis opinionem non fuerit aspernatus, quatenus putauerit, improborum damnatorum peccata post certam poenarum mensuram ex diuina clementia illis esse condonanda. quod de Christianis dixisse Hieronymum ad Pelagianos scribentem retulit Pannonius. Sixtus autem Senensis, ex Hieronymi ad Ruffinum apologia ostendit, illum asseruisse, Christianos numquam ab Inferni supplicij liberandos; illum uero, qui secus crediderit, detestandum.

B In Inferni supplicij liberandos; illum uero, qui secus crediderit, detestandum. quæ quidem in re Hieronymus, circa incorrigibilia peccata Platonem, qui nusquam poenarum incorrigibilium peccatorum finem posuit, non aspernaretur. non admitteret autem, si putet Plato, corpora hæc, in quæ sint reditura animæ, carceris loco haberi debere, quasi nondum satis apud Inferos purgatis animis. Memineris interim uidere apud Sixtum lib. 6. annot. 290. quinque argumenta ex Hieronymi commentarijs super tertium caput Ionæ excerpta, quibus probatur, damnatorum supplicia numquam esse finienda. Quatenus uero Platoni sit asserus reditus post mille annos, subolere uideretur id, quod

C Chiliastæ, seu, quod idem est, Millenarij hæretici, siue Cerinthiani, & quidam Nepos asserunt, nam, etsi sciam, in multis hanc a Platonis hæresi differre, continent tamen similia quædam, differunt quidem: nam, ut Philastrius de illis asserit, post uniuersalem resurrectionem adfuturum nobis iterum Christum adscribat, & nobiscum iterum secundum carnem uicturum. Nos autem mille annis in grauatione, & omni crapula esse uersandos. Itaque ponit mille annorum terminum post aduentum in hanc uitam. Contra uero Plato eundem annorum terminum ante aduentum in hanc uitam adstruit, scilicet postquam mille rotam uoluerit per annos, rursus & incipere in corpora uelle reuerti. sane, in hoc conueniunt Chiliastæ Epicurei, & Nepos, quod reuertentes iterum omne

D scelus exerceant, omnemq. libidinem amplectatur. Ipso insuper Platone hoc impudentiores exstiterit Chiliastæ, quod cum Christo omnem timorem alterius poenæ abiicisse uisi sunt, si quod graue inter mille annos commiserint. At Plato illis animis iterum minatur, qui in hanc uitam reuertuntur, ut, si finem peccandi non fecerint, iterum atq. iterum in alia tormenta deuoluantur, siue corporea illa sint, ut in brutis; siue absque corporibus ad Inferni loca demittantur, contra utrosque tamen inuehit Paulus ad Romanos, decimo quarto. *Non est regnum Dei esca, & potus, sed iustitia, & pax.* & Christus, apud Matth. 22. *Erratis, nescientes scripturas, & uirtutem Dei, in resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt omnes sicut Angeli Dei.* Quomodo autem, aut in quam sententiam inerint, Hieronymus, Augustinus, atq. etiam Lactantius, uide Sixtum libro quarto Bibliothecæ, annotat. 223. super illis uerbis Hieremiæ 19. *Conteram populum istum, & ciuitatem istam, sicut conteritur uas figuli, quod non potest ultra restaurari.* Vide Sanderum lib. 7. uisibilis Monarchiæ in Chiliastis. uide Prateolum in Cerintho, Chiliastis, & Nepote.

E Hieronymus August. atque Lactantius in quam sententiam iuerint. Sixtus. Sanderus. Prateolus.

Platonis error cui similis. Hieronymo quid tribuant Ruf. & Osius.

Pannonius. Sixtus.

Plato incorrigibilia peccata æterna apud Inferos poena puniendi asserit.

Hieronymi argumenta Sixto allata.

Platonis millenarius annus, Chiliastico similis.

Philastrius de Chiliastis.

Chiliastæ, Epicurei, atq. Nepos in quo conueniunt. Chiliastæ Platone impudentiores. D. Paulus contra utrosq.

Hieronymus August. atque Lactantius in quam sententiam iuerint. Sixtus. Sanderus. Prateolus.

## Degeneratione secunda quædam.

Tertium ad-  
notandum.Irenæus.  
Tertull.  
Lact.  
Apollinar.  
Seuerus.  
Sulpicius.  
Iustinus.Io. verba expo-  
nuntur Apoc.  
c. 20. & 21.Mors prima,  
atque secunda,  
quid.  
Resurrectio  
prima quid, at-  
que secunda.  
mille annorum  
spatium quo-  
modo sumiturAugustinus de  
mille annorum  
numero.

Tertio demum, quoniam Plato bis meminit de generatione secunda, ut visum est, & apud sacram scripturam Apocalypseos vigesimo de resurrectione prima fit mentio, cum ait, *Beatus qui habet partem in resurrectione prima, in his erunt sacerdotes Dei, & Christi, & regnabunt etiam illi mille annis* propterea similitudinem cauendum moneo, in quam incidit (nisi pie exponatur) Irenæus, Tertullianus, Lactantius, Apollinaris, Seuerus, Sulpicius, si Hieronymo credimus in præfatione in Esaiam c. 18. & in Hieremiam cap. 4. & magnam hominum multitudinem in eundem errorem incidisse ipsemet testatur. Immo vero Sixtus his addit Iustinum philosophum, & martyrem, qui plura scribit de instauratione terre Hierusalem, & de seculo mille annorum in disputatione cum Tryphone habita. Nam, quod Hieronymus in præfatione Apocal. Victorino Pictauiensi tribuit, quasi Apocalypseos verba infra scribenda exponens, asseruerit Chiliastrum errorem, si Sixto credamus, non modo nihil tale in illius Vitæ scriptis legitur, quin contraria sententia clarissimis verbisprehenditur. Quoniam vero Ioannis illa verba non multum abluere forte videbuntur a Platonis verbis antea prænaratis, huc illa cum Sixti expositione transferemus. *Vidi, inquit Ioannes, animas decollatorum propter sermonem Dei, & vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis, ceteri vero mortui non vixerunt donec consumentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus qui habet partem in resurrectione prima, in his non habet potestatem secunda mors, sed erunt sacerdotes Dei, & Christi, & regnabunt cum eo mille annis: & post mille annos soluetur Sathanas &c. & vidi mortuos stantes in conspectu throni, & iudicati sunt mortui secundum opera ipsorum &c. & hæc est secunda mors &c.* Horum verborum obscuritas, quæ tot, tantisque viris errandi occasionem præbuit, clarissima luce illustrabitur, si illa tria hic commemorata obseruabimus; scilicet, duplicem mortem, duplicem resurrectionem, & mille annorum spatium. Est itaque prima mors, separatio diuinæ gratiæ ab anima per peccatum, secunda mors exclusio animæ a vita sempiternæ felicitatis, & ad perpetua supplicia damnatio. Resurrectio prima est transitus a morte peccati ad vitam gratiæ, & a vita gratiæ ad vitam illius gloriæ, qua animæ corporibus exsunt, potientur vsque ad diem Iudicij. Secunda resurrectio est Vniuersalis illa totius humanæ carnis reformatio, in qua animæ, resumptis corporibus, geminata felicitatis lætitia perfruuntur mille annorum spatio, quod sæpe in sacris literis pro indefinita numeri multitudine accipitur. Tempus est Euangelicæ gratiæ a Christi resurrectione vsque ad diem vltimæ resurrectionis. Sensus igitur huiusce reuelationis, est, sanctorum animas per mille annos, hoc est vsque ad diem Iudicij, regnaturas cum Deo in prima resurrectione, videlicet in visione diuinæ gloriæ, nondum receptis proprijs corporibus, neque fore obnoxias morti secundæ, quæ sempiterna supplicia secum affert: Demum vero, in secunda vniuersali resurrectione, vna cum omnibus mortalibus in conspectu throni iudicandas, & tunc expleto Iudicio, sanctorum animæ, suis indutæ corporibus, conduplicatam beatitudinem accipient: Improbi vero, in quibus prima resurrectio gratiæ, & gloriæ locum non habuit, secunda morte, id est perpetuis inferorum tormentis punientur. De mille annorum numero plenius vide apud Augustinum libro vigesimo de Ciuitate Dei, cap. 9. Vbi declarat, quid sit Regnum sanctorum cum Christo per mille annos, & in quo discernatur a regno æterno. & cap. 13. an ante tempus persecutionis

A tionis Antichristi mille anni annumerandi sint. Sunt etiam alia Augustini loca, quibus in Cautione de mundi duratione, vel æternitate vtemur.

## Aug. 12. de Ciuit. Dei cap. 17.

*Illud quoque non dubito, antequam primus homo creatus esset, numquam quæquam hominem fuisse, nec eundem ipsum nescio quibus circuitibus nescio quoties reuolutum, nec alium aliquem natura similem; neque ab hac fide me philosophorum argumenta deterrent.* Argumenta autem vide ibi. Vide etiam latius declaratam hæresim, & impugnatam ab Alphonso de Castro in verbo Beatitudo, hæresi 3. Tandem Inferni supplicia non esse æterna, eiusdem Origenis errori adscribitur, qui hom. 8. in lib. Io: asseruisse visus est, post resurrectionis diem, nec infernum Dæmonum locum semper futurum, sed post aliqua temporum spatia Dæmones cum ceteris damnatis, qui apud Inferos detinentur, ad cælestem Beatitudinem peruenturos. Idem etiam eundem Origenem apertius asseruisse in expositione primi, & secundi capituli epistolæ ad Ephesos, teste Hieronymo in eiusdem Epist. comment. superius cum Sixto testabamur. Addas nunc eundem Hierony. in Ep. ad Auitum, Augustinum in lib. de hæresibus & alios complures Patres non semel eundem Origenis errorem detestatos fuisse. Sunt etiam, ut obiter hæc inseram, qui dixerint, Christum suo ad Inferos descensu hoc illis indulgisse, ut ibidem confitentes saluarentur, quam falsitatem Philastrius, nullo citato testimonio, recenset. Armeni autem, ut Guido refert, Christum asserunt, cum ad Inferos descendit, omnes inde animas eduxisse. quam quidem hæresim Augustinus, suppresso, aut ignorato auctoris nomine, accusat. impugnatur tamen error ab Alphonso de Castro in verbo Inferus, hæresi secunda. Vide etiam Sixtum Senensem libro quinto suæ Bibliothecæ, annotatione 131.


AVGVSTI-  
NVS contra  
animorum cir-  
cuitus.Alphonfus de  
Castro.  
De Inferni sup-  
plicis quid Ori-  
genes?Hieronymus.  
Augustinus.Philaster.  
Guido quid Ar-  
menis tribuat.  
Hieronymus.  
Alphonfus.  
Sixtus.

F I N I S T E R T I I L I B R I .

## Errata sic corrigito.

In principio lib. 5. versu 3. lege ANTE CORPORA  
 In principio lib. Octavi versu 5. leg. PRODUCTVM  
 21. E, lege suo vnumquodq. tempore factum, aut non factum  
 78 E, versu ante penultimo, dele genere  
 110 C, ab immortalati, lege immortalitate  
 113 A, orco naturalis, lege ordo naturalis  
 207 E, lege, dignus  
 264 D, in margine lege similitudine  
 289 E, lege Arnobij verba.  
 316 B, lege gelu  
 Ibidem C, lege luent.  
 Ibidem, E, vlc. versu lege quam  
 Ibidem A, lege fateri  
 394 B, nunquam non, dele non  
 402 C, imputare, legas amputare.  
 Ibidem A, obmutescis, lege, obmutescis

Ibidem E, muliebris lege mulieribus  
 412 E, oblatratur, lege oblata  
 413 E lege admirabile videtur  
 414 In versu Ouid. lege cum caderet  
 417 C, in marg. lege hostis.  
 431 A, lege conuiter  
 437 D, lege referuauerit  
 443 E, lege funditus  
 448 E, lege annorum millenario  
 Ibidem E, lege vt intelligeretur  
 464 A versu secundo lege Chronicæ  
 497 E, qualitates, lege quatenus  
 Ibidem versu sequenti lectorem tacere, lege lectorem latere  
 504 E, futuros, lege futurus  
 507 D, quemcumque, lege quemquam



# INDEX RERVM QVAE PHILOSOPHICE ATQVE PLATONICE DISSERVNTVR.



**A**  
 B Esse ad agere excitari, motus animæ dicitur Platonice. 16. B  
 Abertum a Platone procuratum & iustum. 420. E  
 Abyssus materia Cabalist. dicta. 45. B  
 Abyssus duo luminaria quomodo exprimat, Cabalist. 45. B  
 Acheldamac quid apud Hebræos. 440. D.  
 Actio quomodo in agente & in patiente reperitur. 10. B  
 Actio agitis in passum quomodo. 82. D  
 Actio diuina supra materiam. 115. A  
 Actiones animæ a Platone non recte enumeratæ. 93. B  
 Actus primus & perennis motio quando in ipso vno considerantur. 10. D  
 Actus particularis vite Mens. 11. A.  
 Adonahi meleh quid influant Cabal. 47. D  
 Adrastra decretum. 132. B  
 Adulter etiam cogitatione quomodo fiat. 424. B  
 Aera insula cur sic dicta. 469. D  
 Aegydy Romani de resurrectione docta assertio. 512. E  
 Aegyptiorum natura quantum & quomodo ab alijs diuersa. 379. E. Lex de Cantharo in annulo insculpendo. 380. A. Sacerdotes, Græci adiere. 471. E. Mos ex Plutarcho. 380. A  
 Aequale, & inæquale dari separatim. 266. E  
 Aeternitatis probationes de Anima Menti conuenire. 14. A  
 Aethereum vehiculum quale animal constituat. 173. D  
 Aeternis viuere & esse idem sunt atque vita. 9. A  
 Aeternū est quod se ipsum mouet. 5. E  
 Aeternitatis ad tempus nulla analogia. 92. F  
 Aeternum non posse esse quod compositum est. 64. E  
 Agens creans non fundat actionem in re creanda. 78. A  
 Agens aut mouens quomodo suo actu prior esse dicatur. 9. D  
 Agentis actio est formas indere potius quam elicere ex materia. 275. A  
 Agentis seu mouentis ad suos actus potentia. 9. D  
 Ale in celestibus. 88. B  
 Ale animorum vide Animi alq.  
 Alarum defluxus quid Platoni. 207. B  
 Significatio Reminiscētæ adscribitur a Platonice. 264. B  
 Alcinooi tres rationes de tribus animis ex Platone. 304. B. Prætermissa de tribus animis. 305. B  
 Alcorani liber quot prauas sectas excitauerit. 462. D  
 Alexandreorum sensus de Migratione. 444. C  
 Alexandri opinio arguitur de animæ inseparabilitate. 332. E. Argumenta quibus probat animam informare corpus. 331. E  
 Alimentum animæ opinabile. 132. B  
 Alimentum & hominis & Brutorum ex Plat. variatum. 253. E  
 Alterum vnum e quinque generibus. 22. C.  
 Almahat Auicennæ liber quid sentiat de Migratione. 442. D  
 Amator quomodo ad cælum ascendat ex Platone. 270. D  
 Amatoris Turpis fauor in Plat. 274. E  
 Amelita fluuij aquam nullum vas continere posse. 132. E  
 Analogia nulla Temporis ad æternitatem. 92. E  
 Anaxarcus quod ei nuda puella ministrabat improbatur. 414. C  
 Androgynus quid Platoni. 361. B  
 Angelici ordines quibus adnexi Cabal. 47. A  
 Angelorum natura, essentia, & ordo ex Dionysio. 48. C  
 Angeli & animæ natura quomodo differant. 81. B. C  
 Angelorum casus num Platoni somnatus. 134. B  
 Angelorum & Animorum culpæ discrimen. 106. B  
 Angelos, animas, dæmonas, quib. idem visos esse. 142. A  
 Angelus discutrit si vult. 81. D. E  
 Anima plus distat a Mente, quam Mens a Deo. 11. B. Vix Mentis imago. ibid.

Post celestes virtutes a Mente producit. ibidem. Diuidua indiuidua in se manens, ad nos vergens, & ipsius alij actus. luce vitali faucia quando dicatur. 11. E. quando potentia quando actio a potentia manans. ibid. B. quando habet inquinatum *πὸν ἄδυσον*. 12. A. Substantia & motus dici. 11. A. Cur per motū magis dicitur. 12. A. Intelligendo semper ad aliud a se fertur, tam ex Ar. quam ex Platone. 12. B. an a se mouetur Platoni nondū probatum est. 15. A. quomodo principium motus. 15. B. Qualis harmonia esse dicatur. 16. C. Non numerus sed res est numerata. 17. A. Quomodo ex Platonice esset Anima & substantia esse substantia. 17. E. si sic harmonia non numerus sed Numeri dici debet. 17. D. Quomodo nata, quomodo æterna. 18. D. Dubie simplex Platonice. 18. A. Si colligata est, dissolui posset. 18. A. Medie naturæ. 18. D. Tribus definita ab antiquis. 19. A. Inuestigatur magis incorporeo quam sensu. 19. B. Motu magis quam sensu, & incorporeo inuestigatur. 16. B. Vtrum quatenus est non signi dicatur. 21. D. Vtrum dum sic non est? 21. E. Num vt semper est ingenita dici debeat vt constat ex suis principijs genita. 22. A. Quomodo contrahat imaginariam vitam. 34. B. Primi genia. 34. E. Ad cuius imaginem facta ex Plat. 39. C. Platonice, ad Deum primū non redit. 40. A. B. Ex Mente quomodo. 51. C. Nostra, Mundi animæ pars Platoni 60. A. Nostra non est eiusdem cum mundi anima. 1. dea. 63. D. E. Si Dei pars esset, nullo alio indigeremus ad ipsius æternitatem probandam. 65. C. Quomodo corruptibilis esset Platoni 65. B. Si Dei pars, Deos apud iustos olim pateretur. 67. D. Quid menti coniuncta, quidue a mentis producat. 89. D. B. Nū elemētis insidere possit. 90. D. E. Antequam descendat quid rerum agat in cælis. 105. A. Cur descensu deterior reddita sit ex Plat. 108. E. Hæc si peccat etiam Mundi anima peccaret Plat. 108. A. Cur huic corpori indita.

Indita ex Mercurio 109. C. Ex materia platoni. 114. B. Non videri simplex Plat. 137. D. Ab intelligibile serie Platoni poene exclusa. 141. D. Quomodo possit dici generans magis, quam genita. 34. A. Apud inferos non sine corpore platoni. 170. C. D. Alioqui incorporea, quomodo ab igne pati possit secundum fidem. 175. B. In celo num sola mente vitur. 174. D. Si non esset corporea Platoni, non esset cur descenderet. 179. C. Si migret in Bruta quomodo brutis adit difficile esse respondere, plat. 223. C. Platonis singularia apud inferos videt. 274. B. Vna est, quae vult bonum, & quae facit malum. 313. C. Vniuersalis de medio tollitur. 318. A. In quo statu dicatur esse forma. 328. C. Quomodo corpori vniatur. 331. E. Quare corpori inclusa. 341. B. Num corporis figuram & vnde sibi circūtaxat. 443. C. D. Quomodo finis corporis. 454. D. Delapsa e celo ex pyth. 471. E. Quomodo a Zenone appellabatur; contiui illam tandem. 485. C. Animæ quomodo habeant intellectus potestatem, & quando 11. D. potestas gemina ex plat. 11. E. Quartus gradus statuitur. 11. D. Quomodo habeant motum & a quo habeant. 11. D. Potentia altera, intelligere. 12. A. Qui motus infit inuestigatur. 15. C. Definitio, Numerus se monens a Platonis tradita, expeditur. 15. D. Definitionis particulae plures 16. C. Motus non metaphoricus. 16. B. Definitio a Xenocrate tradita excutitur 18. A. Substantia motu quæta Platoni. 19. C. Animæ essentia verus in Phædro quæ fixa a Platone quam in Timæo. 19. D. Animæ inuestigatio per sensum, non facta habetur. 19. B. Natura, ne quidem motu factis inuestigari potest. 20. D. Scientia, non requirit ipsius compositionem. 23. A. B. Cognitio, formæ est magis quam materia. 23. B. Generatio, triplex. 33. B. Esse per propriam ideam. 34. B. Status triplex. 34. A. Opi fex mens. 34. B. Vera generatio. 34. C. Egrediens ad secundas vitas. 34. B. anime mundi productio quomodo in Timæo. 37. E. 38. A. A Deo vero & a Deo Platonis productio falsa similitudo. 39. E. Felicitas vnde Platoni. 39. B. Felicitas non vera Platoni. 40. A. B. Cognomina multa. 40. B. C. Animæ Mundi constitutio platoni somniata. 64. A. B. Animæ peccatum proptiæ naturæ deferendum ex plat. 64. D. Si plures, quomodo non ex Dei substantia. 63. E. Descensus violentus. 66. B. Sint ne simul create duplicem habet sensum 80. B. Inclinatio ad corpus qualis ex platone. 83. A. Diurna. 88. B. Si corporibus præxisterint, vbi productæ essent queritur. 91. D. E. Si in stellis antea fuerint, eas non deseruissent. 92. A.

Actiones enumerando, actiones coniuncti assumpit Plato. 93. B. Dignitas dum est in caelis. 105. A. B. Quomodo multæ, quomodo vna in celo ex Plot. 107. C. Quomodo habeant immortalitatem. 117. A. B. Alimentū opinabile. 132. B. Natura nō est aliud a sua intelligendi potestate. 137. B. Platonica prius desipuerunt quam superēt. 137. C. Nulla culpa ante corporis ingressum. 138. A. Vnio in corpore quomodo. 142. A. Et corporis mutua delectatio. 142. E. Hic sensationis munera perficiunt. 142. B. Pastores in corpore ex aristotele quomodo & cuius. 169. D. E. Idolum ex simplicio. 169. B. Obliuio vide obliuio Animæ stellarum, vide stellarū animæ motus diuersus in reminiscendo, & memorando. 170. A. Alimentum a Iertuliano expositum. 184. A. Immortalitas in Phædone quomodo probetur. 266. C. Objecta post mortem varia ex Platone. 274. C. Tres species cur distinctas posuit Plato. 306. C. Si daz sint, num altera alterius forma dici possit. 313. A. Secum pugnantis ouidij & senecæ carmina. 314. & 316. Perfecta vita vbi. 328. D. Solas operationes a corpore scorsum platoni non reperiri. 341. B. Separata sensus intimus qui ex Ficino. 443. C. Tripliciter expiat ex Virg. 444. A. Et corporis connexus. 455. C. Animal vocatur animus & corpus & mortale Platoni. 37. E. Triplex admittunt Platonicis. 175. B. Quomodo mouetur Aristoteli. 201. E. Duplex Plat. ignem & terreum. 233. E. Quando relinquet quidquid mortale est ex Plat. 240. D. Quid Platoni. 341. E. Animalia sanctitatis Cabal. 47. B. Omnia in mundo contineri Plat. 78. C. Impura quæ apud Mosem. 225. E. Idealia. 234. A. Intra terræ vsum prius producta consulantur. 237. C. Per migrationē facta, & quæ per generationem, num sint eiusdem speciei apud Plat. dubitatur. 265. B. C. Animalis nomine Deus ipse a Platone donatus 9. A. Peccantis culpam cui deferant Platonicis. 106. A. Lasitudō, & labor vnde. 173. C. Nomen multiplex platoni. 233. D. Ignei & terrei, motus differentes. 233. E. Vxor consideratio inuestigatur. 234. C. Natura inquiritur ex Plat. contra ipsum Plat. 342. C. Posita natura Plat. 343. D. Multiplex significatio reprehenditur in Plat. 344. C. D. Animalium reliquorum generationem tamquam a Dijs factam nusquam apparere apud Platone. 222. B. Tri genera Platonicis. 234. A. B. Generatio intra terræ viscera Plat. 235. B. Genus olim terra ortum Plat. 240. B. Cunctorum concordia sub Saturno Plat. 241. B. Generibus Demones præfecti Plat. 241. B. Genera ex Epinomide. 343. E. Genera duo in Poli-

tico. 344. E. Rationalium mira diuinitate ex Arist. 470. B. Diuino ex Hippodamo. 475. B. Animam ita mouere corpus, vt se mouet Platoni tribuit Aristoteles 7. C. Ex Elementis Platoni tribuit Arist. ibid. Secundum harmonicos numeros platoni partem ex Arist. ibid. Non moueri Aristoteli naturaliter factis est probatum. 15. A. Substantiā esse secundum numerum & c. a Xenocrate definitam. 16. D. Expergi facti ab esse ad agere, esse ipsam moueri. 16. B. Non esse simplicissimam consequi videri ex plat. 17. E. 18. A. A Mente & Idea pendere 18. D. Dicere ex diuid. & indiuidua natura, est materiale quoddam de ipsa considerare. 19. E. Si simplex si ipsam ex pluribus componi non oportuisse. 22. D. Componentia enumeratur quæque. 22. D. Nō ideo magica tractare quia ex multis est composita, nec contra. 23. A. Non ideo ex multis esse vt multa cognoscatur. 23. A. Ex clementis Plat. 34. A. B. Noltram, partem esse animæ mundi quomodo Plotinus ex aduerfarij referat. 61. A. Noltra, non posse esse partem animæ Mundi & expertem dignitatum eiusdem. 64. B. Non esse perfectam speciem. 82. A. Aliquid frustra continere si incorporea semper cōquiesceret. plot. 109. C. Triplicia munera obtinere descendendo ex plotino. 109. C. Nihil mereri antequam sit. 138. A. In corpora inclusam ob peccatum, qui ante platonem dixerint. 151. & infra. Esse corpoream qui philosophi dixerint. 164. A. Separatam, doloribus non affici. 165. E. Dominam, principem, imperantem, meliorem, diuinorem platoni. 165. E. 166. A. Immortali esse similem platoni. 165. D. Non sine corpore impediēte contemplari. 166. A. Corpoream esse, vel non sine corpore in platonem probatur. 167. 168. Simplicem determinare, pertinere ad statum fidei. 185. Omnem esse immortalem videri dixisse platonem. 196. E. & 197. vsque ad E. Omnem esse immortalem platoni qui Viri tribuerint. 196. A. Proprie de rationali dici Platonicis nonnullis. 198. B. rationalem solum esse mouere quomodo intelligant Platonicis. 203. D. De se supplicium sumere dixit Philoponus 203. E. Generari, cor rumpi, alterari & c. quomodi intelligant Platonicis. 205. B. E. Cælo descendente quæ comitetur ex plat. 264. A. Noltram libro assimilaram Reminiscētiā destruit. 282. D. Medix esse naturæ necessario dicit Platonicis. 328. A. Non esse formam corporis, sed vnam animæ Platonicis. 329. B. Videri esse animal contra Plat. 340. C. Indisolubilem quomodo probet plato. 433. C. D. Per multas generationes transire plat. 439. C. Esse diminutam quid significet. 444. C. Sibi corpus conglutina-

re non posse contra Ficinum. 447. A. B. Apud inferos ex superiori cogente detineri. 405. E. Triplicis cause rationem in corpus obtinere. 454. D. Corpori iterum vniui num innaturale & quomodo. 511. 512. Cū corpore iudicari quomodo dicere potuit plato ex Iustino Mart. 496. c. d. Stare cū corpore quomodo intelligat. 512. B. Animantium & hominis massā vna Platoni. 238. A. Animaria vita quæ. 328. B. Animarius motus exploditur 15. C. Numerus tandem substantiā est 16. E. Numerus Mathematico falso explicatur a Platonicis 16. E. Numerus se mouēs Platonicis per proprias rationes competit animæ. 16. A. Animarum omnium vnam simul productionem ex Plat. 77. D. Animarum populus ante corpora quibus asseritur 97. C. Cælestium labor vnde 173. C. Essentia migratione cōfunditur. 22. D. Opifex mēs ex Plat. 38. D. Migrationem tam iustarum esse quam iniustarum Plat. 439. A. Animas non simul esse creatas probatur 81. A. Ante corpora non esse productas probatur 89. B. Esse ante corpora productas quomodo nonnulli contra noxā defendere putant. 98. B. Animas Platonicis vide Platonicis Animas. Ad stellam redire Virg. 122. C. Ad generationem stellarum instar proficentes 132. E. Amelitā lunium bibere 132. E. E celo descendere nitidas 132. D. Impuras circumuolare sepulchra Plat. 223. B. C. Tres in homine qui viti Platoni ascribere 299. D. E. Tres ex Platone concludit Galenus. 304. B. Animi nostri solius immortalitas in Phædro asseritur 5. E. Immortalitas hyperbolice plus nimio in Phædro asserita 13. A. Aternitas Platoni asserita Menti potius conuenit 14. A. Orbes duo 20. A. Definitio a Platone tentata magis quā explicata 20. B. Noltri potētiæ quomodo a Deo creatæ, & quo ordine Cabal. 48. A. B. vniuersa electio descendendi 66. C. Genus cælum & terram regit 89. E. Opifex, & granitate repleti. 88. B. Vinculum corpus dictum 104. c. pregnantis natura descendendo ex Plot. 109. B. C. Quando dicuntur experes contemplationis veri entis 132. B. Sepulchrum corpus 133. D. E. Status duplex 165. D. Ale quando & quomodo incipiant pululare 264. E. Noltri quando scientia acceperint 267. C. Affectus a Platone descripti 305. C. D. Platonicis status tres 328. A. B. Et corporis consecutio ex Ar. & Galeno 457. A. B. Syderibus pares Plat. 78. D. Duplex status ob temporis spaciū inspicitur 519. B. Quidam videntur nunquā e celo descendere. 521. E. Animos potestate quadā a Ioue donatos 107. A. Animo tamquam seniori corpus parere debere. 4. D. Animorum constitutio ex secundis reli-

quis 11. B. Generatio quarto loco posita ibid. Seminatum Paterna 18. D. E celo de scēsis quibus portis, atque ascensus 48. B. Ortus vnus Plat. 78. B. numerus præfinitus Plat. 113. E. com positionem modo abhorret modo admittit Plato 116. B. Descensus causa quedam refellitur 179. D. Præfinitū esse numerum dicere quomodo sit error aut teneri possit 118. B. Numerus syderibus par 122. E. Descendentis sonus vsque ad mediam noctē 132. B. Descensum modo miserix modo electioni tribuit Plato 135. D. E. modo etiam Prouidentix 136. A. Migratio vide Migratio actus, & substantia qualis ex Simplicio 166. B. descēsus vide descēsus animorum labor, & sudor qualis Platonicis 174. A. Inæqualitas num recte in Plat. 278. C. Animos omnes post Mundi animā genitos 5. A. non esse de substantia aliorum ex Platone 71. A. Alijs in caelis alios in luna & c. collocatos Plat. 104. B. hinc eo proficisci & illinc huc antiquum esse sermonē Plat. 104. A. Singulos suis syderibus adiunctos suis se. 104. B. Alios esse venereos alios Martiales quomodo intelligat quidā 124. c. Ex eodem fonte esse animatos quomodo intelligendū 125. A. mortuorum esse alieni probat plato. 433. C. Animum seipsum mouere, & omnis motus esse causam 89. B. Nusquā quidquam passurum videri contra Platonicos 178. D. E. Corporeum platonicis ex mente Aristotelis. 181. A. Animus omnium rerum productarum antiquissimus Platoni 4. A. idem in rerum productarum numero apud eundem ibid. idem immortalis apud eundem ibid. B. idem Genitius ibid. B. Omnis immortalis 5. B. C. Eius probatio ibidem platoni vel Deus vel mortalis 13. A. Non est se ipsum mouens 13. B. generare se periculose dicitur 17. C. Platonicis est ex eorum numero quæ sunt & sunt 20. D. Cui similis 39. B. Omnia circumducit 42. B. Se ipsum mouēs 41. D. 42. B. C. Animas alias fatuuntas, alias venereas & c. quomodo dixere Platonicis 48. B. Animus quam late imperet plat. 62. C. Solis quomodo moueat corpus platoni 62. D. E. Etia in caelis multipliciter distractus 65. B. Alatus in celo 87. E. Ante omnia corpora natus 88. E. Quorū sit causa 89. C. D. Num sit corpore prius incōstans Platoni 92. B. Deam comitatus quid consequatur 104. c. Quando ad imaginarias cogitationes vertitur. 105. C. Num in celo peccare possit ex Plat. 105. E. E celo descendens quid amittat 105. D. agro similis 105. c. nic degēs quibus viti obtulereat. 264. D. Columbatio similis Reminiscētiā in plat. destruit. 281. C. D. Annorum numerus quo migratio platoni concluditur. 521. B. Annumerationes quid Cabal. 47. A. Antiqui tribus animam definiuere. 19. A.

Antiquus sermo de animorum in circulo reditu. 104. A. Antrum quid platoni significet. 133. B. Annus Cynicus ex Chalcidio. 494. B. Magnus platoni quomodo. ibid. A. Magnus plat. ex Diaceto. 524. A. Apes vt suos reges venerentur. 257. D. Apes pietatē in prolem exercent. 422. B. Apollonius quid de passere fabuletur. 218. B. Aqua fluuij amelice quid platonicis. 13. B. Aquæ ideales. 46. B. Aquæ supramundanæ quid Cabal. 46. B. C. Aquas ab aquis diuidere quid. 45. D. Aquatiliū multitudine vnde plat. 222. B. Aquilam cicuratam a pyth. 470. c. Archimedis importuna speculatio. 395. c. Argumentorum concertatio in Socratem. 277. D. Aristotelis in questionibus mouēdis diligensidemq. examinandis cautus atque determinandis solus. 7. A. Aristoteles annulos platonicos omnes habuit atque inuidos propter platonis de illo præclarum iudicium 7. B. idem modestus in philosophorum nominibus citandis idem platoni aram condidit ibid. Aristoteles factis probavit naturaliter animam non moueri. 15. A. Aristoteles Deum sine præuio motu attingere non vult ausus. 19. B. Arist. rectius de prouidētia loqui possit. 41. A. Arist. tribuit plat. animam esse ex elementis. 74. B. Aristoteles nouam rerum semper fecit & animarum productionem platoni animorum semel. 124. D. Aristoteles, animam esse ex elementis platoni tribuit. 164. B. Aristoteles, & Posidonius quo differant a Platone circa tres animas. 303. D. Aristoteles vnam semper fecit animā. 308. C. Aristoteles Herculi comparatus plato vel platonicis acheloo flumini. 309. C. D. Aristoteles contra philoponum defenditur de tribus animi essentijs. 311. B. 312. & infra. Aristoteles iterum contra philoponum defenditur. 317. E. & 318. Aristoteles num duplicem hominem posuerit. 341. D. Arist & Galenus de femine generatione. 355. B. Aristoteles migrationem cui tribuat. 468. C. Aristot. historix cupidissimus. 473. B. Aristoteles de Lacædonijs mulieribus. 378. C. Aristoteles quomodo virtum vxori imperare iubeat. 379. D. Aristoteles platonicis Remp. tamquam intellectualem damnat. 395. B. Aristoteles cui tribuat Migrationem. 446. B.

re non posse contra Ficinum. 447. A. B. Apud inferos ex superiori cogente detineri. 405. E. Triplicis cause rationem in corpus obtinere. 454. D. Corpori iterum vniui num innaturale & quomodo. 511. 512. Cū corpore iudicari quomodo dicere potuit plato ex Iustino Mart. 496. c. d. Stare cū corpore quomodo intelligat. 512. B. Animantium & hominis massā vna Platoni. 238. A. Animaria vita quæ. 328. B. Animarius motus exploditur 15. C. Numerus tandem substantiā est 16. E. Numerus Mathematico falso explicatur a Platonicis 16. E. Numerus se mouēs Platonicis per proprias rationes competit animæ. 16. A. Animarum omnium vnam simul productionem ex Plat. 77. D. Animarum populus ante corpora quibus asseritur 97. C. Cælestium labor vnde 173. C. Essentia migratione cōfunditur. 22. D. Opifex mēs ex Plat. 38. D. Migrationem tam iustarum esse quam iniustarum Plat. 439. A. Animas non simul esse creatas probatur 81. A. Ante corpora non esse productas probatur 89. B. Esse ante corpora productas quomodo nonnulli contra noxā defendere putant. 98. B. Animas Platonicis vide Platonicis Animas. Ad stellam redire Virg. 122. C. Ad generationem stellarum instar proficentes 132. E. Amelitā lunium bibere 132. E. E celo descendere nitidas 132. D. Impuras circumuolare sepulchra Plat. 223. B. C. Tres in homine qui viti Platoni ascribere 299. D. E. Tres ex Platone concludit Galenus. 304. B. Animi nostri solius immortalitas in Phædro asseritur 5. E. Immortalitas hyperbolice plus nimio in Phædro asserita 13. A. Aternitas Platoni asserita Menti potius conuenit 14. A. Orbes duo 20. A. Definitio a Platone tentata magis quā explicata 20. B. Noltri potētiæ quomodo a Deo creatæ, & quo ordine Cabal. 48. A. B. vniuersa electio descendendi 66. C. Genus cælum & terram regit 89. E. Opifex, & granitate repleti. 88. B. Vinculum corpus dictum 104. c. pregnantis natura descendendo ex Plot. 109. B. C. Quando dicuntur experes contemplationis veri entis 132. B. Sepulchrum corpus 133. D. E. Status duplex 165. D. Ale quando & quomodo incipiant pululare 264. E. Noltri quando scientia acceperint 267. C. Affectus a Platone descripti 305. C. D. Platonicis status tres 328. A. B. Et corporis consecutio ex Ar. & Galeno 457. A. B. Syderibus pares Plat. 78. D. Duplex status ob temporis spaciū inspicitur 519. B. Quidam videntur nunquā e celo descendere. 521. E. Animos potestate quadā a Ioue donatos 107. A. Animo tamquam seniori corpus parere debere. 4. D. Animorum constitutio ex secundis reli-

Aristoteles de numeris Pythagoricis quid sentiat. 471.A. Aristotelis opinio de anima informatae. 331.C. Aristotelis testimonium de femine natura imbecilliore. 381.D. Arist. argumentum in Platonis communitatem. 394.B. Aristotelis libri de animalibus quot ex Plinio. 456.D. Arcium culturam plus esse in homine, quam in brutis naturae impetum. 224.C. Aruspices clari qui. 219.B. Aruspiciorum inuentor Delphus. ibid. Asini siluestres & eorum seminis imperandi mos. 380.E. Athenaei piscis castitas. 403.E. Athenienses antiquiores feminas in concilia adhibuisse. 378.D. Atheniensium decretum de vxoribus. 400.E. Atheniensium mos de cane. 403.C. Attributa, siue Dei indumenta Cabal. 47.A. Auditor, ea, quae Platonis sunt tantum, inquit, reliqua obiter. 309.E. Auditor Mysticae Theologiae sententiam animam immortalem facit. 218.B. Audacia, & timor, amentes consultores. 305.C. Auerroes, Manichaei, Stoici, & Plato quomodo lapsi. 206.A. Aues praecipue vnde Auguria sumebantur. 219.C. Augurandi ars, & eius scriptores. 219.B. Augurandi apud antiquos genera & auguriorum inuentor. 219.A. Augustinus animam ex quinto corpore esse tribuit Aristoteli 164.B. Fortasse locum de supercaelestium ordine atque productione non animaduertit. 50.D. Augustinus Engub. reprehenditur. 36.E. Errat in concord. Arist. & Plat. 40.B. Augustus a poetis inter Sydera collocatus. 121.F. Aurige currum caelestium. 88.A.B. Aurigarum prauidate quid accidat animis in caelis degentibus. 132.A.B. Auidenae error in Platone. 38.E. Auium diuinationem partim demonum, partim hominis gratia esse. 225.A. Auspiciorum inuentor Tyrosias. 219.B.

B

Barbari a Graecis contempti. 401.A. Bar mensura quaedam. 46.B. Beatitudo non aeterna Platoni. 118.B. Caelestis animae violenta ex Platone 66.B. Sine virtute non subsistit. 475.E. Dei propria Architas 476.C. Platonis non ad supremum vltimum terminatur. 40.A.B. Beatitudinis humanae principium ex Theage. 476.D. Belli gerendi ratio pars est facultatis ciuilis. 252.C.

Bellae vitam humanum, animum suscipere quomodo quidam intelligat. 123.B. Beneuolentia, & Odio humanae mentes torquentur Arist. 417.B. Bestario immerito trapezuntium calumniatorem appellat. 41.D. Bestario redarguitur 42.E. Nimis sensui addicitur dum Platonem intellectuale esse defendit. 397.C. Bestiarum interpretatio de migratione eueritur 448.B.C. Excusationes pro Platone eueruntur 392. & infra Argumeta alijs non sibi probari vult 396.A. Inconitancia. 397.B. Bestias terrae habitare nostrum vas quid significet ex Zoroastro. 440.A. 442.A. Bina Cabalisticis quid. 47.B. Binarius numerus cui adscriptus Cabal. 46.C. Boetij sensus de Migratione rejicitur. 444.E. 448.E. Boni filius Mens. 13.C. Boni, & Pulchri essentia. 274.B. Bonitas triplex. 449.B. Bonorum gradus quinque, Platoni. 168.B.C. Bonum, & Bonitate praestare I P SVM VNVN quomodo dicatur. 10.D. Bonum ipsum Mentis quid praestet. 35.A. Bonum ipsum nullius boni causam videri Platoni. 38.B. Bonum vnum ens Aristoteli idem 41.B. Quod omnia appetunt quale sit 449.A. Duplex ex Iamblico. 450.B. Bonus vir quomodo scientia bonus. 273.C. Bruta a Deo Platonis facta non videntur. 199.B. Num abstracta contemplantur. 256.D.E. Brutum nullum de Deo quidquam intelligere. 226.A. Brutas animas in caelo ex Platone 90.E. Compares stellas habere videri ex Proclo 123.A.B. Vere a stellis gubernari ibidem B.C. A Rationali non produci contra Platonicos. 209.B. Bruti exemplum filios obsecantis expenditur. 396.B. Brutis quae data sunt a deo Plat. 247.C.D. Brutorum animae num propria habeant Sydera 90.B. Ante corpora esse non possunt 90.A.B. Num vere moueantur 201.A.B.C. & infra. Non sunt in caelis 210.A.B. Ad rationales Animas maiorem videri proportionem Platoni quam Rationalium ad caelestes 205.D. Capitibus quae anima insit 208.C. Verba cur non discernamus ex falsa porphyrij sententia. 218.E. Ornamenta a natura tradita. 253.C.D. Prolix & multitudinis non semper idem assertor Plat. 253.E. Et hominis sensiteria 257.A. B.C. Sensu nonnulli decepti 258.B.C. Cognitionis ex Plat. excutitur. 258.C. Byzantinorum consuetudo. 380.A.

C

Cabadis Perfarum Regis lex. 400.B. Caduera mulierum prona fluitant & quare. 413.D. Caduera quando mutabuntur ex Plat. 240.D. Cadueri, si debitis ceremonijs caruisset, quid futurum, putabant antiqui. 440.C. caelestia ordine se communicant. 11.C. caelestia quomodo, & quantum ab VNO decident. ibid. caelestia a mente condita, & gubernata. 35.D. caelestia a praedominio ignea Plat. 253.A. caelestes virtutes prius anima producantur ab ipsa mente. 11.B. caelestis quibus generibus subdita esse voluerunt Platonicus. 22.C. caelestibus nulla infelicitas. 137.D. Nullum deterioris vitae desiderium ibid. caelestium actus ab actibus animorum differre. 166.E. caeli duo Platoni vnum beneficium alterum maleficum. 93.E. caeli portae animis descendentibus & ascendentibus quid significant. 133.A. caeli nomen multiplex Plat. 523.A. caelestibus hactenus vsus apud Aegyptios, & Romanos. 415.D. caelum pro mundo Platoni. 78.E. caelum ab Animi genere regi. 89.E. caelum primum alterans quid hic agat 123.E. Apud inferos aeternae pasturam si vehicula darentur 178.B.C. Naturalius secundum rectam ferri sursum, quam deorsum 180.A. cur sapiens 233.E. Olim aliter quam nunc vertendum ex Plat. 240.D. cur circulo moueatur ex Plat. ibid. caesar capite obuoluto mori voluit. 415.B. camelus verecundia. 403.D. caucis, & Capricornus caeli portae & quare quid significant. 48.C. 124.B. 133.A. canes apud Athenienses. 403.C. canis vnius exemplo sextus empiricus multa delicia protulit. 220.D. canis Aegyptius in iusurandum adhibitus a Socr. 403.C. cantharon animal annulis quare insculpebant Aegyptij. 380.A. canum exemplo non recte vsus est Platoni. 380.C. Caras auguriorum inuentor. 216.A. carnis humanae excellentia Tertullianus admittenda sententia. 347.B. castitatis deas nudas se inspicere indignatas. 415.B. caro vxorem prostituit 393.B. Scenicois mimis nudis interesse numquam voluit. 414.A. causa diuinationis per aues varia. 225.B. causa Pater. 36.B. causa

causae eorum quae sunt, quinque genera. 22.C. Causam summam atque propriam esse querendam in omnibus. 453.D. Causarum secundarum dispositio quomodo significata Cabal. 45.E. Causas mouentes antea existeret Aristoteli formales vero simul cum composito. 98.E. Celae mulieres ad concilia adhibere. 378.C. Cereae imaginis similitudo in Plat. discutitur. 280.C.D. Cerebrum num de nostro, & de Brutis aequitudo dicatur. 209.A. Centum annorum periodus quid significet apud Virg. 441.E. Cherubim quid praestet. 49.B.C. Circes quid significet apud Homerum. 469.D. Circularis motus cur caelo datus. 240.D. Circulus a Platone committitur. 275.C. Ciues suos Plato caede confurcauit. 421.A. Ciuitatis status qualis habendus ex Arist. 395.E. Ciuitatum constitutiones Saturno regnante nullae ex Plat. 241.D. Clementia Dei quomodo descendat Cabal. 47.C. Cognitionis desiderium antecedit 137.C. Et scientia virtus est in homine, inscissa, improbitas Plat. 250.B. Cognitionem habet anima non materie sed formae modo contra Platonicos 23.B. Omnem, in Platonem, acquiritur probari posse. 271.D. Colligatum omne dissoluit ex Plat. 18.A. Cometa pro Iulio Sydere olim habitus. 122.C. Communitati tuenda propria etiam requiruntur. 396.C. Communitatis & proprietatis comparatio circa Remp. 394.E. Compositio animorum modo Platoni recepta modo iniusta. 116.B. Compositum non esse aeternum ex Plat. 64.E. Compositum quomodo aliud quam compositum ex Arist. 72.E. Omne corruptibile Platoni. 167.A. Concha Salomonis capacitas. 46.B. Coniugia nulla Saturno Regnante Plat. 241.C. Conseruetudinis vis quanta ex Arist. 402.A. Conseruetudo & educatio praua scientiae adipiscendae officit. 269.A. Consultate & deliberate num sint veri motus Platoni. 93.E. Continentes causae ex simplicitate quae. 453.D. Contra naturam non est quod a superiori in inferius ordinatur. 82.C. Cordis officium. 395.E. Corinthiorum mos virgines velabat. 418.E. Cornices in veterum nuptijs vocari solita. 404.A. Cornices viduitas. ibid. corpoream animorum naturam, quae indicent, apud Platonem. 174.A.B.

D

corporei & incorporei discrimen Platoni. 166.C. corpora quata a Deo. 34.E. corporis tamquam iunioris ad animam tamquam seniore obediencia. 4.D.E. corporis nostri harmonia ab Anima harmonia 16.C. Excellentiam arguere non esse animae cacerem 134.D. Et animae dissolutionem sacram esse Platoni 165. B.C. particeps non est omnino mutationis expertus Plat. 240.C. Formam non animam sed vnam esse animae Platonicus 329. B. Humani structura ex Timaeo 456.C. Forma quae Anima sit ex Simplicio 459.D. Corporum penetrationem dari, si vehicula darentur. 177.D.E. coepus omne quod pulsu vgitatur externo in animam est. 5.C. corpus nostrum e corpore mundi Plat. 60.D. Non simpliciter dici Platoni. 88.C. Animi vinculum 104.C. Animi sepulchrum 133.D. Quare dictum 133.D.E. Animi vinculum dici non debere 142.B.C. Nullum animam esse Platoni tribuit augustinus. 164.B. Incorporeum a Platonicis positum exploditur 181.B. Animi vehiculum Platoni 305.C. Non esse animae instrumentum. 331.B. crater Mentis ideas 39. B.C. Platonis omnem animum vniuersae naturae continet. 78.D. creanda res non habet passiuam potentiam. 78.A. creans non fundat actionem in recreanda. ibid. creatio ad extra est ex nihilo. 10.A. crotoniatae & Metapontini templum Pyth. erigunt. 472.B. crotoniatae Mulieres quomodo a Pyth. abstinentiam didicerint. 473.A. currus animorum quid Platoni. 174.B. cygnus sui functis praeficitur 257.E. Anima canens humana Platoni 435.C. Olim Orpheus Plat. 438.B.C.

Damnatorum supplicia num olim finienda. 527.A. Dantis interpretatio de animorum ad compares stellas reditu. 124.B. Deam implacabilem aduersus temerarios inuocat Socrates. 373.B. definitio animae cur per motum magis Platonicus tradita. 12.A. Definitionis animae plures particulae a Platonicis collectae. 16.C. Definitionis particulae quomodo collocari debeant. 17.C. definitio Animi ex Xenocrate eueritur 18.A. Tamquam medius demonstrationis terminus quid nobis praestet 19.A. Animi Platoni terata haud explicata 20.B. Non est eorum quae non sunt per se. ibid. Definitionem quae deceant. 343.D. Definitiones Poeticae Platonicis familiaris. 16.D. Defensor Platonis reprimatur. 439. Deitas quid ex Hebraeis. 46.B. dei essentia multis nominibus a Platone conquisita. 8.C. Dei agere, motum incedit dicunt Platonicus. 8.B. In Deo agere, & motum vnum simplex sunt. Item viuere, vita, actus, ibid. E. Dei nomina quantumque nomini VNVS credere 9. C. potestas duplex & in nos munus 42.B.E. Abscissio & alia multa ibidem animae summa 40.B.C. prouidentie rectius ad Aristotelis motorem quam ad Platonis Deum reduci posse 41.A. P. 10. testas quibus alligata Cabal. 47.D.E. Sapientia supramundana aqua dicta Cabal. 46. B. prouidentia tripliciter probata in Philebo 60.B. Ad deos iuniores sermo ex Plat. 73.B. Platonicus inconflans timor in rebus a se procedendis. 78.E. 79.A. dei multiplicis appellationis. 8. & 9. Actio in anima creanda 115.B. potestas minime praedicitur si de nouo aliquid producat 116.E. cum iniusto commercio nullum ex charonda. 478.B. Benignitas in Brutis quomodo admiranda 223. A. B. cura circa quae 227.0. Opificium quomodo in homine admirabilius quam in Brutis. 246.D. de deo nihil predicari vera posse ex Parmenide. 283.B. deo idem esse & viuere quod vita. 9.A. deorum Iuniorum substantia praestantior quam animorum 166.D. Et demonum munera confunduntur Plat. 236.D. Et demonum opus inconflans Plat. 256. A. cognomina quaedam apud Pyth. 472. A. Iuniorum scientia qualis. 284.B.C. deos commixtos videri, Platoni 168. A. In tempore quodam & ante mortalium genera extitisse Plat. 235.B. deos quomodo adorandos insenserit Pythagorici. 470.B.

I N D E X.

Deos honorandos primum preceptum in aureis Pyth. carminibus. 478.C. Demonstratio platonis de providentia a communibus. 42.E.43.A. Demonstrationis nomen Platoni cognitum non vltus. 43.B. Denarii numeri vis. 46.D.E. Descensus anime ad corpus quomodo naturalis & violentus. 82.A.B. Animorum causa expenditur. 104.E. 105. Animorum num per media corpora fiat. 173. E. Anime violentus 66.C. Animorum causa quaedam rejicitur. 179.D. Desiderium post cognitionem sequitur. 137.C. Deum ideis carere num falsum. 39.D.E. Deliberationis omnis initium ex Charonda. 478.D. Deus motu quamvis improprie explicatus. 8.D. Dicitur etiam natura licet in infinitum diminute ita dicatur. ibid. Non preexistens sed preexistencia potius a platonis dicitur. ibid. Itaq. vniuersalium vniuersale infinitum interminatam ibid. Vita, viuere, fons viuentium. 9.A. Parcius nomine substantia a Platonis appellatur ibid. Animalis nomine a platore definitur ibid. Viuens substantia, & existens idem in ipso. 9. B. preexistens vntas ibid. Intelligentia, scientia, & presentia idem sunt ibid. Quatenus ab intellectu ad se conuerfo capiunt. 12.D. Numerus diuinus vniformis. 16.A. Motu queritur a Platone. 19. C. Non sine motu ab Aristotele queritur. 19.B. Multa sanctis suis lar giti potest. 23.B. Infinite simplex & tamen infinite sapiens contra platonis ibid. Supra ens, initium entis. 34.C. Omnia producaens in Sophista, & in Cratyllo, quis. 35.E. Animus vniuersi Platoni. 41. D.E. Deus Quomodo sexus fecunditate polleat Trismegisto. 48.A. Platonis quomodo reliqua potuisset animantia producere. 64.C.D. Platonis ex contrarijs compositus. 64.D. Quomodo peccaret platonis. 65.D. Quomodo finitæ esset virtutis, Platoni. 66.A. Agere ex necessitate nature, Platoni. 66.A. Sit ne agens liberum an ex necessitate inconstans Plat. 79.C. Platonis si orbem non moueat non est prouidens. 93.D.E. Plat. Coeternam habet materiam. 94.A. Cur non omnia Mentis produxit ex Plat. 108.D. Cur tot rerum ordines produxit ex Plat. ibid. Agens in materia & ex necessitate materię ex Plat. 114. D.E. Num si materialis existat quidquid obicit animorum productioni. 116.D. Animal Platonis Hominum olim pastor & custos Plat. 241.B. Princeps quando dominabatur mundo Plat. 241.A. Simplicia produxit mox miscuit. 245.D. Nō est finis vltimus Plat. 250.D. Iustissimo homini comparatus erat. 250.B. Deus est anima Platoni. 341.D. Pytha-

gorę qualis ex Iustino Martyre. 474.C. Natura bonus & beatus externa causam non requirit. 476.A. Initio cenę inuocandus & quare ex Diogene. 478.A. Dianam nudam conspiceret in somnis quid significet. 415.C. Dianam partui preesse. 268.A. Dij iuniores producta coniungebant haud vto non producta creabant ex Plat. 77.E. Dij immortalē hominis partem, mortali artexunt Plat. 78.C. Iuniores cōpositi videri possunt Platoni & ex quibus. 167.B.C. Iuniores quę pro duxerint apud Platonem. 200.B. Dijs sacrificabat Phyt. & quibus numeris. 474.B. Diodorus historicorum celeberrimus Iust. Marr. Dionysius Areopagita Platoniorum dogmatum gnarus. 25.B. D. Thomę argumenta contra anime assententiam. 333.A. D. Thomę super Boetium expositio. 450.A. D. Dominicus quibus temporibus adfuit a Deo datus. 463.E. Diuiduum & indiuiduum in anima materiale quoddam respicit. 19.E. Diuina essentia quibus nominibus ad inera quibus ad extra in sua vnitate gaudeat. 10.A. Diuina veritas sine sanctorum Patrum lectione id gustari non potest. 23.A. Diuinorum simplicitas super celesti contactu a Philosophis percepta. 8.B. Diuinorum actionibus quomodo motus nomen tribuimus. 10.A. Diuinatum rerum tria principia Platonis. 22.B. Diuinus Numerus. 15.E. Diuinus numerus vniformis dicitur & Deo tribuitur. 16.A. Discere quid sit. 266.C. Disciplinę femina in brutis. 219.D. Discurrendi modus in homine qualis. 81.E. Discursus tantum est anime hic degētis. 81.C. Dissolutio colligatorum est. 167.B. Distinctio rationis frustra est vbi substantiarum pluralitas est manifesta. 17.E. Diuisio in sola quantitate est. 180.D. Deorum inuentum. 277.C. Quadrimebris quatenus habeat exitum vniuersalem. 343.E. Doctor quomodo doceat, & Discens ad discat in Plat. 275.A. Dogma Platonium quatenus profiteri quis debeat. 22.E. Duo corpora simul possint esse vel ne, non intellexit Tertull. 182.C.

E

Eadem esse, ex Aristotele, que. 166.E. Ecatorum sacrificium Pythagorę &

quare factum. 472.D. Ecclesia vltur etiam figuris. 445.D.E. Ecclesie ceremonię in sepeliendis mortuis. 441.C. placita de humano corpore. 512.C. Educatio vana est si virtus doceri non possit. 394.C. Educatio praua, vide consuetudo. 89.D. Efficaces corporum motus. 89.D. Elementa quę in nobis, ab elementis mundi contineri Plat. 60.C.D. In nobis corpus appellare solemus Plu. 60.D. Quomodo in nobis Plat. 60.C. Non esse in anima contra Plat. 340.B. Elementorum in animalibus & celestibus predominium ex Plat. 253.A. Elephanti verecundia. 403.D. Elisij campi improbatu Platoni ab Aug. 110.B. Eloha sive quadrilaterum nomen quid nobis praestet & quo planeta. 47.C. Eloim quid nobis praestet. ibid. Eloim sabaoth quid & quo planeta nobis iustuat Cabal. 47.D. Eloquentia Platonis suspecta redditur a Philopono. 422.D. Elisij campi apud Maronem ex Plat. 523.C. Emanatio platonica est non extra processus. 14.A. Emanatio simplex num vnā exigat productionem Platoni. 77.E. 78.A. Emanationes quas suscipiat deus in rebus agendis. 47.E. Empedoclis opinio de animi descensu. 105. D. Migrationem vsque ad Platas posuit. 445.B. 469.A. Emptius viuentes fieri quomodo probet Plato. 432.E. Endeletia quando dicitur quando En telechia 10. D. quomodo accipiendā. 460.B.C. Emdymionis fabulam quomodo posuit Plato. 433.A. Ens primum, essentia, vntas Mens appellatur. 16.A. Entium gradus triplex Platonis. 167.A. Ens primum Mens. 11.A. 34.C. Ens vere, Mens non primo vnum. 34.C. Ens omne quomodo potentiam habeat adui admixtam praeter primum. 109.A. Ens verum siue id quod vere est quādo videt Anima. 274.C. Ensoph infinitudo Oceanus Cabal. 45.B. Entis initium Deus. 34.C. Entis siue eius quod vere est contemptationis expertes animi quando dicuntur. 132.B. Entium substantia a Mente ex Porphyrio. 35.A. Epimertheum non recte interpretatum Plat. 244.A.B. Epimetheus in quo lapsus. 247.E. Equi Deorum celestium. 88.A. Animorum & eorum ingenij quid Platoni. 174.B.C. Equorum

I N D E X.

Equorum anime signis. 264.A. Etrantes Dij quibus expellendi. 49.C. Esse & viuere in Deo idē quod vita est. 9.A. Esse & gubernari in nobis a Deo. 38.D. Eshedonum populorum natura in feminis. 382.E. Essentia, vntas, Ens primum, Mens dicitur. 16.A. Ibi queritur vbi quod quid est inuestigatur. 19.D. Vnum e quinque generibus platonis principijs. 22.C. Mentis a Deo differentia. 37.A.B. Essentia Boni & pulchri. 274.B. Ethnorum Deorum multiplicia nomina rejicienda. 49.D.E. Eudoxi preceptor Oenupheos. 471.E. Eugubini reprehensio. 39.E. Euripides Spartanorum morem damnat. 413.E. Eurionimus Demon & eius officium. 440.C. Eusebij expositio rejicitur. 437.A. Ex Bono Mens, ex Mente anima quomodo ex plotino Cyrill. 51.C. Ex eadem idea constare quid intelligant Platonis. 63.C. Exercitus Deorum & Demonum. 88.A. Exemplorum in Theeteto excussio. 280.C. Vtus qualis. 398.D. Ex intellectu & eo quod intelligitur quomodo fiat vnum verius quam ex materia & forma. 12.B. Ex nihilo produci animam plato non vidit. 114.C. Extrinsecus aduerbium quomodo platonis sumendum. 284.D.

F

Fabis parendum quomodo exposuit Arist. 473.D. Fabulis vtendum quomodo Platonis asseritur. 494.B. Fabulosa in Platone conueritur auditor, non vera. 174.C. Facilitas Prudentię pars. 244.C. Felicitas anime platonica non vera. 40.A. B. anime vnde Plat. 39.B. Et in felicitas simul itare nequeunt 137. E. Vltima non datur Plat. neque illa est deus. 250.D. 255.A. Felicitas celestium ex auic. & Plat. 38.E. Femina ex quibus generetur Platoni. 222.D. Quomodo mas lesus ex arist. 355.D. Clamosa Platoni. 380.C. Feminam interficere cur iniquius sit quam virum ex Arist. 382.C. Feminarum ortus in Platone migrationem arguit. 437.B. Feminas in mares mutatas esse 355.C. Ad Medicinę studia admittit Plato. 359.D. Femine generatio ex quibus Plat. 353. & 354. Generatio ex Ar. & Gal. 351. B. Malitia, Ecclesiasticorum testimonia. 356.B. Femine natura imbecillior & ineptior

in omnibus demonstratur. 360.A.B. C.D. Efficiens causa in Platone desideratur 366.D. In fenatu adhibere. 378.C. Testimonij ferre veritatem Platoni & Moyfi 378.A.B. Num discipli na meliores possint euadere ex Platone 379.A.B. Cur molliores & pulchriores viris produxerit Deus, Xenophontis sententia 379.B.C. In quo genere maribus fortitudine praestet. 380.D. Spartarum. 383.B. Festinatio consiliorum nouerca. 244.C. Ficti opinio de animorum descensu. 105.D. Error de Angelorum peccato 106.A. Interpretatio rejicitur de promethei fabula 236.B.C. Sententia de tribus animis reprehenditur 307.D. E. De anima informantē falsum esse plum. 332.B. Fictus vbi que sacra profanis inficit. 106.A. Pio quidē animo se, & alios decipit. 307.E. Fieri & esse, fieri & non esse, generationis distinctio Platoniorum. 18.D. Fias vltimus apud pl. nō est vus. 250.D. Flumina omnia tendere ad mare &c. quid Cabal. 45.E. Fœmur aureum Pythagorę. 478.D. Fons animorum quis. 123.B. Fontana anime quę. 11.A. Fontes decē a Deo vocati quid Cabal. 46.D. Forma omnis separata a materia est intellecta in actu. 211.C. Duplex. 329. C. Quas secum conditiones trahat. 331.A. Formę luce significantur Cabalistic. 45.C. Formalis causa simul cum composito. 98.E. Formam corporis animati non animā sed vmbra animę posuere platonici. 329.B. Formarum fons. 11. Formicis num sepulture cura insit. 223.E. Foxij interpretatio rejicitur. 436.E. Fructus & sponte nascentes Saturno Regnante Plat. 241.C.

G

Galenii opinio de sentiente anima. 218.B.C. Sententia de tribus animis apud Platonem 300. & 301. praetermissa de tribus animis 305. B.A. Carpentario defenditur 307.B. De specie & partis nomine reprehenditur 198.D. De femina. 355.E. Gelonum mores. 379.E. Genera quinque a Platonis excogitata 22.C. Quinque platonis ex philopono. 339.E. Generabilis rei non est aeterna idea Plat. 651.A. Generare se & mouere se quomodo inuicem se habeant. 17.C. Generare se de Animo periculose dictum. ibid. Generatio secunda, quę platonis 199.D. In istaru innocentie Theologis ad-

missa 364. A. Solius Dei est, cuius sunt ider. 200.C. Generationis distinctio duplex a platonis adhibita 18.D. Animalium Platonis inconstans sententia. 252.E. Generum viuendi fons. 11.A. Genita ex putri, platonis non nominata. 199.C. Gens nulla est quę Deum esse non sentiat. 25.A. Germanicis mulieribus quid inesse credebatur. 378.D. Gorgonum instituta. 380.B. Gradus Anime r superioribus. 11.D. Rerum vnde 34. E. Immaterialium substantiarum triplex 176.D. Entium vnde gradus. 176. Graeci Barbarorum contemptores. 401.A. Græcos animo semper extitisse iuniores quid sign. Plat. 439.D. Sapientes in Ægyptum nauigasse. 471.E. Gregorius Nyllenus animam corpoream esse tribuit Platoni, & Aristot. 164.A. Gressibilium genus vnde platonis. 222.D. H. Habitus omnes nequaqua sentiri. 431.E. Harmonia qualis anima tribuitur 16. C. Noitri corporis vnde ibid. Hecloim quid. 45.A. Heliogabali curru nudis feminis yecus improbat. 414.D. Heracliti opinio de animi descensu. 105.D. Verba ad hospites. 456.B. Herbe nonnullę solares. 123.C. Hermafroditis sensus aliquis apud Platone queritur. 437.B. Heroum nobilitu cognitio vnde. 47.D. Hesiodi fabula Platonis admixta. 237.D.E. Hesiodus hominem e terra fecit. 243.E. Hierarchie ordo quid exposuisset. 49.B. Hieroglyphica a pythagoricis quibusdam nihil discedere. 472.A. Historia mira de spirit. reditu in Corpora. 440.D. Historie nomen profundę speculationi de Anima tribuit Arist. 263.D. Homeri fallas cut pulchra domi docuit. 379.D. Homerus Oceanum appellauit rerum Patrem 45.B. Quomodo Migrationem asseruerit 469. D. In Ægypto edoctus. 496.D. Hominem esse sola m animā putat Plat. 338.E. Esse totum compositum contra Plat. 341.A. Carnem proprie dici Tertullianus 347. D. Esse corpus & animam pulchre probat Athenagoras 347.C. In imaginē transire quid significet. 444.E. Hominis productio a quibus ex Cabal. 46.D. Animus e secundis atque turis temperamētis compositus Plat 78.D. Voluntas faciles conatus effugere potest

I N D E X.

potest 123. C. Solam animam esse immortalem quomodo quidam interpretentur 123. E. Et animæ causa efficiens varia plat. 242. B. C. Finis 249. D. E. Status duplex ab Ecclesiasticis consideratus 251. C. D. Imperium 251. A. B. C. productionis tempus varium plat. 254. D. Species quomodo intelligitur 264. B. Definitio a Platone tradita ab origine irrita 343. A. Transformatio in deum quomodo 445. B. Manus quale instrumentum. 456. E. peregrinatio quomodo influenda ex Hipparcho 476. B. Natura qualis ad suum consilium & ad Deum comparata Euriphamus. 476. B. Hominum mutationes in iuniores præortes quando ex plat. 240. D. Temporis ortum modo nullum, modo in tempore plat. 253. B. Genera olim tria ex Plat. 361. B. Scientia qualis ex Archita. 436. C. Homo animal ad Dei cultum aptissimum, modo ex terra modo, ex igne Plat. 243. E. 104. B. Animal religiosissimum & pius 78. D. Deorum immortalium quasi Gentilis Plat. 78. C. Quomodo stellis minime subditus. 123. E. Interior quâdo factus ex aug. 238. C. Si hominem generat maligne id facit ex Platone 143. D. Ex quibus materialibus factus 245. B. Non species sed gradus 245. E. Non ex pulvere factus contra Caeteranum, ibid. Divini generis 250. C. Solus deos esse censuit, & illis altaria posuit 250. D. Sapient mensura rerum omnium 250. C. Idealis 328. B. Interior etiam apud factas literas 337. D. Triplex plotino 339. A. B. Duplex num aristoteli cognitus 341. D. Quomodo Camalcôta. 445. B. Cur prudentissimus ex Anaxagora. 456. E. Horatius de Iulio sydere. 122. B. Humida lux subdita. 123. C. Hylas de augurandi arte scripsit. 219. C.

I

Iacobi Carpentarij opinio reprehenditur. 306. E. Iamblici & Synesij interpretatio rejicitur. 431. A. B. Iamblici liber de pythagoræ secta. 470. A. Idea communis, patet nomine sumpta in Timæo. 18. D. Idea quomodo corruptibilis esse possit Platoni. 65. A. Ideæ rerum in Mente. 34. D. Ideæ quomodo frustra essent Platoni. 66. A. B. Ideales rationes ex materia. 45. B. Idealia femina in Mente. 34. E. Idealia animalia & eorum genera. 234. A. Idealis origo eorum quæ sunt, Mens. 13. D. Ideam non esse rerum generabilium plat. 65. A. Idearum horreum Mens. 36. E.

Idearum secundæ imagines. 285. B. Ideas cur ab uno auferant Platonici. 336. E. 37. A. Ideas in deo non reperiri falsum est. 39. D. E. Identitas vnum e quinque generibus. 22. C. Idola & imagines platoniorum evertuntur. 309. B. Idola imaginis & alia huiusmodi nomina excluduntur. 333. E. Idolum animæ. vide Animæ idolum. Iesus lux patris vera. 49. C. Ignem qui in nobis ab ignis elemento contineri. plat. 60. C. D. Ignis in celestibus prædminium. 253. A. Ignis & terra animalium materia. 235. B. Ignoratas opiniones in ignorantis animo latere. 266. A. Imaginaria animæ vita quæ, & quâdo. 34. B. Imaginariam vitam quando amplectitur animus. 105. C. Imaginatum, quartum animæ vehiculum simplicio. 177. B. Immortale est quod semper movetur. 5. B. Immortale quod semper movetur. ibid. Immortale non omne quod a deo Platonis factum. 79. B. Immortalem fieri & esse immortalem differre. 117. A. Immortalia si numero auferentur ex immortalis fieri debere plat. 113. E. Immortalis condiciones. Semper moveri, seipsum movere; a se non deferri; moveri non desinere; & alia ex Plat. 6. A. Immortalitas animorum quomodo plat. probata. 433. A. B. Immortalitas in futurum animis, & Dijs Platoni denegata. 79. B. C. Immortalitate quomodo habeant animæ. 117. A. B. Imperatoris & causæ Pater. 36. B. Impuris animis ad cælum reditus quâdo datur Platoni. 522. B. C. Impressiones in anima vnde contra Plat. 280. A. In Anima motus non destruit statum. 16. C. In Anima elementorum rationes non inesse contra Plat. 340. A. Inanimatum ab alio moveri animatum a se. 14. D. In Brutis quantus cælis fauor. 219. D. Inclinatio animæ ad corpus qualis ex Platone. 82. A. Incorporata intelligibilia, quantum ab VNO distineant. 10. D. Incorporato magis inuestigatur anima & quomodo. 19. B. In Dei actione explicanda lingua deest conceptibus. 16. C. Indicata confutare, magis quam confutanda laudare præstat. 36. D. Inditæ species vel falsæ in Platone, vel ambigæ. 12. E.

Inductio aliter Platoni, & aliter Aristoteli considerata. 269. B. Inductio quid ex proclo. ibid. Inductio quid ex Ficino. 270. A. Inductio quid ex Alcinoo & quomodo fiat. 270. A. B. Inductio platonis inualida ad reminiscendam inueniendam. 171. A. Inductio vtitur reminiscens. 264. C. Inductio plotinus rectius vsus est quæ plato. 270. D. Inductionem Platoniam, Aristoteli exemplum videri. 270. C. Inductionis conclusio duplex. 270. B. Inferni supplicia quomodo ab Origene sumuntur. 183. A. Inferorum loca olim omnes animas contentura platonis. 118. A. Infinitum terminum, & vnum tria rerum diui: principia platonis. 22. B. Infinitum inter quatuor, quæ vere existant ex plat. 35. D. Inuentionum migratio atque aliorum generis hominum. 436. B. Inuentionibus & motis, an ad animam platonis deueniatur, dubium est. 93. A. In mouentibus & motis materialibus moto vno mouentur omnia. 123. E. Inopia homini data veluti comes ad intellectum exercendum. 222. A. Inuentionis status qualis esset futurus. 364. A. B. In Rep. gubernanda sensus ne an intellectus sequendus sit. 395. A. B. Inuentionis in causa turpi platonis adhibita. 376. C. Inspiratio quid in scripturis ex D. Th. 74. D. Instinctus animæ duplex. 264. A. Intellectio & viuificatio in anima quo modo differant. 12. A. Intellectio quomodo ad intelligibile feratur. 12. B. Intellectio sui ipsius de Deo quomodo non omnino satis sit ad proudentiã 43. C. D. Intellectio, intelligens, & res intellecta nullibi nisi in Deo vnum. 341. C. Intellectiua memoria, vide memoria intellectiua. Intellectuales vires in cælo ex plot. 107. B. Intellectum ab intelligibili semper perfici. 179. E. Intellectus noster diuinam naturam contemplant ob imbecillitatem. 6. C. D. Intellectus, si platonis dantur, quomodo viuunt & quid sint, quoti in ordine. 11. D. Intellectus principium sui motus sunt. ibid. Intellectus se mouentes sunt. ibid. Intellectus ad potetiam imaginariam conuersus. 12. B. Intellectus & intelligibilis vni tas quomodo compositi vnitatē superet. 12. B. D. Intelle-

I N D E X.

Intellectus qua mensura Deum intelligit cum ad illum conuertitur. 12. D. Intellectus ad species intelligibiles, quomodo se habere possit. 12. E. Intellectus infra Mentem. 13. C. Intellectus mouent se. 17. B. Intellectus vniuersalis ad quem Platonis animas ducunt. 41. B. Intellectus vnitatis cui tribui debeat. 74. C. Intellectus intelligendo defectum multipliciter patitur. 74. D. Intellectus a Plotino in cælo positus. 107. C. Intellectus homini datus quoniam arum genere potior. 222. D. Intellectus quomodo stellis non supponitur. 123. E. Intellectus munera quam pauca Platonis. 141. C. Intellectus a sensu discrimen. 183. B. Intellectus practici conclusio, operatio est. 202. A. Intellectus agrapha tabella Peripateticis. 269. D. Intellectus esse hominis forma probatur. 329. & 330. Intellectus sua intellectuone seipso contentum esse. 9. D. Intelligentiarum productio ex Auicenna. 38. E. Intelligere est altera animæ potentia. 12. D. Intellectus, seu intellectio sine speciebus intelligibilibus quomodo fieret. 12. E. Intelligibiles species si non dentur, quomodo intellectus intelligat. 12. E. Interemptis sepultura intra urbem denegata. 441. Interrogationes Socratis expenduntur. 278. A. B. In vile cum turpi conuertit plato, vile cum honesto. 393. A. Io. Grammaticus quare admittebat congenitas species intelligibiles. 174. E & 175. A. Io. Grammat. de differentia aerei, & terrei vehiculi. 179. D. Io. Grammaticus refellitur, circa aliam interpretationem. 180. E. Ioannes Grammaticus qui fuerit, & in quibus lapsus. 311. E. Io. Gram. de Pyth. migr. 469. A. Io. Philoponus refellitur. 258. D. Io. Philoponus Reminiscendam asseruit. 275. E. Ioannes Philoponus in aristotelem insurgit de animi essentiis. 310. & 311. Io. Philop. de migratione modus singularis. 432. C. Io. Grammatici inconstantia de Ideis Aristoteli adscriptis. 446. D. Io. Pici de Migratione sensus. 445. B. Ionico poetæ migratio asserita ex Timæo loco. 430. Iouis vestigia qui sequantur. 35. E. Iouis platonis vanus timor. 64. B. C. Iouis alatus currus. 85. A. Iouis domicilium & custodia. 248. B.

Iouis platonis malignitas. 137. D. Iouis platonis inconstantia in homine fabricando. 200. D. IP SVM V NV M, quando Endelechia & quando Entelechia dici possent. 10. D. Ipsum Deum platonis dicitur. Iudis lex apud Aegyptios. 579. D. Iudicij extremi aliqua suspicio, apud Plat. ex Iustino Mart. 496. A. B. Iudicij Animorum Platonis & Ecclesiasticæ similitudo, atque dissensus a pag. 497. usque ad 511. Iulium sydus. 122. A. B. Iunonis nudatæ vindicta. 415. C. D. Iuppiter pro Mente sumitur Platoni. 35. E. Iustini Marty. Testimonium de Deo Pyth. 474. C. Iustitia & pudor in homines sero immissa ex plat. 252. D. Iustitia Dice vocatur ex polo. 477. Iustitia laus & utilitas. ibidem. Iustitia diuina circa Iudicium animorum, quomodo platonis subodorata ex Theod. 495. D. E. Iustitia vis inter homines & Deos ex Theage. 477. B. Iuuenes quæ docendi sunt ex Clinia. 477. A.

L

Lacedæmoniæ mulieres in conciliis adhibite. 378. C. Lacedæmoniorum vxores. 400. A. Lachesis necessitatis filia. 88. B. Lachesis necessitatis filij iustus. 132. D. Lætitiam animorum apud inferos negari non debere. 142. E. Lapidis sensu predictos platonis. 217. E. Latones duræ Platonis 6. E. Vide Diç. Motus. alia localis alia supra localem. ibidem. Lazari locus in Euangelio variè expositus. 184. D. E. Leges faciales animis ostense, Plat. 78. D. Leo adulterium vlciscitur. 403. E. Leonis Hebræi audax interpretatio. 361. D. Leonis Hebræi impudens comparatio & suæ interpretationis confutatio. 361. 362. & 363. C. Leopardus femina marem fortitudine superat. 480. D. Lethæus fluuius ab August. improbat. 110. B. Lex diuina ab Angelis data. 49. B. Localis motus vere in anima ex Platone. 15. C. Localis animæ, & corporis motus quomodo idem. 203. A. B. Localis animæ motus fufus discutitur cum Platonis. 204. C. D. E. Lucanus Neroni in cælum redeuntis stellæ cuiuslibet optionem tribuit. 121. D. Lucretius animi mortalitatem quomodo asseruit. 495. A. B. Luce Vitali faucis Anima quando dicitur. 11. E.

Ludouicus Viues decipitur. 71. A. Luminaria duo ex abyfso Cabal. 45. B. Luna humanam animam significat Cabalif. 45. B. Luna humidorum omnium potens. 123. C. Lupa suo mari præstat fortitudine. 380. D. Lux, & vita in Ioanne, quid ex Cabalif. 45. A. B. Lux idealis, quid ex Cabalif. 45. A. Lycon de vita Pythagoræ scripsit. 472. C. Lycurgus leges improbat. 413. D. Lycurgus legē fanciuit de secreto congressu maritali peragendo. 416. Lydorum mos ne quis nudus videatur. 413. D.

M

Magi animam redituram in corpus quare credebant. 511. B. Magica non ideo tractantur ab Anima quia ex Platonis consistit generibus. 23. A. Magica ars Deum præsupponit. 474. A. Mahometi nomen quid significet. 462. D. Mahometis dictum. 445. Maiores nostros fortasse prophetas laudare Platonem. 240. H. Mane, & vesper, quid. Cabalif. 45. C. Manus hominis vide hominis Manus M. Tullij error. 41. B. Mare magnum quid. 45. E. Mare Bæneum apud Salomonem quid. 46. A. Marfilij Ficini interpretatio de migratione. 443. B. C. Marfilij ificinus reprehenditur. 339. B. C. Marfilij Ficinus quartum hominem posuit. 339. B. C. M. Ficinus circa migrationis sensum reijcitur. 446. E. Marcus auxilio quibus iuuenimur Cabal. 47. C. Mas natura prior femina ex Aristot. 355. C. Masculus solis focus femina telluris, Platoni. 361. B. Materia quæ a Deo. 34. E. Materia abyfso Cabalif. 45. B. Materia obscuritate significata. Cabalif. 45. C. Materia Deo coæterna platonis. 93. 94. A. Materia Mundi animam & omnes animas præcessit platonis. 93. A. Materia a Deo Platonis nequaquam producta. 200. A. Materia quomodo vtitur naturalis phi losophus. 454. A. Materij Mundi motus inordinatus. 16. B. Materij cuique propriam formam respondere. 454. B. Materialium rerum substantia quæ. 11. A. Materialium rerum vitalis potentia. 11. A.

Matc-



Materiam ante omnes animas platonice. 92. B. d. Corruptione inferre ubi sit, formam autem aut agens nequaquam. 117. A. Numerus reliquorum numerorum imago, alios numeros quomodo dimetiatur. 16. A. Maximi Tyri sermones haud relegendos esse. 285. B. Medicos & Nautas etiam ex arte sua aliqua praevidere. 225. E. 273. D. Memoria quid platonice. 170. B. Nusquam sine sensu platonice et Aristoteli. 171. A. 273. D. Oblivio sensus quomodo ordinari debeant Plat. 273. E. Memoriam in utroque statu animam comitari Platoni, neque Aristoteli facile est adscribere. 171. E. Menonis scopus in toto dialogo. 265. B. C. Mens non est facta motu sed est habitus quidam motus. 10. E. Non est Deus sed prima motus communicatio. 12. A. Vnius partus 10. E. Primo exit ab uno 10. Prima motus communicatio. 10. E. 11. A. Prima Dei vivificatio ibid. A. Vite particularis actus ibid. A. Quid prius quidque posterius generet 11. B. Idealis origo eorum quae sunt. 13. D. Si cesset non cessant omnia. 13. D. Supra intellectum vel intellectus 13. C. Non prima suae motionis causa, non est causa non genita. 13. D. Boni filius 13. C. productionum omnium causa 13. D. 15. C. Numerus substantialis immobilis. 16. A. Dicitur essentia, unitas, ens primum. 16. A. Mouet se. 17. B. Continet unitates. 34. B. Anima opifex. 34. B. Et materiam, & modi ipsius expers. 34. D. participata, & non participata. 34. D. Continet ideas rerum. 34. D. Omnia condidit, & gubernat 35. D. ad ipsam conversa quid pariat. 35. A. vniuerso imperat. 35. C. Deus, Iuppiter, Rex fortasse idem Platoni. 36. A. 35. E. Iouis nomine appellata. 35. E. Quae sit eoque modo aliorum causa. 35. C. Etenim substantia separantur. 36. E. Sola bonitatis causa ex Platone. 39. A. Ipsa num animam facere potuit. 39. C. Ex bono quomodo. 51. C. Anima, Natura, tres entium gradus platonice. 176. A. Mentem ipsam essentiae nomine denotantur academici. 8. D. Mentis siue intellectus rationales intellectus respondere quomodo quidam intelligent. 124. A. Menti prima motus communicatio ab uno obtrigit. 10. E. Diuina quomodo cum omnia in se contraria non in se sunt. 125. C. Mentis motus. 16. B. ad cessationem accedit. 10. C. Cognomina multa 35. B. 36. B. C. Processus a Deo ex Porphyrio. 35. B. Motus natura. 42. A. Mercurij responsio, cur animae descendat 109. C. Cratere quid intelligat Cabalistic. 46. A. Mercurius quid influat Cabal. 47. D.

Trifm quomodo de dei prouidentia locutus sit. 456. A. Quo tempore vixerit. 466. E. Mercurius num animas ducat apud Plat. 520. E. Virgilio & Platoni num idem. 520. E. Messiae anima quid Cabal. & platonice. 47. D. Metaphorici motus recensentur. 16. B. Metapontini Templum psych. erigant. 472. E. Miccae puella verecundia. 414. D. Microcosmi partes decem intrinsecae Cabalistic. 47. B. Migratio quibus animabus asserita ex pythagoricis, Platone & Plotino. 97. C. duplex. 118. A. Multipliciter sumpta platonice. 26. B. paucis eueritur. 206. E. Animarum essentiam confundit 211. D. Non penalis platonice. 255. C. D. Moralis de medio tollitur in Platone. 431. C. Realis iterum platonice asseritur. 434. & infra communior in Platone queritur. 435. multiplex multiplicium animarum in Plat. 418. C. 438. D. E. ex Auicenna 442. E. platonice ex propria ipsius doctrina reijcitur. 451. A. B. 458. D. E. ab Arist. reijcitur 458. C. ab Homero asserita. 469. C. Migrationem animarum cui vis quam pythagorae esse tribuendam. 418. A. Iustarum & iniustarum esse animarum Plat. 439. A. platonice qui asseruerit 442. C. Omni tempore a Platone positam. 451. E. Qui admittunt rationalem & brutam animam fortasse eandem faciunt. 123. A. Mileharum virginum mira historia. 415. A. Mille Bat Dei potestas Cabal. 46. B. Millenarij Numeri consideratio apud Virgilium. 520. C. D. Millenarius numerus cur Deo patri datus Cabalistic. 46. C. Mineruae & vulcani interpretatio apud Plat. 254. D. Miseria animorum sola perpetua Plat. 255. A. Mitactron quid. 41. B. Mitactron quid Cabal. & platonice. 47. D. Mixtio elementorum in caelestibus & animalibus & eorum predominium ex Plat. 253. A. Molestias esse in animo non sine corpore ex Platone. 169. A. Monade mentem intelligebat pyth. 471. D. Monas & dijas quid apud pyth. 472. A. Moratas responsiones in rebus naturalibus esse respondendas. 138. D. Mores exteri platonice Reip. 406. 401. Mors prima & secunda atque item resurrectio prima & secunda quomodo intelligenda. 728. C. D. E. Mortale est quod mouet aliud & ab alio mouetur. 5. B. Quodcumque aliunde agitatur. quodque moueri definit. 6. A. B. Mortuorum animos alicubi esse probat Plato. 433. A.

Morum prauitas in platonice Rep. 424. A. Musica Theologia quae ex Eugub. 40. B. Moses ob quae praecipue admiratione sit dignus. 225. D. Motu uno omnia mouentur in mouentibus materialibus. 123. E. Motu Deus queritur Aristoteli 19. B. Magis inuestigatur anima quam sensu & incorporeo. 19. B. Motum in agente substantiae nomine dignantur Platonicis 10. B. Omnem disputaturo cum platonice necessario esse cognoscendum 6. E. Anima negatiua ab Aristotele factis naturaliter 15. B. Etiam Plato magni fecit pluribus in locis. 19. C. Motus principium nec nasci potest nec mori. 5. C. Motus plures platonice excogitatos ibid. Localis & supra localem ibid. B. Omnis Platoni aut latio aut alteratio 8. A. Quomodo factio motus in mobili ex Arist. 9. A. 10. C. Quando est accidens quando substantia 10. B. Vita intelligens partus quidam 10. C. Dum intra est cessatio dicitur sine mobilis cessatio 10. C. 11. C. primum in propria vita 11. B. Vere principium ubi 11. C. Mores cessatio dicitur ibid. Motus animae multiplices inuestigantur ex Plat. 15. D. Metaphorici recensentur 16. B. Quadruplices Platonicis ibid. Animarum ibid. Mentis ibid. Motus in anima non est ipsius status de intellectu 16. C. Ordinatus physicus dicitur 16. B. Inordinatus materiam di tribuitur a Platonicis ibid. Est animae familiarissimus 19. B. Omnis naturae constantibus est familiaris ibid. Aristoteli Tenedia bipennis quomodo ibid. Ne quidem factus est ad animae naturam inuestigandam 20. C. In anima definienda magis formam respicit 20. A. Vnum e quinque generibus additis, principij platonice 22. C. Non dum ad extra progressus idem est cum mouente 10. B. A se ipso in se ipsum animati est 89. C. Vel ab Anima, vel vsque ad Animam ex Aristotele 170. A. B. Anima a verrulliano non recte sumpti 182. A. Qualis animam arguit 201. D. Brutarum animarum discutitur 206. E. & 201. A. B. Omnis ad localem ducitur ex Aristotele, & Platone 202. E. Localis instrumenta eadem in Bruto, & in homine. 202. C. Motus omnis ad mundi animam reducitur platonice 203. B. Varij animae tribuuntur a Platonicis 205. B. Omnes ad localem etiam a Platonicis deduci. 205. C. Motuum nomina quorum anima est causa. 89. D. Mouens aliud, quod ab alio mouetur, si nem habet motus & vitae 5. B. Siue agens quomodo suo actu prior esse dicitur 9. B. Se modo ad vnum modo ad infinita deducit Plato 14. B. Non est pars mobilis. 204. B. Mouentes

Mouentes cause ante compositum existunt ex Arist. 98. E. Mouere seipsum siue mouens seipsum est principium & fons ceteris quae mouentur 5. A. Se & generare se quomodo se inuicem habeant 17. C. Se quomodo animae definitionem ingredi possit 17. A. B. Se Mentibus & intellectibus commune 17. B. Se conuerterit cum anima. 42. C. Moueri motu externo inanimatum esse indicat 5. C. Semper & alia immortalitatis conditiones recensentur 6. A. Per se multipliciter 13. B. Motu interiore atque suo quae subferat platonice 14. E. A se de anima platonice non est probatum 15. A. Quae mouentur multipliciter. 42. A. B. Moylis & platonice impertinens comparatio. 39. E. Mulier vnde dicta in Cratyllo 377. E. Vide dict. femina. Mulieres dominari summum dedecus Democritus. 383. B. Mulieribus curatores dari solitum. 382. C. Mulieris natura dimidiata Plat. 378. A. Tunicam ne quidem noctu deponendam ex Hesiodo. 413. C. Mulierum avaritia a muliebris nocita 377. E. Commercia limitata ab athenisibus. 382. C. consilium inualidum ex Arist. 382. E. Officia graeco proverbio designata. 383. E. Prestantiam qui Autores descripserunt. 385. E. Verecundia num Naturalis. 387. A. cadauera cur piona fluitent. 413. D. Generatio qualis species sit. 80. E. Multitudo animorum quomodo Platoni negari possit. 107. E. Multorum testimonia de femina imbecillitate. 381. A. B. Mundi Animum ante singulares animos fuisse genitum. 5. A. Anima prima creatura Platonicis. 41. D. anima nostrarum animarum soror Plotino. 62. B. Anima cuius ideae participatio. 63. C. Animum in orbe solis a Platone videri possum. 63. B. Anima posita, frustra ponuntur participatae animae. 107. E. Anima productio a deo 38. A. B. Magnae mutationes & ex quibus apud Plat. 493. E. Mutationes plures recensentes ex Plat. 494. A. E. Mundum non ab eo videri factum quod propria essentia est bonum. 39. A. Olim animis omnibus desitendum ex Plat. 118. A. Non esse animae speculancam in Plat. arguitur. 134. B. Mundus Platoni re vera producitur. 13. E. Siue vniuersum quomodo Corpus Plat. 60. D. Vt perfectus sit anima omnia continere debet Plat. 78. C. Intelligibilis ex Plot. 107. B. Speculanc & antrum. 133. A.

Nabathaeorum lex de vxoribus. 400. B. C. Nabuchodonosoris Transmutatio quomodo intelligenda. 446. A. Narcisus quid ex sicino. 339. B. Natura quid sit platonice. 89. A. In deterrius vergeret solet. 402. E. Naturae rerum ex ijs, quae secum aeterna sunt dignoscendae. 81. D. Naturalem numerum ab alio moueri. 37. A. Naturalis numerus. 15. E. Quomodo rebus inest. 16. A. Philosophus formam in materia querit. 454. A. Necessitas Deum quodammodo praedicat Platoni 79. E. Necessitatis modus duplex 21. A. Nescire quid. 273. D. Non omne violentum est quod est praeter voluntatem 82. D. Notiones in anima nouae contra Platonem probantur. 280. D. E. Notitia in nobis ex Platone genita. 279. C. D. Nuditas multis exosa 414. 415. Numam ex Pythag. profecisse. 470. C. Numeri ideam non esse ultra denarium. 46. B. Pythagorici quales ex Ar. 471. A. millenarij & centenarij considerantur apud Virgilium. 520. C. D. Numero Deum non alligari 46. C. D. aliquid dato, multitudinem etiam concedi potest. ibid. Numerus se mouens quomodo animae conueniat. 15. E. multipliciter sumuntur a Platonicis. 15. E. In animae definitione, aequinoctio explicatus a Platonicis. 16. E. naturalis quomodo rebus inest. 16. A. Mathematicus reliquorum numerorum imago. 16. A. animarius, potius numeri Platonicis dici debet. 17. D. E. animorum platonice praefinitus. 113. E.

Obedientialis Theologorum potentia 82. D. Obiecta animae separate varia Plat. 274. C. Oblivio Animae in hac vita memoriae alterius praesupponit Platoni. 171. C. Oblivio, Memoria, Sensus, Reminiscencia, scientia, quomodo ordinanda in Plat. 273. E. Obscena Deus voluit secreta iacere. 413. B. Obstetricandi artem cur Socrates proferebatur. 267. E. Obstetricis munus multiplex. 268. A. Cognitio, remedia, carmina. 268. B. Obstetricis matrimoniorum auspices 268. B. C. Obstetricis exempla ex Theteto desuntur. 276. E. 277. A. Obstetricis & Socratis officij similitudo redarguitur. 279. A. B. Oceanus quid, & cur rerum vater dicitur Homero. 45. B. Oculos pulchritudinis influxum suscipere. 264. E. Olympiae verecundia. 414. E. Omne in tempore genitum esse mortale quomodo intelligant nonnulli

Platonice. 117. D. Operationes in nobis duplices totidemque. Diuinitatibus tribuimus 9. E. Anima solas Platoni dari non posse. 341. B. Opinabili alimento quando vtuntur animi. 132. B. Opinio, intellectus, ars & lex priora sunt qualitatibus corporeis 88. E. Vera & scientia quomodo se habeant ex Plat. 237. B. Vera & scientia quomodo in se homini expenditur. 383. B. Oratoris arte decipientis esse a causa confingere ad personam. 391. Ordinatus motus physicus dicitur 16. B. Originale peccatum vnde contractum contra Platonicos. 136. C. D. Origine carere Immortalis conditio est. 6. A. Origo Entium Mens 11. B. Idealis eorum quae sunt Mens. 13. D. Oriri & occidere Platoni se consequuntur. 5. C. Orphei Carmina num Pythagorae sint 473. B. Orpheus an in Cygnum mutatus contra Plat. 452. C. D. Ouidius de pythagorae migratione. 468. D.

P

Pena quae ignoratur culpam non delet 138. B. Penalibus animorum descensus impugnantur. 137. 138. & infra Penarum triplici genere animae apud virg. expiatae. 444. A. Palmodiam recantauit Plato. 404. B. Pallas cur pulchra docuerit domi ex hom. 379. D. Pallas Tiresiam obsecrat quare. 415. B. Parmenidis VNVM si moueretur, vel ferretur vel alteraretur. 8. B. Partis a toto separatio non est naturalis. 66. B. Pars, & species quomodo se habeant ex Galeno. 198. D. Partum ignauorum non nutriendum inbet Plato. 420. E. Partus prima vniuersi Mens. 11. A. Partus tutela Dianae tributa. 208. A. Passiones animae vnde ex, Arist. 169. E. Patere nomine ideam intelligit Timaeus. 118. D. Patrum quorundam suspicio quod angelis sint corporei, ex Platone 167. D. peccata incorrigibilia Platoni posita quid secum inferant. 117. E. Peccati animorum culpa & locus. 132. C. Peccatum animae cui deferendum ex Plat. 64. D. In Deo platonice 65. D. Anima Dei bonitatem praeruenit Platoni. 138. D. Pennae alarum in caelestibus. 88. B. Perfarum lex de videndis mulieribus. 413. C. Per se moueri multipliciter Platoni. 13. B. Perspicacitas prudentiae pars. 244. B. phadri locus de migratione eueritur. 453. A.

I N D E X.

Philebi verba de opinione vera expen- duntur 283.B Philoponi sententia de Animorum par- tis 118.A Philoponus refellitur in expositione verborum Platonis 180.c.d Philofophandi modus aliquis deplora- tus 309.B Philofophi nominis significatio, Chri- stiano non obliuiscenda 22.E Et pueri ad scientias acquirendas compara- tio 274.E 275.A B Naturalis munus in causis vtendis 454.A Philofophorum corpora esse peccantium animorum vincula 132.C Philoftrati de Apollonio Tyaneo circa brutorum rationem fabulosa relatio 218.E Phocilidis carmina de feminatum ma- teria & efficiente causa 356. & 357. Phisicus motus ordinatus dicitur 16.B Pictoris exemplum a Platone vsurpatū reminiscenciam tollit 282.E Pieras vxorum communitate languet. 401.c Plantas esse animalia in platone vidit Theodoretus 344.D Plato dixit animam esse omnium rerū creaturam antiquissimam 4.A in re- rum productarum numero, Remini- scenciam asseruit Animi immortalē presupponit ibidem A. B. nunc circa animi generationem vel æterni- tatem 4.B Non idem in Parmenide, ac in Sophista & Thegeto in plerif- que sentit 8.P Mundum re vera pro- ducit 13.E Dum animam immortalem vult, vel Deum interimit vel ani- mum 13.A Id quod se mouet modo ad vnum modo ad infinita deducit 14.B Non probauit animam a se mo- ueri 15.A Deo interdum carere vide- tur 38.D E providentiam non inuenit 41.c Quomodo hallucinatus ex Cabalif. 46.A Pro anima deum pro- uidentem conlucit 65.c Emanationem æternam a deo tollit eundemq. necessario agentem facit & in Mate- ria 114.A B poeris fabulandi mate- riam subministrat 121. D. Suis ver- bis conuincit de pgnali animorum descensu 136.D Non raro poeta in suis dialogis 207.D Deceptus vbi de animalium generatione putauit se fabulosum esse 234.E Quor modis deceptus 234.D Quando maxime ca- uendus 235.c Quando nostras anri- fudinas impuras reddidit 236.A Infe- parabilia feiungit 238.A Quibus de causis naturæ gratias agebat 401.B 249.B errantia sydera non recte co- gnouit 259.c De feminæ generatio- ne pugnancia loquitur 395.B. Quan- do infante vifus est 371.D ab Arist. circa mulierum studia reprehensus 383. A nulli Religioni adscriptus ex Bellarione 392.A Viuens reprehens- sus ob legem latam de vxorum com- mun. 392. c de impudentia sua leges condidit 393. B Et Aristoteles num conueniant in Reip. communitate 394.E pugnancia asseruit 397.B Nū

naturæ congrua dixerit in vxorum communitate 398.E Homeri carmi- nibus impietatis condemnatus 421.D Frequenter a vero decessit 420.D Se- ditionem magis in suos ciues prou- cat vxorum communitate 423.D Ti- mæi Locri verba vel adulterauit vel non intellexit 429. & 430. An nihil scripserit 428.B C.D Veram migra- tionem asseruit 428.c A naturali di- fputatione ad morales transijt 432.B Quando illustrius delirasse vifus sit 452.B Num aliquid apud Prophetas legerit & quomodo ex Iust. 495.D Platonem prius sibi contradixisse quam Aristoteles eundē impugnaret 282.c Circa scientiam a Reminiscencia por- tius in Aristotelem ire quam contra 282.B Sexcentis in locis reprehendi posse Io. Gramm. 424.C Platoni atque Platonici plures motus excogitati 6.E Mens ipsa Deus, vel a deo Ens primum 11.B Vel falsè vel ambigua species indite 12. E De- monstratio nomine cognita non vsu 43.B deus non est vltimus hominis finis 250.D platonica quedā inuenta ad aurum prurium satis ad scien- tiam nihil conferre 22.c Platonici alieclæ inuidi in Aristotelem 7.B Quæcumque in deo considerent motu eximere non possunt 10.A mo- tum substantiam esse dicunt si non- dum a mouente egressum considerat 10.B animarum numerum, Mathe- matico errantes explicat 16.E Quor modis fumant generationem 18.D Chenici insidentes 22.B Spreuerunt veritatem a falso scernere in Pla- tone 22.E Quinque genera excogi- tarunt 22.c Agis mæstem fallentibus comparati 329.B Platoniorum interpretatio de animi in Timæo generatione 18.C.D im- pudentia cum de a rinitate loquunt- tur 37.A Error 125.C.D Quorundā sententia de omni animæ immor- talitate 197. E Interpretationes de tribus animis euelluntur 408.A In Aristotelem calumnix 309.C.D Ex- cufationes de migratione discutuntur. 439.E Platonicos poeritas tradere definitio- nes 16.D Animos cum sensu diuitius commorari 141.A B Platonicum dogma quatenus quis de- beat proficere 22.E Platonis amafij quantum errent in Tri- nitate Platonica cum nostra SS. cō- paranda 10.E In phædro hiperbole de animi immortalitate 13.A pro- batio de immortalitate Anim. a cō- muibus 14.C. Platonis animæ felicitas non vera 40. A.B platonis defensio ex plotino rejicitur. 61.E 62.A B Et plotini error excufa- tur. 109.D platonis verba religiofe a platoniciis expo fita 132.E platonis confusio posteriores subuer- tit. 141.E

platonis petitio principij 168.E Anti- mas grauiora olim passas in cælis- 172.D Socij multi in Anima rationa- li & Bruta confundenda 217. Spem quandam admirari liceat 245.A In verbis quibusdam, obscuritas 271.E Locus de tribus animis 305.c Secta- tores nonnulli quando magis infante rine 371.E Infantiæ recententur 372. vsque ad 376.Inconstantia de mulie- ris natura 377.D Inconstantia de di- sciplina mulierum 379.B Excufatio pro veritate contra Homerum dicitur 397.C Inconstantia 397.E In- constantia in nuda venere exercen- da 411. E Impietas de liberis occi- dendis 421.C Defensores reprahen- ditur a Io. Gramm. 424.C Nonnulla recondita sed multa manifesta 428. B. Plotini liber de Dubijs animæ cur edi- tus videri possit 108.B Inconstantia de causa descensus animorum 108.B C Aureus liber de prouidentia 108.c Definitio de scire 284.B Plotino migratio inconstanter admiffa 442.B Plotinus platonem inconstantiæ redar- guit 106.E In animi descensu minus quam Plato peccat 107.C.D Melius quam Plato sentit de causa descen- sus animorum 136. B Rectius quam Plato inductionem traçtauit 270.D Hominem esse solam animam dixit 339.A plutarchi sententia de Pyth. 470. B plutarchus Iulium sydus de cometa in- telligit 122.C Quid sentierit de ani- ma sententia 218. C Non recte Pyr- rhonis dictum probauit 382.A de Py- thagoræ Migratione 469.D Poetarum in suos principes adulatione 121.D Testimonijs vsos fuisse Anti- quos Patres 314.A Poetas et sua Rep. inconstanter expulit Plato quos in peius admiffit 412.B Poetas quales tenuerit in sua Repub. Plato. 495.E Poeticæ definitiones a Platoniciis tra- duntur 16.B Polyxenæ verecundia 414.E Porphyrij pleraq. de Mente 35. B Ra- tio cur animi descendant 105.B C De Anima sentiente oppositio 218.D Porphyrio auis adulterij sensum habe- re creditur 403.E Porphyrius Platonis errorem corrigi- 110.B porphyrius Galeno liberalior in ratio- ne brutis assignanda 218.D Porphyrius rationali distinxit nos a dijs 233.D Portæ cæli Cancer & Capricornus & quare. 133.A Posidonius cum Aristotele sentit de tri- bus animis 300.E Posterioris ratio quomodo infti in eo quod est prius 340.B Potentia vitæ vniuersalis Mens. 111.A Potentia passiuæ non est in re creanda. 78.A Potestas

I N D E X.

Potestas Dei citra preiudicia potest de nouo aliquid producere. 116.E prælectio prudentia pars. 244.B Præmia penis respondere debere. 432.A Primi viuentis partus Mens. 111.A Primum Ens, ipsa Mens. 111.A. Ens, ef- fencia vnitas mens dicitur 16.A. con- substantiale sibi substantiale nulli ex porphy. 39.c primum motus in prima vita. 111.B principia rerum cælestium tria plato- nicis. 22.B principij nulla est origo 35.B. Ex princi- pio oriuntur omnia. 266.A.B principijs addita genera quinque a pla- tonicis. 22.C principium extinctum nulla alia ex re nascitur. ibidem. C. motus à se moue- tur, nec nasci potest nec mori. 5.C. omnium rerum ex pyth. 470.D proclum Brutis stellas tribuere videri. 123.A.B producendi modus platonici ex mor- tali aut immortalis diminutus est. 114.E. Producta a deo platonis dissolubilia om- nia. 78.B productionum omnium causa mens. 13.D proles primæ vitæ mens. 111.A promethei & Epimethei fabula. 235. C. Interpretatio rejicitur. 236.B c allegoria turpiter a platoniciis desti- tuta. 244.A.B prometheus quæ præsterit in lumine producendo. 248.A propterius de Iulio sydere. 122.B.C Spartanarū nuditatem vt amans lau- dauit. 414.A prophetas à platone lectos videri. 244.E. propheta vnde, cabal. 47.D prothel fabula ad hominis naturā ac- commodata ex asclepio. 445.B proserpina penam antiqui iustus sume- re plat. prouerbia de femina. 382.B prouerbum Δωριζέειν aduersus cor- pore nudatos. 416.D prouidentia & Bonum de vno dicuntur cum VNVM extra se est. 10.D. Vn- de descendit & quomodo ex platone. 14. B. Motu quæsitæ platonij. 19. C. platonij non inuenta. 41. C. In no- bis à Deo. 38.D. Quid. 43.D. E. plato- ni triplex ex Nemesio siue Nyseno. 43.E. 44. A. B. In eo esse in quo sunt Idææ. 44.B. C. Dei Tribus medijs pro- bata in philebo. 60.B. Rectius cum Arist. quam cum platone stare de- scendit semper, non ascendit. 82.B. A quo producatur inconstans plat 92.B. Cui Deo platonico tribuatur. 93.D.E. plotino probe assera. 108.C In homine à Deo precipue, in Brutis consequenter. 221.D. Dei tam in fa- ciendo. 237.B. Dimina exacte in cun- ctis. 237.B Prouidere illius est cuius est produce- re. 43.E Prudens vir quomodo cuadat ex Ar-

chita. 477.D prudentia, recta opinio, scientia quomo- do se consequantur ex plat. 273. B. Virtutis caput. 275.A prudentiæ vtilitas ex brutis. 219. D. partes mulæ enumerantur. 244. A.B. pcellus indiuiduis animas specie dif- ferre asseruit. 217.E pudendorum descriptio ex plat. 502.E pudor & Iustitia sero in homines im- missa ex plat. 252.D pueri exemplum ad reminiscenciam probandam. 266.A.B pulchri & Boni essentia. 274.B pulchritudinis influxus per oculos. 264.E pulchritudo omnium rerum Illustrif- sima et Amabilis. 264. D puritas & impuritas in cælestibus ma- ximum descremen. 64. A pyrrhonis insulsum dictum. 381.E pythagoræ quid adscribat Theodore- retus de tribus animis 299. D. Sacer sermo. 428.B. Laus ex Iamblico. 470 A. B. Iahurandum per quaternaria- tem. 471.c. Dictum ex plut. 472.A. di- cum in obefum. 473.A. patria. 473. E. Concio. 474.A. Quæ adscribunt a nonnullis. 474.D. Quomodo allerta Migratio. 474.E Pythagoras an aliquid scripserit. 428. B. an primus migrationis asseritor. 428. B. philosophiæ moralis parens ex plat. 471. c. Num animatis ab- stinuit. 472.c. Num cælum & inferos & quomodo asseruerit. 472. D. Et pla- to apud inferos Iudices cõstituti 473 D. Anno integro latuit 473.E Migr- ationem sibi tantum accidisse narra- uit 452. D. pythagoricis platonij & plotino quæ tribuat Theodoretus 97. c Numeris deorum appellationes in- signite 472.B pythagoricorum oratio ad numerum tamquam ad Deum 471. c pythagoricos & pythagoram interdum non eodem esse videri 446.B

Quæ animam sequuntur priora, sunt quam quæ corpus 88.E Quæstiones mulæ de anima proponū- tur. 68.C.D Qualitates Brutorum & plantarum a stellis magis mobiles 123.D Clemē- torum quodammodo omnes agunt. 317.c Quæstiones 4 pythagora iurata. 471.C Quibus hominibus cõcedatur ad Deū accessitas 226.A Quiddas pro formam magis habetur. 20.A Quiddas perfecta vnde sumatur. 342.A Qui totum efficit partes etiam absol- uit. 64.B.C Qui viuut in æternum quomodo simul omnia creauerit. 78.A

Quod mouet aliud & ab alio mouetur mortale est. 5.B Quod à se vitam habet à se vitæ actio- nem habere dicitur 9.D Quod Mouetur est, quod generatur non est 17.D Quodquid est vbi quæritur ibi essentia quæritur. 19.D E Quod non est per se non definitur. 20.B Quod in suo genere sit ali quod vni- id conditoris prouidentix tribuen- dum. 227.D Quorum substantia seorsum produci- tur neutrum est de essentia alterius. 71.A

R

Rabini excluduntur 437.B Ranæ interdum a venere abstinent. 403.D Ratio cur in capite 305.E Rationalis anima num sola subsistat. 204.A Rationalis anima num in capite, & quomodo. 208.D Rationalis anima in quo formarum ge- nere collocanda 334.A Rationalium Brutorumq. productionē penes tempus tantum platonij differ- re. 223.A Recordari quid 273.D Recte interrogatum vera respondere 266.c Recumbere animas quid significet pla- tonicis 132.E Reip. administrationem multa nosse oportere ex Aristot. & plat. 392.c Reipublice vno cui melius visa Arist- an platonij. 393.D Reminiscenciam inductione vti. 264. C. Reminiscencia quid. 265.D 267.C Reminiscencia quomodo fiat ex Meno- ne. 265.c D Reminiscencia an vniuersali an lingu- lari fiat Platoni. 274.A Reminiscencia ex animi immortalita- te & an immortalitas ex remin. pla- tonij probata. 275.C. D. platonis per ipsum platonem destruitur 279.D E a similibus, & dissimilibus sit 266.D Rerum Diuinarum tria principia pla- tonicis 22.B Gradus vnde 34.E flu- xus atque refluxus quando siltendus cabalif. 46. A Generabilium non esse Ideam plat. 65. A productarum ordo platoniciis impugnatur. 209.D Res vbi definitur ibi veritas tractari in- telligitur. 18.B Res creatæ quando bono dicitur sunt a Deo Cabal. 45.C D Respublica platonis improbat. 293.c platonis tamquam intelligibilis de- rictetur 395.B C resurrectio quomodo naturalis. 512. D. E. Rex Iuppiter, Mens, Imperator & alia nomina pro eodem platonij 36.a 36. A.B

I N D E X.

Romanorum mos in feminarum testimo- nio. 378. B. mos de spōsis in do- mum introducendis. 387.D

Sensibilium species quid present in- tellectui. 12. E. Specierum gradus. 183. D E

Socrates capite obvolutus de amore loquitur. 361. D. 412. D. Natura libi- dinosus. 412. E. Quid se scire fateba- tur. 413. Socrat. Sectatores quō profi- fiant. 268. E. Qui non proficiant & quare. 269. A. B. Demonium vidē monium Socratis. 277. A. B. Dicitur Hoc scio quod nihil scio superbia adscribitur. 277. E. Interrogationes an Artificiose. 277. C. Interrogatio- nes expenduntur. 278. B. Iururadum per canem. 463. C. Incontinentia de nuda, venere exercenda. 411. D

Sollarum anima, & animalia 172. E. Stoicorum errores recensentur 484. C. D. Sublunaria quibus generib. voluerint esse subdita Platonici 22. c

Sol animæ quid Cabalif. 45. C. Quo influente nobis profic. 47. C. Solares herbæ nonnullæ. 123. C. Solem cur deus produxerit 124. C. Ma- rium terram feminarum genito- res Plat. 253. A. B. Solertia irrationalis qualis. 223. C. D. Solera curus vniuersitatis Plat. 78. D. Num Brutis animabus ex platonē conueniant 90. B

Syllabus magnum scriptis concordiam Orphi pythagoræ & Platonis 472. C.

Talentorum apud Matth. dispensatio quid Cabalif. 45. E. Taluditarum deliramenta. 65. D. Tarentinorum improbum factum. 414. C. Terraria vestalis sola feminarum te- stabilis apud Romanos. 378. B. Theætet dialogi summa quædam. 267. E. Theætetus & Sophista a Parmenide dif- sentiunt. 8. B. Theætetus quomodo plura pronun- ciat quam in se non habeat? 278. E. Themis lex & Dice quibus imperet ex Theage. 477. B. Theologorum opinio de creatione ani- morum simul. 81. B. Temeritas quomodo cum materia. 238. B. Temporis ad æternitatem nulla analo- gia. 92. E. Temporum spa cia varia apud Plat. de Animorum reditu. 518. & 519. Tempus quo anima præcessit corpus ex Platone incertum est 92. c. In quo fuerunt dij; haud vero mortalium genera Plat. 235. B. Tempus modo ante cælum, modo cum cælo factum Platoni. 230. A. Tenedia Bipennis prouerbium. 19. B. Terminus, vnum, infinitum tria rerum cælestium principia. 22. B. Terminus, infinitum, mixtum, & causæ genus. 35. D. Terra feminam gignit Plat. 253. A. B. Terrâ comedere ex Genesi quid 440. C. Teru liani argumenta quod anime sit corpus reselluntur 181. D. E. & 182. Tertullianus confundit motus Animæ.

I N D E X.

182. E. Qualitates quasdam incorpo- reas dari fatetur, & animam incorpo- ream inuile negat 183. A. In specie- bus sensibilibus diu dicandis decipit- tur 183. C. Platonis, & Aristotelis placita de glutijs 141. E. Animam in- corpoream esse tribuit Platoni & A- rist. 164. A. Tertullianus duo corpora simul ex nu- merosis partibus male intellexit. 184. E. Effigiatam voluit esse animam 185. B. Ab Augustino reprehenditur 185. A. Disputator itenuus 288. A. Tetragrammaton quid Cabal. 47. B. Tetragrammaton Sabaoth quid influat Cabal. 47. C. Tiberius imp. taxatur a suero. 414. B. Timæi locus de Animi generatione di- scuitur. 18. c. v. Timæi interpres resellitur de animorū descensu. 179. D. Timæi locus metaphoricus tamquam importunus reprehenditur. 354. B. De feminæ generatione reprehē- ditur. 354. & 355. Timæum Locrum pro Pythagora mul- ta nos docere posse. 474. C. Timæus Platonis nequaquam animæ naturam omnino inquit. 20. D. Timæus Locrum veram migrationem non asseruit. 42. B. C. Tolerantia quomodo in homine gigni- tur ex Metopo. 476. E. Tonitrua, & terremotus animis descē- dentibus quid significet platonis. 132. E. Totum potestatiuum a platonis per- peram expositum. 306. D. Trapezantius immerito à Bestiarione capitur. 41. D. Defenditur. 402. A. Transmissio ab esse ad agere motus quidam est. 10. A. Tria principia Infinitum Terminus v- num, quomodo intelligi solibus & sensibilibus rebus conuenire possint apud Platonicos. 22. B. C. Trinitas Platonica sibi, & nostræ Tri- nitati impar. 37. A. Ex Porphyrio. 37. C. D. Trinitas diuina quibus ostensa Caba- list. 47. A. Turturum Callitas. 403. E. Tyrtheni mores improbari de nudis virginibus. 414. C.

Vehiculi medij materia efficiens, vsus, & sensus. 177. A. B. Vehiculo æthereo qui vsi fuerint in hac vita. 176. B. Vehiculis examē proponitur. 175. 176. & infra Figura, & qualitas. 176. D. Necessitas quomodo platonis asseritur. 176. A. vsus qualis Platonis. 176. B. Numerus. 170. C. Euerfio. 177. 178. & infra. Motus examē. 180. A. Vehiculum æthereum duplex. 173. B. Terrem. 177. B. Imaginatum à simplici excogitatum. 177. B. Venus quid influat ex Cabal. 47. C. Verbo cuncta labefactari posse inquit Arist. 362. B. Verecundia num Mulieri naturalis. 387. A. Veritas in Platone querenda, & à falso secernenda. 22. E. Veritas & falsitas apud Inferos plato- ni. 172. C. Vetularum fabula de interemtis. 441. D. Viduitati locus nullus in platonis Rep. 422. C. Vir bonus quomodo scientia bonus. 273. C. Vxori quomodo imperare debeat ex Arist. 379. D. Vir prudens quomodo fiat, ex archica. 477. D. Virgilij locus de varijs animorum pre- nis. 206. B. C. Virgili quorundam locorum interpre- ratio. 207. E. 208. A. B. Carmina de contrarijs animi recuribus. 313. C. Virgilius Augustum inter cælestia col- locat. 121. E. Virgines Corinthiorum more velaban- tur. 418. E. Viros mulieribus veluti gregij custodes prefecit Plato. 379. A. Virtus superior potest quicquid potest inferior. 107. E. Virtus vtrum doceri possit. 273. A. Virtus quomodo in nobis innascatur ex Metopo. 476. E. Virtus in homine quomodo ex Crito- ne. 477. C. Virtutem doceri posse contra Platonē. 272. B. C. Vita in nobis non est per essentiam. 3. n. Quomodo dicatur sensus viuētium. 9. A. Vita prima primum habet motum. 11. B. prima se ipsam viuificat 11. B. C. Vita prima Motus cessatio est. 11. C. Vita à sole Cabal. 47. C. Vita sub Saturni Regno defenditur à plat. 241. A. Vita in homine duplex Teste simplici 459. B. Vita hominis perfecta ex Euriphamo. 476. A. Vitæ actio eiusdem est cuius est vita. 9. D. Vitæ vniuersalis potentia Mens. 11. A. Vitæ primæ proles Mens. 11. A. Vitæ

I N D E X.

Vite comoda sub Saturno. 241.c  
 Vite & animæ Platoniorum discrimen. 308.d.E  
 Vite genus corpori concessum. 328.E  
 Vite electio animis e celo descendens. 438.A.B  
 Vitarum nomina ex simpl. 459.c  
 Viuendi actus primus quis. 11.A  
 Viuendi fons Mens. ibid.  
 Viuens sua est vita & intelligens sua est intellectio Platonis. 10.c  
 Viuere in nobis effectus est vite 8.E viuentibus esse quomodo intelligat 9.A  
 viuere & esse in deo idē quod vita ibid.  
 Viuificare Viuificatio vbi primū 11.c  
 Viuificatio ab intellectu quomodo differat in anima 12.A ad aliud est.  
 Viuum multiforme seminarium cabal. 45.A  
 Vniens animas ex platone ab Aristot. queritur 17.E  
 Vniens animas quomodo dari debeat contra philoponum 317.A.B  
 Vnio Reip. cui rectius visa, platoni scilicet an Arist. 393.D  
 Vnionis animę modus in corpore 331.B  
 Vnitas intellectus & intelligibilis quanta sit ad compositi materialis unitatem comparata 12.B.C  
 Vnitates in Mente 34.B  
 Vnitarum copulationes in ipso vno cognoscere difficile extra VNVM impossibile 10.D  
 Vniuersale num a brutis cognosci possit ex plat. 258.c Non fieri platoni, sed agnosci, aut expersgisci 271.D an singulare reminiscentię auxilietur incertus plato 274.A.B  
 Vniuersalis vitę potentia que 11.A  
 Vniuersalis animorū reditus necessitate seu fato sit platoni que tamen alibi animorū peccato tribuit 135.A.B.C  
 Vniuersi perfectio vnde colligitur 82.B  
 Quilibet secundum Theologos 82.B  
 Vniuerso Meus imperat 35.c  
 Vniuersum non semper eodem motu conuerti ex plat. 240. b. Quomodo subsistat ex critone 477.c  
 Vniuoca non pendent a se inuice 63.D  
 Vnum parmenidis siue platonis si moueretur, aut ferretur aut alteraretur 8.A  
 VNVM ipsum, non substantia, sed pre existens substantia, nec existens, nec viuens, sed hoc ipsum quod sunt pre existentia 9.B  
 VNVM illud quid sit 10.D cum extra se operatur quomodo dicitur ibidē Quantū ab intelligibilibus reliquis differat ibid.  
 VNVM cum a se exit ex platone Mentem generat 10.E  
 Vnum terminum infinitum tria principia platonis 22. B Formale, mens 34.D Ideis carens 37.A  
 Vnum illud num animam facere potuit plat. 39.D In bonorum ordine a pyth. positum 471.B  
 Voluntas animę rationalis in descensu 82.A.B  
 Voluntas dei platonis expenditur 79.D  
 DE Humana itellis minime subditā. 123.c  
 Voluntate dei indissolubilia sunt quæ vnltalia esse platonis deus 78.B  
 Voluptas, & dolor in anima, platoni quomodo 168.D Maxima malorum esca plato 305.c  
 Vota & preces ad Deum quomodo iuuent ex Auicenna 443.A  
 Vites quare condite platoni 252.B.C  
 Vsum, rationem, & disciplinam pluris esse in homine, quam in Brutis nature in petum 224.c.D  
 Vitte & honestum inutile & turpe platoni 393.A  
 Vulcani & minerę sapientia in homine. 248.A  
 Vxorem vnam cum vno coniungi nunquam voluit plato 423.c  
 Vxores magistratum gerentes in p. uincijs esse non sinebant nom. 378.B  
 Communes quibus gentibus 399. & infra.  
 Vxorum communitas plaroni etiā impossibilis habita 397.B magis seditionis 423.D a Ioanne Grammatico reprehensa 422.B.C  
 Vxorum communitate languet pieras 401.c Communitatem qui auctores probauere qui ue reprobauere 404.B


X

Xenocrates Deum animal esse dixit. 233.D  
 Xenocratis definitio Animę 16.D non admittitur 18.A  
 Xenophontis testimonium de muliere platoni contrarium 379.B.C  
 Xenophontis Lycurgi & Aristot. contraria sententia in plat. 392.D

Z

Zazielis Dæmonis officium secundum hebreos 440.c  
 Zelotypia idem quod obttractio ciceroni 396.c Quid sit ex v. Thom. ibid. Verum tolli potuisset data platoniis Rep. 396.D  
 Zelotypię affectui Deus medetur in v. Testam. 397.A Vis. 396.D.E  
 Zeno Ciritheius animam spiritum longeuum appellabat. 485.c  
 Zenones plures ibid.  
 Zoar quid intelligat per decem fontes 46.D  
 Zoroaster superstitionum Oceanus. 440.A

F I N I S.




R E G E S T V M.

a b c A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss

Tt Vv Xx Yy Zz. Aaa.

Omnes sunt Terniones præter a, Quaternio; & b c L Nn Zz Aaa. Duerniones.



ROMÆ, Ex Typographia Aloysij Zannetti. M D XCIIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

